



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Stanford University Libraries

3 6105 118 976 716



878.9
P6b



LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.

VOL. II.

Delph. et Var. Clas.

Plinius.

a

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.

EX EDITIONE GABRIELIS BROTIER

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN SECUNDUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1826.

246697

YHAAHJ OBOHATZ

STANFORD LIBRARY

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER III.

LIBER III.

Primus et secundus Europæ sinus.

1. **H**ACTENUS de situ, et miraculis terræ, aquarumque et siderum, ac ratione¹ universitatis, atque mensura. Nunc de partibus: quanquam infinitum id quoque existimatur, nec temere sine aliqua reprehensione tractatum.² Haud ullo in genere venia justiore,³ si modo minime mirum est, hominem genitum non omnia humana novisse. Quapropter auctorem neminem unum sequar: sed ut quemque verissimum in quaque parte arbitror. Quoniam commune ferme omnibus fuit, ut eos quisque diligentissime situs diceret, in quibus ipse prodebat:⁴ ideo nec culpabo, aut coarguam quenquam. Locorum nuda nomina, et quanta dabitur brevitate⁵ ponentur, claritate causisque dilatis in suas partes: nunc enim sermo de toto est. Quare sic accipi velim, ut si vidua⁶ fama sua nomina, qualia fuere

CAP. I. 1 Ita Chiffi. Harduin. 1. 2 S. Miller. Bipont. et Franz. *ac siderum, et ratione* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. et Gronov. Mox vet. Dalec. *atque mensura*.—2 V. t. Dalec. *id quoque æstimatur . . . tractandum*.—3 Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. et Gronov. *venia justior est*.—4 Margo edd. Dal. c. et Gronov. *disceret, ex quibus ipse prodibat*.—5 Ibid. *quantum dabitur brevi*.—6 Vet. Dalec. *ut sicubi vidua*; Chiffi. *ut si dividua*.—

NOTÆ

¹ *Ut si vidua*] Oppidorum, inquit, obscura scilicet ingloriaque, citen- ita nunc audienda sunt nomina, tan- tur. quam cum primum fuere condita, ut

primordio ante res ullas gestas, nuncupentur: et⁷ sit quædam in his nomenclatura quidem, sed mundi rerumque naturæ.

Terrarum orbis universus in tres dividitur partes, Europam, Asiam, Africam. Origo^b ab occasu Solis et Gaditano freto, qua irrumpens Oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur. Hinc intranti dextra Africa est, læva Europa: inter has^c Asia.⁸ Termini, amnes Tanais et Nilus. Quindecim^d m. pass. in longitudinem, quas diximus,^e fauces Oceani patent, quinque m. in latitudinem, a vico Mellaria Hispaniæ ad promontorium Africæ Album,^f auctore Turrano Gracili⁹ juxta genito. T. Livius, ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi minus,¹⁰ VII. m. pass. ubi vero plurimum, X. m. Tam modico ore tam immensa æquorum vastitas panditur. Nec profunda altitudo miraculum minuit. Frequentes^h quippe tæniæ candicantis vadi carinas teritant. Qua de causa Limen interni maris multi eum locum appellavere. Proximis autemⁱ faucibus

7 Chiffi. delet *et*, probante Dalecampio.—8 Ita Chiffi. *inter h. A. est* edd. vett. item Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—9 Ita vet. Dalec. aliique codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Turrano Gracula* edd. vett. ante Harduin.—10 Ita Chiffi. Regg. Harduin. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ubi minimum* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Lugd. 1606. Dalec. Elz. et Gronov.—11 Ita Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Proxima autem* edd. vett. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *coërcet vetuli clau-*

NOTÆ

^b Origo] Melam sequitur, ita scribentem i. 4. operis de situ Orbis: 'Nunc exactius,' inquit, 'oras situsque dicturo, inde est commodissimum incipere, unde terras nostrum pelagus ingreditur,' &c.

^c Inter has] Nam Europæ Asia Africæque obtenditur.

^d Quindecim] Sic Martiannus, lib. vi. c. de rotunditate terræ, p. 201.

^e Quas diximus] Plane modo, his verbis: 'Gaditano freto,' &c.

^f Album] Nunc *Capo Spartel*: idem Ampelusius vocitatum, v. 1.

^g Ubi minus] Ubi plurimum, decem: ubi minus, septem: ubi minimum, quinque mill. pass. ut dictum est proxime antea. Vide Notas et Emend. num. 1.

^h Frequentes] Adeo parum depressi fundi mare ibi esse significat, ut vadum ipsum saxosum appareat, ac per latitudinem freti ab Europa in Africam instar tæniæ fasciæve candicantis porrigatur: *ταύτων ὄψαλον* appellat Strabo, lib. i. p. 49.

ⁱ Proximis autem] Montes, inquit, utrumque impositi faucibus quæ fre-

utrumque impositi montes coërcent claustra. Abyla Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis metæ.¹² Quam ob causam indigenæ columnas ejus Dei vocant, creduntque perfossas¹³ exclusa antea admisisse maria, et rerum naturæ mutasse faciem.

(1.) Primum ergo de Europa altrice victoris omnium gentium populi, longæque terrarum pulcherrima, quam plerique merito non tertiam portionem fecere, verum æquam; in duas partes, ab amne Tanai ad Gaditanum fretum, universo orbe diviso. Oceanus hoc quod dictum est^k spatio Atlanticum mare infundens,¹⁴ et avido meatu, terras, quæcumque venientem expavere, demergens: resistentes quoque flexuoso littorum anfractu lambit: Europam vel maxime recessibus crebris excavans: sed in quatuor præcipuis¹⁵ sinus. Quorum primus¹ a Calpe Hispaniæ extimo (ut dictum est) monte Locros^m et Brutium¹⁶ usque promontorium immenso ambitu flectitur.

stra.—12 *Herculis meta* Chiffi.—13 *Pintian. perfossos*, sub. montes.—14 *Margo* edd. Dalec. et Gronov. in *Atlanticum mare se infundens*. Mox vet. Dalec. *venientem expectare, exceper.*—15 Ita Chiffi. aliiq. codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *præcipue* edd. vett. ante Harduin.—16 *Locros Brutium*, omisso *et*, Chiffi.

NOTÆ

tum urgent, sibi que propinquant, claustra hujusmodi continent. Id acceptum a Mela, 11. 6. 'Deinde angustissimum pelagus, et proxima inter se Europæ atque Africæ littora, montes efficiunt, ut initio diximus, columnæ Herculis, Abyla, et Calpe.'

^j *Perfossas*] Vide Notas et Emend. num. 2. De re ipsa Pomponius, ut solet, pereleganti brevitate, 1. 5. 'Hunc Abylam,' inquit, 'illum Calpen vocant: columnas Herculis utrumque. Addit fama nominis fabulam: Herculem ipsum junctos olim perpetuo jugo diremissee colles, atque ita exclusum antea mole montium Oceanum, ad quæ nunc inundat, ad-

missum.' Seneca Natur. Quæst. vi. 29. 'Sic et Hispanias a contextu Africæ mare eripuit.'

^k *Hoc quod dictum est*] Gaditano freto.

¹ *Quorum primus*] Is Ibericum mare, Sardoum, Tyrrhenumque complectitur.

^m *Locros*] Pomponius quoque prope Brutium promontorium Locros statuit: 'Tertius sinus,' inquit, 'inter promontoria Zephyrium, et Brutium, Consilinum, Caulonium, Locrosque circumdat.' Brutium vero promontorium illud est quod cap. 10. Leucopetra appellatur.

11. In eo prima Hispania terrarum est, ulterior appellata, eadem Bætica. Mox a fine Urgitano¹ a citerior, eademque Tarraconensis ad Pyrenæa juga. Ulterior in duas, per longitudinem, provincias dividitur.² Si quidem^b Bæticæ latere septemtrionali prætenditur Lusitania, amne Ana^c discreta. Ortus hic Laminitano^d agro citerioris Hispaniæ, et modo se in stagna fundens, modo in angustias resorbens, aut in totum cuniculis condens, et sæpius nasci gaudens, in Atlanticum Oceanum effunditur. Tarraconensis³ autem affixa Pyrenæo, totoque ejus latere decurrens, et simul ad Gallicum^e Oceanum Iberico a mari transversa se pandens, Solorio^f monte, et Oretanis^g jugis, Carpetanisque, et Asturum, a Bætica atque Lusitania distinguitur.

III. Bætica,^a a flumine eam mediam secante cognominata,

CAP. II. 1 Dalec. legit, a sinu Virgitano.—2 Chiff. in duas partes dividitur.—3 Tarraconensis autem hinc affixa Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. Mox transversim vet. Dalec.

NOTÆ

^a *A fine Urgitano*] Ab oppido Urci, qui Bæticæ finis, idemque Tarraconensis initium, ut dicitur cap. 3. et 4. Urci, Urgi, Virgi, omnia ejusdem oppidi sunt nomina. Hodie *Almacaren*. Martianus a Plinio mutatus, lib. vi. pag. 202. cap. de Hispania: 'Ab Urcitano fine,' inquit, 'qua citerior meat, Tarraconensis dicitur,' &c. Mela, II. 6. 'Virgi in sinu quem Virgitanum vocant.'

^b *Si quidem*] Martianus, loc. cit.

^c *Ana*] Nunc Maurorum lingua *Guadiana*, hoc est, *flumen Anas*. 'Avas' Straboni, lib. III. p. 139.

^d *Laminitano*] Ab oppido, quod *Aquilior* vocat Ptolemæus, in Carpetanis, II. 6. Laminium Antoninus, in Tarraconensi, quod a capite fluminis Anæ distare ait idem VII. pass. mill. Hodie oppido nomen est *Montiel*, et idem circumjacenti agro, *Campo de Montiel*: nec procul a fontibus se in di-

versa stagna fundit, ac se ipse premit subinde angustioribus alveis, mox in totum cuniculo se abscondit, sæpius ita nasci gaudens: quod circa Metellinum oppidum, multis ab ipsius exortu millibus, contingere falso veteres credidere.

^e *Ad Gallicum*] Qui et Aquitanicus appellatur.

^f *Solorio*] Solarium vocat Isidorus, Orig. XIV. 8. qui montium Hispaniæ altissimum prodit. Nunc vocant *Sierra de los Vertientes*.

^g *Oretanis*] Oretana juga, hodie *Sierra di Alcaraz*: Carpetana, *Sierra di Guadalupe*, *Sierra di Pico*: Asturum denique, *Sierra de las Asturias*. Pro Asturum frustra *Vettonum* reponebat Joan. Genes. Sepulveda, Epist. III. 45. ad Pintianum, p. 181.

^a *Bætica*] Andalusia nunc est, cum parte Granatensis regni.—'Unde sit autem Andalusie factum nomen, mi-

cunctas provinciarum divite cultu, et quodam fertili ac peculiari nitore præcedit. Juridici^b conventus ei quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus,¹ Hispalensis. Oppida omnia numero CLXXV.^c In iis coloniæ IX.²^d municipia VIII. Latio³ antiquitus donata XXIX. libertate VI. fœdere III. stipendiaria CXX. Ex his digna memoratu, aut Latiali sermone dictu facilia, a flumine Ana, littore Oceani, oppidum Onoba,⁴ Æstuaria^e cognominatum: interfluentes,⁵ Luxia, et Urium.^f Mariani^g montes.⁶ Bætis^h fluvius: littus



CAP. III. 1 *Asticianus* Chiffi.—2 Gronov. et al. vett. *In iis coloniæ VIII.* Mox Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. *municipia XVIII.*—3 Dalec. legi jubet: *Latio jure*, ut infra cap. 4. Mox *fœdere II.* edd. vett. ante Harduin. *fœdere III.* in Chiffi. alioque cod. ap. Laet, item in edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *stipendiaria CCX.* edd. vett. et Gronov.—4 *Ossonoba* edd. vett. ante Harduin.—5 *Interfluunt* vet. Dalec.—6 ¹ *Male* Mas. *Hareni montes.* Eruditus Harduinus in altera sua editione, *Arenæ montes.* In aliis editionibus, *Ariani.* Sunt Mariani montes, Ptolem. II. 4. Nunc *Sierra-Morena.* Inde forte appellatum æs Marianum, de quo infra Plinius XXXIV. 1. *Brutier.*

NOTÆ

hi fateor esse incompertum. A Vandalis enim, opinor, Vandalia dicere-tur. Orientales, quibus ignoti sunt Vandali, inquit D. D'Herbelot, in Biblioth. Orient. p. 114. fabulantur ab Andaluso Iapheti filio, Noë nepote, Andalusiam nomen accepisse.' *Ed. sec.*

^b *Juridici*] Quo tempore Romani Hispanias tenuere, suos in illis Senatus Judiciarios habebant, quos 'Conventus Juridicos' suo nomine appellabant. Huc finitimi, tanquam ad Coloniam metropolim, jus petitori, et de controversiis quæ orirentur disceptaturi, conveniebant: quemadmodum hodieque in Gallia forum juris publici (Parlamenti Curiam vocant) Lutetiae Parisiorum, et Tolosæ, et alibi constitutum perdurat: et in Castellæ regno, Prætorium Vallisoletanum, et Granatense.

^c *Numero CLXXV.*] Sic Marti-anus, lib. VI. cap. de Hispania, p. 203.

librique omnes.

^d *In his coloniæ IX.*] Vide Notas et Emend. num. 3. ubi eadem opera, quid coloniæ sint, quid municipia, quid donata Latio oppida, quid denique fœderata, ac stipendiaria, dicturi sumus.

^e *Onoba, Æstuaria*] Ab æstuariis eo loci frequentibus. Sunt autem æstuararia (*ἀναχώρας* Straboni, lib. III. p. 140.) loca quæ marinis aquis referta sunt ex inundationibus pelagi, per quas sæpe in mediterranea fluviorum instar navigantes accedunt. Oppidum id porro Anæ fluvii ostiis, ubi æstuararia fiunt accedente mari, proximum, nunc esse *Gibralcon* Rodericus Carnus recte censet, Antiq. Hispal. III. 75. Vide Notas et Emend. num. 4.

^f *Luxia, et Urium*] Nunc amnes eos *Odier* et *Tinto* vocant, inter Anam et Bætis fluentes.

^g *Mariani*] Ab Urio amne ad Bætis perpetua sunt montium juga.

Corense⁷ⁱ inflexo sinu; cujus ex adverso Gades, inter insulas^j dicendæ. Promontorium Junonis,^k Portus Bæsip-
po.^l Oppida: Belon,^m Mellaria:ⁿ fretum ex Atlantico
mari. Carteia,^o Tartessos⁸ a Græcis dicta. Mons Calpe.^p
Dein littore interno^q oppidum⁹ Barbesula cum fluvio. Item
Salduba:^r oppidum Suel: Malaca^s cum fluvio, fœderato-

////////

—7. *Littus Curonense* Chiffi. Vid. infra Not.—8. *Carpessum* Appian. Pau-
san. et Leopard.—9. Vet. Dalec. *oppida*.—10. Item *Salduba duba oppidum, Suel*

NOTE

Vide Notas et Emend. num. 5.

^b *Bætis*] Nunc *Guadalquivir* vocant: quæ vox Arabibus Fluvium magnum sonat.

^l *Littus Corense*] Mss. Reg. 1. 2. &c. *Curense*. Littus id a Bæti amne ad *Rio Guadalete* porrigitur, ubi oppidum *S. Lucar di Barameda*.

^j *Inter insulas*] Lib. iv. cap. 36.

^k *Junonis*] Nunc *Capo de Trafalgar*. Ptolemæo, II. 4. ἀκρατήριον, ἐν ᾧ ναὺς ἦρκε.

^l *Bæsippo*] Hodie *Puerto Beges*, vel *Beger*. Vide Notas et Emend. num. 6.

^m *Belon*] Ptolemæo, loc. cit. Βαλ-
λων πόλις καὶ ποταμός. Marciano quo-
que Heracl. p. 70. Stephano Βελών,
πόλις καὶ ποταμός τῆς Βαιτικῆς, κ. τ. λ.
post Strabonem, lib. III. p. 140. Ho-
die *Tariffa*, ad fretum.

ⁿ *Mellaria*] Μενάρια Marciano He-
racl. p. 70. Nunc diruta: loco no-
men *Milarese*.

^o *Carteia*] Καρτηία Ptolemæo, II.
4. Nummus est ex ære minimo, apud
P. Albaret, e Societate nostra, Tur-
nonii, inscriptus, CARTEIA, quem ad
nos ille inspiciendum misit. Pictus
ea parte Genius civitatis est: pars
altera est usu detrita. Fabrica ma-
nifeste Hispanica. Oppidi illius ho-
die rudera vix supersunt. Portus su-
perest admodum capax, cum castello,

Torre di Cartagena, corrupto a vetere
Carteia nomine. Roder. Carus, An-
tiq. Hispal. III. 24. Mela, II. 6. 'Car-
teia (ut quidam putant) aliquando
Tartessus.' Pausan. Eliac. lib. VI.
poster. p. 378. et Strabo, lib. III. p.
151. Ἐνιοὶ δὲ Ταρτησσὸν τὴν νῦν Καρ-
τηίαν προσαγορεύουσι. Gadii insu-
lam Tartessum quoque vocitatum di-
cemus IV. 36. Et in insula ad Bætis
ostia tertiam eo nomine urbem vete-
res agnovere. Strabo, p. 148.

^p *Mons Calpe*] Cum oppido cogno-
mine, cujus meminere Strabo lib. III.
p. 140. Antoninus, et nummus anti-
quns, C. I. CALPE, hoc est, *Colonia*
Julia Calpe, apud Spanhem. p. 766.
Sed eadem plane ea est cum Carteia
superius dicta. Montis ipsius nomen
extat in vetusta Inscriptione, qua
Herculis facta narrantur, apud Rei-
nesium p. 347. ΕΠΙΛ. ΤΟ. ΚΑΛΑΪΕΙΟΝ
ΟΡΟΣ. ΗΛΘΕ.

^q *Littore interno*] Littore interni
maris, hoc est, mediterranei: ibi enim
oppidum Barbesula, nunc *Guadajara*,
ad amnem hodieque cognominem:
Marcianus Heracl. ἀπὸ Καρτηίας εἰς
Βαρβήσοιλα... ἀπὸ δὲ Βαρβησόλων, κ. τ.
λ. Fluvii Βαρβησόλα meminere Pto-
lem. II. 4. et Tzetzes, Chiliad. VIII.
712.

^r *Item Salduba*] Hoc est, ut Bar-
besula, sic etiam Salduba olim oppi-

rum.¹⁰ Dein Menoba[†] cum fluvio. Sexifirmum^{11a} cognomine Julium, Selambina,[†] Abdera. Murgis[†] Bæticae finis. Oram eam universam originis Pœnorum existimavit M. Agrippa. Ab Ana[‡] autem Atlantico Oceano obversa[†] Bastulorum Turdulorumque est.¹² In universam Hispaniam M. Varro pervenisse Iberos,[‡] et Persas, et Phœnicas,

Melacha cum fluvio, &c. Pro Suel Chiffi. sive.—11 Sexifirmum Ptolemæo; Sexti Firmum edd. vett. Vide infra notam.—12 Pinetus hæc interserit: Turduli a Bæti fluvio ad Ætnam usque protenduntur. Eorum finis ad promontorium

NOTÆ

dum cum fluvio fuit cognomine: Suel non item. Salduba hodie *Marbella* est: ad amnem olim cognominem, qui nunc *Rio Verde* dicitur. *Σουελ* inter *Marbellam* et *Malacam*, in regno *Granatensi* castellum est, hodie *Molina*. Refert hæc oppida *Mela*, II. 6. *Mænoba*, *Malaca*, *Suel*, *Salduba*, *Lacippo*, *Barbesul*. Inscriptio vetus apud *Reinesium*, p. 131. *ΜΥΝΙCΙΠΙΟ ΣΥΕΛΙΤΑΝΟ*. Sunt qui velint esse *Fuengirolam*, vicum a *Malaca* lencis quatuor dissitum, ubi hæc reperta erutaque inscriptio est, sed ficta eadem et recens.

^a *Malaca*] *Malaca*, inquit, fœderatorum oppidum est, cum fluvio. *Ptolemæo* II. 4. *Μάλακα*, qui vicinum amnem *Σάδουραν* vocat. Oppido incolæ nomen fecere *Malaga*: Galli, *Malgues*: amni, *Guadalquivireio*: sive *Fiu Grande*. Regio vino nobilis, in *Granatensi* regno.

[†] *Menoba*] *Μάνοβα* *Straboni*, lib. III. p. 143. *Ptolemæo* *Μάνοβα*, mendose. Fluvio nomen est hodie *Fiu Frio*, sen *Frigidus* amnis: oppido, *Torres*, in littore regni *Granatensis*.

^a *Sexifirmum* [*Sexti Firmum*] *Mss.* *Sexifirmum*. *Mela*, loc. cit. Ex vocat: *Sexitanum*, *Antoninus*: *Σεξί* *Ptolemæus*, II. 4. hodie *Almunecar*. Vide *Notas* et *Emend. num. 7*. Hinc *sal-samentis* *Exitanis*, sive *Sexitanis* no-

men, de quibus *Strabo* lib. III. p. 156. aliique.

[†] *Selambina*] *Σηλαμβίνα* *Ptolemæo*, loc. cit. et mox *Ἀβδαρα*, *Straboni*, loc. cit. *Ἀβδαρα*, *Stephano* *Ἀβδαρα*. Illam hodie *Salobrena* incolæ, istam *Almeria* vocat *Mariana*, *Hist. Hisp.* x. 18. p. 503. utramque regni *Granatensis*. Aliis *Abdera* *Adra* esse videtur, laud adeo abludente ab *Abdera* vocabulo, medio fere inter *Selambinam* et *Almeriam* intervallo.

[†] *Murgis*] *Antonino* *Murgi*, a *Sexitano*, *M. P.* xxxviii. Hodie *Almeria* est, si *Mendozam* audimus in *Conc.* Illib. *Muxacra*, in ora ulteriore versus *Septemtrionem*, si *Marianam*, *Hist. Hisp.* I. 3. cui subscribimus. *Alia* porro ab ista *Μούργης* *Ptolemæi* est, II. 4. in *mediterraneis* *Turdulorum* *Bæticorum* oppidis. *Alia* item quam hodie *Murciam* vocant, regni caput, oppidum et a mari, et ab ora hac quam lustramus longe dissitum.

[‡] *Ab Ana*] Ad fretum usque. *Mela*, III. 1. A freto 'ad flumen *Anam* *Turduli* et *Bastuli* habitant.'

[†] *Obversa*] Subintellige, ora. A *Turdulis* sive *Turdetanis*, *Bætica* tota olim *Turdetania* appellata. Vide *Strab.* lib. III. p. 139.

[‡] *Iberos, &c.*] De his omnibus vide *Diodor. Sicul. Bibl. lib. v. pag. 312.* *Appianus* in *Ibericis*, p. 256. *Melam*,

Celtasque, et Pœnos tradit. Lusum enim^a Liberi patris, aut Lyssam cum eo bacchantium¹³ nomen dedisse Lusitaniæ, et Pana præfectum ejus universæ.^b At quæ de Hercule^c ac Pyrene, vel Saturno traduntur, fabulosa inprimis arbitror.

Bætis in Tarraconensis provinciæ,¹⁴ non, ut aliqui dixere, Mentesa^d oppido, sed Tugiensi^e exoriens saltu, juxta quem Tader^f fluvius, qui Carthaginiensem agrum rigat, Ilorci^g

sacrum: Bastuli vero a Calpe usque Alimentam.—13 Gor. Pinet. et edd. vett. patris comitem, aut Lyssam bacchantem. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. ejus universa autem quæ de Hercule, &c.—14 Tarraconensi provincia ibid. et mox, Metesa oppido Chiffi. Paulo post margo edd. Dalec. et Gronov. saltu, juxta quem, &c. quod recepere Harduin. et recentt. juxta deest in edd. vett.

NOTE

II. 6. aliosque. Phœnicum inprimis expeditionem in Hispaniam eo tempore susceptam, quo Romanæ urbis fundamenta ponentur, Mariana censet Hist. Hisp. I. 15.

^a Lusum enim] Varro nugatur, si a ludo seu lusione, quæ vox Latina est, jam tum Bacchi ævo Lusitaniam cognominatam velit: aut a λύσσα, quæ vox rabiem sonat. Sic tamen Martianus accepit, lib. VI. cap. de Hispania, p. 203. 'Lusitania, cui nomen fabula a lusu Liberi patris, vel cum eo bacchantium, sociavit.' In Mss. *Lysum*. An *Lysum Liberi Patris*, aut *Lysam cum eo bacchantem* legi satius: ut 'Lysus' et 'Lysa' unius hominis, qui Bacchi filius comesve fuerit, nomen geminum esse videatur? Bacchum ipsum Lysium apud Pausaniam dictum accepimus, a λύω, quod curas solvit.

^b Universæ] Subintellige, Hispaniæ. Verba Sosthenis de Baccho, lib. XIII. Ibericorum: Νικήσας δὲ καὶ Ἰβηρίαν, Πάνα κατέλιπεν ἐπιμελητὴν τῶν τόπων, ὃς τὴν χώραν ἀπ' αὐτοῦ Πανίαν μετωνόμασεν, ἣν οἱ μεταγενέστεροι Στανίαν προσαγόρευσαν. Apud Plu-

tarch. lib. de Flumin. p. 1159.

^c De Hercule] De Herculis expeditione in Hispaniam, Diodor. Sic. Bibl. lib. IV. p. 226. A Pyrene Bebrycis filia, quam Hercules adamarat, in Pyrenæo monte sepulta, montis ejus appellationem fabulose Silius deducit, lib. III.

^d Mentesa] Hæc Mentesa Bastulorum, de qua cap. 4. dicitur. Nunc vicus S. Thomé: olim Episcopalis sedes, Gienam deinde transducta, Jaën.

^e Tugiensi] Ab oppido Tugia, cuius Antoninus meminit, et a Castulone, Malacam versus, distare ait, xxxv. M. P. Nunc jacet. Saltui Tugiensi nomen, Sierra de Alcaraz.

^f Juxta quem Tader] Ita Mss. omnes. Ex iisdem montibus, quibus Bætis, Tader oritur: hodie Segura vocant: sed is in ortum tendit, Murciam rigat, et in Illicitanum agrum devolvitur, ut dicitur cap. seq.

^g Ilorci] Curvo, inquit, amnis deflectit anfractu, quasi refugiat Cn. Scipionis rogam aspicere: quem in turrim quandam Hasdrubalis copiæ fugientem compulerant: qua incensa cum omni comitatu misere concrema-

refugit¹⁵ Scipionis rogam : versusque in occasum, Oce-
anum Atlanticum provinciam^b adoptans petit, modicus pri-
mo, sed multorum fluminum capax, quibus ipse famam
aquasque aufert. Bæticæ primum ab Ossigitania¹⁶ infu-
sus, amœno blandus alveo crebris dextra lævaque accoli-
tur oppidis.

Celeberrima inter hunc^j et Oceani oram in mediterraneo
Segeda, quæ Augurina cognominatur : Julia, quæ^k Fiden-
tia : Urgao,¹⁷ quæ Alba : Ebura,^m quæ Cerealis : Iliberi,ⁿ
quod Liberini : Ilipula,^o quæ Laus : Artigi,^p quod Julien-

—15 Vet. Dalec. *ille ocyor refugit*.—16 *Ossigitania* margo edd. Dalec. et Gronov.—17 *Urgao* edd. vett. Mox *Hebura*, quæ, &c. margo edd. Dalec. et Gronov. Deinde, *Astigi* Harduin. 2. 3. et Franz. *Astici* Parm. *Singilia He-gua* Gronov. Paulo post, *Ubeda* ibid. pro *Bæbro*. 'Forte *Agabro* legi satius : quod, cum Eliberitana et Astigitana Ecclesia, meminit etiam Agabrensis

NOTÆ

tus. est : ut auctor est Appianus in Iberic. p. 263. Oppido nomen hodie *Lorquinum* est, ad amnem Taderum, in regno Murciæ.

^b *Provinciam*] Bæticæ provinciæ, quam mediam secat, suum nomen impertiens.

ⁱ *Ossigitania*] Ab Ossigi oppido, de quo mox : ab ea provincia Bæticæ initium duci haud obscure innuit : citra versus Septemtrionem et ortum, Tarraconensem esse : quare ad Castulonem oppidum, qui Bæticæ finis paulo post dicitur, Ossigitania pertinuit.

^j *Inter hunc*] Inter Bætium, ab Ossigitania, ad fretum Gaditanum, et Atlantici oram Oceani, Cordubensis conventus mediterranea oppida ista sunt : Segeda, &c.

^k *Julia, quæ*] Tiberii nummus, in Thesaur. Goltzii, COL. IVL. FIDEN-TIA. Sed sunt Goltziana Latina numismata pleraque adulterina et ficta. Straboni, lib. III. p. 141. *Ἰουλία*. Est *Ὀύλῖα*, vel potius *Ἰουλία*, Ptolemæi

prope Cordubam, II. 4.

^l *Urgao*] Inscriptio inventa Arjo-næ in agro Giennensi, lencis duabus ab *Andujar*, MVNIC. ALBENSE. VR-GAVON. apud Gruter. p. 233. sed fic-ta et recens.

^m *Ebura*] In Mss. quibusdam, *Ebo-ra*. Non est hæc *Ebora* Pomponii Melæ, de qua ille in Bæticæ littore, III. 1. nec Strabonis *Ἐβούρα*, quæ ea-dem cum *Ebora* Pomponii est, III. p. 140. Nunc, ut ego reor, est *Alcala Real*, inter Granatam et Cordubam.

ⁿ *Iliberi*] Loaysas in Conc. Illib. legit, *Eliberi*, quod *Eliberini*. Fuit in colle, cui nomen hodie est *Sierra de Elvira*. Ptolemæo, loc. cit. *Ἰλλί-Βεπλς*.

^o *Ilipula*] Ptolemæo, loc. cit. *Ἰλλί-πouλα μεγάλη*. Nunc est Granata, regni cognominis caput. Vide Roder. Carum, Antiq. Hispal. III. 11. p. 100.

^p *Artigi*] Nunc *Alhama*, inter Gra-natam et internum mare, versus Ma-lacam. Mart. de Roa, in Hist. Asti-

ses: Vesci,^a quod Faventia: Singili,^r Attegua,^s Arialdu-
num,^t Agla minor, Bæbro, Castra vinaria,^u Episibrium,¹⁸ v
Hippo^w nova, Ilurco,¹⁹ * Osca,^y Escua, Succubo, Nudita-
num,^z Tuati^a vetus, omnia Bastetaniæ^b vergentis ad mare,

//////////

Concilium Hispalense II. Can. 1.^r *Harduin. in Ed. sec.*—18 *Castra v. Pisim-
brium Chiffli.*—19 *'Bene Ilurco nummi veteres.'* *Brotier. Ilurco ceteræ edd.*—

NOTÆ

git. fol. 13. aliique: Ptolemæo, loc. cit. *'Aprivis.*

^a *Vesci*] *Oðeus* Ptolemæo, loc. cit. Forte *Archidona*, inter *Antequera*, et *Alcala Real*.

^r *Singili*] Eadem Antiquaria Antonino dicta, nunc *Antequera*, supra Malacam. Ibi reperta inscriptio apud Gruter. extat, p. 437. *MVNICIF. SINGILIENSIVM.*

^s *Attegua*] *'Ἀττέγουα πόλις*, Dioni lib. XLIII. pag. 230. haud procul Corduba. Mariana, Hist. Hisp. III. 21. *'Attegua'*, inquit, *'decimo sexto ab urbe Corduba lapide sita erat, quo nunc loco rinæ tantum extant Tebæ veteris nomine, Teva veja,'* sexto fere milliari ab Antiquaria Hispalim euntibus. Vide Notas et Emend. num. 8.

^t *Arialdunum*] Mss. Reg. et Colb. *Arialdunum, Aglamin, Urbedo.* Hic aliqui comminiscuntur, *Avia, Eldanum*: et a priori oppido dictum esse Festum Aviennum volant.

^u *Castra vinaria*] Forte quæ Hirtio Castra Postumiana dicuntur, milibus fere quatuor ab Attegua et Succubi, de Bello Hisp. p. 255. quæ Mariana, Hist. III. 21. pag. 123. nunc *Castro del Fiume* ait appellari.

^v *Episibrium*] Mss. R. 2. *Episimbrium.* Reg. 1. et Colb. 2. *Cisimbrium.*

^w *Hippo*] Mss. *Iphonoba.* Hippo- nem Livius agnoscit, sed in Carpeta-

nis, haud procul Toletu, lib. XXXIX. p. 496.

^x *Ilurco*] Inscriptio apud Gruter. pag. 406. *ORDINIS. ILLVRCONENSIS*, ex Ant. Augustini schedis, reperta in pago *Pinos*, Granatensis agri. Falsa et recens.

^y *Osca, &c.*] *Oscam* nunc aiunt esse *Huescar*, in confinio regni Granatensis, et Castellæ Novæ. Ita Jo. Franc. Andrez, lib. de patria S. Laurent. p. 6. aliique. *Escuam* Ptolemæus *'Ἐσκουαν'* vocat, II. 4. *'Succubo'* Hirtio, de Bello Hisp. pag. 254. *Ucubis* vocatur, prope Atteguam. Succubitani municipii meminit Capitolianus, in M. Antonino, p. 22.

^z *Nuditatum*] Mss. *Unditanum.*

^a *Tuati*] Vide Notas et Emend. num. 9.

^b *Omnia Bastetaniæ*] Recensita inquit, hactenus oppida, in Bastetaniæ parte illa sunt, quæ non ad Oceanum, sed internum vergat ad mare: ad conventum vero quod spectat, Cordubam jura petunt. Bastetani Plinio iidem qui Bastuli. A Bæti amne ad Carthaginem novam, Oceani internique maris oram tenuere. Auctor Strabo, lib. III. pag. 156. Nomen a Basta urbe, quæ hodie *Baza* est, inquit Mariana, Hist. Hisp. I. 3. Apud Gruter. pag. 349. *BASTETANVS.* At pag. 225. permutatis literis, *BATES-TANI. POPVLI.*

conventus vero Cordubensis. Circa flumen ^c ipsum, Ossigi,^{20 d} quod cognominatur Laconicum : Iliturgi,^{21 e} quod Forum Julium : Ipasturgi, quod Triumphale : Sitia :^f et XIV. M. passuum remotum in mediterraneo Obulco,^g quod Pontificense appellatur. Mox Ripa, Epora^{22 h} fœderatorum, Sacili,ⁱ Martialium Onoba.^j Et dextra ^k Corduba,^l colonia

20 Tucci vetus, omnia Bastitanæ vergentis ad mare. Conventus vero Cordubensis circa flumen ipsum Ossigi edd. vett. et Gronov. Bastetanæ inscriptiones vett. et Reg. Brot. 1. quod recepit Brotier. Mox, Chiffi. Laconium.—21 Ita Reg. Brot. 1. et Ed. pr. Illiturgi ceteræ edd.—22 Ita Reg. Brot. 1. et Rezzon. Ripe-

NOTÆ

^c Circa flumen] Circa Bætım.

^d Ossigi] In subscript. Conc. Illib. 'Clementianus ab Ossigi.' Nunc aiunt esse Megibar, inter Andujar, et Linarez, in regno Giennensi. In Hispania Laconicos mores et instituta floruisse auctor est Strabo, lib. III. p. 154. inde illa fortasse cognomina, Laconicum, et Laconimurgi, quæ nunc occurrunt. Tamen in Mss. hoc loco Latonium scribitur.

^e Iliturgi] A Scipione æquatum solo id oppidum auctor est Livius, lib. XXVIII. pag. 326. et Appian. in Iber. p. 272. cni 'Ιλουρϋλα πδλις dicitur, sicuti Ptolemæo, II. 4. 'Ιλουρϋλις. Nunc est Andujar el vejo, tribus millibus ab Andujar oppido ad Bætım sito, supra Cordubam : ubi reperta inscriptio, quam refert Morales, lib. II. fol. 57. ORDO ILITVRGITANOR. ficta et recens.

^f Sitia] Σέρια Ptolemæo, loco cit.

^g Obulco] 'Οβόλκων Stephano : "Οβουλκων Ptolemæo, II. 4. Hodie Porcuña, oppidum hand ignobile Cordubam inter, et Giennam. Ita Mariana, Hist. Hisp. III. 21. p. 123. Reperta ibi vetus inscriptio, apud Gruterum, p. 105. MVNICIP. PONTIFICIS. Et p. 458. ORDO. PONTIFICIENSIS. OBULCONENSIS. Id pluribus firmat argumentis Mart. de Roa, in Hist. Astig.

pag. 18.—' In nummo vetere, e Gaza Regia, OBVLCO.' Ed. sec.

^h Mox Ripa, Epora [Ripepora] Post Obulconem, inquit, sequitur in mediterraneo Ripepora, quod oppidum fœderatorum fuit. In oppido Montoro repertum lapidem vetustum Hieron. Surita ait in Anton. Itiner. p. 553. cum inscript. RESPVB. EPORENSIS. Eporam a Corduba distare Antoninus prodidit M. P. XXVIII. a Castulone, L. Gruteri inscript. p. 105. ORDO. MVN. EPOR. Hanc Eporam esse Montoro, in Cordubensi Diœcesi, censet pariter Roder. Carus, III. 22. pag. 120. Hæc 'Εβορα Ptolemæi videtur, II. 4. in oppidis Turdulorum mediterraneis, proxime Onobam.

ⁱ Sacili] Σακίλις Ptolemæo, II. 4. in oppidis Turdulorum mediterraneis. Nunc Alcorruces vocant. In thesauro Goltzii, pag. 244. MVN. SACILIS.

^j Onoba] 'Ονοβα Ptolemæo, loco cit. Ut Narbo Martius, a Martia, ut videtur, legione, quæ eo deducta colonia est, sic Onoba eandem ob causam Martialium cognominata creditur. At hoc verius Sacilis cognomen est, interpungique satius in hunc modum : Sacili Martialium, Onoba.

^k Et dextra] In ripa fluvii, quæ Meridiem spectat.

^l Corduba] Hodie Corduba la veia,

Patriciæ cognomine : ²³ inde primum navigabili Bæti. Oppida : Carbula, ²⁴ Decuma : ^a fluvius Singulis, eodem^o Bætis latere incidens.

Oppida Hispalensis conventus : Celti, ^p Arua, Canama, Evia, Ilipa ²⁵ cognomine Ilia : Italica. Et a læva, Hispalis colonia, cognomine Romulensis. ^s Ex adverso ^t oppi-

pora Ed. pr. aliæque edd. Mox, *Maritalium* vet. Dalec.—23 Ita codd. Harduinii, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *patricia cognominata* edd. vett. ante Harduin.—24 *Carbule* Gronov. *Carbulo* al. Mox, *latere incidens* edd. vett. ante Harduin.—25 *Celtica*, *Axatiara*, *Arucci*, *Menoba*, *Ilipa* edd.

NOTÆ

lenca fere una a Corduba nova, quam nos *Cordoue* dicimus in septemtrionali amnis latere posita. Gruteri inscript. p. 323. COLONIÆ. PATRICIÆ. CORDVBENSIS. In nummo Augusti : COLONIA. PATRICIA.

^m *Carbula*] Ita Mss. Reg. 1. 2. &c. et in nummo antiquo ex ære, apud P. Ludovicum Jobert e Societate nostra, CARBULA, non *Carbulo*. Carulam in Bætica habet Antoninus, sed Ilipam inter et Hispalim : quare non est hujus loci, quanquam aliter Suriætæ visum, in Anton. Itiner. p. 562. et Roder. Caro, Antiq. Hispal. III. 49.

ⁿ *Decuma*] In Mss. R. 1. 2. &c. *Detuma*. Forte *Detunda*, vel *Detunna*. Nam, ut Barbarus annotavit, in hoc ipso Bæticiæ tractu, inter mediterranea Turdulorum oppida, *Δηρούδα* a Ptolemæo nominatur, haud procul Sacili. Situm ejus oppidi fuisse necesse est inter Bætīm et Singulim amnes.

^o *Eodem*] Dextro scilicet, et meridionali. Amnem hodie *Xenil*, et *Guadaxenil*, accolæ nuncupant.

^p *Celti*, &c.] *Celti* Antonino, vel Æthico potius, ut viris eruditis placeat, in itinere ab Hispali Emeritam. Ceterorum oppidorum mentio in vetustis Inscriptionibus. Vide Notas et Emend. num. 10.

^q *Ilipa*] Nunc *Penafior*, ad Bætīm, inter Cordubam, Hispalimque. Vide Notas et Emend. num. 11.

^r *Italica*] Omnium scriptorum consensu hodie est *Sevilla la veja*, Hispali proxima : Sillii vatis, Trajani Imp. et Theodosii M. natalibus clara. Gruteri inscriptio, p. 385. COLONIA. ITALICENSIS. IN. PROV. BAET.—^s In nummis Augusti, ITALICA. Tiberii, MUN. ITAL. et MUN. ITALIC. *Municipium Italicense*. Ed. sec.

^t *Romulensis*] Huc pertinet vetus inscriptio, apud Gruter. p. 257. QVI IVLIAE. ROMVLEAE. NEGOTIANTES. Hodie *Seville*. Juliam Romulam a Julio Cæsare nuncupatam ait Isidorus Orig. xv. 1.—^u Nummus est ex ære magno, in quo caput est fœmineum Orbi Romano impositum ; cujus in vertice Lunæ crescentis effigies est, quod est symbolum Augustorum Solis sidus. Epigraphe : IVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS. Julia Augusti filia hæc est, eadem Tiberii conjux. At non hic ORBIS legi certe oportuit, veluti una vox sit. Nam quid sibi vult ' Genetrix Orbis ? ' Quæ fœmina, quæve Dea dici genuisse orbem possit, ullo bono sensu ? In aversa nummi area caput Augusti radiatum est : supra, Solis sidus : juxta, fulmen. Epigraphe : PERMISS-

dum Osset, quod cognominatur Julia Constantia : Vergentum, quod Julii Genius :^u Oripo,^v Caura, Siarum. Fluvius Menoba, Bæti et ipse a dextro^w latere infusus.²⁶ At inter æstuaria Bætis, oppidum Nebrissa,^x cognomine Veneria, et Colobona.⁷ Colonia: Asta,^a quæ regia dicitur : et in mediterraneo Asido,^a quæ Cæsariana.²⁷

vett. et Gronov. Mox *Ilia* deest in iisdem.—26 *Vergentum quod J. genitor, Hippo Caurasiarum, fluvius M. B. et ipse, &c.* edd. vett. et Gronov.—27 *Casa-*

NOTÆ

SV DIVI AVG. COL. ROM. 'Colonia Romulensis.' A Divo Augusto jus impetrasse se cendendæ monetæ hoc titulo colonia Romulensis, sive Hispania, gloriatur. Itaque legendum in priore titulo est : 'IVLIA AVGVSTA GENETRIX Obstrinxit Romulenses Beneficio Impetrato Singulari.' Genetrix appellatur, ut ab altera Julia secerneretur, quam ipsa genuerat, uxore Germanici nimium, Julia Agrippina Augusta. 'Mater' dici non debuit, ne 'Mater Orbis' dici crederetur, hoc est, Orbis Romani, quo sensu dicta est Livia Augusta, Augusti conjux, 'Mater Patriæ : ' cum aliud vellent Romulenses intelligi. Ergo scribi 'Genetrix,' non 'Mater' oportuit.' *Ed. sec.*

'*Ex adverso*] Dextro igitur Bætis latere, seu meridiano: nam lævo sita olim Hispania fuit. Igitur *Alcala de Guadaira* fuerit sane potius Osset, quam *Alcala del Rio*, quantumcumque Pseudo-Maximus refragari nobis in Chronico videatur: cum Osset oppidum Aquas Duras jubet intelligi, ubi S. Gregorii sacræ reliquiæ asservantur.

^u *Julii Genius*] Ut Athenienses ædem Augusti Genio, Suetonio teste, dedicarunt, sic urbem suam Vergentenses sub Genii Cæsaris tutela ac præsidio collocarunt. Nunc *Geloes*, ut quidem videtur, inter amnes Bæ-

tim et *Guadimar*. Vide Notas et Emendat. num. 12.

^v *Oripo, &c.*] Oripo, nunc *Villa de dos Hermanas*, ix. M. P. ab Hispania, eruditis creditur. Siarum *Sarracatin*, in agro Utrerensi, Mart. de Roa, in Hist. Astig.—'In nummo vetere, ex ære, apud D. Foucault, legitur IRIPPO. In alio apud P. Jobert, legitur CAURA.' *Ed. sec.*

^w *Et ipse a dextro*] Hoc est, meridiano. Nunc *Rio Guadalete* dicitur, in ostium Bætis orientale, *ἀνατολικότερον*, ut appellat Marciianus, p. 71. olim influens: nunc eo oblimato, proprio in Oceanum ore se devolvit, flexumque, ut Plinius paulo post ait, torsit, correxivit. Vid. Notas et Emend. n. 12.

^x *Nebrissa*] Distare nunc a Bæti viii. P. M. scribit Mariana Hist. Hisp. l. 3. et Anton. Nebrissensis: altero Bætis ostio nunc oblimato. Incolis *Lebrixa*. In nummo Claudii Imp. teste Ligorio, apud Holsten. pag. 128. COLONIA. VENEREA. NABRISSA AVGVSTA.

⁷ *Et Colobona*] Mss. *Colobana*. Hodie *Tribuzena*, inter *Lebrixa*, et *S. Lucar di Barrameda*. Sic Roder. Carus, Antiq. Lusit. iii. 22. Qui *Col. Onoba*, legi hic jubent, et a librorum omnium fide desciscunt, et plures colonias invehunt, quam quot Plinius promiserat.

Singulis fluvius in Bætin, quo dictum est ordiae, irrumpens, Astigitanam^b coloniam alluit, cognomine Augustam Firmam, ab ea navigabilis. Hujus conventus sunt reliquæ^c coloniæ immunes: Tucci,^d quæ cognominatur Augusta Gemellæ: Itucci,^e quæ Virtus Julia: Attubi,^f quæ Claritas Julia: Urso,^g quæ Genua Urbanorum: inter quæ fuit Munda^h cum Pompeii filio capta. Oppida libera: Astigi vetus,ⁱ Ostippo.^j Stipendiaria: Callet,^k Calucula,

NOTÆ

^a *Asta*] Meminit Mela, III. 1. Ptolemæus, II. 4. alique. Nunc Xerez della Frontera, ad amnem Guadalete, teste Mart. de Roa, in Hist. Astig. Rudera urbis inter Xerez et Tribuxena monstrari ait Rod. Carus.

^a *Asido*] Postea Asidonia, demum Medina Sidonia appellata. Non est Ptolemæi Ἀσιδων, II. 4. quæ inter Bætım Anamque sita, juxta Nerto brigam.

^b *Astigitanam*] Hodie Ecija, inter Hispalim, et Cordubam. Apud Gruter. p. 101. COL. AVG. FIR. Astigi reperta inscriptio. Et apud Mart. de Roa, in Hist. Astig. COL. IVL. AVG. FIR.—'In nummo vetere, COL. AST. AVGVSTA.' Ed. sec.

^c *Reliquæ*] E coloniis novem, quas promiserat, jam quinque appellavit: Gades, de quibus inter insulas uberius, IV. 36. Cordubam, Hispalim, Astam, Asidonem.

^d *Tucci*] Hodie Martos, inter Cordubam, et Giennum. Τοῦκι Ptolemæus II. 4. Γεμελλαν vocat Appianus, in Iber. p. 293. Gruteri inscriptio, p. 323. COLONIÆ. AVG. GEMELLÆ. TVCCITANÆ. Unde Gemellæ nomen, dicemus in Notis et Emend. num. 13.

^e *Itucci*] Ἰτῶκη Appiano in Iber. p. 292.

^f *Attubi*] Nunc esse Espejo, Marianæ videtur, Hist. III. 21. Nobis Olivera, prope Ostipponem. In Thesauco Goltzii, p. 298. Neronis num-

mus, COL. CLARITAS. IVLIA.

^g *Urso*] Hodie Ossuna. Ducatus titulo insignis: Mariana, Hist. III. 22. Ὀρσῶνα vocat Appianus, in Iber. p. 291. Ursanem Hirtius in Bello Hisp. p. 264. Conc. Arel. I. subscribit, 'Natalis Presbyter de civitate Ursolensium.' Vide Notas et Emend. num. 13.

^h *Fuit Munda*] Hac familiari forma loquendi, fuit, excisum deletumque ævo suo oppidum, cui hanc præfigit voculam, innuit. De Cn. Pompeio Magni F. ad Mundam interfecto, vide Livii Epitomen, lib. cxv. Hirtium, de Bello Civ. p. 264. Velleium, lib. II. n. 56. Florum, IV. 2. Dionem, lib. XLIII. p. 233.

ⁱ *Astigi vetus*] Nunc est Alhameda, intercoloniam Astigitanam, et Ostipponem, Martino de Roa, in Hist. Astig.

^j *Ostippo*] Meminit Anton. XIV. M. P. ab Ilipa, in itinere a Gadibus Cordubam. Astapa Livio est, lib. xxviii. p. 327. Ἀσταιά, Appiano, in Iber. p. 273. nunc Estepa: tribus fere leucis ab Astigitana colonia, in agro Osunensi.

^k *Callet, &c.*] In nummo Hispanico, apud Roder. Carum, III. 70. p. 197. CALLET. Calucula. Ptolemæo II. 4. Καλίκουλα. Obucula, Ὀβόκουλα Appiano in Iber. p. 293. Ὀβοῦκουλα Ptolemæo. Nunc est Mancloua, inter Astigitanam coloniam, et Carmonem, Rod. Caro, III. 41. Oningis Livio est

Castra gemina, Ilipula minor, Merucra, Sacrana,²⁸ Obulcula, Oningis. Ab ora venienti prope Menobam¹ amnem et ipsum navigabilem, haud procul accolunt Alontigiceli,^m Alostigi.²⁹

Quæ autem regio a Bæti ad fluvium Anam tendit extra prædicta, Bæturiaⁿ appellatur, in duas divisa partes, totidemque gentes: Celticos^o qui Lusitaniam attingunt, Hispanensis conventus: Turdulos,^p qui Lusitaniam et Tarraconensem accolunt, jura Cordubam³⁰ petunt. Celticos a Celtiberis^r ex Lusitania advenisse manifestum est, sacris, lingua, oppidorum vocabulis, quæ cognominibus in Bætica distinguuntur: Seriae adjicitur^s Fama Julia:³¹ Nertobrigæ,^t Concordia Julia: Segidæ,^u Restituta Julia: Contri-

rina Chiffi.—28 *Sucrana* Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz.—29 *Alagisti* Chiffi.—30 '*Corduba* S. M. perinde namque est atque si Turdulos hosce fori Cordubensis esse dixisset aut conventus.' Dalec.—31 *Seria*, quæ dicitur fama Julia edd. vett. et Gronov. et mox in iisdem: *Vertobrige*, *C. Julia*: *Segede*... quæ et *Curiga*, &c. 'Romana editio anni 1470. et Parmensis anni 1476. habent *Turiga*.' Harduin. in ed. sec. *Turiga* etiam Harduin. 2. 3. Bipont. et

NOTE

Oringis. Vide Notas et Emend. num. 14.

¹ *Prope Menobam*] *Rio Guadalete*, ut diximus, non *Guadamar*, ut Rod. Caro visum, III. 84. qui deinde accolarum ejus amnis, quos Plinius mox appellat, perturbat situm.

^m *Alontigiceli*] Mss. Reg. et Colb. *Alontigi*, *Celilotigi*.

ⁿ *Bæturia*] *Bairovpla* Straboni, lib. III. p. 142. Nunc magna ex parte *Petrocha* dicitur, ob petrarum frequentiam, teste Jo. Sepulveda Cordubense, de patria sua sic scribente ad Pintianum, Epist. III. 45.

^o *Celticos*] Nunc Andalusie pars ea est, quæ supra Bætiam, ad ripam usque Anæ et *Badajoz* civitatem.

^p *Turdulos*] Ubi hodie *Extremadura*, quæ inter Anam et Bætiam.

^r *Jura Cordubam*] Sunt fori conventusque Cordubensis.

^r *A Celtiberis*] A Celtiberis quidem, quoniam oppidorum vocabula in Celtiberia quoque sunt paria, in Bætica cognominibus distinguuntur. In Lusitania vero Celtiberos concessisse prius, quam in Bæturiam commigrarent, snadet linguæ, sacrorumque similitudo: et nomina etiam nonnulla oppidorum gemina. Hunc locum frustra sollicitant Pintianus, et Salmas. in Solin. p. 279. contra librorum omnium consensum.

^s *Serie adjicitur*] Subintellige, cognomen. *Zepla* est Ptolemæo, II. 4. quanquam in Turdetanis sen Turdulis locat, juxta Lusitaniam. Vide Notas et Emend. num. 15.

^t *Nertobrigæ*] *Nepróβρυα* Ptolemæo, loc. cit. prope Contributam *Κορπιβούραν*. Est et alia Nertobriga Celtiberorum, apud Ptorum, II. 17. pag. 91. Nertobriga hæc Bætica,

butæ,^v Julia : Ucultuniacum,^w quæ et Curiga nunc est : Laconimurgi,^x Constantia Julia : Teresibus Fortunales, et Callensibus^y Emanici. Præter hæc^z in Celtica Acinipo,³² Arunda, Aruci,^a Turobriga, Lastigi,^b Alpessa, Sæpone, Serippo. Altera Bæturia, quam³³ diximus Turdulorum, et

Franz.—32 Ita nummi veteres; ceteræ edd. *Acinippo*.—33 *Altera Betulia ab ea quam margo edd. Dalec. et Gronov. Paulo post, edd. vett. et Gronov. re-*

NOTE

nunc *Valera la veja*, prope *Frezenal*. Rod. Carns, III. 66.

^v *Segidæ*] Huic cognominis alia in Celtiberis agnoscitur a Stephano, *Σεγίδη, πόλις Κελτιβήρων*. Appiano in Iber. pag. 279. *Σεγίδη, πόλις Κελτιβήρων τῶν Βελλῶν λεγομένων*, hoc est Bellitanorum, de quibus cap. seq.

^w *Contributæ*] Hanc ab Emerita distare M. P. XLIV. auctor est Antoninus. In Celtiberis quoque Contrebia seu Contributa fuit, de qua Florus, et Livius. Tamagus in Martyrol. Hispan. die 10. Decemb. erutas ait ad oppidum *Medina de las Torres* inscriptiones multas, IVLÆ CONTRIB.

^x *Ucultuniacum*] In Mss. *Mucultumacum*. Libentius agnoverim, *Mucultuni*, item: ut sit sententia, adjici ei oppido cognomen idem, nempe *Julia*. Caricam a Contributa dissitam ait Antoninus, M. P. XXIV. Non est *Carruca* Hirtii, de Bello Hisp. p. 260. quippe quæ juxta Mundam posita, ultra Bætium. Sed videtur esse *Κούρυα* Ptolemæi, II. 4. in Celticis Bæticis, hand dubie pro *Κούρυα*.

^z *Laconimurgi*] In Mss. Reg. et Colb. *Lacimurgæ*. Et in Vettonibus Lusitanie populis, unde Celtici profecti sunt, *Λακωνιμουργον* habet Ptolemæus, II. 5. Nunc esse *Constantina* videtur, in Andalusia supra *Penaflor*: nec procul inde Tereses tenuere oppidum, ubi *S. Nicolò del Puerto*. Tereses a Fortunabilibus perperam seceres

Delph. et Var. Clas.

Plinius.

nit Pseudo-Maximus in Chronico. Coloniae Juliae Constantiae mentio apud Hygen. de Limitib. constit. p. 195. sed ab ista, ut puto, diversæ.

^y *Callensibus*] Quorum oppidum *Caçalla*, juxta *Alanitz*, et *S. Nicolò del Puerto*. Rod. Carus, III. 70. Olim Calentum dictum, ex Plinio ipso, XXXV. 49.

^z *Præter hæc*] *Ἀκωνιτῶν* Ptolemæo; II. 4. in Bæticis Celticis, et *Ἀρούδα*, et *Ἀρούκι*. In nummo vetere, apud Rod. Carum III. 57. *ACINIPPO*. Sed idem Carus et Acinipponem, et Arundam, et Arucci, et cetera quæ sequuntur oppida, magno errore extra Bæturie Celticam, quæ tota Ana et Bæti amnis clauditur, fere ad Gadianum fretum ablegat, prope Mundam, vocum affinitate inductus in fraudem.

^a *Aruci*] Vel *Arucci*, nunc *Arroche*, Andalusie pagus, in confinio Lusitanie. Inscriptio Gruteri, p. 238. *CIVITAS ARVCITANA*.

^b *Lastigi*] In nummo vetere, quem exhibet Roder. Carus, III. 61. p. 186. *LASTIGI*. Et c. 62. *ORDO MVNICIPI FLAVI SALPENSANI*, in inscriptione quam Utrere ultra Hispalim, versus fretum, repertam ait. Sed non continuo ejus loci nomen Salpensam fuisse recte colligit: quam in Celtica Bæturia fuisse, hoc est, inter Bætium et Anam Plinius asseverat.

2 N

conventus Cordubensis, habet oppida non ignobilia, Arsam,^c Mellariam,^d Mirobricam: regionis Osintiadis, Sisaponem.^e

Gaditani³⁴ conventus: civium Romanorum, Regina:^f Latinorum, Regia Carissa,^g cognomine Aurelia; Urgia cognominata Castrum Julium: item Cæsaris^h Salutariensis. Stipendiaria: Besaro,ⁱ Belippo, Barbesula, Lacippo, Bæ-sippo, Callet, Cappagum, Oleastro, Itucci, Brana,^j Lacibi, Saguntia, Andorisæ.³⁵

Porro longitudinem universam ejus prodidit M. Agrippa

.....

giones Osintigi.—34 *Tuditani* Chiffli. Mox, edd. vett. et Gronov. *Latinorum Læpia, Ulia, Carisa, &c.*—35 Ita codd. Harduini, et margo edd. Dalec. et Gronov. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Andorisippo.*

NOTE

^c *Arsam*] *Ἀρσα* Stephano, et Ptolemæo II. 4. et Appiano in Iber. p. 294. Tamayus in Martyr. Hisp. 8. Julii, in Estremadura fuisse ait, nunc *Argallen*, dici: leucis duabus a *Zalamea della Serena*.

^d *Mellariam*] *Hodie Fuente de la Ovejuna*, a Corduba leucis XIV. versus Emeritam. Repertæ ibi inscriptiones, apud Gruter. p. 321. ORDO MELLARIENSIS. Nec procul inde pagus est *Villa de Capilla*, veteribus Mirobrica, ut docet eruta ibi inscriptio vetus, apud eundem Gruter. p. 257. ex Aut. Augustini schedis, MIROBRICENSIVM. MVNIC.

^e *Sisaponem*] Ubi nunc *Almaden*, in Andalusia supra Hispalim. *Σισάπων* Straboni dicitur, lib. III. p. 142. Vide Notas et Emend. num. 16.

^f *Regina*] *Ῥήγυνα* Ptolemæo, II. 4. Apud Ambr. Moral. lib. VII. fol. 101. RESP. REGINENSIVM.

^g *Carissa*] *Κάρισα* Ptolemæo, II. 4. eidemque *Ὀβύλα* est, quæ Plinio Urgia. Hodie *las Cabeças*, prope Nebrissam. Carissa vero vetus nomen retinere dicitur, prope *Bornos*, ad ri-

pam amnis Guadalete. Rod. Carus, III. 29. Vide Notas et Emend. num. 17.

^h *Item Cæsaris*] Hoc ipsum oppidum Urgia, inquit, quod Latii quoque jure gaudet, altero etiam cognomine dignoscitur, Cæsaris nimirum Salutariensis.

ⁱ *Besaro*] *Besaro* et *Belippo*, ignota ceteris oppida. De Barbesula, et Bæ-sippone, initio sectionis hujus diximus. *Λακίππωνος*, meminit Ptolemæus II. 4. et Mela II. 6. Est et *Ὀλέαστρον* et *Λακίβλις*, apud Ptolem. et *Σαγουντία*, cujus rudera monstrari aiunt inter *Arcos*, et *Xerez della Frontera*, ad amnem *Guadalete*, cum vetusto nomine *Cigonza*. Oleastrum Mela III. 1. lucum ait fuisse prope Gaditanum sinum.

^j *Brana*] Forte *Urbona*, *Ὀυρβώνη*, de qua Ptolem. II. 4. inter Oleastrum et Bæsipponem. Mox ubi *Andorisæ* scripsimus, et statim subsequente periodo, *Porro longitudinem*, id Mss. codicum fidem secuti fecimus, cum prius legeretur: *Andorisippo. Longitudinem, &c.* Sic ipse Plinius IV. 16.

CCCCLXXV.³⁶ M. passuum : latitudinem CCLVII. M. sed cum termini^k Carthaginem usque procederent: quæ causa magnos errores computatione³⁷ mensuræ sæpius parit, alibi mutato provinciarum modo, alibi itinerum auctis aut diminutis passibus. Incubuerunt³⁸ maria tam longo ævo alibi, processere littora, torsere se fluminum aut correxere flexus. Præterea¹ aliunde aliis exordium mensuræ est, et alia meatus:³⁹ ita fit, ut nulli duo concinant.

(II.) Bæticæ longitudo nunc a Castulonis^m oppidi fine Gades,⁴⁰ CCL. M. et a Murgi maritima ora XXV. M. pass. amplior. Latitudo a Carteiana ora CCXXXVII.⁴¹ M. pass.ⁿ Agrippam quidem in tanta viri diligentia, præterque in hoc opere cura, orbem cum terrarum orbi spectandum^o propositurus esset, errasse quis credat, et cum eo Divum Augustum? Is namque complexam eum porticum ex destinatione⁴² et commentariis M. Agrippæ a sorore sua inchoatam⁴³ peregit.

//////////

Longitudinem, &c. edd. vett. ante Harduin.—36 Ita codd. Harduini, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. CCCCLXXV. edd. vett. et Gronov. et sic etiam Franz.—37 Vet. Dalec. *comparatione*.—38 *Et dum incubuere* vet. Dalec.—39 Idem codex, *exordium est, mensura et alia meatus*.—40 Vet. Dalec. *finibus ad Gadeos*. Mox pro CCL. M. et a M. m. ora XXV. quod testantur Chiffi. aliique codd. edd. vett. exhibent, CCCCLXXV. M. et a M. m. o. XXII. Vet. Dalec. *amplius*.—41 Chiffi. CXXXVII. Harduin. 1. et edd. vett. CCXXIV. Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. CCXXXVI. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *tanta virium diligentia... proponeret, cæce errasse, &c.* Gronov. *urbi pro orbi*.—42 Margo edd. Dalec. et Gronov. *designatione*.—43 Ita ex Ed. pr. et Reg. 1. edidit Brotier: a s. ejus inchoatam ceteræ edd.

NOTÆ

descriptis quibusdam Græciæ regionibus, ' Porro Epiri,' inquit, ' Achaia... longitudo,' &c.

^k *Sed cum termini*] Sed eam longitudinem Agrippa tam prodidit, cum Bætica Carthaginem usque pertineret.

¹ *Præterea*] Non ab eodem termino, inquit, initium mensuræ est omnibus, neque eadem via iter, ad eosdem etiam fines illam mensuram ducentibus.

^m *A Castulonis*] A Castulone oppi-

do, inquit, qui Bæticiæ finis ac limes nunc statuitur, usque Gades, CCL. M. Castulonem Bæticiæ finem statutum fuisse, auctor est etiam Strabo, lib. III. p. 166. Nunc *Cazlona* et *Cazorla*, in confinio Castellæ Novæ, et regni Granatensis. Vide Notas et Emend. num. 18.

ⁿ *CCXXXVII. M. pass.*] Martianns, lib. VI. cap. de Hisp. pag. 203. CCXXXIV.

^o *Orbi spectandum*] Vide Notas et Emend. num. 19.

IV. (III.) Citerioris Hispaniæ, sicut complurium provinciarum, aliquantum vetus forma mutata est: utpote cum Pompeius Magnus tropæis suis, quæ statuebat in Pyrenæo, DCCCLXXVI.¹ oppida ab Alpibus ad fines Hispaniæ ulterioris in ditionem a se redacta testatus sit. Nunc universa^b provincia dividitur in conventus septem: Carthaginensem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem,² Bracarum. Accedunt insulæ, quarum mentione seposita, præter civitates contributas aliis CCXCIV. provincia ipsa continet oppida CLXXIX.³ In iis colonias⁴ XII. oppida civium Romanorum XIII. Latinorum veterum XVIII.⁵ foederatorum unum, stipendiaria CXXXV.⁶

Primi in ora Bastuli:^d post eos, quo dicitur ordine, intus recedentes Montesani, Oretani, et ad Tagum Carpetani: juxta eos Vaccæi, Vectones, et Celtiberi Arevaci.⁷ Oppida oræ proxima: Urci,^e adscriptumque Bæticæ Ba-

CAP. IV. 1 Chiff. LXXVII. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. DCCCXLVI. Mox, *abs se redacta* Vet. Dalec.—2 Chiff. *Lucrensem*.—3 Chiff. et Vet. exempl. Erasm. *seposita civitatis* (al. *civitates*) *provincia ipsa præter contributas aliis CCXCIII. continet oppida CLXXIX.* Vet. Dalec. *præter civitates contributas aliis ducentas nonaginta quatuor, provincia ipsa continet oppida CLXXIX.* Edd. vett. et Gronov. *seposita præter civitates contributas aliis, provincia ipsa CCXCIV. continet oppida.* Vid. Not. Var.—4 *In iis coloniæ* Vet. Dalec.—5 Ita codd. Hardnini, et Chiff. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XVII. edd. vett.—6 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CXXXVII. Vet. exempl. Erasmi; CXXXII. Lugd. Erasmi; CXXXVI. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—7 *Arrebaci* Gronov. et edd. vett. ante Harduin. 'Scribe *Arbaci*; nisi *Arbaci* contracte dicti, qui *Arrebaci* nonnullis.' Heins. *Adv.* p. 367. *Arvaci* Harduin. 1. 2. 3. Miller.

NOTÆ

^a DCCCLXXVI.] Sic Mss. omnes, Reg. Colb. Paris. Chiff. De Pompeii tropæis in Pyrenæo positis, Strabo lib. III. p. 156.

^b Nunc universa] Hæc Martianus iisdem verbis, lib. VI. cap. de Hispania, pag. 203. Horum conventuum mentio fere omnium in Inscript. Gruteri. Lucensis, apud Ambr. Morales, lib. VI. fol. 69.

^c Oppida CLXXIX.] Ita Reg. 2.

Tolet. Chiff. &c. Exactissime certe huic summæ respondet, qui subjicitur numerus oppidorum citerioris Hispaniæ, seu Tarraconensis. Contributæ civitates eæ sunt, quæ majorum jurisdictioni ac foro parent.

^d Bastuli] Qui et Bastetani Plinio, ut diximus sup. cap.

^e Urci] Οὐρκῆ Ptolemæo, II. 6. in Bastitanorum ora. De ea jam diximus sup. cap. ad ea verba: 'Mox a

rea : ^f regio Mavitania, ^g mox Deitania, dein Contestania : Carthago ^h nova, colonia : cujus a promontorio quod Saturni ⁱ vocatur, Cæsaream Mauritaniae urbem CLXXXVII. M. pass. trajectus. Reliqua in ora : flumen Tader : ^j colonia immunis Ilici, ^k unde Illicitanus sinus. In eam contri-
buuntur Icositani. ^l Mox Latinorum ^m Lucentum, Dianium ⁿ stipendiarium : Sucro ^o fluvi-
us, et quondam oppidum, Contestaniae finis. Regio Edetania ^p amœno prætendente se

Bipont. et Franz.—8 *Mauritania* edd. vett. et Gronov.—9 *Durias* quibus-

NOTÆ

sine Urgitano.’

^f *Barea*] Barea etiam oppidum, inquit, Tarraconensis provinciae, ascribitur a nonnullis Bæticæ. Nunc *Vera*, prope *Muxacra*, quæ veterum Murgis, ut diximus. *Bæpeia* in Basilis ad Ibericum pelagus, Ptolemæo II. 6.

^g *Mavitania*] Ita libri omnes: non *Mauritania*, ut editi: aut *Batestania*, ut nonnulli volunt. Minor ea regio, ut et Deitania, quæ sequitur, Batestaniae finibus, quæ major fuit multis partibus, continebatur.

^h *Carthago*] *Cartagena* incolis: quam dux Pœnorum Hasdrubal condidit, inquit Mela, II. 6.

ⁱ *Saturni*] Ptolemæo, *Σαυραπία* *Ἰκσι*. Nunc *Capo di Palos*.

^j *Tader*] *Segura*, ut sup. cap. diximus. *Tépey* Ptolemæo dici videtur, II. 6.

^k *Ilici*] Mela loc. cit. ‘Illicitanus sinus,’ inquit, ‘habet Alonem, et Lucentiam: et unde ei nomen est, Illiceu.’ Nunc ut recte Escolanus Hist. Valent. IV. 19. aliisque *Elche*: aut id certe oppidum ex Illicis ruinis, quod propius a mari fuisse videtur, est excitatum. Sinui Illicitano tamen hodie nomen est *Golfo di Alicante*, a vicino, de quo mox dicemus,

oppido. Colonia porro immunis cum dicitur, Italico jure donata significatur, et immunitate ab omni censu, non modo capitis, sed et soli. De eo jure multa pererudit Gothofredus, in Cod. Theod. lib. XIV. tit. 13. de Jure Italico, &c. pag. 221.

^l *Icositani*] Ita libri omnes. Hi, inquit, Illicitanæ coloniae foro ac jurisdictioni subduntur.

^m *Latinorum*] Hoc est, Latii jure donatum. Lucentum Arabes præfixo articulo *Alicante* dixere, celeberrimum hodie Valentini regni emporium.

ⁿ *Dianium*] Straboni lib. III. pag. 159. *Διδυμιον*. Nunc *Denia*. Isidoro, Zanium, ut, pro *Diæta*, *Zæta* dixere antiquitus.

^o *Sucro*] Sucronis fluvii, *Σούκρωνος*, hodie *Xucar*, meminit Strabo loc. cit. Oppidi, Antoninna. Hic Sucronensis pugna, inter Pompeium et Sertorium: de qua Plutarch. in Sertorio, p. 578. Amnem hunc Contestaniae finem facit etiam Ptolemæus II. 6. cujus a Carthagine nova, quod et Plinius fecit, ducit initium. Oppidum hodie *Alzira*.

^p *Edetania*] *Ἠδερτανών* regio Ptolemæo, loc. cit. Ad Iberum usque et CæsarAugustum ea pertinuit. Apud

stagno, ad Celtiberos recedens. Valentia⁴ colonia III. M. pass. a mari remota: flumen Turium,⁹ et tantundem a mari Saguntum, civium Romanorum oppidum, fide nobile: ¹⁰ r flumen Uduba:⁵ regio Ilergaonum.⁶ Iberus⁷ amnis navigabili commercio dives, ortus in Cantabris, haud procul oppido Juliobriga,⁸ per CCCCL. M. pass.¹¹ fluens: navium per CCLX. M. a Varia¹² oppido capax, quem propter uni-

//////////

dam; Turia vet. Dalec. Torim Salmant. Turium Tolet. Turulim Ptolemæus. —10 Vet. Dalec. civium Romanorum fide oppidum nobile. Mox, flumen Idubeda Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. flumen Ubida Tolet. flumen Uduba Reg. Hard. 1. Colb. et Vet. Dalec. flumen Iduba cod. ap. Laet. —11 Ita codd. Dalec. et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Vox per non habetur in edd. Ald. Junt. Basil.

NOTÆ

Gruterum, p. 481. EDITANI.

⁴ Valentia] Valentini regni caput. Valence. Hanc Turium flumen præterfluit. Nunc Guadalayar vocant: Mela, Turium: Turiam Sallustius appellat.

⁵ Fide nobile] Florus, II. 6. 'In causam belli Saguntus delecta est ab Hannibale, vetus Hispaniæ civitas, et opulenta: fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum... Jam novem mensibus fessi fame, machinis, ferro, versa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogam: tum desuper se suosque, cum omnibus opibus suis, ferro et igni corrumpunt.' Vide Livium, lib. XXI. p. 194. August. de Civit. Dei, III. 20. et Appiano in Iber. p. 261. —⁶ Indigenæ locum esse putant, ubi nunc est Morviedro, quarto vel quinto lapide a Valentia ad Boream: ubi veteris Sagunti ruina fuisse ostensa Regi Catholico Philippo v. octavo die Maii, anni 1719. nuntii publici typis impressi prodiderunt. Morviedro dicunt patria lingua esse 'murum veterem.' Ed. sec.

⁷ Flumen Uduba] Sic Reg. et Colb.

non Idubeda, quod montis est nomen Ptolemæo, ac Straboni. Nunc Morviedro, quo Segobriga alluitur, Segorbe, in Valentino regno.

⁸ Ilergaonum] Ab Uduba ad Iberum. Ἰλεργάωνας Ptolemæus, II. 6. et Livius, lib. XXII. p. 215. 'Illurgavonenses, qui flumen Iberum attingunt,' Cæsar appellat, Bell. Civ. lib. I. p. 143. Tamen ultra Iberum Ilergaonas promovet Ptolemæus: et in nummis Dertosa Ilergaonum genti ascribitur.

⁹ Iberus] Accolis Ebro: nobis l'Ebre.

¹⁰ Juliobriga] Ἰουλιόβριγα Ptolemæo, loc. cit. quam sub eadem cæli parte locat, ac Iberi fontes. Nunc ipsi oppido nomen, Fuente d'Ibero: aliter aliis perperam statuentibus. Inscriptio apud Ambr. Morales, fol. 67. IULIOBRIGENSI. EX. GENTE. CANTABRORVM.

¹² A Varia] Ex ejus oppidi ruinis juxta crevit ad Iberum amnem, quod Logrono nunc dicimus. Obapia Ptolemæo in Beronibus, II. 6. et Straboni lib. III. p. 162.

versam Hispaniam Græci appellavere Iberiam. Regio Cossetania,^x flumen Subi,^y colonia^z Tarraco Scipionum opus, sicut Carthago Pœnorum.^a Regio Ilergetum,^b oppidum Subur:^c flumen Rubricatum,^d a quo Laletani^e et Indigetes.^f Post eos,^g quo dicitur ordine, intus recedentes

NOTÆ

^x *Cossetania*] Sic libri omnes. Ptolemæo, II. 6. Κοσσηται, in quibus Tarraconem locat. Apud Gruter. p. 499. TARRAC. VRBS. COSITANOR. Ab Ibero ea regio incipit: Tarracone clauditur.

^y *Subi*] Quod Tarraconem alluit. Mela II. 6. 'Inter Subin et Telobin amnes Tarraco urbs est.'

^z *Colonia*, &c.] Hæc Solinus, cap. 23. p. 44. et Martianus, lib. vi. p. 202. Hodie *Tarragona* dicitur, in ora Catalauniæ. Inscriptio Gruteri, p. 382. COL. TARRAC. Tiberii nummus, in Musæo nostro Parisiensi, C. V. T. hoc est, 'Colonia Victrix Tarraco.'—'Sed præter alios insignis ille ex ære mediocri, cujus expressam in cera effigiem habemus, e Cimelio D. da Ballonffeanx, Senatoris Luxemburgici: vultum Augusti et caput radiatum exhibet ex parte antica: Epigraphe: DIVVS AVGVSTVTTAEIM. In altera superficie, armamentarium est, januis biforibus: hinc s. inde c. Infra, PROVIDENT. Sensus est: 'DIVVS AVGVSTVS Voluit Turritam Tarraconem Armamentarium Esse Imperii. Senatusconsulto. PROVIDENTIA Augusti. De cognomento 'Turritæ Tarraconis' olim alibi diximus. Ob similem providentiam dictus est postea Imperator Nero, 'Novus Augustus,' in nummo Græco perraro, cujus hæc epigraphe est: ΠΡΟΝ. ΝΕΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Πρόνοια Νέου Σεβαστού. *Providentia Novi Augusti*: hoc est, Principis Augusto abavo suo simillimi.' *Ed. sec.*

^a *Pœnorum*] Duce Hamilcare. Nunc

est *Villa franca de Panades*, in Catalaunia: etsi in Ilergaonibus a Ptolemæo collocetur. Cis Iberum fuisse veterem hanc Carthaginem, ut et Tarraconem, Plinius haud obscure innuit. Errant qui Cantavexa esse existimant in Aragonia.

^b *Ilergetum*] A Subi amne ad Rubricatum. Noti Livio Ilergetes, lib. XXI. p. 196. ubi de Hannibale: 'Ilergetes inde, Bargusiosque, et Ausetanos, et Aquitaniam quæ subjecta Pyrenæis montibus est, subegit.' Gruteri Inscript. p. 519. CONTRA. ILERGETAS.

^c *Subur*] Σοῦρου Ptolemæo, II. 6. Nunc *Villa nova*. Gruteri Inscriptio, juxta Tarraconem eruta, p. 414. SVBVRITANI. Reinesii altera, p. 437. C. I. P. S. 'Colonia Julia Paterna Suburitana, vel potius Pia.'

^d *Rubricatum*] Ρουβρίκατος Ptolemæo, loc. cit. hodie *Lobregat*. Ab hoc amne ait jam Laletanos appellari incolas: et proximos iis deinde, ubi nunc Emporiæ sunt, Indigetes, quorum regio Pyrenææ Veneris promontorio clauderetur. Sic etiam Ptolemæus loc. cit.

^e *Laletani*] Sic libri omnes. Hinc Laletana vina Plinio, XIV. 8. Laletana sapa, Martiali, VII. 52. Gruteri Inscript. p. 490. PREFECTO. ORÆ MARITIMÆ. LALETANÆ. Ptolemæo, II. 6. Λαληται, Straboni lib. III. p. 159. Λαληται.

^f *Indigetes*] Ἰνδιγῆται Ptolemæo, loc. cit. Ἰνδιγῆται Straboni lib. III. p. 160.

^g *Post eos*] Retro versus occasum

radice Pyrenæi, Ausetani,^h Lacetani:^{12 i} perque Pyrenæum Cerretani,^j dein Vascones. In ora autem colonia Barcino,^k

Lugd. Erasmi, Lugd. 1606. Dalec. Elz. et Gronov.—12 *Ausetani, Itani, Lacetani* edd. vett. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Frankf. Leyd. Elz. et Gronov. ita quoque Strab. lib. III. et Ptolemæus. *A. I. Jace-*

NOTÆ

Solis æstivum, in mediterraneo.

^h *Ausetani*] Horum Livius meminit loc. cit. *Ἀβδηράων* Ptolemæo, II. 6. Oppidum Ausa, et Vicus Ausæ, *Vic d'Osona*, et frequentius *Vich*, inter Gerundam et Manresam.

ⁱ *Lacetani*] Supra Gerundam, in Pyrenæi radicibus. Vide Notas et Emend. num. 20.

^j *Cerretani*] *Κερρραίων* Ptolemæo, II. 6. Straboni lib. III. p. 162. *Κερρραίων*. *Κερρραίων* ἐν Ἰβηρίᾳ Dioni, lib. XLVIII. p. 382. Vascones, non in Aquitania, sed in Hispania collocat etiam Ptolemæus loc. cit. Vascones ea ætate erant, qui hodie Navarri: ut egregie probat Oihenartus, II. 1. p. 73.—^k Sed ad Vascones, quos eo nomine nostra nunc ætas agnoscit, pertinet eximius, at longe posterioris ævi nummus, variis eruditorum conjectationibus celebratus. Vidimus ex argento, qui palmam manus magnitudine impleat. In parte priore Princeps sedet in throno sub tentorio, cujus velum hinc et inde tenent, ut intus Princeps appareat, bini cælestes Genii, quales pingi solent in insignibus Regum Francorum. Gestat Princeps in capite coronam ex Lisi floribus, quæ lilia vulgus appellat: dextra tenet nudum et erectum ensen: sinistra libellos supplices, a subjectis jus sibi reddi petentibus porrectos Principi, ut supremo iudici: ad pedes scutum est quadripartitum lineis directis, insignia bis exhibens Franciæ et Aquitanix. Epigraphe in ambitu hæc est, picturæ

respondens: DEVS IVDICIVM TVVM REGI DA: ET IVSTITIAM TVAM FILIO REGIS. In parte avera idem pingitur in equo splendide ornato decurrens, et armatus, galea munitus, cujus apicem decorat Lisi flos unus: dextra tenet nudum ensen elatum: est autem in circuitu hæc inscriptio: DEVS: KAROLVS: MAXIMVS: AQVITANORVM: DVX: ET: FRANCORVM: FILIVS. Hic alii alium Principem pictum suspicantur, alii aliter inscriptionem hanc posteriorem accipiunt. Nos, neminem arguentes, sic totum exponimus. Princeps Carolus, filius Caroli VII. Francorum Regis alter, frater Ludovici XI. regis, idemque Dux Aquitanix hic exhibetur, ac de eo in inscriptione prædicatur, id quod ipsa pictura clamat: *Defendet Ense Vascones Svos KAROLVS MAXIMVS, AQVITANORVM DVX, ET FRANCORVM Regis Vere Magni FILIVS*. Dicit *Vere Magnus* Carolus VII. profecto jure potuit, qui regni Franciæ magna parte potitos Anglos penitus demum e Galliis expulit. Ejusdem Caroli Ducis alter ille nummus est, quem laudat Historia Regiæ Inscriptionum Academiæ, tomo I. pag. 286. KAROLVS: REGIVS: FRANCORVM: FILIVS: AQVITANORVM: DVX. Leonem discerpit. .)(. FORTITVDO: MEA: ET: LAVS: MEA: TV: ES: DNE: DEVS: MEVS: CRUX, quam liliatam vocant, cum floribus Lisi, et pardis: quæ sunt Aquitanix insignia. ^l *Ed. sec.*

^k *Barcino*] In Lætanis, seu Lætanis, teste Ptolem. loc. cit. Nunc

cognomine Faventia. Oppida civium Romanorum: Bætulo, Iluro: ¹³ flumen Larnum: ^m Blandæ: flumen Alba: ⁿ Emporiæ: ^o geminum hoc, veterum incolarum, et Græcorum, qui Phocæensium fuere soboles. Flumen Tichis. ^p Ab eo Pyrenæa Venus ^q in latere promontorii altero, XL. M.

Nunc per singulos conventus reddentur insignia præter supradicta. Tarracone ^r disceptant populi XLIII. ¹⁴ quorum celeberrimi, civium Romanorum Dertusani, ^s Bisgargitani: ^t

//////////

tani Fulvius Ursinus. Vid. Not. et Emend.—13 Ita codd. ap. Brotier, et vett. inscriptt. *Iluro* edd. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Irulo* Chiffi.—14 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XLIV. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec.

NOTÆ

Barcelone. Gruteri Inscriptio, pag. 429. COL. F. I. A. P. BARCIN. hoc est, 'Colonia Flavia Julia Augusta Pia (non 'Paterna') Barcino.' Ibi enim F. Flavia est. Nam eadem pag. legitur, COL. FLAV. P. BARC. At in Thes. Goltzii, Galbæ nummus: COL. BARCINO. FAVENTIA.

¹ *Bætulo, Iluro*] Mela, II. 6. *Eluro*, *Bætulo*. Bætulam habet Livius, lib. XXVII. pag. 307. Bætulo, hodie *Badalena*, in ora Catalauniæ, leucis a Barcinone quatuor. Iluro, *Διλουρὸν* Ptolemæo (pro *Αιλουρὸν*) in Laletanis, nunc *Pineda*, inter *Βαρροῦλωνα* et *Βλάνθαν*. Est et alia Iluro in Novempopulania, *Oleron*, Hispanorum commercio dives.

^m *Larnum*] *Tornera* hodie, quo Blanda alluitur, *Blanes*.

ⁿ *Alba*] Qui Melæ Clodianus dicitur, II. 6. 'Dein Ticer flumen ad Rhodam, Clodianum ad Emporias.'

^o *Emporia*] Strabo lib. III. pag. 159. 'Εμπόρειον vocat, et *Δίκολον*, hoc est, geminam urbem, Græcos advenas a veteribus incolis medio dirimente muro, dividi testatus cum Plinio. Idem a Massiliensibus conditam cum Stephano docet, et Scylace

in Periplo, pag. 2. Fuere autem Massilienses orti a Phocæensibus, ut dicitur sect. seq. Nunc *Ampurias* vocant. Ptolemæo 'Εμπορία: in Indigetibus, II. 6.

^p *Tichis*] Qui Ticer ad Rhodam mox dictus est Melæ Pomponio, loc. cit. Nunc *Ter* accolis.

^q *Pyrenæa Venus*] Mela II. 5. 'Tum inter Pyrenæi promontoria, portus Veneris insignis fano,' &c. Huic promontorio, inquit Mariana, Hist. Hispan. 1. 2. olim a Veneris templo, nunc, religione mutata, a Cruce facta est appellatio. *Capo di Cruz*.

^r *Tarracone*] Hoc est, fuere hi Tarraconensis fori: hinc jura petere coacti.

^s *Dertusani*] Qui civium Romanorum jure potiebantur, ut et Bisgargitani Oppidum Ptolemæo, II. 6. *Δέρτωνα* in Ilercaonum gente. Tiberii nummus apud Suritam, in Anton. Itin. pag. 548. DERT. ILERGAONIA. Apud Reinesium, pag. 316. vetus inscriptio Dertosæ reperta, ORDO D. C. D. *Ordo Derionum Colonia Dertosæ*. Nunc est *Tortosa* ad Iberum.

^t *Bisgargitani*] Et hi ab oppido rursum Ilergaonum mediterraneo

Latinorum, Ausetani,^u Cerretani,^v qui Juliani cognominantur, et qui Augustani: Edetani,¹⁵ ^w Gerundenses,^x Gessoriensis: Teari,^y qui Julienses. Stipendiariorum: Aquicaldenses,^z Onenses,^a Bæculonenses.¹⁶ ^b

Cæsaraugusta^c colonia immunis, amne Ibero affusa, ubi oppidum antea vocabatur Salduba,^d regionis Edetanæ,¹⁷ ^e recipit populos CLII. Ex his civium Romanorum Belitanos,^f

~~~~~

Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—15 *Sedetani* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Frankf. Leyd. Elz. et Gronov. *Edetani* emend. Harduinus, eumque secuti Miller. Bipont. et Franz.—16 Ita ex codd. suis restituit Harduinus, cum antea legeretur *Batulonenses*.—17 *Sedetaniæ* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Leyd. Frankf. Elz. et Gronov. *Edetanæ* emend. Harduinus, et sic Harduin. 1. 2. 3. Miller.

#### NOTÆ

quod Βισσαργίς Ptolemæo loc. cit. Germanici nummus, in Thesauro Goltzil, pag. 242. MVN. BISCARGIS.

<sup>u</sup> *Ausetani*] Ab Ausa oppido, de quo supra.

<sup>v</sup> *Cerretani*] Gentis hujus ait oppida duo fuisse, unde cognomen incolæ tulerunt: Cerretani, ab oppido Julia Libyca, Ἰουλίᾳ Λίβυκα, cujus Ptolemæus meminit, II. 6. Augustani ab Augusta.

<sup>w</sup> *Edetani*] Vide Notas et Emend. num. 21.

<sup>x</sup> *Gerundenses*] Ab oppido Gerunda in Ausetanis, Ptolem. loc. cit. Nunc *Girona* incolis: nobis *Gironde*.

<sup>y</sup> *Teari*] Quorum oppidum Tiara Julia, Τιαριουλλία in Ilergaonum mediterraneis civitatibus apud Ptolem. loc. cit. qui Ilergaonas, ut monimus, ultra Iberum, in Catalauniamque promovet.

<sup>z</sup> *Aquicaldenses*] Ab Aquis calidis, quæ Ὑδρα θερμὰ Ptolemæo, II. 6. in Ausetanis: nunc *Caldes*, lencis quatuor a Barcinone.

<sup>a</sup> *Onenses*] Ita libri omnes: etsi ab litera A auspicandum id nomen ex

literarum serie videatur.

<sup>b</sup> *Bæculonenses*] Ita Mss. Reg. &c. non Bætulonenses, a Bætulone oppido superius memorato: sed a Βακουλὰ Ptolemæi, in Ausetanis, inter Ansam et Gerundam.

<sup>c</sup> *Cæsaraugusta*] Nummos hujus coloniae indices multos refert Patinus, pag. 33. et seq. Nunc *Sarragosse*.

<sup>d</sup> *Salduba*] Mss. Reg. et Colb. 1. 2. *Salduvia*. At vetus inscriptio, apud Goltzium, pag. 238. COL. CAESAREA. AVG. SALDVBA.—‘In nummis Sexti Magni Pii, SAL hoc est, *Salduba*.’ Ed. sec.

<sup>e</sup> *Edetanæ*] Ptolemæus quoque, II. 6. Edetani, sive Hedetani, seu denique, aspiratione, ut fit, in sibilum versa, Sedetani Cæsaraugustam assignat. Σηδηταῖα Appiano, in Iber. pag. 298.

<sup>f</sup> *Belitanos*] Ab oppido Βέλεια, in Edetanis, haud procul Cæsaraugusta, apud Ptolem. I. 6. Hodie *Belchite*. Indulget conjecturæ Reinesius, Var. Lect. I. 25. contra omnium librorum fidem, cum Bilbilitanos, a Bilbili, quæ Martialis patria, scribi jubet.

Celsenses,<sup>s</sup> ex colonia : Calagurritanos,<sup>b</sup> qui Nassici cognominantur : Ilerdenses,<sup>i</sup> Surdaonum gentis, juxta quos Sico-  
ris fluvius : Oscenses,<sup>j</sup> regionis Vescitaniæ : <sup>18</sup> Turiasonen-  
ses.<sup>k</sup> Latinorum veterum : Cascantenses,<sup>19</sup> <sup>1</sup> Ergavicen-  
ses : <sup>m</sup> Graccuritanos, <sup>n</sup> Leonicensēs, <sup>o</sup> Osicerdenses.<sup>p</sup> Fœde-

Bipont. et Franz.—18 *Besetanica*. Vet. Dalec.—19 Chiffi. *Cascantes*.—20

## NOTÆ

<sup>s</sup> *Celsenses*] Oppidum Κέλσα in Ilergetibus, Ptolem. II. 6. Nunc *Xel-sa*, ad Iberum. Nummis Tiberii, in Thesauro Goltzii, pag. 242. COL. VIC. IVL. CELSA. Anton. August. ait esse *Vüllsa*, quæ ad Iberum pariter leucæ unius intervallo a Celsa distat. Vide librum singularem, quem de Nummis antiquis Populorum et Urbium nuper in lucem edidimus.

<sup>b</sup> *Calagurritanos*] Ambr. Morales, ex vetere inscript. MVN. CALAGVRIS. IVLIA. NASSICA. Nunc *Loharre*, ab Huesca lencis IV. dissita. Sic Andrez, pag. 33.

<sup>i</sup> *Ilerdenses*] Ἰλέρδα in Ilergetibus a Ptolemæo collocatur, II. 6. Nunc *Lerida*, juxta *Rio Segre*, qui Sico-  
ris, etiam Lucano, IV. 14. ubi Ilerdæ situm describit : 'Placidis prælabitur undis Hesperios inter Sico-  
ris non ultimus amnes,' &c.

<sup>j</sup> *Oscenses*] Osca eorum oppidum, Floro III. 22. in Ilergetibus quoque statuitur, (quorum pars Vescitani, et Surdaones fuere,) apud Ptolemæum, II. 6. nunc *Huesca* in Aragonia. Nummus Germanici, in Thes. Goltzii, pag. 242. COL. V. T. T. OSCA. Vide librum nuper a nobis de Nummis antiquis Populorum Urbiumque editum.

<sup>k</sup> *Turiasonenses*] Τουρασών in Celtiberis, Ptolem. II. 6. In Thes. Goltzii, pag. 244. MVN. TVRIASO. Nunc *Tarraqona*, trans Iberum.

<sup>l</sup> *Cascantenses*] Nummus Tiberii a-

pud, Patin. pag. 616. MVNICIP. CAS-  
CANTVM. Κάσκαντος Ptolemæo, II. 6. in Vasconibus, hoc est, Navarris. Nunc oppidum Navarræ, *Cascante*, trans Iberum, prope Turiasonem. In decretis Hilari Papæ, 252. 'Tyriassonensium, Ascantensium, Calagurritanorum ;' lege, *Turiasonensium, Cascantensium*, &c.

<sup>m</sup> *Ergavicenses*] Ἐργαυλικά in Celtiberis, Ptolemæo loc. cit. In Thes. Goltzii, pag. 243. MVN. ERCAVICA. Apud Gruter. pag. 381. EX. CONVEN. CÆSAR. ERCAVIC. Hoc est, Ex Conventu Cæsaraugustano Erca-  
vicenses. In Conc. Tolet. X. 'Bal-  
duigius Arcavicensis Episcopus,' pro  
'Ercavicensis.'

<sup>n</sup> *Graccuritanos*] A Ti. Gracco nomen Graccuris accepit. Vide Li-  
vii Epit. lib. XLII. Nunc *Agrada* in Aragoniæ confinio, prope Turiaso-  
nem. Hinc Martyres Graccuritani in Martyrol. *Martyres de Agrada*. Γρακουργίς Ptolemæo, in Vasconibus.

<sup>o</sup> *Leonicensēs*] Oppidum Λεονικά in Edetanis, Ptolemæo II. 6. in quibus est ipsa Cæsaraugusta, cujus foro Leonicensēs disceptabant. Nunc est *Alcaniz*, in Aragonia, ad amnem *Guadalope*, qui in Iberum influit. Edeta-  
nos a Valentia usque Cæsaraugustam pertinuisse jam monuimus. Nummus C. Cæsaris, in Thes. Goltzii, pag. 244. MVN. LEONICA.

<sup>p</sup> *Osicerdenses*] Ὀσικέρδα juxta Leo-  
nicam statuitur a Ptolemæo.

ratos, Tarragenses.<sup>a</sup> Stipendiarios : Arcobricenses,<sup>20</sup> Andologenses,<sup>a</sup> Arocelitanos,<sup>t</sup> Bursaonenses,<sup>v</sup> Calagurritanos<sup>v</sup> qui Fibularenses cognominantur, Complutenses,<sup>v</sup> Carenses,<sup>r</sup> Cincenses,<sup>r</sup> Cortonenses,<sup>21</sup> Damanitanos,<sup>a</sup> Larnenses,<sup>b</sup> Lursenses,<sup>c</sup> Lumberitanos,<sup>22</sup> Lacetanos,<sup>e</sup> Lubienenses, Pompelonenses,<sup>f</sup> Segienses.<sup>s</sup>



Idem codex, *Arcobrienses*; Harduin. 1. Miller. et Franz. in Not. *Arcobrigenses*. —21 *Cotonenses* Chiffi.—22 *Lumberitanos* edd. vett. et Gronov. et mox in Chiffi. *Subienses* pro *Lubienses*, quod exhibent Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bi-

### NOTÆ

<sup>a</sup> *Tarragenses*] Municipium Τάρραγα Ptolemæo in Vasconibus. Hodieque *Tarrega*, leucis quinque ab Ilerda, in Catalaunia, versus Barcinonem.

<sup>r</sup> *Arcobricenses*] Ἀρκόβριγα Ptolemæo, loc. cit. in gente Celtiberorum. Nunc in Castellæ veteris, Aragoniæque confinio, ad *Rio Xalon*, qui in Iberum influit : *Arcoz*, haud procul *Sigüenza*.

<sup>a</sup> *Andologenses*] Ab *Andosilla* Navarræ oppidulo, Prud. Sandoval, apud Oihenartum, pag. 90. hos suspicatur nomen habuisse.

<sup>t</sup> *Arocelitanos*] Ita Mss. omnes. Antoninus in itinere ab Asturica Burdigalam, habet *Aracelim*, vel *Arocelim*, a Pompelone XXIV. M. P. Nunc *Huarte Araquil*, leucis quinque a Pompelone, versus Solis occasum, ut recte Oihenartus vidit, in Notit. Vascon. pag. 90.

<sup>v</sup> *Bursaonenses*] Vel *Bursavolenses*, de quibus Hirtius in Bello Hisp. pag. 158. vel *Bursadenses* ab oppido Βούρσαδα, de quo Ptolem. II. 6. in Celtiberis.

<sup>v</sup> *Calagurritanos*] Nunc est *Calahorra* in Castella vetere.—<sup>t</sup> In Gaza Regia, nummus Augusti, M.VN. CALAG. IVL. Ed. sec.

<sup>v</sup> *Complutenses*] *Alcala de Henarez*.

<sup>s</sup> *Carenses*] Vetus oppidum nomen retinet *Cares* : novum *Puente la Rey*-

na, leucis IV. a Pompelone. Inscriptio apud Ambr. Morales, fol. 68. EX CÆSARAVG. KARENSI. hoc est, ex conventu Cæsaraugustano, oppido seu municipio Carensi : non, ut Scaliger interpretatur, in Gruteri indice, 'Carenses Cæsaraugustani.'

<sup>r</sup> *Cincenses*] Ita libri omnes. Forte *Cinnenses*, ab oppido Κίρνα in Jaccetania Ptolemæi, II. 6.

<sup>2</sup> *Cortonenses*] Mss. omnes, *Cotonenses*.

<sup>a</sup> *Damanitanos*] In Edetanorum gente, in quibus ipsa Cæsaraugusta fuit, Δαμανία, Ptolemæo, loc. cit.

<sup>b</sup> *Larnenses*] Ab oppido, Larno amni, de quo supra, cognomine.

<sup>c</sup> *Lursenses*] Vide Notas et Emend. num. 22.

<sup>d</sup> *Lumberitanos*] Ab oppido quod Galli *Lombier*, in Navarra : incolæ Vasconice, *Irumberri* vocant, teste Oihenarto, pag. 90. leucis VII. a Pompelone.

<sup>e</sup> *Lacetanos*] De his agemus in Notis et Emend. num. 20. De Lubienibus nihil adhuc compertum, nisi ii sunt qui Levienses corrupte forsitan nominantur, cum Cascantensibus et Calaguritanis proxime hoc tractu appellatis, in decretis Hilari Papæ, p. 252.

<sup>f</sup> *Pompelonenses*] Ita Gruteri quoque inscriptio, pag. 325. et 455. No-

Carthaginem<sup>b</sup> conveniunt populi LXV.<sup>23</sup> exceptis insularum incolis. Ex colonia Accitana Gemellenses,<sup>i</sup> et Libisosa<sup>24j</sup> cognomine Foroaugustana, quibus duabus jus Italiæ datum : ex colonia Salariense<sup>k</sup> oppidani Latii veteris Castulonenses, qui Cæsari Venales appellantur : Sætabitani,<sup>l</sup> qui Augustani : Valerienses.<sup>m</sup> Stipendiariorum

pont. et Franz. *Vibienses* edd. vett. et Gronov.—23 Ita Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *LXII.* edd. vett.—24 'Rectius *Libisoca*, ut in vetustis codd. et apud Ptolemæum, lib. II. cap. 6.' *Dalec.* Ita

## NOTE

bis *Pampelune*.

<sup>i</sup> *Segienses*] *Segienses*, vel *Segienses* (ut recte Parm. edit.) a Σέγισα in Bastinis oppido apud Ptolem. II. 6.

<sup>b</sup> *Carthaginem*] *Carthaginem* novam, quæ hodie in Murcia regno, *Carthagera*. 'Carthagine nova conventum agebat Galba,' inquit Sueton. in ejus Vita, cap. 9.

<sup>i</sup> *Gemellenses*] Sic *Accitanæ* colonie cives vocabantur : ipsa, 'Colonia Julia Gemella Accitana,' COL. IVL. GEM. ACCITANA, apud Gruter. pag. 271. Accis hodie *Guadix*, in Granatensi regno. De *Gemellæ* cognomine dicemus in Notis et Emend. num. 13.—'In nummis antiquis, c. I. G. ACCI. et COL. GEM. ACCI.' *Ed. sec.*

<sup>j</sup> *Libisosa*] Et hæc colonia fuit, apud Gruter. pag. 260. ex Ant. Augustino, COLONIA LIBISOSANORVM. Estque Plinii calculo, qui XII. colonias in citeriore Hispania recenset. Vide librum de Nummis antiquis, verbo *CELSA*. Antonino, *Libisosa* est : Λιβίσσα Ptolemæo in Oretanis, II. 6. Aiunt extare hujus oppidi ruinas ad Lebazuza sive Lezuza, Castellæ pagum, baud procul Concha, Cuença.

<sup>k</sup> *Salariense*] Nunc *Cazorla* dicitur

in regno Granatensi : ævo sequiore *Saliotis*, ut auctor est Julian. Archiepresb. *Advers.* num. 356. Salarium et Castulonem diversa duo Oretanorum oppida, perperam, ut sæpe solet, Ptolemæus facit. Vetus inscriptio in Thes. Goltzii, pag. 40. COL. IVL. AVG. SALARIENSIS. 'Cæsaris Venales' dicuntur, quod agros eorum Cæsar emit. Sic Triumpilini inferius, cap. 24. 'venalis cum agris suis populus' appellatur. In Conc. Tolet. x. 'Marcus Castellonensis Episcopus,' pro 'Castulonensis.'

<sup>l</sup> *Sætabitani*] *Ξαθαβίς* Ptolemæo, in Contestania, de qua supra. Straboni *Ξαθαβίς*, lib. III. pag. 160. Nunc *Xativa*, in regno Valentie, ad amnem ejus nominis, qui in Sucronem influit. Hinc sudaria Sætaba de quibus diximus in Præfat. ad Titum, pag. 174.

<sup>m</sup> *Valerienses*] Vasæns ipsam Concham *Cuença*, circa fontes Sucronis amnis positam, Coloniam olim Juliam Valeriam appellatam esse; Ambr. Morales, non Concham ipsam, sed pagum leucis septem a Concha distitum, ad eundem amnem putat, cui nomen hodie *Valera la reia*. In Conc. Tolet. x. 'Athanasius Sætabitanus Episcopus.'

autem celeberrimi: Alabanenses,<sup>15</sup> Bastitani,<sup>o</sup> Consaburen-  
senses,<sup>p</sup> Dianenses,<sup>q</sup> Egelestani,<sup>r</sup> Ilorcitani, Laminitani  
Mentesani,<sup>s</sup> qui et Oritani, Mentesani, qui et Bastuli, Ore-  
tani,<sup>t</sup> qui et Germani cognominantur: caputque Celtiberiæ  
Segobrigenses: <sup>u</sup> Carpetaniæ,<sup>v</sup> Toletani Tago flumini im-  
positi: Dein Viatienses,<sup>w</sup> et Virgilienses.

////////

edidit Laet in ed. Elz.—25 Sic codd. Harduini omnes et Chiffi. *Labanenses*  
vett. Dalec. et Laet. *Babanenses* edd. ante Harduin. *Alabanenses* alius co-  
dex ap. Laet. Mox *Bastiani* pro *Bastitani* Vet. Dalec. et paulo post, *Geles-*

#### NOTÆ

<sup>15</sup> *Alabanenses*] Sic Mss. omnes: non, ut editi bactenus, *Babanenses*. Ab Ἀλαβα, ut Valerenses ab Οὐα-  
λερία, Celtiberorum oppidis, apud Ptolem. lib. 11. 6. haud procul Erca-  
vica. In Conc. Tolet. x. 'Stephanus Valerensis Episcopus.'

<sup>o</sup> *Bastitani*] A Basti oppido, hodie *Baza*, in regno Granatæ, ad Rio *Gua-  
dalentin*. Dedit id Bastetanæ regio-  
ni nomen.

<sup>p</sup> *Consaburenenses*] Apud Gruter. pag. 402. MVNIC. CONSABVRON. Apud Ambr. Morales, fol. 19. CONSABV-  
RENSIS. Nunc, ut videtur, *Consuegra*, Castellæ novæ oppidulum, ultra To-  
letum, inter Tagum et Anam. In Conc. Arel. 1. subscribit 'Genesius Presbyter, de Civitate Bastigensium.'

<sup>q</sup> *Dianenses*] A Dianio, de quo su-  
pra. Sic Ilorcitani et Laminitani, ab Ilorci et Laminio, de quibus hac sect. diximus.

<sup>r</sup> *Egelestani*] Ἐγελδοται Straboni, lib. 111. pag. 160. Nunc *Uniesta*, prope Concham in Castilla nova. Egelestæ Plinius rursum meminit xxxi. 39. Apud Ptolem. 11. 6. Ἐγέ-  
λεστα in Carpetanis, pro Ἐγέλεστα. Non potest esse *Medina Celi*, ut qui-  
busdam visum: nam Medina ea in Celtiberis fuit.

<sup>s</sup> *Mentesani*] Gemina fuit olim Men-  
tesa: altera in Oretanis, Ptolemæo

teste 11. 6. unde cives Oretani cog-  
nominati: in Bastetanis, Bastulisve,  
altera, de qua jam diximus cap. 3. Mentesam Bastiam vocat Antoninus: Bastuli incolæ eam ob rem cognomi-  
nati.

<sup>t</sup> *Oretani*] In Oretanis oppidum fuit Ὀρητὸν Γερμανῶν, apud Ptolemæum 11. 6. Lud. Nonius in sua Hisp. cap. 62. putat esse *Calatrava*, non ob-  
scuri nominis oppidum, ad fl. Anam, sacræ Militiæ nomine insigne. Utri-  
usque vestigium, ut videtur, extat in Conc. Tolet. x. Prioris quidem, sive Mentesæ Oritanæ, quod subscripsisse ibi legitur 'Daniel Diaconus Mar-  
celli Episcopi Ecclesiæ Uritanæ.' Posterioris item: 'Martianus Abas Valdefredi Episcopi Ecclesiæ Mentesanæ.'

<sup>u</sup> *Segobrigenses*] Procul hi a Segobriga Valentini regni. Numantia proximos in Celtiberia facit Ptolemæus, 11. 6. Bilbili, quæ ibi fuit, ubi fere nunc *Calatayud*, Strabo lib. 111. pag. 162. in Celtiberis pariter cum Numantinis.

<sup>v</sup> *Carpetaniæ*] Sabintellige, caput Toletum, ut Segobriga Celtiberiæ. Καρχητανοὶ Appiano in Iber. pag. 283. Καρχητανοὺς ὑπὲρ τὸν Τάγον, apud Plutarch. in Sertorio, p. 576. male, pro Καρχητανοὺς.

<sup>w</sup> *Viatienses*] Oppidum *Batla* in

In Cluniensem conventum<sup>x</sup> Varduli ducunt populos XIV. ex quibus Albanenses<sup>y</sup> tantum nominare libeat:<sup>z</sup> Turmogidi<sup>a</sup> quatuor, in quibus Segisamonenses,<sup>a</sup> et Segisamajulienses.<sup>b</sup> In eundem conventum Carietes<sup>c</sup> et Vennenses quinque civitatibus vadunt, quarum sunt<sup>d</sup> Velienses.<sup>27</sup> Eodem<sup>28</sup> Pelendones Celtiberorum, quatuor populis: quorum Numantini<sup>f</sup> fuere clari: sicut in Vaccæorum<sup>g</sup>

tani, I. L. M. qui et O. Metesani . . . . Carpetani Toletani, &c. Chiffi.—26 Vet. Dalec. libet. Mox edd. vett. et Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. in quibus S. Segisamejulienses, omisso et; Chiffi. et Sagisamejulienses. Lectionem nostram testantur Reg. Brot. 1. et Ptolemæus II. 6.—27 Vibienses Scaliger. —28 Iidem Vet. Dalec. Eodem Pelontones Chiffi. Mox, Celtiberi quatuor, &c.

## NOTÆ

Oretanis, apud Ptolem. II. 6. Et Virgilienses ab Οδεργία in Bastitanis juxta Oretanos. Apud Gruter, pag. 324. VERGILIENSIS. Hæc hodie Murcia, regni cognominis caput existimatur.

<sup>x</sup> In Cluniensem conventum] Ambr. Morales, fol. 70. EX CLUNIENSI. Subintellige, conventu. De Clunia mox dicemus.

<sup>y</sup> Albanenses] Albam urbem etiam in Vardulis habet Ptolemæus, II. 6. Alava regio hodieque appellatur, ad Iberum, infra Guipuscoa: ejus regionis primaria civitas Vittoria appellatur. Ibi oppidulum hodie Alvaña.

<sup>z</sup> Turmogidi [Turmodigi] Nusquam vox ea audita nobis. Quid si Murbogi potius, ex Ptolemæo, loc. cit. Μούργιοι, Pelendonibus, Vaccæisque finitimi? Valdulorum pars ii Turmodigi fuere.

<sup>a</sup> Segisamonenses] A Segisama, de qua Florus IV. 12. pag. 198. Nunc est Veyzama, in ea Cantabriæ parte, quæ Guipuscoa dicitur, ut recte Mariana Hist. Hisp. III. 25. pag. 130.

<sup>b</sup> Segisamajul.] Σεγισαμαῖ Ἰουλιὰ in Vaccæis, Ptolemæo, II. 6. A Plinio, in Vardulis. Ex Ptolemæi numeris,

ibi fere fuisse conjicio, ubi nunc Siera d'Occa, haud procul Ibero amne, in confinio Castellæ veteris.

<sup>c</sup> Carietes] Hos Ptolemæus Καριεῖους vocat, quorum oppidum Οδελία, Velia, fuit: cives Plinio Velienses.

<sup>d</sup> Quarum sunt] Quarum e numero præcipue insignis Velia, de qua plane modo diximus.

<sup>e</sup> Eodem] Hoc est, in eundem conventum disceptaturi vadunt Pelendones, quorum populi quatuor, e Celtiberorum gente universi. Nam Celtiberia Pelendones Arevacosque complectitur. Gruteri Inscript. pag. 111. PELENDONES. AREVACON. In Pelendonibus oriri Durium amnem auctor est Plinius, IV. 34.

<sup>f</sup> Numantini] Fuit urbs Numantia haud procul a fontibus Durii amnis, ut testantur Florus II. 18. pag. 92. et Plinius IV. 34. Rudera etiamnum visuntur, quibus nomen est Puente Garay, prope urbem Soria.

<sup>g</sup> Vaccæorum] Οβακκαῖοι Polybio, in fragm. lib. III. pag. 1503. qui eorum urbem Ἰνρερκάρια laudat. Et apud Gruter. pag. 324. MODESTVS. INTERCATIENSIS. EX. GENTE. VACCÆORUM.—Fuisse Vaccæi videntur in eo



XVIII. civitatibus, Intercatienses, Pallantini,<sup>b</sup> Lacobrigenses,<sup>i</sup> Caucenses.<sup>j</sup> Nam in Cantabricis VII.<sup>29</sup> populis, Juliobriga<sup>k</sup> sola memoratur. In Autrigonum<sup>l</sup> decem civita-

Pintian.—29 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Hardoin. 1. 2. 3. Mil.

## NOTÆ

tractu, qui Salmanticam inter et Zamoram interjacet. Insignis error eorum est, qui Postumi Imperatoris nummum inscriptum, EXERCITVS. VAC. ad Vaccæos istos referunt, et Vaccæicum (credo) exercitum hic interpretantur. Est hic ex ære magno, apud P. Chamillart, et apud D. Vaillant, p. 188. inter rariores: ut et alter ibidem, et apud Tristanum, Tomo III. p. 167. EXERCITVS ISC. ubi 'Is-canicum' ex Isca civitate alterutra, sive quam *Exceter*, sive quam *Caherleon* vocant, putans signari: nihilo leviori hallucinatione. Absconum enim est a vico vel oppidulo duci cognomen exercitus, cum ne a nobili quidem et primaria civitate peti soleat. Nam quis audivit, *le Regiment de Paris*, *le Regiment de Vienne*, *le Regiment de Madrid*, *le Regiment de Londres*? In utroque nummo Imperator in equo dextera extensa signiferis cohortium imperat ex adverso stantibus. Posterioris sententia est: 'EXERCITVS' Jubente Senatu Conscriptus.' Prioris ista: 'EXERCITVS Ur-gente Augusto Conscriptus.' In suo, qui ceteroqui priori simillimus est, legit D. Vaillant: EXERCITVS. YSC. eodem sensu: opifice industrie literam V literæ I superponente et connectente; quæ prima est syllaba verbi *JVbente*. Consensum Postumi cum Senatu, præter subjectas consueto more literas sc. hæc nummi posterioris subscriptio demonstrat. Ceterum 'Jubet Senatus, Augustus Urget.' Cusus post illos nummus est,

quem D. Vaillant, p. 186. rarissimum vocat, ejusdem Postumi: EXERCITVS AVG.<sup>i</sup> Ed. sec.

<sup>b</sup> *Pallantini*] Pallantiam in Vaccæis quoque locat Ptolemæus, II. 6. et Appianus in Iber. pag. 300. Nunc *Palencia*, in Legionensi regno.

<sup>i</sup> *Lacobrigenses*] Lacobrigæ in hoc tractu meminit Antoninus, XLVI. M. P. a Pallantia, in itinere ab Asturica Tarraconem et Burdigalam. *Λαγρο-βρίγας* vocat Plutarchus in Sertorio, pag. 574. 'Lacobrigæ nomen,' inquit Festus, 'a lacu et briga, Hispaniæ oppido.' Vox *briga* oppidum sonat.

<sup>j</sup> *Caucenses*] Καυκα in Vaccæis quoque Ptolemæo, loc. cit. et Appiano in Iber. pag. 283. Ubi nunc *Coca* oppidum, ut recte Mariana, Hist. Hisp. III. 2. pag. 93. inter Segoviam et Vallisoletum in Castella vetere.

<sup>k</sup> *Juliobriga*] Diximus de ea superius, hac sect.—'Non est his Cantabricis locus in nummo argenteo Gallieni Aug. e Gaza Regia, sic inscripto, IOVICANTAB. in quo Jupiter dextra fulmen tenet, hastam sinistra. Sententia enim hæc est: 'Jove Victore, Imperii Conservatore, Primæ Narbonensis Tutatore, Augustus Beatus.' Sic nummum inscriptum, INT. VRB. olim explicuimus, 'Jove Narbonis Tutatore, Urbi Roma Beata.' Et GENIO ANTI: 'Genio Primæ Narbonensis, Tutori Imperii.' Ed. sec.

<sup>l</sup> *Autrigonum*] Αὐτρίγῳνες sunt Ptolemæo, loc. cit. Oppida, Τρίτων et Οὐί. ποβερκα. In decretis Hilari Papæ, p. 252. 'Verovicensium et Tritensium

tibus, Tritium, et Virovesca. Arevacis<sup>m</sup> nomen dedit fluvius Arevā. Horum sex oppida: Saguntia,<sup>n</sup> et Uxama,<sup>o</sup> quæ nomina crebro aliis in locis<sup>p</sup> usurpantur: præterea Segovia,<sup>q</sup> et nova Augusta,<sup>r</sup> Termes,<sup>s</sup> ipsaque Clunia<sup>t</sup> Celtiberiæ finis. Ad Oceanum reliqua vergunt,<sup>u</sup> Vardulique ex prædictis, et Cantabri.

## NOTÆ

civitas,<sup>r</sup> pro 'Tritiensium.' Vetus inscr. apud Ambr. Morales, fol. 65. TRITIENSIS. Antoninus, in itinere ab Asturica Tarraconem, Tritium a Virovesca distare ait M.P. XI. Quod si itaque Virovesca *Birbusca* est, inter *Burgos* et Iberum, Tritium, ubi nunc *Najara* est, prope *Logrono* et Iberum amnem, esse certe non potuit: quam tamen sententiam placuisse video Surtitæ in Anton. pag. 541. aliisque.

<sup>m</sup> Arevacis] Ptolemæo, II. 6. Ἀρεβάκιαι. Straboni, lib. III. pag. 162. Ἀρεβούκοι Arevam nunc *Arlanzo* vocant, Castellæ veteris amnem, qui in Durium influit, supra Vallisoletum.

<sup>n</sup> Saguntia] Vel Seguntia. Seguntia Celtiberum Livius meminit, lib. XXXIV. p. 409. Antoninus item Segontiam vocat, quæ nunc *Signença* dicitur, ad fontes amnis *Henarez*, in Castellæ veteris Aragoniæque confinio.

<sup>o</sup> Uxama] Uxama quoque Antonino, in itinere ab Asturica Cæsaraugustam: a Numantia L. M. P. Nunc *el Borgo d'Osa* ad Durium amnem, in Castella vetere.

<sup>p</sup> Aliis in locis] Nam et Segontiam alteram a Cæsaraugusta XVI. M. P. habet Antoninus, nunc *Epila* dicitur, ut recte vidit Jo. Franc. Andrez, cap. 2. p. 39. Et alteram Uxamam prope Corugnam in Gallæciæ littore agnoscit Mariana, Hist. III. 18. pag. 118. Sunt et aliæ, quas referre non est otii nostri.

<sup>q</sup> Segovia] Σεγούβια in Arevacis *Delph. et Var. Clas.*

*Plinius.*

quoque Ptolemæo, II. 6. Non ea est quæ inter Vallisoletum, et Madritum, nobis *Segovie* dicitur: sed altera ejusdem nominis urbecula, quæ sub eadem fere cæli parte, atque ipsa Numantia, eodemque situ a Ptolemæo collocatur.

<sup>r</sup> Nova Augusta] Et in Arevacis Ptolemæo Νοῦδαργύστα, prope Segobiam.

<sup>s</sup> Termes] Τέρμες in Arevacis Ptolemæo. Τερμοῶν πόλις vocat Appianus in Iber. p. 311. Hinc Termostini populi, apud Livium in Epitome, lib. LIV. et natio Termostina apud Tacit. Annal. IV. p. 155. Nunc *Lerma*, ad Arevam amnem, de quo supra.

<sup>t</sup> Clunia] Et hæc in Arevacis Ptolemæo. Διονί quoque, Κλονία lib. XXXIX. pag. 115. Inter Raudam ad Durium, *Aranda de Duero*, et Uxamam *Osa*, medio fere intervallo ab Antonino collocatur. Nunc pagus *Cruña*, vel *Coruña del Conde*. Ibi conventus Cluniensis repertum esse sigillum aiunt, et a loci domino asservari. Celtiberiæ finis is dicitur, quoniam ad occasum æquinoctialem sunt Vettones, ad æstivum Astures, quos a Vettonibus Durus amnis disternat: Arevacæ denique ad Boream.

<sup>u</sup> Reliqua vergunt] Reliqua, inquit, quæ pertinent ad conventum Cluniensem: ut Vardulorum regio jam superius dicta: et mox Cantabrorum, dicenda IV. 34.

Junguntur his<sup>v</sup> Asturum xxii.<sup>30</sup> populi, divisi in Augustanos,<sup>v</sup> et Transmontanos, Asturica urbe magnifica. In his sunt Cigurri,<sup>x</sup> Pæsici,<sup>31</sup> Lancienses,<sup>v</sup> Zoëlae.<sup>x</sup> Numerus omnis multitudinis ad cxxl. m. liberorum capitum.

Lucensis<sup>a</sup> conventus populorum est xvi. præter Celticos,<sup>b</sup> et Leunos, ignobilium,<sup>32</sup> ac barbaræ appellationis: sed liberorum capitum ferme clxvi. m.

Simili modo Bracarum<sup>c</sup> xxiv. civitates clxxv.<sup>33</sup> m. capitum, ex quibus præter ipsos Bracaros, Bibali,<sup>d</sup> Cœle-

ler. Bipont. et Franz. IV. edd. vett. et Gronov.—30 Sic ex codd. anis emend. Harduinus, sic etiam edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XII. edd. vett. ante Harduin.—31 In his Gigurri, Pæsici Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmii, Dalec. Elz. et Gronov. Cigurri omnes codd. Harduini, Tolet. et Salmant. Egurri Ptolemæus. Mox Zoëli Chiffli.—32 Codd. Dalec. et vet. ejusdem, ignominiosæ.—33 Ita Chiffli. cum edd. Harduini 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CCLXXV. edd. vett. et Gronov. Mox eadem vett. Vibali, Celerini, Gallæci, Æquesilici. Lectionem nostram restituit Harduinus.—

## NOTE

<sup>v</sup> Junguntur his] Cantabris. Inscriptio Gruteri, p. 110. CONVENTVS ASTVRICENSIS.

<sup>x</sup> Augustanos] Ab urbe metropoli, quæ in Augusti nummo apud Goltzium, p. 237. COL. ASTVRICA AVGVSTA scribitur, Astorga in regno Legionensi: Ἀστούρικα Ἀβρυόβουρα Ptolemæo, II. 6.

<sup>x</sup> Cigurri] Ita Mss. omnes. Egurri forte scribendum ex Ptolemæo, non longe ab Asturica Augusta Forum Egurrorum locante. De Pæsicis dicemus, IV. 34.

<sup>v</sup> Lancienses] Λαγκία maximum Asturum oppidum a Dione dicitur, lib. LIII. p. 514. A Mariana, Hist. Hisp. III. 25. p. 132. iis locis situm, ubi nunc Ovetum cernitur, Oviedo. Plumbum Ovetanum laudatur a Plinio, xxxiv. 49.

<sup>x</sup> Zoëlae] A quibus Zoëlicum linum nomen traxit. Plinius XIX. 2. 'Non dudum ex Hispania Zoëlicum venit in Italiam, plagis utilissimum. Ci-

vitas ea Gallæciæ, et Oceano propinqua.'

<sup>a</sup> Lucensis] Lucensis conventus mentio apud Ambr. Morales, fol. 69. Urbs primaria Lucus Asturum, Λούκος Ἀστούρων, Ptolemæo, Dioni Ἀστούρον: hodie Lugo in Gallæcia.

<sup>b</sup> Celticos] Cognominibus Neria et Præsamarcos, de quibus IV. 34. Lebusi simili modo ii esse videntur Hermolao, qui Leuni rursus eodem libro appellantur: at ii Bracarensis conventus esse ibi dicuntur, hi nunc Lucensis. In Mss. legitur, Levantios.

<sup>c</sup> Bracarum] Subintellige, conventus, ut prius Asturum. Gruter. p. 411. CONVENTVS BRACARI. Horum caput Bracara Augusta, Bragæ.

<sup>d</sup> Bibali, &c.] Βιβαλοί, quorum oppidum Φόρον Βιβαλῶν Ptolemæo, II. 6. Κολερινολι, eidem. Gallæci omnibus noti. Hequæsi, in Inscript. mox citanda. Λιμκοι Ptolemæo rursus appellati, cum oppido quod Φόρον Λιμ-

rini, Gallæci, Hequæsi, Limici, Querquerni, citra fastidium nominentur.

Longitudo <sup>a</sup> citerioris Hispaniæ est, ad finem Castulonis a Pyrenæo, sexcenta septem m. pass. et ora paulo amplius. Latitudo a Tarracone ad littus Olarsonis, <sup>f</sup> cccvii. E radicibus <sup>34</sup> Pyrenæi, ubi cuneatur angustis inter duo maria, paulatim deinde se pandens, qua contingit ulteriorem Hispaniam, tantundem et amplius latitudini adjicit. Metallis plumbi, ferri, æris, argenti, auri tota ferme Hispania scattet: Citerior et specularibus <sup>g</sup> lapidibus: Bætica et minio. Sunt et marmorum lapicidinæ. <sup>35</sup> Universæ Hispaniæ Vespasianus imperator Augustus jactatus <sup>h</sup> procellis rei-publicæ Latii jus tribuit. Pyrenæi montes Hispanias Galliasque disterminant, promontoriis in duo diversa maria projectis.

v. (iv.) Narbonensis provincia appellatur pars Galliarum, quæ interno <sup>a</sup> mari alluitur, Braccata <sup>b</sup> ante dicta, amne

~~~~~  
³⁴ Ita Chiffi, et edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Et radicibus* edd. vett. et Gronov.—³⁵ Cod. Dalec. *specularis lapidis: Bætica et minio et marmorum lapicidinis.*

NOTÆ

κῶν vocat. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 245. BIRALI. CÆLERNI EQVÆSI. INTERAMICI. LIMICI. ÆBISOC. QVÆRQVERNI. Prius legebatur in Plinio, *Vibali*, et voce unica e duabus conflata, *Æquesilici*. Nos literarum ordine admoniti, et vetustorum monumentorum fide, locum correximus. Aquas Querquennas a Bracara distare ait Antoninus LIII. M. P. *Κοῦακρηπὸν* sunt Ptolemæo, et *Ἰῶατα Κοῦακρηπῶν*.

^a *Longitudo*] Martianus, lib. vi. cap. de Hisp. p. 203.

^f *Olarsonis*] De eo iv. 34.

^g *Specularibus*] Dicemus de his oportunitus xxxv. 45.

^h *Jactatus*] Vi ac necessitate quadam expressam esse eam liberalita-

tem innuit, ut Hispanos sibi devinceret: aut legendum fortassis, *jactata*, scilicet Hispaniæ, Reip. Romanorum procellis, hoc est civilibus bellis Galbæ, Othonis, Vitellii: ut levamen id quoddam eorum damnorum fuerit, quæ ob civilia Imperatorum bella perpressa esset Hispania. Immunitatem a tributis, sive Claudius Imp. sive anteriorum aliquis iisdem concesserat, uti ex Seneca colligimus, de Benef. vi. 19. p. 111.

^a *Quæ interno*] Mediterraneo. Hæc Martianus a Plinio, lib. vi. cap. de Monte Pyrenæo, p. 203.

^b *Braccata*] A braccis, sive femoralibus lineis, *des brayes*, ou *hauts de chausses*: quod vestimenti genus Romanis veteribus inusitatum, ab iis in

Varo ab Italia discreta, Alpiumque vel saluberrimis¹ Romano imperio jugis. A reliqua vero Gallia latere septemtrionali, montibus Gebenna^c et Jura:^d agrorum cultu,^e virorum, morumque dignatione, amplitudine opum, nulli provinciarum postferenda,² breviterque Italia verius quam provincia. In ora^f regio Sardonum,³ intusque⁴ Consuaranorum. Flumina: Tecum,^b Vernodubrum. Oppida: Illiberis,⁴ⁱ magnæ quondam urbis tenue vestigium: Ruscino,^j

CAP. V. 1 Ita Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. vox vel deest in edd. vett.—2 Cod. Dalec. nulla ei præferenda.—3 In o. r. Sardonum margo edd. Dalec. et Gronov.—4 Illiberæ Chiffi. et Vet. Dalec. Illybyrtis quibusdam ap. Dalec. Mox, nonnulli Rubrosum e Strab. lib.

NOTE

Gallia Narbonensi primo deprehensum est: quæ inde ab iis Braccata est cognominata, inquit Alcuinus de Divinis Offic.

^c *Gebenna*] A Mela hæc Plinius II. 5. Gebennam quoque Cæsar, Bell. Gall. lib. VII. p. 81. Gebennas vocat Lucanus I. 436. et 'Gebennicos montes,' Mela. Galli, *les Monts des Cévennes*. Languedocium, ut vocant, a reliqua Gallia latere septemtrionali disternunt.

^d *Et Jura*] Mss. omnes, et *Juribus*. Mela II. 5. non Juram montem, sed Lemannum lacum, finem statuit Narbonensis Provinciæ. Jura pro locorum diversitate varia sortitur nomina, *le Joux, le Mont S. Claude, le Credo, &c.*

^e *Agrorum cultu*] Non minus eleganter Salvianus patriam suam, hoc est, Provinciam describens, lib. VII. 'Illic omnis admodum regio,' inquit, 'aut intertexta vineis, aut florulenta pratis, aut distincta culturis, aut consita pomis, aut amœnata lucis, aut irrigata fontibus, aut interfusa fluminibus, aut crinita messibus,' &c.

^f *In ora*] Post Pyrenææ Veneris promontorium, in quo hæsimus cap.

sup. incipit Sardonum regio, quam nunc dicimus *le Comté de Roussillon*. Sic Mela II. 5. 'Inde est ora Sardonum, et parva flumina, Telis et Tichis: ubi accrevere, persæva. Colonia Ruscino,' &c. Ipsam Leridam Hispaniæ civitatem, sup. cap. Sardonum gentis esse dixit. In *Mas. Sardonum*. Avienus 'Sordos' appellat.

⁴ *Intusque*] Interior, inquit, seu mediterranea regio Consuaranorum, sive Consoranorum fuit, de quibus IV. 33. *Les pays de Foix et de Conserrans*.

^b *Tecum*] Melæ, loc. cit. *Tichis*: accolis hodieque *Tec*. Urbem Helenam præfuit, *Elnæ*. Vernodubrum, *Latet*, Perpinianum rigat.

ⁱ *Illiberis*] Vel Eliberris, quam Cauliberim posterior ætas appellavit: Hispani, *Colibre*: nostri, *Collioure*. Ita De Catel, I. 7. secutus Loaysam, et alios. Melam expressit Plinius: Sic enim ille, II. 5. 'Vicinus Eliberri, magnæ quondam urbis, et magnarum opum tenue vestigium.'

^j *Ruscino*] Non modo jure Latii donatam, sed et coloniam vocat Me-

Latinorum. Flumen Atax^k e Pyrenæo Rubrensem^l permeans lacum: Narbo^m Martius, Decumanorum colonia, XII. M. pass. a mari distans. Flumina: Arauris,ⁿ Liria.^o Oppida de cetero rara, præjacentibus stagnis: ^p Agatha^q

NOTÆ

la, loc. cit. Nunc castellum est, a Perpiniano oppido, quod Ruscinonem vicinate sua exhaussit, leuca dissitum, *la Tour de Roussillon*. Eodem amne, quo Perpinianum, alluitur. Catel, I. 7.—'Nummus est eximius, æris minimi, in Cimelio D. Foucault, hac epigraphæ: IMP. C. CLAUDIVS P. F. AVG. Clandii Gothici caput. In aversa parte, DEO CABIRO. Faber malleum dextra tenet. Cave hic Cabiros cogites, aut Thessalicam. Sententia est: 'Dnci Exercitus Optimo Claudio Arcum Benefactis Insignem Ruscinonenses Obtulerunt,' ob victoriam præsertim Gothicam. Ingeniose admodum significatur oblatum fuisse ab oppidanis Arcum triumphalem, sed a Claudio neglectum ac repudiatum, cum in area nummi non arcus pingitur, sed Faber tantummodo, ad exstruendum arcum paratus.' *Ed. sec.*

^k Atax] *L'Aude*, Narbonem secat. Vide Notas et Emend. num. 23. Ab eo amne Narbonenses olim Atacini dicti, ut de Varrone Atacino pluribus disputabimus, in Auctorum Indice.

^l Rubrensem] Rubresum Mela vocat, III. 5. qua Atacem accipit, ore spatioso admodum: qua mare admittit, aditu tennem. *L'Etang de la Rubine*. Nunc Atax minime lacum permeat: sed fossæ per Narbonem ductæ immissus, in mare effunditur ad VII. ab urbe milliæ. Catel, lib. I. pag. 58.

^m Narbo] Atacinorum, Decumanorumque colonia, Melæ, loc. cit. Martius, a Marte, ut Sirmondus noster

putat in Notis ad Sidon. vel a Martia Legione: Decumanorum a militibus decimæ. Inscriptio Gruteri, p. 229. COL. IVL. PATERN. NARB. MART. Et pag. 266. IVLÆ. DOMNÆ. AVGSTÆ.....ANTONINI. CÆS. MATRI ITEMQ. CASTRORVM. DECVMAN. NARB.—'Nummus argenteus apud Goltzium, in Magna Græcia, Tab. XX. n. 5. caput diadematum exhibet, cum clava Herculeæ. .X). Lupa cum gemellis. Infra, ROMANO. Sic interpretamur: 'Roma Martii Narbonis Origo.' Cognomen enim illud habet a legione Martia, hoc est, Romulea. Nam Romulus Marte genitus ferebatur: hoc est, vir generosus; sed patre ob temporum vetustatem ignoto, quamvis nobili. In aliis ibidem nummis N. 1. et 2. caput est Romæ galeatum. .X). Caput equi, qui esse dicitur Marti sacer, quia generosus et bellicosus. Infra, ROMANO, ut proxime. In alio, Caput Romæ galeatum. .X). Leo iratus. Infra ROMANO.' *Ed. sec.*

ⁿ Arauris] Ita recte, non Araris. Mela, II. 5. pag. 39. 'Tum ex Gebennis demissus Aranris juxta Agatham fluit.' Ptolemæo, II. 10. 'Απαπίος. Gallis, *Airau*, vel *Erhau*.

^o Liria] Mss. omnes, *Libria*. Nunc *Lez* accolæ vocant, et quos medios secat, Monspeilienses.

^p Stagnis] *Les Estangs de Thau, de Maguelone, et de Perault*. Maximæ parti ejus oræ, marique mediterraneo ea prætenduntur.

^q Agatha] Juxta quam Arauris fluit, ut Mela admonet loco cit. nunc *Agde*: non, ut subtilioribus quibus-

quondam Massiliensium, et regio Volcarum^r Tectosagum: atque ubi Rhoda Rhodiorum fuit,^s unde dictus multo Galliarum fertilissimus Rhodanus amnis, ex Alpibus se rapiens per Lemannum lacum, segnemque^t deferens Ararim,^s nec minus seipso torrentes^u Isaram, et Druentiam. Libica^v appellantur duo ejus ora modica: ex his^w alterum Hispaniense, alterum Metapinum: tertium, idemque amplissimum, Massalioticum. Sunt auctores, et Heracleam^x oppidum in ostio Rhodani fuisse.

//////////

iv. et paulo post: *Flumina: Rhuraris, Lira*, ex eodem.—5 *Ararim* quibusdam ap. Dalec. et mox, *torrentem Isaram*, &c. edd. vett. ante Harduin. *torrentes*, &c. codd. Chiffi. et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont.

NOTE

dam visum est, *Maguelone*, quæ procul est ab Arauri dissita. A Massiliensibus conditum esse oppidum Strabo auctor est, lib. iv. p. 182.

^r *Volcarum*] Late hæc regio patnit, agros complexa limitaneos, ut ex Plinio patet, Tolosanum, et Agathensem, atque adeo quicquid terrarum inde usque ad ostia ferme Rhodani protenditur.

^s *Ubi Rhoda . . . fuit*] Familiari ea loquendi formula, *fuit*, excidisse id oppidum, cui vox ea annectitur, jam ævo suo innuit. Hæc Rhodanusia a Scymno Chio, sive, ut alii vocant, a Marciano Heracleota, pag. 6. dicitur: alteramque Rhoden, quæ in Hispania est, (nunc *Roses* incolæ Catalani vocant,) a Rhodiis quoque conditam scribit. Hieronymus, in Prolog. Epist. ad Galat. 'Oppidum Rhoda,' inquit, 'coloni Rhodiorum locaverunt, unde amnis Rhodanus nomen accepit.'

^t *Segnemque*] Unde Claudiano dicitur, 'Lentus Arar.' Saucenam posterior ætas appellavit, teste Ammiano, lib. xv. p. 55. hodieque, *la Sane*.

^u *Torrentes*] Gallis, *l'Isere*, et *la Du-*

rance, in latus uterque Rhodani orientale influit. Vide Notas et Emend. num. 24.

^v *Libica*] Ita libri omnes. Sic vulgus ea ostia, corrupto, ut fit, sermone, appellavit: cum Ligycæ potius, ut quidem reor, essent nominanda. Ora enim universa a Rhodano Emporium usque Hispaniæ oppidum, *Λιγυστικήν* veteres appellarunt, quod eam Ligures tenuere: Scylax, pag. 2. *Παράπλους Λιγύων ἀπὸ Ἐμπορίου μέχρι Ῥοδανού*, κ. τ. λ. Nil tamen mutamus.

^w *Ex his*] Ex duobus Libicis. Exscripsit hæc Martianus, lib. vi. pag. 204. cap. de Pyrenæo, et Prov. Narb. Hispaniense ostium, quod in occidentem vergit, incolæ vocant, *Grav Neuf*, Massalioticum, quod in ortum, *Gras d'Orgon*. Metapinum inter hæc medium est nunc sine nomine. His tribus ostiis includitur insula, quam vocant incolæ, *Petite Camargue*.

^x *Et Heracleam*] Hæc *Ἡράκλεια Κελτική* Stephano. In agro san-Remigiano, prope oppidum *S. Remy*, ostiumque Rhodani Hispaniense, repta inscriptio, principatu Caroli v. Francorum regis, electam docet ab Ataulpho Principe 'Heracleam in

Ultra,^y fossæ ex Rhodano C. Marii⁶ opere, et nomine insignes : Stagnum, Mastramela :^z oppidum, Maritima Avaticorum :^a superque campi^b lapidei, Herculis præliorum memoria : Regio Anatiliorum,⁷^c et intus Desuviatum, Cavarumque. Rursus a mari^d Tricorium : et intus^e Tricollorum, Vocontiorum,^f et Segovellaunorum :^g mox Al-

et Franz.—6 Vet. Dalec. *fossam ex Rhodano C. pass. Marii, &c.* Chiffi. *fossæ, &c.* Mox, in quibusdam, nomine *Lateræ insigne stagnum.* Salmas. p. 94. legit, *insigne stagno Mastramela oppidum, &c.* Edd. vett. ante Harduin. et nomine *insigne stagnum : Astromela, &c.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *insigne stagnum Mastrumela. Ipidum maritima, &c.*—7 *Regio Natiliorum* cod. Dalec. et mox in eodem cod. et Chiffi. *et intus Desuviaticum.*—8 Chiffi. *Segonellianorum* ; alii, *Segalaunorum*, quemadmodum et apud Ptolemæum II. 8.—

NOTE

Regiæ majestatis sedem.' Ibi igitur fuisse olim Heraclea videtur. Recitat inscriptionem eam totam Honor. Bouche, Hist. Prov. III. 5. p. 158.—' Verum distat ager ille San-Remigianus ab ostio Rhodani, in quo fuisse Heracleam auctores, teste Plinio, prodidere.' Ed. sec.

^y *Ultra*] *Ultra Rhodani ostia.* Vide Notas et Emend. num. 25. Ptolemæo, II. 10. *Ῥόδοι Μαρδύαι.*

^z *Mastramela*] *L'Estang de Berre, ou de Martiguez.* Oppido, quod Maritimam Plinius vocat, nomen hodie *Marignane.* Vide Not. et Emend. num. 26.

^a *Avaticorum*] Sic Mela II. 5. et Mss. Id nomen agro ei fuit, qui Maritimæ circumjectus erat, et contributus, in Anatiliorum regione, quæ latinus multo patuit : quare eadem Maritima in Anatiliorum agro posita dicitur a Ptolemæo, II. 10.

^b *Campi*] Vulgo, *la Crau.* Mela, II. 5. 'Lapideus,' inquit, 'ut vocant, campus, in quo Herculem contra Albionem et Geryona, Neptuni liberos, dimicantem, cum tela defecissent, ab invocato Jove adjutum imbre lapidum ferunt. Credas pluisse : adeo multi passim et late jacent.' Vide Hygin. in Poët. Astronom. lib. II.

cap. Engonasin, fol. 61.

^c *Anatiliorum*] Recte. In Inscriptione San-Remigiana proxime laudata, ANATILII. Hi Arelatensem agrum tenere : Desuviates, quorum interior regio fuit, Tarasconensem : Cavares denique, a conflente Isaræ in Rhodanum, ubi fere Avenio est, ad Druentiam usque, quam late patet, oram omnem, quæ Rhodano alluitur.

^d *Rursus a mari*] Rursus, inquit, in ora est Tricorium regio : *Τρικοπλοῦς* appellat Strabo, lib. IV. p. 185. ubi nunc Massiliensis ager, Aquisextiensis, et supra Druentiam Aptensis. In Aptensi fuere saltus Tricorii, quos Hannibal, dum peteret Italiam, superavit. Vide Ammian. lib. XV. p. 53. et Livium, lib. XXI. pag. 198.

^e *Et intus*] Intus recedunt a mari longius Tricolli, qui nunc Sisteronenses : quorum caput fuisse olim creditur *Alarante*, de quo Tabula Peutingeri. Hodie *Tulard* in Delphinatu, via quæ Sisterone Vapincum ducit. Ita Nic. Bouche, Hist. Prov. III. 7. pag. 178.

^f *Vocontiorum*] Hi Delphinatus partem orientalem tenere, ut Cavares occidentem : oppida iis fuere, *Dea, Die*, et *Vasio, Vaison.*

lobrogum.^b At in ora Massilia Græcorum Phocæensium,⁹ foederata.^j Promontorium Zao:^k Citharista portus.¹⁰ Regio Camatullicorum.^l Dein Suelteri,^m supraque Verrucini.¹¹ In ora autem Athenopolis^o Massiliensium, Forum Julii,^p

9 *Phocensium* margo edd. Dalec. et Gronov.—10 *Promontorium Zaozila*: *ista portus* Chiffi. *P. Zaoportus* in al. *Promontorium Citharista, portus*, &c. edd. ante Harduin. qui ex codd. suis lectionem nostram revocavit.—11 *Verticini* cod.

NOTE

^a *Segovellaunorum*] Pars Cavarum hi fuere: quamobrem Valentia, quæ Plinio Cavarum urbs dicitur, Segovellaunis, sive Segalannis a Ptolemæo adjudicatur, II. 10. Hodie *le Valentinis*.

^b *Allobrogum*] Inter Isaram, Rhodanumque, ut recte Polybius, lib. III. p. 282. et qui Polybium sequitur Livius, lib. XXI. p. 198. apud quem pro *Arar* qui *Isara* reponunt, sincerum vas incrustant, nec scriptoris mentem assequuntur.

^l *Phocæensium*] Strabo, lib. IV. p. 179. *κρίμα δ' ἐστὶ Φωκαίων ἢ Μασσαλία*, a Phocæa, urbe Asiæ, de qua dicemus in Ionia, lib. V. A Phocide Græciæ regione profectos Massiliæ conditores non semel affirmat Lucanus, lib. III. magno, ut puto, errore. Justin. lib. XL. Tarquinii Prisci, ut arbitrator, temporibus conditam a Phocæensibus Massiliam scribit.

^j *Foederata*] Fœderis causam docet Justinus, lib. XLIII. sub finem: 'Massiliensium legati,' inquit, 'a Delphis revertentes, audierunt urbem Romanam a Gallis captam, incensamque. Quam rem domi nuntiatam publico funere Massilienses persecuti sunt: aurumque, et argentum publicum, privatumque contulerunt, ad explendum pondus Gallis, a quibus redemptam pacem cognoverant. Ob quod meritum, et immunitas illis decreta, et locus spectaculorum in Senatu datus, et fœdus æquo jure

percussum.'

^k *Zao*] Ita Mss. omnes. Promontorio tamen idem præterea quod portui nomen Citharistam esse, docet Ptolem. II. 6. *δ Κιθαριστὸς τὸ ἄκρον*, hodie *Cap Sisiat, ou de Cerchiech*, prope Telonem: Citharistæ portui nomen hodie est *le port S. Georges, ou le port de Toulon*. Portum Citharistam a Massilia distare Antoninus ait xxx. M. P. Hæc Citharistana parochia in territorio Arelatensi, cujus mentio tum in Epistola Zosimi ad Episcopos Galliæ, de Privil. Eccl. Arelat. tum libro II. Vitæ Sancti Cæsarii Arelat.

^l *Camatullicorum*] Ubi nunc Telonensis ager, *l'Evesché de Toulon*, usque ad Samblacitanum sinum, *le Golfe de Grimaud*: a quo sinu haud procul abest vicus *Ramatuelle*, quod vetusti nominis vestigium servat haud obscurum.

^m *Suelteri*] Nunc est Foro-Julienensis ager, citra amnem Argenteum: *Brignole*, et *Draguignan*. Sic Honor. Bouche, VII. 7. p. 182. Favet situs quem in Tab. Peutling. *Selteri* obtinent.

ⁿ *Verrucini*] Suelteris ad Boream adsiti: ubi nunc *Verignon*, et *Baryol*.

^o *Athenopolis*] Cum in ora positum id oppidum dicatur, inter portum Citharistam, et Forum Julii: ipsum esse Telonem Martium non temere suspicamur.

^p *Forum Julii*] *Freius*. Octavonarum colonia dicitur, quoniam octa-

Octavanorum¹² colonia, quæ Pacensis appellatur, et Classica: amnis in ea Argenteus.¹ Regio, Oxubiorum¹ Ligau-
norumque,³ super quos Suetri,⁴ Quariates,⁵ Adunicates. At
in ora oppidum Latinum⁷ Antipolis. Regio Deciatium:
amnis Varus, ex Alpium monte Cema¹³ profusus.

In mediterraneo coloniæ: Arelate¹⁰ Sextanorum, Beter-

Dalec.—12 *Octavianorum* vet. Dalec.—13 Ita vet. Dalec. alique codd. item
edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *monte Acema* edd. vett. *amnis*

NOTÆ

væ legionis militibus ea constaret.
In Thesauro Goltzii, p. 240. nummus
Augusti, COL. IVLIA. OCTAVIANO-
RVM. Et alter Neronis, p. 241. COL.
PACENS. CLASS. Pacensis a Pace
dicta est: Classica, ab Augusti classe
fortassis, ejus ea navale fuit. Unde
Strabo, lib. iv. p. 184. τὸ ναυσταθμὸν
τὸ Κλάριος τοῦ Σεβαστοῦ, ὃ καλοῦσι
Φόρον Ἰούλιον. Vide Tacitum, An-
nal. III. Snessam tamen, quæ medi-
terranea civitas est, coloniam pariter
Classicam dicemus appellatam, cap.
9. a militibus forte Classiariis eo de-
ductis. Inscriptio apud Jo. Poldo,
de Antiq. Nemaus. p. 165. MILITVM
LEG. VIII. AVG. CIVITAS. FOROIVLI-
ENSIVM.

¹ *Argenteus*] Accolis dictus hodie-
que *Argens*, a colore aquæ argenteo.
Arenam devehit, qua portum jam
illum opplevit, Augusti navium re-
ceptorem, de quo modo diximus.

¹ *Oxubiorum*] Quorum caput ip-
sum Forum Julii fuit: nt Deciatium
Antipolis. Hic λιμὴν Ὀξύβιος apud
Strab. lib. iv. p. 185.

³ *Ligauorumque*] Sic libri omnes.
Ingaunos, qui ultra Varum sedes ha-
bent, frustra Dalecampius inculcare
hic nititur pro Liganis, qui ante Va-
rum Antipolimque ipsam a Plinio
appellantur, et junguntur Oxubiis.
Grassensem, ut aiunt, tenuisse agrum

videntur.

⁴ *Suetri*] Ptolemæus, III. 1. memi-
nit Σουητρίων in maritimis Alpihus,
quorum oppidum Σαλίνας vocat. Id
esse *Seillans* Holstenius putat, in
Diœcesi Sanitiensi, *Senex*. At rectius
Honor. Bouche, Hist. Prov. III. 2. p.
119. urbem Castellanam interpreta-
tur, Verdoni amni impositam, qui in
Druentiam labitur, eodem Sanitiensi
agro: eamque sententiam idoneis fir-
mat argumentis. Errant plerique Geo-
graphorum, qui Salutias in Sabaudia
esse putant, *le Marquisat de Saluces*.

⁵ *Quariates*, &c.] Quantum ex situ
conjicimus, ibi fuere, ubi nunc Sene-
tium est, et Dinia.

⁷ *Latinum*] Hoc est, Latii jure do-
natum, ut dicemus in Notis et Emend.
num. 3. Nunc *Antibe*. Ptolemæo II.
10. Ἀντίπολις in agro Λεκκιτρίων, quem
Varus amnis claudit, *le Var*. Melæ
II. 5. 'Oppidum Deciatium Antipo-
lis,' sic enim legendum.

¹⁰ *Arelate*] *Arles*. Sextanorum dic-
ta, quod esset colonia militum sextæ
legionis. Sic Primanos primæ, Unaët-
vicesimanos vigesimæ primæ, Tacitus
vocat, Hist. II. p. 44. Tertianos ter-
tiæ, Hist. III. p. 68. Quintanos, Hist.
IV. p. 96. &c. Nummus Cail Cæsa-
ris in Thes. Goltzii, COL. ARELAT.
SEXTAN. Et apud Gruter. p. 257.
SEXTANI. ARELATENSES.—'Sed ficta

ræ^{14*} Septimanorum, Arausio⁷ Secundanorum. In agro^a Cavarum Valentia, Vienna Allobrogum. Oppida Latina:^a Aquæ Sextiæ^b Salluviorum,¹⁵ Avenio^c Cavarum, Apta

Cema al. ap. Gelen.—14 *Blitteræ* vet. Dalec. *Blitteræ* edd. vett. et Gronov. *Beterre* Tolet. et Salmant. *Beteræ* omnes codd. Harduini, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—15 Ita edidit Harduin. eumque secuti Miller. Bipont. et Franz. *Salluviorum* Chiffi. *Salgorum* edd. vett. et Gro-

NOTÆ

illa: genuinus, inter ceteros Arelate percussos, nummus iste insignis est, in Cimelio Mediceo, et Gaza Reginae Christianæ, ex ære maximo. Caput laureatum exhibet Fl. Jul. Constantii Augusti, qui frater Fl. Jul. Constantis, D. N. CONSTANTIVS. P. F. AVG. .)(. LARGITIO. Sedet Augustus; hinc urbe Arelatensi turritaporrigente dextram Constantio, instar offerentis ei aliquid, inde hastato milite Imperatorem complectente. Nos largitionem hic significari olim, sed timide, suspicati sumus, alios secuti: sed pictura haud dubie aliud representat; et (quod tunc menti non succurrebat) totidem hic fere voces, quot literæ sunt, hac sententia: 'Liberum Arelate Gratuitam Indictionem Tributi Imperatori Obtulit.' Gallice: *La Ville d'Arles, ville libre, a offert à l'Empereur de lui faire lever un subside, par forme de don gratuit.* Miles hic astat idcirco, ut ad alendos milites, qui vel limites imperii tutarentur, vel itinerum securitatem præstarent, collatum pecuniarium subsidium intelligatur. Atque idcirco Imperatori datum, non Augusto, dici videtur. Nihil est in pictura certe, quod largitionem indicet, aut liberalitate Augusti, ut in nummis inscriptis, LIBERAL. AVG. vel CONG. DAT. &c. In imo nummi margine fabricæ locus non subnotatur; quoniam in ipso indicatur titulo. Delineatur hic nummus a Spanhemio, in edit. prior. p. 823. Ed. sec.

^{*} *Beteræ*] Sic Mss. omnes, Reg. Colb. et Thuan. lib. xiv. non *Blitteræ*: etsi ita id Melæ ac Straboni nomen scribitur. Septimanorum nomen habet a septima legione. Hinc circumjecta regio Septimania appellata, a Sidonio, qui aliis Beterrensis ager. Mox Septimaniæ nomen a Gothis ad universum Languedocium translatum. Nunc est oppidum *Beziers*. Inscriptio apud Gruter. p. 270. SEP. BÆTER. hoc est, *Septimani Beterrenses*. Stephano *Barrabpōis* dicitur.—'In Gaza Regia nummus est inscriptus, BHTHP. PATQN: at ex oppido Syriæ aliquo, ut videtur, nunc situs ignoti: non ex Bæterris certe provinciæ Narbonensis.' Ed. sec.

⁷ *Arausio*] *Orange*. Nummus Neronis, in Thes. Goltzii, p. 237. COL. ARAVSIO. SECVNDANOR. COH. XXXIII. VOLVNT. Deducti nempe eo milites ex cohorte XXXIII. secundæ legionis.

^a *In agro*] Et hæc quoque in Coloniæ numerum reponendæ. *Ὀβαλέρτια κολωνία* Ptolemæo, II. 10. Et in Thes. Goltzii, p. 242. nummus Neronis, COL. VIENNA. LEG. VII. CLAVDIANA. PIA. Cavarum, Allobrogumque situs ante descripsimus.

^a *Oppida Latina*] Latii jure donata a Senatu, vel a Principe.

^b *Aquæ Sextiæ*] *Aix*. Coloniæ Ptolemæus vocat, et inscriptio apud Gruter. p. 413. Vide Notas et Emdend. num. 27. Unde Aquis Sextilis nomen: vide in Epit. Livii, lib. LXI.

Julia Vulgientium, Alebece Reiorum ^d Apollinarium, Alba ^e Helvorum, ¹⁶ Augusta Tricastinorum : ^f Anatilia, ^g Aëria, Bormanni, Comacina, ¹⁷ ^h Cabellio, ⁱ Carcasum ^j Volcarum Tectosagum : Cessero, ^k Carpentoracte ^l Meminorum : Cenicenses, ^m Cambolectri, ¹⁸ qui Atlantici ⁿ cognominantur :

nov. et paulo post in iisdem, *Alebecerorum Apollinarium*.—¹⁶ *Helucocorum* margo edd. Dalec. et Gronov. Mox *Augusta Tucastemorum* in Chiffi.—¹⁷ Idem codex : *Anatilia, Arcarbonia, Nocomannia* ; edd. vett. et Gronov. *Anatilia, Aëria, Bormannico, Marcina*. Nostram lectionem ex codd. restituit Harduinus.—¹⁸ Ita ex codd. Harduinus ; ita quoque Miller. Bipont. et Franz.

NOTÆ

^c *Arenio*] In Cavaris quoque Ptolemæo, II. 10. sed colonia est. Sic Apta Julia, in Inscript. P. Sirmondi, in Notis ad Ep. IX. 9. Sidonii, COL. APT. IVL. Nunc Apt. Vulgienses Tricoriorum pars fuere, ut superius monuimus. Gruteri Inscriptio, pag. 296. VULGIENTES, sed hos Italiæ populos habet.

^d *Alebece Reiorum*] Hodie *Riez en Provence*. Vide Notas et Emend. num. 28.

^e *Alba*] Non *Albi*, ut quidam putant : hæc enim *Albia*, non *Alba* appellata est. Sed vicus hodie ignobilis, *Aps* ad Rhodanum, unde sedes Episcopalis Vivarium translata est, *Viviers*. Ager Helviorum *le Vivarais*. Hinc Albenses promiscue et Vivarienses Episcopi cognominati. Ptolemæo, 'Αλβαρυόβουρα. Plinio, XIV. 4. *Alba Helvia*. Cæsar Bell. Gall. lib. VII. p. 81. 'Mons Gebenna, qui Arvenos ab Helviis discludit.'

^f *Tricastinorum*] *S. Paul Tricastin*. Alia est Noviomagus Tricastinorum, apud Ptolem. II. 10. quæ hodie *Nions*.

^g *Anatilia*] Forte ab *Anatiliis*, de quibus supra. Aëriam 'Αερίων Strabo, lib. IV. p. 185. in Cavarum agro cum Avenione et Arausione locat : atque a loco edito, in quo posita erat, no-

men sortitam. Quibusdam esse castellum *Mornas* ad Rhodanum creditur. In Mss. *Anatilia*.

^h *Bormanni, Comacina*] Ita legendum esse, non *Bormannico, Marcina*, tum Mss. tum series ipsa elementorum admonet, quam in Latinis hiæc urbibus recensendis Plinius sequitur. Nunc incertus harum situs. Fictitia sunt, nec usquam terrarum audita nomina, quæ Dalecampius hoc loco affert.

ⁱ *Cabellio*] Inter oppida Cavarum a Ptolemæo II. 10. Καβελλίων Κολωνία. Nunc *Cavaillon*, ad Druentiam.

^j *Carcasum*] Καρκασὺν in Volcis quoque Tectosagibus, Ptolemæo loc. cit. Nunc est *Carcassonne*, ad fluvium Atacem.

^k *Cessero*] Nunc S. Tiberii pagus, in Agathensi agro. Vide Notas et Emend. num. 29.

^l *Carpentoracte*] *Carpentras*, cujus incolæ, ceterique ex agro circumjecto contributi, Memini appellati sunt : Cavarum regionis. Μυνηὸν Ptolemæo, II. 10. sub Tricastinis. Notitia civitatum Galliæ : 'Civitas Carpentoratensium, nunc Vindausca.' In Conc. Babilonensi, an. 650. 'Licerius Vindauscensis,' id est, Carpentoratensis, ab oppido vicino Vindausca.

^m *Cenicenses*] Forte *Cenitenses*, am-

Forum^o Voconii, Glanum^p Livii, Latevani,^q qui et Foroneronienses: Nemausum^r Arecomicorum, Piscenæ,^s Ruteni,^t Sanagenses,^u Tolosani Tectosagum, Aquitaniae contermini: Tasconi, Tarusconienses,^{vo} Umbranici: ^v Vocon-

Cambolecti edd. vett.—19 Nonnulli, *Nemantum*.—20 *Tascoduni*. *Tarusconienses* Pintian. *Tolosani Tectosagum*. *Aquitaniae contermini* *Tascoduniani*, *Cononien-*

NOTE

nis Cæni accolæ, cujus inter Maritimam Massiliamque meminit Ptolemæus, loc. cit.

^a *Qui Atlantici*] Eo cognomine a Cambolectris Agesinatibus discriminantur, quos junctos esse Pictonibus dicemus IV. 33.

^o *Forum*] Forum, inquit Festus, negotiationis locus est, ut Forum Flaminium, Forum Julium, ab eorum nominibus, qui ea Fora constituenda curarunt. Quod Voconii modo dicitur, vicus nunc est, *le Canet*, ad amnem Argenteum, Diœcesi Foro-Julien-si, ut recte probat Honor. Bouche, Hist. Prov. III. 4, p. 150. Antoninus in Itiner. distare a Foro Julii dicit, XII. M. P. pro XXII. Plancus ad Ciceronem, lib. x. Epist. Fam. XXIV. M. P.

^p *Glanum*] A Cabellione, XVI. M. P. in Itiner. Anton. Γλάνον in Salyibus, apud Ptolem. II. 10. Nunc S. Remigii oppidum, *S. Remy*, inter Arelate et Caballionem: ut egregie probat idem auctor Hist. Prov. III. 3. p. 136.

^q *Lutevani*] Oppidum Luteva, *Lodeve*: quibus et Foroneroniensium cognomen additum, quod alterius oppidi sub Tricastinis peculiare est apud Ptolem. loc. cit.

^r *Nemausum*] Colonia dicitur Volcarum Arecomicorum Ptolemæo, loc. cit. et nummi frequentes occurrunt, COL. NEM. *Nismes*.

^s *Piscenæ*] Nunc *Pezenas* in Aga-

thensi agro, prope Araurim amnem.

^t *Ruteni*] Non tam hi Narbonenses, quam ut Plinius ipse ait IV. 33. Narbonensi provinciæ contermini. *Pou-ravol* Ptolemæo, II. 7. Oppidum Segodunum, *Rhodes*.

^u *Sanagenses*] Qui Sanicienses ævo posteriore appellati, a Sanicio Alpinae oræ oppido, cujus meminit Ptolemæus, III. 1. Nunc *Senes*. In Conc. Matisco. II. an. 585. 'Virgilius Episcopus a Senetio.'

^v *Tasconi, Tarusconienses*] Priores incogniti.—'Priores incolæ sunt, ut arbitramur, Montis Aureoli, cui nunc Monti Albano factum nomen est, *Montauban*, oppido celebri, prope Tolosam; quod amnis alluit *Tesco* appellatus: inde *Tesconi* accolæ nuncupati, sive *Tasconi*. Auctor Vitæ S. Theodardi Archiepiscopi Narbonensis, die 1. Maii, c. 6. In 'Caturcensi territorio, in monte qui Aureolus nuncupatur, ad cujus montis radicem fluvius quidam decurrit, quem iudigenæ regionis ipsius Tesconem vocant. Hic suo decursu confinia Tolosani Caturcensis ruris liquido dirimit patenter influxu: qui a prædicto monte recedens post modicum terræ spatium Tarno immergitur flumini.' Nondum erat Mons Albaus Episcopatus titulo insignitus; postea Caturcensi diœcesi est avulsus.' *Ed. sec.* Posteriores a Taruscone Salyum oppido nomen habuere, *Ταρουσκῶν* Ptolemæo, II. 10. Nunc *Tarascon*, ad

tiorum civitatis * *foederatae* duo capita, Vasio,⁴¹ y et Lucus * Augusti. Oppida vero ignobilia XIX. sicut XXIV. Nemausiensibus attributa. Adjecit formulæ * Galba imperator ex Inalpinis Avanticos, atque Bodionticos,²² quorum oppidum Dinia. Longitudinem provinciae Narbonensis CCLXX.^b M. pass. Agrippa tradit, latitudinem CCXLVIII.

VI. (v.) Italia dehinc,^c primique ejus Ligures: mox Etruria, Umbria, Latium, ubi Tiberina ostia,^d et Roma terrarum caput, XVI. M. pass. intervallo a mari. Volscorum postea littus, et Campaniæ: Picentinum inde, ac Lucanum, Brutiumque, quo longissime in meridiem, ab Alpium fine,¹ °

ses.—21 Ita nonnulli ap. Laet, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. quemadmodum et apud Ptolemæum. *Vasco* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. et Gronov.—22 Hermolaus Barbarus et quædam edd. ante Harduin. atque *Ebroduntios*; codd. omnes et edd. antiquiss. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. atque *Bodionticos*.

CAP. VI. Ita codd. Harduini et margo edd. Dalec. et Gronov. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *patet longitudine ab Alpino fine* etiam margo edd. Dalec. et Gronov. *ab Alpium pane* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi,

NOTE

Rhodanum. Vide Notas et Emend. num. 30.

* *Umbranc[i]* In Tab. Penting. segm. 1. Umbrancia legitur, prope Volcas Tectosagas, et Nemausum. Sitis incertus.

* *Civitatis*] Hoc est, regionis, sive gentis, non oppidi. Galli Communitatem, et Status vocant.

† *Vasio*] *Vaison*, in Comitatu Venascino, Pontificiæ ditionis. Gruterus, p. 1090. *VASIENS*. Voc. ex Sirmondo.

* *Lucus*] *Luc en Dauphiné*, altero a Dia sive Dea Vocontiorum lapide. Luci Vocontiorum municipii Tacitus meminit, Hist. 1. p. 24.

* *Formulæ*] Hoc est, Tabulæ et indicii, sive syllabo provinciarum Galliæ, adjecit Galba ex gentibus Inalpinis Avanticos atque Bodionticos. Avanticorum pagus hodie *Avançon*, inter Vapincum et Ebrodunum. Bodionticorum Dinia oppidum haud ig-

nobile, *Digne*. Vide Notas et Emend. num. 31.

^b CCLXX.] Martianus, lib. vi. p. 203. CCCLXX. De latitudine ambo concinunt. Missi Theodosii: 'Juxta Plinium Secundum, longitudinem Provinciæ Narbonensis 380. M. passuum Agrippa tradidit: latitudinem, 348.'

^c *Italia dehinc*] Transcriptis hunc locum Martianus de Italia, lib. vi. p. 204. iisdem plane verbis.

^d *Tiberina ostia*] Hoc est, littus illud maris in quod Tiberis effunditur: non urbs ipsa Ostia, quanquam et ipsa Tiberina Ostia appellata est.

* *Ab Alpium fine*] A primis Alpibus, inquit Martianus, loc. cit. Plinius ipse paulo inferius hoc cap. 'Patet longitudine Italia ab Alpino fine.' Lunata autem juga Apennini montis intellige, ejus dextrum cornu, ut ait Mela, II. 4. Siculum pelagus: alterum, Ionium respicit.

lunatis jugis in maria excurrit Italia. Ab eo Græciæ ora, mox Salentini, Pediculi,^a Apuli, Peligni, Frentani, Marrucini, Vestini, Sabini, Picentes, Galli, Umbri, Etrusci,³ Veneti, Carni, Iapides, Istri, Liburni. Nec ignoro, ingrati ac segnis animi existimari posse merito, si breviter atque in transcurso, ad hunc modum⁴ dicatur terra, omnium terrarum alumna, eadem et parens, numine Deum electa, quæ cœlum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret, et tot populorum discordes ferasque linguas, sermonis commercio contraheret: colloquia, et humanitatem homini daret: breviterque, una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Sed quid agam? Tanta⁵ nobilitas omnium locorum, (quos quis attigerit?^f) tanta rerum singularum populorumque claritas tenet. Urbs Roma, vel sola in ea, et digna tam festa cervice^g facies, quo tandem narrari debet opere? Qualiter Campaniæ ora per se,^h felixque illa⁶ ac beata amœnitas? ut palam sit, uno in loco gaudentis opus esse naturæ. Jam vero tanta⁷ ea vitalis ac perennis salubritatis cœli temperies, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii saltus, tam opaca nemora,

~~~~~

Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—2 Chiffi. *Pediculi*. Mox Vet. Dalec. *Terrentani*.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Hetrusci* Vet. Dalec. *Thusci*, vel *Tusci* edd. ante Harduin.—4 Cod. Dalec. *in hunc modum*. Paulo post, edd. vet. et Gronov. *s. commercio contraheret ad colloquia, &c.*—5 *Sedne id agam? tanta* Vet. Dalec. Mox, *quæ quis margo* edd. Dalec. et Gronov.—6 Vet. Dalec. *ora per se fatix: illa*. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *uno hoc in loco*.—7 Ita vet. Dalec. et Harduin. 1. *Jam vero tota* Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Gronov. Harduin. 2. 3. et Bipont. *Jam vero tota* Elz. Mox, *talis cœli temperies est* Chiffi. *cœli temperies est* Ald. Junt. Lugd. Erasmi, Basil. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *est non agnoscent* Tolet. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Quos quis attigerit*] Quod non copiose, inquit, pro meritis nunc de Italia agam, retineor impedioreque multiplici nobilitate locorum, (quos quidem nemo attingere, nedum satis prosequi valeat,) ingentique singularum rerum ejus, ac gentium claritate.

<sup>g</sup> *Tam festa cervice*] Hoc est, læta,

eximia, ut dictum est II. 46. diceturque iterum XIV. 1. Roma, inquit, quæ veluti pro facie est Italiæ, quæ ipsa totius imperii cervix, seu caput est, eam habet dignitatem, vix ut possit diffuso opere explicari.

<sup>h</sup> *Per se*] Vel si sola ea spectetur.

tam munifica sylvarum genera, tot montium afflatus,<sup>1</sup> tanta frugum et vitium, olearumque fertilitas, tam nobilia pecori<sup>8</sup> vellera, tot opima tauris colla, tot lacus, tot amnium fontiumque ubertas, totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumque terrarum commercio patens undique:<sup>1</sup> et tanquam ad juvandos mortales, ipsa avide in maria procurrent. Neque ingenia, ritusque, ac viros,<sup>k</sup> et lingua manuque superatas commemoro gentes. Ipsi de ea judicare Græci, genus in gloriam suam<sup>9</sup> effusissimum: quotam partem ex eo appellando Græciam magnam? Nimirum id, quod in mentione cœli fecimus, hac quoque in parte faciendum est, ut quasdam notas ac<sup>10</sup> pauca sidera attingamus. Legentes tantum quæso meminerint, ad singula toto orbe edisserenda festinari.

Est ergo<sup>1</sup> folio maxime querno assimilata, multo proceritate amplior, quam latitudine: in læva<sup>11</sup> se flectens cacumine, et Amazonicæ<sup>n</sup> figura desinens parmæ, ubi a medio excursu Cocinthus<sup>o</sup> vocatur, per sinus lunatos duo



8 Chiff. *pecudi*. Mox, Vet. Dalec. *tam opima*.—9 Chiff. *in gloriam sui*.—10 Vet. Dalec. *quasdam notas stellas ac*; Chiff. *quasdam notas et*.—11 Vet.

## NOTE

<sup>1</sup> *Montium afflatus*] Venti, spirationesque emissæ montibus, aura illa odorata, quæ per montium latera ex omni frugum florumque genere descendens, totum inficit ac perfundit aërem. Sic Plinius noster de polypo, lib. ix. 'Afflatu terribili canes agebat.' Et Junior, v. 6. 'Triclinium saluberrimum afflatum est Apenninis vallibus.' Salmasius tamen, *mariam afflatus* emendat: perinde ac si maris afflatus aut salubris semper, aut jucundus sit.

<sup>1</sup> *Patens undique*] Solini paraphrasis, cap. 2. p. 12. 'Latera portuosa, orasque habet patentibus gremiis, commercio orbis accommodatas.'

<sup>k</sup> *Ac viros*] Rectius forsitan *vires* agnoscas, ex sequentibus illis, 'et

lingua manuque superatas gentes.'

<sup>1</sup> *Est ergo*] Solinus hæc a Plinio mutuatus, cap. 2. p. 14.

<sup>m</sup> *In læva*] Quæ tendit ad promontorium Iapygium, et Hydruntium agrum, nunc *Terra d'Otranto*, Italiæ versus Ionium mare, et Epirum, ultimum cacumen. Capella quoque, lib. vi. p. 205. hæc ipsa Plinii repetens, 'Lævorsum se flectit,' inquit.

<sup>n</sup> *Amazonicæ*] Martianus loc. cit. 'Duobus promontoriis peltæ Amazonicæ formam reddit: dextro cornu Leucopetram tendens, lævo Lacinium.' Pelta, auctore Servio in *Æneid.* i. 494. scutum est brevissimum in modum Lunæ jam mediæ.

<sup>o</sup> *Cocinthus*] Tria, inquit, promontoria duos sinus lunatos efficiunt: ex



cornua emittens, Leucopetram dextera, Lacinium sinistra. Patet<sup>p</sup>, longitudine ab Alpino fine Prætoriae Augustæ, per Urbem Capuamque cursu meante, Rhegium oppidum in humero ejus situm, a quo veluti cervicis incipit flexus, decies centena et viginti millia passuum: multoque amplior mensura fieret Lacinium usque,<sup>q</sup> ni talis obliquitas in latus digredi videretur. Latitudo ejus varia est: ccccx. millium<sup>12</sup> inter duo maria, inferum et superum,<sup>r</sup> amnesque Varum<sup>t</sup> atque Arsiam: mediæ,<sup>u</sup> atque ferme circa urbem Romam, ab ostio Aterni<sup>v</sup> amnis in Adriaticum mare influentis, ad Tiberina ostia cxxxvi. et paulo minus a Castro novæ Adriatici maris Alsium ad Tuscum æquor: haud ullo inde loco cc.<sup>13</sup> in latitudinem excedens. Universæ autem ambitus a Varo ad Arsiam xxx. pass. lix.<sup>14</sup> efficit.

—————

Dalec. in *larvo*.—12 Vet. cod. ap. Laet, et vet. lect. ante Dalec. CCXC. mil. Vid. Not. Var. Mox, *media autem ferme* margo edd. Dalec. et Gronov. ut mediam latitudinem intelligas, non Italiam mediam. Chiffi. *mediam autem*.—13 'Legendum *trecenta*, ex antiq. cod. astipulante Marciano.' Dalec. Ita quoque Pintian. unus codex ap. Laet, Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. 'Bene codd. Regg. 2. 5. et Ed. pr. CC. Perperam eruditus Harduinus e Mss. et Martiano emendavit, CCC. Patet enim cuius Italiam insipienti ab Alsio, nunc Torre di Maccarese, usque ad Rhegium, nunc Reggio, eam CC. millia passuum in latitudinem non excedere.' Brotier.—14 'Antiq. cod. sic habet, *vicies centena XLIX. M.* in quam mensuram etiam Martianus et Solinus consentiunt.' Dalec. Salmasius legendum putat: *Universæ ambitus a Varo ad Arsiam, vicies centena quadraginta novem millia*. Edd. vett. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. XXX. pass.

#### NOTÆ

iis duo extrema, ceu cornua quædam porrectiora, emittuntur in mare: Leucopetra dextrum, ad fretum Siculum, Capo dell' Armi: sinistrum Lacinium appellatur in Crotoniensi agro, Capo delle Colonne. Medium inter hæc Cocinthus, Capo di Stilo.

<sup>p</sup> Patet] Hæc iisdem fere verbis Solinus et Capella, locis cit. et Missi Theodosii. De Augusta Prætoria dicemus cap. 21.

<sup>q</sup> Lacinium usque] Ducta rursum eo usque a Regio oppido mensura.

<sup>r</sup> CCCCX. mill.] Ita Solinus, cap. 2. pag. 14. Missi Theodosii: 'Lati-

tudo Italix 320... juxta Plinium Secundum.'

<sup>s</sup> Inferum, et Superum] Tuscum illud, istud Adriaticum vulgo nuncupatur.

<sup>t</sup> Varum, &c.] Varus Narbonensis Gallix, ut dictum est cap. sup. finis. Arsia finis Italix, ut dicetur cap. 23. in Istria.

<sup>u</sup> Mediæ] Dicta proxime est Italix summæ, qua cingitur Alpibus, latitudo: nunc ejusdem mediæ, ubi fere Roma est, latitudo signatur: postremo, reliquæ.

<sup>v</sup> Ab ostio Aterni] Hanc locum

Abest<sup>y</sup> a circumdatis terris, Istria ac Liburnia quibusdam locis centena<sup>15</sup> M. pass. Ab Epiro et Illyrico quinquaginta. Ab Africa minus ccc.<sup>16</sup> ut auctor est M. Varro. Ab Sardinia, cxx. M. Ab Sicilia M. ccccc. A Corsica<sup>z</sup> minus LXXX.<sup>17</sup> Ab Issa quinquaginta. Incedit per maria<sup>a</sup> coeli regione ad meridiem quidem<sup>18</sup> sed si quis id diligenti subtilitate exigit, inter sextam<sup>b</sup> horam primamque brumalem. Nunc ambitum ejus, urbesque enumerabimus. Qua in re præfari necessarium est, auctorem nos Divum Augustum secuturos, descriptionemque ab eo factam Italiae totius in regiones XI. sed ordine eo, qui littorum tractu<sup>19</sup> fiet, urbium quidem vicinitates oratione utique præpropere servari non posse: itaque interiori in parte digestionem in

LVIII.—15 Ita Chiffi. aliusque codex ap. Laet; cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *centum* in quibusdam vett. et Gronov. C. in aliis.—16 'Libri scripti et editi habent minus CC. Emendandum est minus CCC. Nec in distantia Italiae ab Africa tantum errare potnere aut Varro, aut Plinius. Ipse Plinius infra cap. 14. a Lilybæo, nunc *le Cap Boeo*, ad promontorium Mercurii, *le Cap Bon*, in Africa numerat clxxx. M. Brotier. Mox, edd. vett. *ut auctor affirmat Varro*. Codd. Chiffi. et Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ut auctor est M. Varro*.—17 *A Corcyra minus LXX*. edd. vett. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *A Corcyra m. LXXX*. codex ap. Laet, et Chiffi. *A Corsica m. LXXX*. ed. Parm. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—18 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ad caeli quidem meridionalem regionem*. Mox, *si quis hoc exigit diligenti*, &c. Chiffi.—19 Vet. Dalec.

## NOTE

Plinii accuratissimis recentissimisque observationibus eximie congruere, et errare Geographos recentes, qui mensuram Italiae secus definiunt, docet D. Delisle, in Comment. Acad. Reg. Scient. anni 1714. p. 181. Ed. sec.

<sup>w</sup> *Haud ullo inde loco CC. [CCC.]* Reliqua, inquit, Italia, ab Alsio Tiberinisque ostiis ad Rhegium usque, nusquam excedit ccc. millia pass. Vide Notas et Emend. num. 32.

<sup>z</sup> *XXX. pass. LIX.]* Hoc est, tricies centena, et quinquaginta novem millia passuum. Vide Notas et Emend. num. 33. Superposita nu-

meralibus notis lineola, centena toties signari admonet.

<sup>y</sup> *Abest]* Hæc Martianus iisdem verbis, lib. vi. p. 206.

<sup>a</sup> *A Corsica]* Vide Notas et Emend. num. 34.

<sup>b</sup> *Per maria]* Inter Adriaticum et Tyrrhenum, quibus latera Italiae gemina alluuntur.

<sup>b</sup> *Inter sextam]* Hoc est, inter meridiem, quæ hora sexta veteribus dicta est, et exortum Solis brumalem, quæ prima. Vide quæ dicturi sumus in Notis et Emend. ad lib. vi. num. 119.

litteras ejusdem nos secuturos, coloniarum mentione signata, quas ille in eo prodidit numero. Nec situs originesque persequi facile est, Ingaunis<sup>c</sup> Liguribus (ut ceteri omittantur) agro tricies dato.

VII. Igitur ab amne Varo<sup>d</sup> Nicæa oppidum a Massiliensibus conditum: fluvius Paulo: <sup>e</sup> Alpes, populique Inalpini multis nominibus,<sup>f</sup> sed maxime Capillati: <sup>g</sup> oppidum Veditantiorum civitatis<sup>h</sup> Cemenelion: portus Herculis<sup>i</sup> Mo-

qui in litorum tractu. Paulo post, Tolet. ordinatione utique, &c.—20 Ligeunus alii ap. Laet. et sic legitur superiore capite.

CAP. VII. 1 Ita emendavit Rezzonicius; ita quoque Pomp. Mela II. 4. *fluvius Padus* codd. ap. Brotier, Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *fluvius Palo* codd. Vossii ad Melam p. 170. ed. Hag. 1658. *fluvius Pado* codd. Harduini, Chiff. aliique ap. Brotier, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Paulo post, Vet. Dalec. *Vendiantiorum civitatis Cemelion*. Edd. ante Brotier omnes etiam *Cemelion*. 'Bene Rezzonicius e codd. Palmarii, Ptolemæo, et Inscriptionibus veteribus.' Brotier. Mox,

## NOTE

<sup>c</sup> *Ingaunis*] Quorum oppidum Albinum Ingaunum, de quo mox.

<sup>d</sup> *Ab amne Varo*] Hic nona incipit Italiæ regio, a Narbonensi, Varo amne discreta: quamobrem a Lucano dicitur, l. 404. 'Finis et Hesperie promotus limite Varus.' Sic Nicæa Italiæ ascribitur, a nostris tamen Galliæ, qui vulgo dicunt, *Nice en Provence*, etsi Ducibus paret. Stephano, Νίκαια Κελτικῆς, Μασσαλιωτῶν ἔποικος, Massiliensium colonia.

<sup>e</sup> *Paulo* [*Pado*] Ita Mss. quos vidi. Vossius in suis, *Palo*, ut quidem ait in Melam, p. 170. Melæ ipsi, II. 4. p. 37. *Paulon*. Accolis *Paillon*. In ejus ostio Nicæa est posita.

<sup>f</sup> *Multis nominibus*] A Livio hæc Ligurum nomina produntur: Celelates et Cerdiciates, lib. XXXII. p. 392. Apuani et Frisinate, lib. XXXIX. p. 488. &c.

<sup>g</sup> *Capillati*] Qui Liguriam tenere. *Λιγύων τῶν Κομητῶν καλονύμενων* meminit Dio, lib. LIV. p. 538. De his Lucanus, l. 442. 'Et nunc tonse Ligur, quondam per colla decora Crinibus

effusis toti prælate Comatæ.'

<sup>h</sup> *Veditantiorum civitatis*] Hoc est, gentis, et ut, barbari loquuntur, Communnitatis. Veditantii Capillatorum Ligurum pars fuere. Oppidum ipsum Κεμενέλειον Ὀδεσιαντίων a Ptolemæo dicitur III. 1. in Maritimis Alpibus. Nunc Cimiez prope Nicæam. De eo oppido vide Sirmondum in Præfat. Homiliarum Valeriani Ep. Cemelienensis. Ex Nicæensi et Cemelienensi Episcopatu unicus conflatus decreto Hilari Papæ, quod extat in Conc. Gall. tom. I. p. 136. 'Ecclesia Cemelensis, et castellum Nicæense,' &c. In Conc. Anrel. v. anno 549. 'Magnus Episcopus Ecclesiæ Cemelensis et Nicæensis.' Inscript. vet. apud Honor. Bouche, III. 2. ORDO CEMENEL.

<sup>i</sup> *Herculis*] Hodieque, *Monaco*. Falsitè Ptolemæus, qui Herculis et Monæci portus diversos putat. Ammianus, lib. xv. p. 53. de Hercule Thebæo, qui Geryonem extinxit: 'Monæci similiter,' inquit, 'arcem et portum ad perennem sui memoriam

noeci, Ligustica ora. Ligurum celeberrimi ultra Alpes<sup>1</sup> Salluvii,<sup>2</sup> Deciates, Oxubii : citra,<sup>3</sup> Veneni, et Caturigibus<sup>4</sup> orti Vagienni,<sup>m</sup> Statielli, Bimbelli,<sup>3</sup> Magelli, Euburiates,<sup>n</sup> Casmonates, Veleiates, et quorum oppida in ora proxime dicemus.<sup>4°</sup> Flumen Rutuba,<sup>p</sup> oppidum Albium<sup>5</sup> Intemelium,<sup>q</sup> flumen Merula, oppidum Albium Ingaunum : portus Vadorum<sup>r</sup> Sabatium : flumen Porcifera,<sup>s</sup> oppidum Genua :

~~~~~

Vet. Dalec. *portus Herculis et Monæchus*.—2 *Sallyi* Ald. Junt. Basil. Lngd. Erasmi, Dalec. Elz. et Gronov. et mox, in iisdem *Deceates*. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Salluvii, Deciates*. Chiffi. etiam *Deciates*. Vet. Dalec. *Oxybii*.—3 Ita codd. Regg. Brot. Vatic. Riccardian. et Rezz. *Vibelli* Ald. Junt. Basil. Lngd. Erasmi, Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—4 Chiffi. *in ora p. edicemus*.—5 Idem codex hic et paulo post *Album*.

NOTÆ

consecravit.' Tacito quoque, Hist. III. p. 72. 'Portus Herculis Monæci.'

¹ *Ultra Alpes*] In Narbonensi provincia. Sallavium ibi oppidum, at diximus, sup. sect. Aquæ Sextiæ: Deciatum, Antipolis: Oxubiorum denique, Forum Julii.

² *Citra*] Qui Cisalpini Ligures Romanis appellati sunt, nobis iidem sunt Transalpini. Horum fere omnium obscura nomina, situs omnino inexploratus.

³ *Et Caturigibus*] Ita quidem reposuit Hermolaus: at Mss. omnes, *Et Turris*: forte pro *et Thuriis*, vel *ex Tungris*.

^m *Vagienni*] Bagienni sunt Varro, de Re Rust. 1. 51. In Tab. Peut. *Bagitenni* supra Cemenellum, et Albintemelium, segm. 2. De Statyellarum oppido, in fine hujus cap. Vagiennorum in finibus, sunt Padi fontes, in Pedemontio, ut dicitur cap. 20.

ⁿ *Euburiates*] Horum meminit Florus, II. 3. p. 56. 'Salyi,' inquit, 'Deceates, Oxybii, Euburiates, Inganni.'

^{4°} *Dicemus*] Igitur ii de quibus dic-

tum est hactenus, intus in montibus, non in ora, sedes habuere.

^p *Rutuba*] 'Rutubamque cavum' appellat Lucanus II. 422. Nunc *la Rotta*. Vibius Seq. p. 336. 'Rutuba ex Apennino fluit.'

^q *Albium Intem.*] *Albentemelio*, in Tab. Peut. Straboni, lib. IV. p. 202. 'Ἀλβιον Ἰντεμελίον. Ligurum enim alii, inquit, Intemelii, Ingauni alii appellati. Inde gemino oppido nomen. Intemelion hodie *Vintimiglia*. Ingaunum, *Albenga*: Merula flumen, quo Ingaunum alluitur, *Arocia*. Albingaunos appellat Livius lib. XXIX. p. 340.

^r *Vadorum* [*Vadum*] Hoc est, portus Vadorum Sabbatorum, nunc *Vui*, et *Vé*. Ipsa Vada Sabbatia *Savonam* nunc appellant.

^s *Porcifera*] Genuam latere orientali alluit: *Bisagna*. Feritor, *Lacagna*, in partem pariter exortivam infuit ejus sinus, qui portum Delphini efficit, *Porto Fino*: etsi aliter alii statuunt. Qui porro *Porcifera* Plinio est, eum esse suspicamus, qui in vetusta inscriptione apud Gruterum, p. 204. FLOVIVS. PROCOBERA nuncupatur, in decreto Arbitrum finium

fluvius Feritor, portus Delphini: Tigullia: intus¹ et Segesta⁶ Tigulliorum: flumen Macra,⁴ Liguriæ finis. A tergo autem supra dictorum omnium Apenninus mons Italiæ amplissimus, perpetuis jugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum. Ab altero⁷ ejus latere ad Padum amnem Italiæ ditissimum, omnia nobilibus oppidis nitent: Libarna,⁸ Dertona² colonia, Iria,⁷ Barderate, Industria,² Pollentia,² Carrea, quod Potentia cognominatur: Forofulvi, quod Valentinum:^b Augusta^c Vagiennorum, Alba^d Pompeia, Asta,^e Aquis Statiellorum. Hæc regio ex descrip-

—6 *Tigulia, intus Segesta* edd. vett. ante Harduin. *Tigulia intus: Segesta* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Tigullia: intus et Segesta* Rezzonicus e codd. suis et Inscriptione Veleiatium, quod recepit Brotier.—7 Vet. Dalec. *iria*. Mox, *Pollentia Carrea* conjunctim Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

NOTÆ

regundorum, inter Gennates et Veturios: ut plane in vetusta inscriptione, et apud Plinium itidem *Procofera* legi oportere videatur.

¹ *Tigullia: intus [Tigulia intus]* Longius, inquit, a mari Tigulia. In Itiner. Anton. via Aurelia, Tegulata. Rudera sunt quæ *Tregesa* appellant ad tria fere millia pass. a Segesta Tigulliorum, littorali oppido, nunc *Sestri de Levante*. Tiguliæ Mela meminit, II. 4. et Ptolem. III. 1.

² *Macra* Vibius Sequest. p. 354. 'Macra Liguriæ fluvius secundum Lunam urbem.' Straboni, lib. v. p. 222. δ *Μάκρης*.

³ *Ab altero* Orientali Apennini latere, qua Padum prospectat.

⁴ *Libarna* Λιβάρνα Ptolem. III. 1. In Itiner. Anton. *Libanum* mendose, a Dertona, M. P. xxxv. In Tab. Peutling. *Libanum*, a Genua xxxvi.

⁵ *Dertona* In Thez. Goltzii, vetus inscript. COL. IULIA. DERTONA. Nunc Tortona.

⁶ *Iria* In Itiner. Anton. via Claudia, a Dertona, x. M. P. Hodie dicitur *Voghiera*. Ptolemæo, III. 1.

Elpía.

⁷ *Industria* Ita Romanis cognominatum oppidum, qui Liguribus incolis Bodincomagus fuit, ut dicitur cap. 20. ad Padum: hodie *Casal*, oppidum permunitum, hoc quo ista commentamur anno Francisci juris factum.

⁸ *Pollentia* *Polenza*, ad confluentes Tanari et Sturæ. Hinc vellera Pollentina, de quibus VIII. 73. Eadem Carrea, et Potentia cognominata.

^b *Valentinum* Et nunc *Valenza*, haud procul Tanari Padique confluentibus. Ab Asta Forum Fulvii distat M. P. xxii. in Tab. Peutling.

^c *Augusta* Cluverio Antiq. Ital. I. 10. Carmeniola est. Alii Salinas putant, *Saluces*. Videtur esse *Αβγοβόρα Βαρκελών*, de qua Ptolem. III. 1. cum Iria et Dertona.

^d *Alba* Meminere Ptolemæus III. 1. Tabula Peutling. aliique. Nomen etiamnum retinet, ad Tanarum, infra Pollentiam. Apud Gruter. p. 484. R. P. ALB. POMPEIANORVM. Albenses Pompeiani dicti. XVII. 3.

^e *Asta* Illam *Asti* Itali: istam *Ac-*

tionē Augusti nona est.⁸ Patet ora Liguriæ inter amnes Varum et Macram CCXI. M. passuum.

VIII. Annectitur septimæ,^{1a} in qua Etruria est, ab amne Macra, ipsa mutatis sæpe nominibus. Umbros inde^b exegere antiquitus Pelasgi: hos Lydi, a quorum rege^c Tyrrheni, mox a sacrificio ritu, lingua Græcorum^d Tusci sunt cognominati. Primum Etruriæ oppidum Luna^e portu nobile. Colonia Luca^f a mari recedens, propiorque^g Pisæ inter amnes Ausorem² et Arnun,^h ortæ a Pelope Pisisque,ⁱ

Franz.—8 *Augusti undecima est* Vet. Dalec. et vet. exempl. Erasmi.

CAP. VIII. 1 *Annectitur septima* Chiffi. Mox, et ipsa mutatis, &c. margo edd. Dalec. et Gronov.—2 *Auserem* vet. Dalec. *Exarem* Strab.—3 Ita Chiffi, alique

NOTÆ

qui vocant, quæ Straboni lib. v. p. 217. Ἀκουαιστὰς ἔλλα. Hos Ligures Stellantes appellat Livius, lib. XLII. p. 536.

^a *Septimæ*] Mss. plerique, *septima*.

^b *Umbros inde*] Hæc omnia Græco carmine Scymnus Chius expressit, p. 9. Prolixa oratione Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. i. p. 21. et 22.

^c *A quorum rege*] Rex Lydorum in Asia Atys colonos ablegavit in Italiam duce Tyrrheno filio. Herod. lib. i. n. 94. p. 41. Tertull. de Spectac. cap. 5. ex Timæo. Tacitus, Annal. iv. p. 118. Velleius, lib. i. p. 3.

^d *Græcorum*] Ἀπὸ τοῦ θύειν, hoc est, a frequenti sacrificio, inquit Servius, in Æneid. x. Quare et olim exactione vacabulo θυόκοοι appellati, inquit Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. i. p. 24.

^e *Luna*] Ingentes visuntur ruinæ hujus civitatis a Normannis deletæ ad ripam Macræ fluvii: et circumjacenti agro nomen est, *il Lunegiano*: Portni, seu verius sinui, *Golfo della Spezzia*, ab oppido quod intimo ejus

recessui appositum est.

^f *Luca*] *Luques en Toscane*: quam Anser alluit, Straboni lib. v. p. 222. *Alsap*, accolis *Serchio* appellatus. Deductos eo colonos anno U. C. 582. Velleius est auctor lib. i.

^g *Propiorque*] Subintellige, colonia. Anno Urbis DLXXIV. postulantibus Pisanis, agrosque pollicentibus, quo Latina colonia deduceretur, ad eam rem Triumviros creatos Livius prodidit, lib. XL. In Cenotaphio Lucii Cæsaris Augusti F. 'Coloni Julienses' appellantur, 'Coloniæ Obsequentia Juliæ Pisanæ.'

^h *Arnum*] Ἀρνὸν Strabo, Itali *L'Arno* vocant. Pisam Florentiamque præfluit.

ⁱ *Pisisque*] Elidis oppido, in Peloponneso, de quo iv. 6. Rutilius in Itiner. lib. i. p. 317. 'Elide deductas suscepit Etruria Pisas, Nominis indicio testificata genus.' Consentit et Strabo, loc. cit. et Solinus, cap. 2. p. 12. Ante hos ipse Mæro, Æneid. x. 179. 'Hos parere jubent Alpheæ ab origine Pisæ, Urbs Etrusca solo.'

sive a Teutanis,³ Græca gente. Vada^k Volaterrana: fluvius Cecinna, Populonium^l Etruscorum quondam hoc tantum^m in littore.⁴ Hinc amnes Prille,ⁿ mox Umbro^o navigiorum capax, et ab eo tractus Umbriæ, portusque Telamon:^p Cosa⁵ Volcientium a Populo Romano deducta: Graviscaë,^r Castrum novum, Pyrgi. Cæretanus^s amnis,



codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. a *Teucanis* vet. Dalec. *Atintanis* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. et Gronov. *Arintanis* Elz. Sunt qui malint *Atintanibus* a recto *Atintan*.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *hoc situm in littore*.—5 *Cossa* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. Lugd. 1606. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont.

NOTÆ

³ *A Teutanis*] Ita libri probatiores, non *Atintanis*. Sicyoniæ regionis in Peloponneso Teutanium ager fuit: Stephanus: Τετάρτα χωρίον τῆς Σικωνίας· νῦν δὲ Τευτάνιον καλεῖται. Sive igitur Tentani, sive Pisatæ Pisas condiderunt, a Pelope ortæ recte dicuntur. Ἀπορωσία juxta Apolloniam Epiri, Molossosque est Thucyd. lib. II. p. 153. et auctori libri de Mirab. Auscult. p. 1153. Macedoniæ ascripta a Stephano. Sed si hos Plinius spectasset, Atintanibus dicere debnisset, vel Atintaniis.

^k *Vada*] Nunc *Vadi*, vicus cum portu, in agro Pisano, a Volaterris xx. M. P. Hic amnis Cecinna decurrit in mare, et nomen antiquum retinet.

^l *Populonium*] Ex ejus ruinis juxta crevit Plumbinum, *Piombino*.

^m *Hoc tantum*] Id Strabo explicat, lib. v. p. 223. solum hoc ex priscis Etruscorum oppidis situm fuisse in littore asseverans: quoniam ora importnosa esset.

ⁿ *Prille*] Lacum Aprilem vocat Anton. in Itiner. Marit. Qui nunc ab oppido, *Lago di Castiglione*. Delabitur in eum lacus amnis, quem lacui cognominem Plinius facit: incolæ *Bruno* vocitant.

^o *Umbro*] Et nunc *Ombrone*: me-

diam fere, Arnun inter Tiberimque, secat Etruriam. Inde ad Tiberim Umbria præprie appellata, quæ patuit quondam latins.

^p *Telamon*] Oppidulum cum portu, *Talamone*. Meminit ejus Mela, II. 4.

⁵ *Cosa*] Ex ejus ruinis crevit Ansedonia, ipsa postmodum in vicum redacta. 'Et desolatæ mœnia fœda Cosæ,' cecinit Rutil. in Itiner. p. 307. Erat urbs Etruriæ Volci, ejus incolæ Volcientes. Hinc Bulcentina Ecclesia, apud Gregor. M. Dialog. III. 17.

^r *Graviscaë, &c.*] Mela, II. 4. 'Castrum novum, Graviacæ, Cossa.' Ptolem. III. 1. Κόσσαί, Γραβίσκαι, Κάστρον νέον. Fuere igitur oppida tria. Graviscaë excisis successit Cornetum: Castro novo, *S. Marinella*: Pyrgis, *S. Severa*.

^s *Cæretanus*] Nunc Eri, ut recte Leander, et Holsten. contra Cluverium. Cære, nunc *Cervetere*, oppidulum Patrimonii S. Petri. Agyllam primum a Pelasgis dictum prodidere etiam Dionys. Halic. lib. I. p. 16. et lib. III. p. 193. Stephanus: Cato in Excerptis Orig. pag. 139. &c. Καίπρη Dionysio dicitur. Καίπε Straboni, I. v. p. 220.

et ipsum Cære intus M. pass. quatuor, Agylla a Pelasgis conditoribus dictum: Alsium,^t Fregenæ. Tiberis amnis a Macra COLXXXIV. M. pass. Intus coloniae: Falisca^u Argis orta, (ut auctor est Cato,^v) quæ cognominatur^w Etruscorum, Lucus Feroniæ,^{6x} Rusellana,^y Seniensis,^z Sutrina.^a De cetero^b Arretini veteres,^c Arretini Fidentes,⁷ Arretini

et Franz. Cosa Ed. princeps, quod recepit Brotier.—6 *Hetruscorum lucus, Feronia, colonia Russellana* Vet. Dalec. Mox, Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Senensis*; codd. vero Brot. et Ed. pr. *Seniensis*; Chiffi. *Senienses*.—7 *Arutini fidentiores* margo edd. Dalec. et Gronov. *Arretini Fidenates* Chiffi. *Arretini Fidentes* edd. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, *Aquilenses cognomine* Vet. Dalec. et paulo post in eodem, *Cor-*

NOTE

^t *Alsium*] Ἀλσιον καὶ Φεργηία Straboni, lib. v. pag. 225. Illud nunc *Palo* est, castrum gentis Ursinæ, in Ducatu Braciani, ab urbe Roma xviii. M. P. Istud *La Macarese*, villa Ducis Matheii, haud procul ostiis Tiberinis. Fregenas ab Alsio ix. M. P. distare ait Antoninus.

^u *Falisca*] Colonia Junonia, quæ appellatur Faliscos, inquit Frontinus, de Colonis, p. 95. Ab Haleso Argivo condita, ut ait Solinus cap. 2. p. 13. Nunc est civitas Castellana ad Tiberim, Hortam inter et Romam: aut hæc certe ex illius ruinis crevit, quæ prope visuntur, nomenque retinent *Falari*.

^v *Cato*] In libris Originum, qui interierunt.

^w *Cognominatur, &c.*] Ut ab altera Falisca, quæ Æquorum dicitur, eo cognomine dirimatur. 'Æquosque Faliscos' Virgilius appellat Æneid. vii.

^x *Feroniæ*] Cui Deæ a ferendis fructibus nomen fuit, lucum hunc et locum sacravere in Capenate agro, juxta Viterbium. Unde 'Lucosque Capenos,' Maro cecinit. Sub oppido *S. Oreste* etiamnum visuntur Feroniarum vestigia. Silius: 'Dives ubi

ante omnes colitur Feronia luco, Et sacer humectat fluvialia rura Capenas.'

^y *Rusellana*] Nomen hodieque servat. Apud Gregor. vii. Epist. lib. iii. 'Ecclesia Rosellana.' Livio lib. xxviii. p. 337. incolæ Rusellani. Inscriptio vet. apud Holsten. in Ital. antiq. pag. 39. COL. Rvs.

^z *Seniensis* [*Senensis*] In Mss. *Senienses*: atque ita vetus inscript. apud Grut. pag. 372. Nunc *Sena* vel *Senæ* numero multitudinis dicimus, *Siennen* in *Toscane*.

^a *Sutrina*] Colonia Sutrrium, Frontino, lib. de Colon. pag. 95. Vetus Inscript. in Thes. Goltzii, COL. JV-LIA. SVTRINA. Nunc *Sutri*, ad amnem *Pozzolo*. Deductam coloniam post annos septem, quam Galli Urbem ceperunt, auctor est Vell. lib. 1. pag. 5.

^b *De cetero*] Hoc est, reliqui generis oppida, nec jam coloniae, sed municipia, oppidave Latina.

^c *Arretini veteres*] Inscriptio ab Hermolao jam citata, DECVRIONES ARRETINORUM. VETERVM. Oppidum Arretium, (sic enim in vetustis omnibus monumentis scribitur,) *Arezzo*,

Julienses, Amitinenses,^d Aquenses* cognomine Taurini, Blerani,^f Cortonenses,^g Capenates,^h Clusiniⁱ novi, Clusini veteres, Florentini^j præfluenti^k Arno appositi, Fesulæ,^k Ferentinum, Fescennia, Hortanum, Herbanum,^l Nepet,^m Novem pagi,ⁿ præfectura^o Claudia Foroclodii,^p Pistorium,^p Perusia, Suanenses, Saturnini qui antea¹⁰ Aurinini voca-

tonienses.—8 *Florentini præfluenti* Chiffi.—9 *Vet. Daler. præfectura Claudia Forum Claudii*; alii, p. C. *Forum Cassii*.—10 Ita Chiffi. et Harduin. 1. qui ante edd. vett. item Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. Mox, *Sudertani* Gronov.

NOTÆ

Florentiam inter Perusiamque. Fidentium Juliensiumque ne rudera quidem extant. Non hi solo nomine, ut Holstenius putat, in Ital. Antiq. p. 72. sed re et loco diversi: ut de Clusinis dicturi sumus inferius.

^d *Amitinenses*] Forte *Anicienses*: unde lapicidinæ Ancianæ, de quibus Plinius xxxvi. 49.

^e *Aquenses*] Ab Aquis, Thermaive Taurinis, prope *Civita Vecchia*. Vide Notas et Emend. num. 35.

^f *Blerani*] Oppidum Βληρα Ptolemæo, III. 1. Nunc Bieda, in Patrimonio S. Petri.

^g *Cortonenses*] Oppidum Cortona Livio, lib. ix. pag. 165. nunc retinet nomen in Etruria.

^h *Capenates*] Ibi fuere, ubi nunc est *Mortuppo*: ubi quondam Feroniæ lucus, ut diximus. Sic Holstenius, in Ital. Antiq. p. 62. post Ligorium.

ⁱ *Clusini*] Novorum oppidum *Chiusi*, prope Tiberis fontes. Veterum nunc fere desertum, ob insalubritatem aëris, in regione cui nomen est *Val de Chiana*, a Clani palude proxima. Vide Notas et Emend. num. 36.

^j *Florentini*] *Florence*. Etruriæ caput. Vide Notas et Emend. num. 37.

^k *Fesulæ*] *Fiesoli*. Ferentini oppidi ruinæ jacent inter Viterbium et *Monte Fiascone*: nomen superest, *Fé-*

renti. Fescennia nunc *Galese*, ad Tiberim, in Patrimonio S. Petri: nec procul inde Hortanum *Orta*.

^l *Herbanum*] Idem Urbis veteris nomine insignitum, *Orvieto*.

^m *Nepet*] *Népi*, juxta amnem *Pozzolo*, inter Romam et Viterbium. *Népæra* Ptolemæo, III. 1. In decretis Hilari Papæ, 'Projectus Nepesinus Episcopus.'

ⁿ *Novem pagi*] Supra Centumcellas, hoc est, *Civita Vecchia*, ad fontes Minionis amnis, *il Mignone*, positi: præfecturæ Claudiæ attributi.

^o *Præfectura*] Nunc est *Oriolo*, in Ducatu Bracciani. Apud Optatum, *Domitianus a Foro Claudii*, inter Episcopos qui sedere iudices in causa Donati. Ceterum præfecturæ a coloniis municipiisque omnino diversæ. Ex pluribus constare videntur vicis oppidisque minoribus eodem ad petenda jura convenientibus. Sic novem pagi Claudiæ ascribuntur. In Ægypto Præfecturas oppidorum *Nomos* vocabant, ut dicemus lib. v. 'Præfecturæ,' inquit Festus, 'hæ appellantur in Italia, in quibus et jus dicebatur, et nandinæ agebantur,' &c.

^p *Pistorium, &c.*] Nunc *Pistoia*, *Perugia*, *Soana*, et *Saturnia* vel *Sitorgna*. Ptolemæo, III. 1. Πιστορία, Περουσία, Σοάννα, Σατουρνιδία κολωνία.

hantur, Subertani,^a Statones,[†] Tarquinienses,[‡] Tuscanienses,[§] Vetulonienses,^{||} Veientani,[¶] Vescintini,[‡] Volaterrani,[¶] Volcentini cognomine Etrusci, Volsinienses. In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri * Crustumini, Caletranus.

IX. Tiberis, antea Tibris appellatus, et prius Albula,[¶] e media fere longitudine Apennini, finibus Arretinorum profuit; tenuis primo, nec nisi piscinis corrivatus emissusque, navigabilis, sicuti Timia[†] et Glanis^b influentes in eum, no-

et al. vett.—11 *Veretani Vascintini* Vet. Dalec. *Verentani* Harduin. in Not. Mox, *Volaterrani cognomine Hetrusci* edd. vett. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasini, Dalec. Lngd. 1606. Elz. et Gronov. *Volaterrani, Volgentini cognomine, &c.* Chiffi. *Volaterrani Volcentini cognomine, &c.* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Deinde, pro *Volsinienses*, nonnulli legunt e Floro, 1. 21. *Volsini*; alii e Val. Max. *Volsinenses*.

CAP. IX. 1. 'Male Editio princeps, *Trima*; aliæ, *Tinia*. Recte emendavit Rezzonicus, *Timia*. Servat nomen hodie, et dicitur *Timia*. In fluvium *Topino* influit prope oppidum *Cannara*.' Brotier. Mox, pro *Glanis*, Vet. Da-

NOTE

^a *Subertani*] Oppidum Subereturum *Sorretto*, prope Soanam, haud procul amne *Flore*. Vide Notas et Emend. num. 38.

[†] *Statones*] Oppidum *Stratonia*, Statoniensis lacus accolæ, de quo Plinius II. 96. In Ducatu Castrensi, *le Duché de Castro*. Ex eo lacu Olpita fluvius manat.

[‡] *Tarquinienses*] *La Tarquinia*, et corrupte *la Tarquina*. Ptolemæo, III. 3. *Ταρκυνία*. In Patrimonio S. Petri, infra Viterbium.—'In decretis Hilari Papæ: 'Apuleius Tarquiniensis.' Ed. sec.

[§] *Tuscanienses*] Hodie *Toscanello*, in Ducatu Castrensi. In Conc. Pontigonensi, in Gallia, 'Joannes Tuscanensis,' tom. IX. Conc. anno 876. p. 281.

^{||} *Vetulonienses*] Horum oppidi ruderum nomen priscum retinent, *Vetulia*: supra Plumbinum. *Ὀβερλωνιάται* Dionysio Halic. Antiq. Rom. lib. III. p. 189.

[¶] *Veientani* [*Verentani*] A Verento oppido, nunc *Varentano* et *Valentano*, in Ducatu Castrensi. Nec procul inde Visentini, quorum oppidum hodieque *Bisontia*, ad ripam Volsiniensis lacus, *Lago di Bolsena*. Frobenius, alique post eum *Veientani* pro *Verentani* scripsere.

[¶] *Volaterrani*] Oppido nomen *Volterra*: olim *Volaterræ*, in Etruria. Vide Notas et Emend. num. 39.

^{*} *Retinent agri*] Ambo nunc incerti situs.

[¶] *Albula*] Varro, de Ling. Lat. lib. IV. p. 13. 'Sunt qui Tiberis priscum nomen Latinum *Albulam* vocitatum literis tradunt: posterius propter Tiberinum regem Latinorum mutatum, quod ibi interierit: nam hoc ejus, ut aiunt, sepulcrum.' Idem prodidit et Livius, lib. I. pag. 3. Ovid. Fast. III. &c.

^b *Tinia, et Glanis*] *Tinia Tereas* Straboni, lib. V. p. 227. nunc *Topino*, Fulginium alluit, in Ducatu Spoletano.

venorum^c ita conceptus^d dierum, si non adjuvent imbres. Sed Tiberis propter aspera et confragosa, ne sic quidem,^d præterquam trabibus verius quam ratibus, longe meabilis fertur^e; per centum quinquaginta millia passuum non procul Tiferno, Perusiaque, et Otriculo, Etruriam ab Umbris ac Sabinis: mox citra^f a Crustumino,^g dein Fidenatem Latinumque a Vaticano^h dirimens: sed infra Arretinum Glanum duobus et quadragintaⁱ fluviis auctus, præcipuis autem Nare et Aniene, qui et ipse navigabilis Latium includit a tergo: nec minus tamen aquis ac tot fontibus in Urbem perductis: et ideo quamlibet magnarum navium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe nascentium mercator placidissimus, pluribus prope solus, quam ceteri in omnibus terris amnes, accolitur, aspiciturque villis.^a Nullique

^a Sed a conflente Glanis, qui in finibus Arretinorum oritur, ad mare usque, Tiberis duo et XL. excipit flumina: quorum præcipui sint Nar, ipseque Anio, qui item navigabilis includit a tergo Latium. Quin nec minora incrementa Tiberis adeptus ex tot aquis ac fontibus Romam deductis: ideoque mercator rerum toto orbe nascentium placidissimus, ut qui quamlibet magnarum navium sit capax, pluribus prope solus accolitur aspiciturque villis.

lec. Glanum.—2 'Bene cod. Reg. 2. Editio princeps, et Rezz. *longe meabilis fertur*. Vet. Dalec. *longis meatibus fertur*. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *longe meatibus fertur*. Paulo post, Vet. Dalec. et Chiffi. et Otriculo.—3 'In codd. Regg. et Editione princeps: *citra XVI. millia*; quod mallem.' Brotier.—4 'Vet. intra Tiniam et Glanum. Lego, ultra Tiniam item Glanum e duobus quadraginta.' Dalec.—5 'Malo: *sæpiliturque villis*, quam *aspiciturque villis*, quod nunc circumfertur: *conspiciturque villis* potius dixisse debebat; ni mavis, *adsæpiliturque villis*; quod verbum rarius alibi occurrit.'

NOTÆ

Glanis, vulgo *La Chiana*, Etruriam a Pontificia ditione dirimit.

^c *Novenorum*] Postquam diebus novem cohibita fuerint eorum amnium aquæ in piscinis, in quas deducti et corrvati fuerant, ut inde emissi largius fluant.

^d *Ne sic quidem*] Subintellige, navigabilis.

^e *Mox citra*] Antequam Tiberis ad sextum decimum lapidem ab Urbe perveniat.

^f *Veientem agrum*] Is in Etruria

fuit, cis Tiberim, in ea regione in qua nunc Insula *Isola* est Farnesiorum pagus: ut recte vidit Holstenius, in Ital. Antiq. p. 53. et 55. A Veiiis nomen Veiens ager accepit.

^g *A Crustumino*] Fuit hic ager ultra Tiberim a Crustumino Etruriæ agro, qui cis Tiberim fuit, de quo in fine sup. sect. diversus. Nomen habet a Crustumero, de quo mox.

^h *A Vaticano*] Qui cis Tiberim fuit, ab Roma versus septemtrionem, et in

fluviorum minus licet, inclusis utrimque lateribus : nec tamen ipse pugnat, quanquam creber ac subitus⁶ⁱ incrementis, et nusquam magis aquis quam in ipsa Urbe^j stagnantibus. Quin immo vates intelligitur potius ac monitor, auctu semper religiosus^k verius, quam sævus.

Latium antiquum^l a Tiberi Circeios⁷ servatum est, L.M. pass. longitudine.⁸ Tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis sæpe mutatis, tenuere alii aliis temporibus, Aborigines,^m Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli. Et ultra Circeios⁹ Volsci, Osci, Ausones, unde nomen Latii processit ad Lirim amnem. In principio est Ostia, colonia a Romano regeⁿ deducta. Oppidum Lau-

Heins. Adv. p. 128.—6 'Bene cod. Reg. 5. et Editio princeps, *creber ac subitus*. Male emendatum in recentioribus, *subitis*.' Brotier. Vet. Dalec. *crebris ac subitis*.—7 *Circeios* Chiff. *Circeios usque observatum* Vet. Dalec.—8 'Male Ms. Reg. 2. *M. P. L. longitudine*: unde in editione principe *mille p.* et in recentioribus; *mille passuum quinquaginta longitudine*. Emendandum fuit: *L. M. passuum*. Immo mallem: *sexaginta millia passuum longitudine*. Tot enim sunt locorum millia; si loca ipsa inspicias, tabulamque Geographicam Cl. Boscovich accuratissimam dimetiaris inter Tiberis ostia et Circeios, nunc *S. Felice*, ad radices Circeii montis, *Monte Circello*.' Brotier. *mille passuum quinquaginta longitudine* edd. vett. item Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—9 Chiff. *Circeios*. Mox edd. vett. ante Harduin. unde nomen modo: vocem modo non agnoscunt codd. Harduin. et Chiff. deest etiam

NOTÆ

vetere Etruria. Liv. lib. x. p. 179.

ⁱ *Ac subitus* [*subitis*] Forte rectius, *ac subitus*, hoc est, crebro ac repente excrescens.

^j *In ipsa Urbe*] Anno U. C. DLXV. duodecies Campum Martinum, et plana Urbis inundavit. Liv. lib. XXXVIII. p. 477.

^k *Religiosus*] Quoniam non tam mala infert per se, quam ea præ sagit, quæ sacris averti, ac religionibus expiari oporteat.

^l *Latium antiquum*] Nunc primam Italiæ regionem describere instituit. Latium fuit et antiquum, et novum. Antiquum, ad Circeios: ad Sinuessam usque, pertinuit novum. Ita cum Plinio Strabo, lib. v. p. 231.

^m *Aborigines, &c.*] Et hæc Solinus, cap. 2. p. 12. De ea porro voce Sex. Aurel. Victor, in Orig. Gentis Rom. p. 26. 'Aborigines appellati,' inquit, 'Græca scilicet appellatione, a cacuminibus montium, quæ illi ὄρη vocant. Alii volunt eos, quod errantes illo venerint, primo Aberrigines: post mutata una litera, altera adempta, Aborigines cognominatos.' Hausit hoc a Dionys. Halic. Antiq. Rom. i. p. 9.

ⁿ *A Romano rege*] Anco Marcio, ut Livius docet, lib. i. p. 13. Festus item, verbo 'Ostia.' Hujus colonia ab Anco deductæ monumentum extat in nummis familiæ Marcie, et in Musæo nostro, et apud Patin. p. 168.

rentum,^o lucus Jovis^p Indigetis, amnis Numicius, Ardea a Danaë Persei matre condita. Dein quondam Aphrodisium,^q Antium^r colonia, Astura^s flumen et insula. Fluvius Nymphæus,^t Clostra^u Romana. Circeii^v quondam insula immenso quidem mari circumdata, (ut creditur Homero),^w at nunc planitie. Mirum est, quod hac de re tradere hominum notitiæ possumus. Theophrastus,^x qui primus externorum aliqua de Romanis diligentius scripsit, (nam Theopompus, ante quem nemo mentionem habuit, Urbem dun-

NOTÆ

^o *Laurentum*] *Λαυρεντιον* Dionys. Halic. lib. i. p. 51. S. Lorenzo, medio inter Ostiam, Antiumque intervallo. Holsten. Hæc 'Laurentia' Maronis 'arva.'

^p *Lucus Jovis*] Ubi sacellum fuit, cujus Inscriptio, *Patri Deo Indigeti, qui Numicii amnis undas temperat: Πατρὸς Θεοῦ Ἰνδὸνίου ὃς ποταμοῦ Νομικίου βέδνα διέπει.* Auctor Dionys. Halic. lib. i. p. 52. Ardeam is amnis alluit, quod nunc Castrum Cæsarinæ gentis, cum vetere appellatione 'Ardea.' Virgil. *Æneid.* vii. 410. Plinio prævit, et Solino, cap. 2. p. 12.

^q *Aphrodisium*] Hoc est, Veneris templum olim, nunc vestigia tantum.

^r *Antium*] Nunc quoniam sola supersunt rudera, *Antio ruinato* Itali accolæ vocant. Neronis hæc patria. Et in nummo ejusdem Neronis, sed ficto, in Thes. Goltzii, COL. ANTIAT. LEG. IIII. ITALICA.—'Sic etiam quamvis scripsit Horat. i. Od. 35. 'O Diva, gratum quæ regis Antium;' cave tamen eo referas nummum argenteum, qui est apud Patinum, in Famil. p. 244. et in Musæo nostro, hac epigraphe, Q. RVSTIVS FORTVNÆ ANTIAT. Duo hac parte capita sunt conjuncta; dextrum est civis Narbonensis, pileo urbano et domestico tecti; alterum Fortunæ, capitis muliebri tegmine.)(CÆSARI AVGVSTO. Ara, in qua scriptum est, FOR. RÈ.

infra ex sc. Fortuna, non Antii solum, sed ubique terrarum colebatur, et, quod caput est, in hoc numismate hæc sententia primis duntaxat vocum literis magna ex parte expressa continetur: 'Q. RVSTIVS FORTVNÆ Ædificavit Aram Narbone, Titulo Imperatoris Augusti Tutatricis. CÆSARI AVGVSTO ara FORTVNÆ REDUCIS.' Ed. sec.

^s *Astura*] Et insulæ nomen hodie, et amni manet. Festus: 'Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vocant.'

^t *Nymphæus*] Nunc *La Nympha* dicitur: cujus verum ostium inter Circeios et Terracinam: altero, quod Plinii ætate fuit, ad fauces lacus Fogliani, arena oppleto. Holsten.

^u *Clostra*] Latii veteris limes, et claustra antiqui Imperii, ad coercendos Volscos. Vel claustra forsan ostio Nymphæi amnis opposita, ut Holstenius conjicit, contra vim Oceani, ne oppleretur arena: quod postea nihilominus effectum est.

^v *Circeii*] Oppidum Volscorum fuit, *Κίρκαια πόλις* Dionysio Halic. lib. viii. p. 490. cujus in rudibus nunc pagus est S. Felicita, in radicibus Circeii montis, *Monte Circello*. Hic Circe Solis filia creditur habitasse. Dionys. lib. iv. pag. 260.

^w *Homero*] *Odys.* K. 194.

^x *Theophrastus*] *Hist. Plant.* v. 9.

taxat a Gallis captam dixit, Clitarchus ab eo proximus, legationem tantum ad Alexandrum missam,) hic jam, plusquam⁷ et fama, Circeiorum¹⁰ insulæ mensuram posuit stadia octoginta,² in eo volumine, quod scripsit Nicodoro Atheniensium magistratui,⁸ qui fuit Urbis nostræ ccccxl. anno.¹¹ Quicquid est ergo terrarum, præter decem millia passuum prope¹² ambitus, annexum insulæ, post eum annum accessit Italiæ.

Aliud miraculum: ^b A Circeiis¹³ palus Pomptina^c est, quem locum xxxiii. urbium fuisse Mucianus ter consul prodidit. Dein flumen Ufens,¹⁴ supra quod Terracina

in edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—10 *Circeiorum* Chiff. Mox, pro *magistratu* Elz. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. exhibent *magistratu*.—11 Ita omnes codd. Harduini, Laet, et Chiff. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quadringentesimo sexagesimo anno* edd. vett.—12 Vet. Dalec. *propinqui*.—13 *Cerceus* Chiff. Mox, *Pontina* margino edd. Dalec. et Gronov. *Pomptina est, q. l. XXXIII. urbium, &c.* Chiff. ita quoque codd. Harduini, et edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *P. est, q. l. XXIII. &c.* edd. vett.—14 Chiff. *flumen Ufentum*. Paule

NOTE

⁷ *Hic jam plusquam*] Theophrastus, inquit, Circeiorum insulæ mensuram tradendo, certius quam e fama incertoque rumore prodidit de ea.

² *Stadia octog.*] Hoc est, x. M. P.

⁸ *Magistratui [magistratu]* Magistratum gerente.—‘Tres simul fuisse Atheniensium Magistratus annuos, nisi quis eorum intra annum e vita decederet, nummi antiqui testari videntur, in quibus plerumque tres appellantur. Ejusmodi est ille, quem Goltzius in Græcia refert, Tab. xiv. in quo hic ipse Nicodorus videtur notari. Sic enim habet. A. ΘΕ. hoc est, *Ἀθηνῶν Θεῶ, Atheniensium Dea*; Minerva scilicet. Deinde Magistratuum nomina: ΔΟΡΘΕΕ. ΝΙΚΟΔΩ. ΔΙΟ. ‘Dorotheus, Nicodorus, Diogenes.’ *Ed. sec.* Vide Notas et Emend. num. 40.

^b *Aliud miraculum*] Glossæ hæc voces sapiunt: videnturque ex ora

libri in textum irrepsisse. Nisi quis referri hæc malit ad illa priora, *Mirum est quod hac de re, &c.* quibus ista modo respondeant, *aliud miraculum*. Nam quod *accessisse Italiæ* proxime ante hæc verba dicitur, spatium illud terrarum intelligendum est, quod retrogresso mari eo, quo Circeii olim circumdabantur, accessit Italiæ, sive continenti: cum mox vice versa locum xxxiii. urbium Pomptina palus obtineat.

^c *Pomptina*] Vel, ut alibi, ipsique Festo, *Pontina*. In agro Pometino, ἐν τῇ Πομπητίνῳ πεδίῳ, fuit, inquit Dionys. loc. cit. cui nomen a Suessa Pometia, Volscorum urbe mediterranea. De hac palude dicemus iterum xxvi. 9.

^d *Ufens*] Vibius Seq. p. 338. ‘Ufens Terracinae proximus.’ In Mas. *Flumen Ufentum*. Anni nomen *Il Portatore*: Terracina suum retinet.

oppidum, lingua Volscorum Anxur dictum, et ubi fuere Amyclæ^a a serpentibus deletæ. Dein locus speluncæ,^f lacus Fundanus,^g Caieta portus. Oppidum Formiæ,^h Hormiæ prius olim dictum: ut existimavere,ⁱ antiqua Læstry-

NOTÆ

De vetusta Anxuris appellatione Festus, Liviusque. Hinc Jupiter Anxurus, apud Maronem, *Æn.* vii. 799.—
^a Cave tamen huc putes pertinere argenteum nummum Vibæ gentis apud Patinum, in *Famil.* p. 293. n. 4. Parte prior caput barbatum ignotumque exhibet, in familia Pansæ gentilitium: retro, PANSÆ. Parte altera Jupiter sedet seminudus, capite laureato, dextra extensa, hastam tenet sinistra, C. VIBIVS. C. F. C. N. 'Caius Vibius, Caii filius, Caii nepos,' hoc est, patre et avo Triumviris Monetabilibus. Latere dextro, IOVISAXVR. Sententia enim latet ista sub literis: 'Imperator Optimus Vespasianus Jovis Sacerdotia Ampliavit Decem Viris Restitutis.' *Ed. sec.* De tempore deductæ coloniæ Terracinam, sen potius Tarracinam, Velleium vide l. i.
^e Amyclæ] Hæc rursus Plinius viii. 43. Vide Servium in illud Maronis, 'Tacitis regnavit Amyclis,' *Æneid.* x. 564.

^f Speluncæ] Amyclææ, in littore positæ, hodie *Sperlonga*: unde sinui Amyclano nomen, *Mare di Sperlonga*.

^g Fundanus] *Il Lago di Fondi*, ab oppido cognomine, quod v. M. P. a mari distat.

^h Formiæ] Ubi nunc oppidum *Mola*, in intimo Caietani, sen Formiani sinus recessu. Caieta, hodie *Gaiette*.

ⁱ Ut existimavere] Homerus *Odys.* K. Ovid. *Met.* xiv. Solinus, cap. 2. p. 14. Plinium secutus.—'Læstrygonæ reipsa in Sicilia tantum fuere: sed ex Sicilia transtulit eos in Italiam Homerus in fabula, quam contexebat de Ulyssis erroribus. Læstry-

gonas ex industria in mediterraneo collocat; ut Ulyssem doceat, æque ab his qui continentem incolerent, quam ab his qui degerent in insulis, aspera multa pertulisse. Propterea, cum hos sub nomine Cycloperum jam designasset, illos deinde sub Læstrygonum appellatione denotavit. Constabat ex vera fama, venisse in Siciliam Italiamque Ulyssem: fabula situm populorum, ut libuit, immutavit. Homeri locus vs. 31. sed præcipue vs. 85. multa nuper exercuit ingenia. Sic ibi vates: 'Ἐβδόμητ' ὁ ἱκέσθαι Ἀδμου αἰὲν πτολίεθρον, Τηλέκυλον Λαιστρυγόνειον, ὅδε τοι ποιμένα ποιμὴν Ἥπυει εἰσελδών, ὅδε τ' ἐξελδών ὕπακοί. "Ἐνθα κ' ἄνθρωπος ἀνὴρ δόλους ἐξήρατο μισθοῖς, τὸν μὲν, βοῦκολλέων, τὸν δ', ἐργυφὰ μῆλα νομέων.' 'Ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἡματός εἰσι κέλευθοι. Hunc locum sic nos breviter exponimus: Septima die, inquit Ulyssee, venimus ad excelsum Lami oppidum, mediterraneam Læstrygoniam: ubi pastorem pastor vocat, inducens pecora media nocte in urbem, alter exaudit, qui sua continuo educit: nam per vices vigilant, alter alteram noctis partem. Si unus autem totam noctem vult vigilare, duplam mercedem lucratur: alteram ob pastos boves usque ad mediam noctem, alteram ob pastas oves usque ad solis exortum. Nam sive de die educat, hoc est, solo occidente, et nocte reducat, hoc est, sub mediam noctem; sive educat post mediam noctem, et reducat mane; breves sunt viæ, quibus itur et reditur, sive die, sive nocte. Sic Luc. ii. 8. 'Pastores erant in regi-

gonum sedes. Ultra fuit¹ oppidum Pyrä: ¹⁵ colonia Minturnæ,^k Liri amne divisa, Glani¹⁶ appellato. Oppidum Sinuessa¹ extremum in adjecto ¹⁷ Latio, quam quidam Sinopem dixere vocitatum.

Hinc felix illa Campania est. Ab hoc sinuⁿ incipiunt vitiferi colles, et temulentia nobilis¹⁸ succo per omnes terras inculyto, atque (ut veteres dixere) summum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc Setini et Cæcubi⁹

~~~~~

post, Vet. Dalec. et ibi fuere.—15 Chiff. oppidum Pylo.—16 'Liris amnis, nunc Garigliano, appellatus est Clanis, Κλάρις, teste Strabone, lib. v. p. 233. Unde apud Plinium videtur emendandum: *Liri amne divisa, Clani*, &c. Brotier. 'Alias Clanio; quo pacto et a Virgilio appellatur Georg. II. 225.' Dalec. Glanico edd. vet. ante Harduin. qui lectionem nostram ex codd. restituit.—17 Margo edd. Dalec. et Gronov. in adjectum.—18 Margo edd. Da-

#### NOTE

one vigilantes, et custodientes vigiliis noctis super gregem suum.' Ed. sec.

<sup>1</sup> *Ultra fuit*] Dirutum jam tum ævo innuit: et de eo sane ceteri scriptores silent.

<sup>k</sup> *Minturnæ*] Ubi nunc Liris scapha trajicitur, fere in ejus ostiis: unde loco nomen, *La barca del Garigliano*. Idem Glanis sive Clanis olim appellatus. Strabo, lib. v. p. 233. Λειψίς ποταμός, Κλάρις δ' ἐκαλεῖτο ποταμός. Alius ab amne Glani, quem propterea Arretinum Plinius cognominavit paulo superius hoc cap. ut ea nota ab isto Clani, qui Liris est, sejungeret. Minturnas deductam coloniam auctor est etiam Livius, lib. x. p. 177. et Ptolem. III. 1. Velleins, lib. 1. 'Q. Fabio quintum, Decio Mure quartum Cos. quo anno Pyrrhus regnare cæpit, Sinuessam Minturnasque missi coloni.'

<sup>1</sup> *Sinuessa*] Supersunt gentis oppidi rudera, prope castellum *Rocca di Mondragone*: medio ferme intervallo inter ostia Liris, et Savonis. Livius loc. cit. 'Placuit, ut duæ coloniæ

deducerentur: una ad ostium Liris sinvii, quæ Minturnæ appellata: altera in saltu Vestino Falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur Græca urbs fuisse, Sinuessa deinde ab colonis Romanis appellata.'

<sup>m</sup> *In adjecto*] In novo Latio, quod veteri adjunctum est. Sinuessæ alioqui in confinio Latii Campaniæque posita, alterutri, ut fit, adjudicatur: nunc quidem Latio; Campaniæ, xxxi. 4.

<sup>n</sup> *Ab hoc sinu*] Ab hoc terrarum tractu, quo Latium novum diximus contineri. Hunc locum non intellexit Camillus Peregr. qui mox legendum censuit: *Hinc Vescini, et Cæditii, pro Setini, et Cæcubi*, p. 127. et 143.

<sup>9</sup> *Setini, et Cæcubi*] Ab oppido Latii novi, quod Σηρία Ptolemæo III. 1. dicitur, nunc *Sezza*, Setinus ager: Cæcubus, a Cæcubo oppido, quod τὸ Κακοῦβον Straboni, lib. v. p. 233. inter Caietanum sinum, oppidumque Fundanum. Hinc vina Setina et Cæcuba, de quibus XIV. 8. Setiæ situm Martialis edocet, XIII. 109. 'Pendula Pomptinos quæ spectat Setia campos.'



protenduntur agri.<sup>19</sup> His junguntur Falerni, Caleni.<sup>p</sup> Dein consurgunt Massici,<sup>q</sup> Gaurani,<sup>r</sup> Surrentinique<sup>s</sup> montes. Ibi Laborini<sup>20</sup> campi sternuntur, et in delicias alicæ populatur<sup>21</sup> messis. Hæc littora fontibus<sup>v</sup> calidis rigantur: præterque cetera in toto mari conchylio et pisce nobili<sup>w</sup> annotantur.<sup>22</sup> Nusquam generosior oleæ liquor. Et hoc quoque<sup>y</sup> certamen humanæ voluptatis tenuere Osci, Græci, Umbri, Tusci, Campani.

In ora Savo<sup>z</sup> fluvius: Vulturnum<sup>a</sup> oppidum cum amne,

lec. et Gronov. et temeto nobiles.—19 Ita codd. Hardnini, et Chiffi. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. obtenduntur agri edd. vett. et Gronov.—20 Leborini Chiffi.—21 Ita Chiffi, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. politur edd. vett. et Gronov. poliantur messes Hermolans Barbarus. <sup>4</sup> haliæ poliantur mensis Blondo. Lego, colliguntur. Dalec.—22 Margo

## NOTE

<sup>p</sup> Falerni, Caleni] Falernus ager a Massici montis radicibus, de quo mox, in latam planitiem: Calenus a Caleno oppido, nunc Calui, citra Capuam, versus septemtrionem protendebatur.

<sup>q</sup> Massici] Nunc Monte Marsico, vino suo nobilis, quod Muscatellam incolæ vocant. Pars illius montis extrema, Rocca di Mondragone, de qua paulo antea.

<sup>r</sup> Gaurani] Vibius Seq. pag. 343. 'Gaurus mons Campaniæ.' Sic etiam Liv. lib. vii. p. 131. Nunc Monte Barbaro, inter Puteolos, et Lucrinum lacum. Camill. Peregr. p. 231.

<sup>s</sup> Surrentini] Qui Surrento oppido imminet, de quo mox. Hinc vina Surrentina, de quibus Plin. xiv. 8. ubi et de Gauranis.

<sup>t</sup> Laborini] Mss. Leburini. De his dicemus uberius xviii. 29.

<sup>u</sup> Alicæ populatur] Ad alicam faciendam messis populatur, hoc est, avide rapitur ob ejus existimationem, a Laborinorum camporum incolis. Sic Ms. Chiffi. In Reg. populitur. Quid

alica sit dicemus xviii. 29.

<sup>v</sup> Fontibus] Baianas aquas intelligit, et Puteolanas, et Stabianas.

<sup>w</sup> Pisce nobili] Scaro. Vide quæ dicturi sumus ix. 29. Ostrea quoque, credo, Baiana et Lucrina intelligit, de quibus ix. 79.

<sup>x</sup> Annotantur] Celebrantur, nobilitantur. Vide Notas et Emend. num. 41.

<sup>y</sup> Et hoc quoque] Felicem hunc soli tractum, in quo humanæ voluptati explendæ Liber pater cum Cerere certat et Pallade, tenuere varii subinde populi: primum Opici, Ansonesque, inquit Strabo ex Polybio, lib. v. p. 242. Deinde Osci, &c.

<sup>z</sup> Savo] Latium hic a Campania disternit. Hodie Saone. Camill. Peregr. p. 151.

<sup>a</sup> Vulturnum] Amnis Campaniæ maximus, Voltorno, dedit oppido nomen, quod nunc castellum tenue est in ora, Castel del Voltorno. Sedes olim Episcopalis. In decretis Symmachi Papæ, p. 264. 'Paschasius Vulturnensis.'

Liternum,<sup>b</sup> Cumæ Chalcidensium,<sup>c</sup> Misenum,<sup>d</sup> portus Baia-  
rum, Bauli, lacus Lucrinus,<sup>e</sup> et Avernus,<sup>f</sup> juxta quem Cim-  
merium oppidum quondam. Dein Puteoli,<sup>g</sup> colonia Dicæ-  
archia dicti: postque Phlegræi<sup>h</sup> campi, Acherusia<sup>i</sup> palus  
Cumis vicina. Littore autem Neapolis Chalcidensium et  
ipsa,<sup>j</sup> Parthenope a tumulo Sirenis<sup>k</sup> appellata: Hercula-

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Liternum*] Nunc vicus, *Torre di Patria*, ab amne cognomine, quem Virg. Georg. II. Clanium vocat, ut recte Camill. Peregr. p. 189. In Synodo Palmari, sub Symmacho, Aprilis Liternensis.

<sup>c</sup> *Chalcidensium*] Hoc est, a Chalcidensibus conditæ, sive ut Solinus ait, cap. 2. ab Eubœensibus. Est enim oppidum Eubœæ Chalcis. Livius lib. VIII. p. 144. 'Cumani ab Chalcide Euboica originem trahunt.' Sic et Eustath. in Iliad. B. p. 279. Nunc solum superest nomen, *Cuma*.

<sup>d</sup> *Misenum*] *Capo di Miseno*: ubi oppidi rudera. In VI. Conc. Œcum. act. 4. 'Agnellus Episcopus Ecclesiæ Misenatis Provinciæ Campaniæ.' Sic Baiis solum restat castellum, *Castel di Baia*. Bauli retinent nomen *Bauli* et *Bagola*. Hortensii villa quæ est ad Baulos, inquit Cicero Acad. lib. IV. p. 28.

<sup>e</sup> *Lucrinus*] Fuit prope recessum intimum sinus Puteolani. Nunc est palus lutosâ, cum arundinetis. Olim Averno conjunctus, — tunc cum portus esset, qualis a Virgilio describitur, Georg. II. 161. 'An memorem portus, Lucrinoque addita claustra, Atque indignatum magnis stridoribus æquor; Julia qua ponto longe sonat unda refuso, Tyrrhenusque fretis immittitur æstus Avernus?' *Ed. sec.*

<sup>f</sup> *Avernus*] Antro Sibyllæ celebratissimus: hodie *Lago d'Averno*, et *Lago di Tripergola*. Quæ de Cimmeriis hoc terrarum tractu sunt olim prodita, fabulis accenset Strabo, lib.

*Delph. et Var. Clas.*

v. p. 245. Nihil præter verum Festus: 'Cimmerii dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias et Cumas, in ea regione, in qua convalis satis eminenti jugo circumdata est, quæ neque matutino, neque vespertino tempore Sole contegitur.' Et populi pariter et oppidi hujus Cimmerii meminit Homerus Od. A. Ἐνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμος τε, πόλις τε.

<sup>g</sup> *Puteoli*] Italis *Pozzuolo*: nostris, *Pouzol*. Prius *Δικαιαρχία*, Straboni, loc. cit. ubi de Puteolorum nominis origine disputat. Festus: 'Dicæarchia vocabatur, quæ nunc Puteoli, quod ea civitas quondam justissime regebatur.' Nempe ἀπὸ τῆς δικαίας ἀρχῆς. Tacitus, Annal. XIV. 'Vetus oppidam Puteoli jus coloniæ et cognomentum a Nerone adipiscuntur.' Frontinus tamen, lib. de Colon. pag. 87. 'Puteolis colonia Augusta. Augustus deduxit.' Vide quæ dicturi sumus, XXXI. 2.

<sup>h</sup> *Phlegræi*] Idem et Leborini seu Laborini dicti: nunc *Campo Quarto*, ut egregie adversus Cluverium disputat Camill. Peregr. pag. 261.

<sup>i</sup> *Acherusia*] Ἀχερουσία λίμνη, Straboni, loc. cit. *Lago della Colluccia*.

<sup>j</sup> *Chalcidensium et ipsa*] Perinde atque Cumæ. Sic Livius, lib. VIII. p. 144. et Velleius lib. I. pag. 3.

<sup>k</sup> *A tumulo Sirenis*] Cui Parthenope nomen fuit. Strabo, lib. V. pag. 246. Stephanus: Martianus, lib. VI. cap. de Conditoribus Urb. pag. 206. Solinus, cap. 2. pag. 13. Sirenum

*Plinius.*

2 Q

nium :<sup>1</sup> Pompeii,<sup>m</sup> haud procul<sup>n</sup> aspectante<sup>43</sup> monte Vesuvio, alluente vero Sarno amne: ager Nucerinus:<sup>44</sup> et novem millia passuum a mari ipsa Nuceria.<sup>o</sup> Surrentum<sup>p</sup> cum promontorio Minervæ, Sirenium quondam sede.<sup>45</sup> Navigatio a Circeiis duodeoctoginta millia passuum patet. Regio ea a Tiberi prima Italiæ servatur, ex descriptione Augusti. Intus coloniæ: Capua ab campo<sup>q</sup> dicta, Aqu-

edd. Dalec. et Gronov. *et pisce nobilitantur*.—23 Edd. vett. et Gronov. *haud procul spectante*; lectionem nostram ex codd. restituit Harduin.—24 *Nuceri-*  
*nus est* Vet. Dalec.—25 Chiffi. *sedes*.—26 Vet. Dalec. *Æsulani, Arpinates*,

## NOTÆ

trium hæc nomina apud Tzetz. Chiliad. vi. vs. 719. *Λευκοσία, Αλγεια, Παρθενόπη*.

<sup>1</sup> *Herculanum*] *Ἡράκλειον* Straboni, loc. cit. Nunc *Torre di Ripalta*, ut recte Holsten. adversus Cluverium.

<sup>m</sup> *Pompeii*] Oppidum fuit, nunc ruderæ: et *Civitas* nomen. Sarno amne alluebatur, ut auctor est præter Plinium Strabo, pag. 247. et Statius, II. Sylv. 2. 'Nec Pompeiani placeant magis otia Sarni.' Nomen hodie amni *Sarno et Scafati*.

<sup>n</sup> *Haud procul*] Hoc a Mela Pomponio, II. 4. 'Herculaneum, Vesuvii montis aspectus, Pompeii.'

<sup>o</sup> *Nuceria*] *Nocera*. Cognomen huic Alfaterna fuit, ad discrimen Nuceriæ Umbricæ, quæ Camellaria dicebatur. Auctor Diodorus Sic. lib. XI. pag. 707.

<sup>p</sup> *Surrentum*] *Sorrento*. Ibi *Ἀκπορὴ-ριον Ἀθήναιον* Straboni, lib. v. p. 247. nunc quoque *Capo della Minerva*: Sirenianus montes Frontinus vocat, lib. de Colon. p. 125.—'Ab ea regione Sirenium nomen accepit Homerus, Odys. M. 44. Sed eas virgines facit, quæ et cantando permulcerent aures, et nosset labores Græcorum ac Trojanorum, aliosque in toto orbe, vs.

190. In ea vero fabula aliud nihil Sirenes, quam conscriptiones historiciæ et poëses fabulosæ sunt, quarum lectione capiebatur Ulysses. Bis alligari eum oportuit, ne ibi maneret, M. 196. Quo significatur, cum res domestica curanda est, male teri tempus in lectione historiæ sive fabularum. Ulyssi socii ipsi sibi sponte obturavere, quoniam plebs scilicet, aliis distenta curis, id genus studiorum negligit. Incolere dicuntur Sirenes pratum amœnum, sed mortuorum ossibus plenum; quoniam historia non nisi de mortuis loquitur. In insula denique eas collocat, M. 167. *ἤσαν Ζεφύρου*, quod ipsum hoc integrum hemisphærium est, Oceano circumcinctum, ut putabant. *Ed. sec.*

<sup>q</sup> *Capua ab campo*] Livius lib. IV. pag. 78. 'Capua ab duce eorum Cappye, vel (quod propius vero est) a campestri agro appellata.' Livium Festus exscripsit. Sic Diodorus a circumjacentium camporum planitie dictam esse vult: Strabo a capite, quod caput esset duodecim urbium, inditum nomen putavit, p. 248. Nunc vicus est, *S. Maria di Capua*: a nova Capua millia passuum disitis, Camillo Peregr. pag. 381. idemque recte admonet, pag. 647. in Mss. legi,

num,<sup>r</sup> Suessa,<sup>s</sup> Venafrum,<sup>t</sup> Sora,<sup>u</sup> Teanum<sup>v</sup> Sidicinum cognomine, Nola.<sup>w</sup> Oppida: Abellinum,<sup>x</sup> Aricia,<sup>y</sup> Alba longa,<sup>z</sup> Acerrani,<sup>a</sup> Allifani,<sup>b</sup> Atinates,<sup>c</sup> Aletrinales,<sup>d</sup> Anagnini,<sup>e</sup> Atellani,<sup>f</sup> Affilani,<sup>g</sup> Arpinates,<sup>h</sup> Auximates,<sup>i</sup> Avel-

## NOTÆ

*Capua ab XI. campo*, hoc est *ab undecimo campo*, sic enim et nostri habent, et favere Strabo proxime landatus videtur, perinde ac si e duodecim urbibus ipsa reliquis undecim præstaret. Plinius XVIII. 29. 'Capua colonia ab Augusto deducta.'

<sup>r</sup> *Aquinum*] *Aquino*, haud procul amne Liri, in Prov. Terræ Laboris.

<sup>s</sup> *Suessa*] Apud Gruter. p. 1093. COLONIA. IVLIA. FELIX. CLASSICA SVSSA. Hæc Aurunca olim cognominata, ad discrimen Suessæ Pometiæ, quæ in Volscis fuit. Sæpe etiam sine cognomine, quod Suessa Pometia eversa jam inde a Tarquinii temporibus foret. Hæc nunc *Sessa* dicitur, inter Lirim et Teanum, de quo mox. Tempus coloniz Suessam deductæ Velleius indicat, lib. 1.

<sup>t</sup> *Venafrum*] Hodie *Venafri*, in Vulturni fluminis ripa.

<sup>u</sup> *Sora*] Gruter. p. 409. COLONIA. SORANA. Ad Lirim amnem, Arpino proxima, Strabo. Ptolemæo, Σῶρα, III. 1.

<sup>v</sup> *Teanum*] Τέανον Σιδικηνόν Straboni, lib. v. p. 249. ad discrimen Teani Apuli, de quo cap. 16. *Tiano*, ad fontes fluvii Savonis.

<sup>w</sup> *Nola*] Gruterus ex Sirmondo, p. 1085. COL. FEL. AVG. NOL. Frontinus de Colonia, p. 87. 'Nola Colonia Angusta.'

<sup>x</sup> *Abellinum*] Ab hoc Campaniæ Abellino diversum illud quod in Hirpinis fuisse videbimus cap. 16. Huius meminit Frontinus, p. 82.

<sup>y</sup> *Aricia*] Nunc l'*Ariccia*, ubi lucus Aricinus Dianæ sacer, prope Velitras. Ἀρικία Ptolemæo, III. 1. Fron-

tino de Colon. p. 82. *Arina* pro *Aricia*.

<sup>z</sup> *Alba longa*] Solo æquata a Romanis, Tulli Hostilii principatu. Dionys. lib. 1. p. 63. Ex ejus ruderibus oppidum excitatum, cui nomen vetus *Albano* est, XII. fere mill. pass. ab urbe Roma. Hinc in decretis Symmachi Papæ p. 264. 'Chrysogonus Episcopus Albanensis.'

<sup>a</sup> *Acerrani*] Ab Acerris, oppido ad Linternum amnem, seu Clanium. De his Virgil. Georg. II. 225. 'Talem dives arat Capua, et vicina Vesuvo Ora jugo, et vacuis Clanius non æquus Acerris.' Vide Servium in eum locum. Sunt et Acerræ aliæ, de quibus dicemus cap. 19.

<sup>b</sup> *Allifani*] Oppidum Straboni, lib. v. p. 238. Ἀλιφαί Livio, lib. IX. p. 168. 'Allifæ:' Incolæ, p. 167. 'Allifates.' Frontino de Colon. p. 83. 'Allife.' Nunc rudibus nomen est *Alif*, prope Vulturni ripam. In decretis Symmachi Papæ, p. 269. 'Clarus Alifanus Episcopus.'

<sup>c</sup> *Atinates*] Ἀτίνα Ptolemæo, III. 1. prope Fidenas, in oppidis Latinarum mediterraneis: nunc vicus, a Cassino IV. M. pass. in radicibus Appennini montis.

<sup>d</sup> *Aletrinales*] Alatrines Hernici nominis populos vocat Livius, lib. IX. p. 83. Nunc *Alatri*, inter Anagninam et Soram. Frontino de Colon. p. 82. 'Alatrum.' Aletrinum frequens apud Gruterum mentio.

<sup>e</sup> *Anagnini*] 'Dives Anagnia' Maroni dicitur, nunc *Anagni*, in Campaniā, ut vocant, Romana.

<sup>f</sup> *Atellani*] Ἀτελλα Straboni, lib. v.

lani,<sup>26j</sup> Alfaterni;<sup>k</sup> et qui ex agro<sup>l</sup> Latino, item Hernico, item Labicano cognominati: Bovillæ,<sup>m</sup> Calatiæ,<sup>n</sup> Casinum,<sup>o</sup> Calenum,<sup>p</sup> Capitulum<sup>q</sup> Hernicum, Cereatinum,<sup>27</sup> qui Mariani<sup>r</sup> cognominantur: Corani<sup>s</sup> a Dardano Trojano orti: Cubulterini, Castrimonienses,<sup>t</sup> Cingulani: Fabienses,<sup>28 u</sup> in monte

*Auximares, Auxellani, &c. Gronov. et al. Asulani, &c.—27 Capitulum Cernetum, Cernetani edd. vett. et Gronov. Lectio nostra est ex emend. Hardnini. Vid. Not. et Emend.—28 Chiffi. Gabienses. Mox, edd. vett. et Gronov. Foropopulienses. Ex Falerno, Frasinates. Vet. Dalec. Fuscinate, a Fuscione oppido.—*

## NOTÆ

p. 249. In ejus ruiis nunc est *S. Arpino*, sive *S. Elpidio*, duobus mill. pass. ab Aversa. Aversanus Episcopus, etiam et Atellanus olim, et Cumanus dicebatur. Holsten.

<sup>s</sup> *Affilani*] Ab oppido *Affile*. Vide Notas et Emend. num. 42.

<sup>k</sup> *Arpinates*] Arpinum, natale Ciceronis solum. *Arpino*, mill. pass. ix. a monte Cassino.

<sup>l</sup> *Auximates*] Horum situs adhuc obscurus. Cave enim cum Auximatis aliis confundas, de quibus in quinta Italiæ regione dicemus inferius, cap. 18.

<sup>j</sup> *Avellani*] Ἀβέλλα Straboni, lib. v. p. 249. et nunc *Avella*, ad fontes amnis Literni.

<sup>k</sup> *Alfaterni*] A Nuceria Alfaterna, de qua superius, hi nomen habent. Νουκεριαν τὴν Ἀλφάτερνιν vocat Diodorus, lib. xix. Bibl. p. 707.

<sup>l</sup> *Et qui ex agro*] Alfaterni, ut servetur locorum per literarum seriem digestio, in Latinis, Hernicis, Labicanisque sunt repetendi. Λαβικανὸν Dionys. Halic. lib. v. p. 326. quorum oppidum Labicos vocat Livius, lib. ii. p. 43. Nunc esse oppidum *Columna*, Holstenio credit Fabrettus, Dissert. i. de Aquæd. p. 13.

<sup>m</sup> *Bovillæ*] Bovilla oppidum Frontino, lib. de Colon. p. 83.

<sup>n</sup> *Calatiæ*] Livio Calatia lib. ix. p.

162. Nunc vicus ignobilis, in Appia via, *S. Gaiazza*, inter Capuam et Beneventum. Holsten.

<sup>o</sup> *Casinum*] Nunc *Monte Cassino*.

<sup>p</sup> *Calenum*] Non est *Carinola*, prope Massicum montem, ut visum est eruditibus, sed *Calvi*, citra Capuam fere iv. mill. pass. Cales et Calenum idem oppidum est. Calenum municipium Cicero vocat, Orat. ii. in Rull. Horat. i. Od. 20. 'Cæcubum, et prelo dormitam Caleno Tu bibes avam.' Et iv. Od. 12. 'Sed pressum Calibus ducere Liberum Si gestis.' Plura de eo argumento Camill. Peregr. p. 436.

<sup>q</sup> *Capitulum*] Frontino, l. de Colon. p. 123. 'Capitolum oppidum lege Syllana est deductum.' Vide Notas et Emend. num. 43. ubi et de Cereatinis dicemus.

<sup>r</sup> *Qui Mariani*] Ob familiam C. Marrii.

<sup>s</sup> *Corani*] 'Coram Dardanus condidit,' inquit Martianus, vi. p. 206. et Solin. cap. 2. p. 13. Lucan. vii. 393. vere admodum, 'Gabios, Velosque, Coramque Pulvere vix tectæ poterunt monstrare ruinæ.'

<sup>t</sup> *Castrimonienses*] Frontino de Colon. p. 85. 'Castrimonium oppidum lege Syllana est municipium.'

<sup>u</sup> *Fabienses*] Fabiæ gentis oppidulum in Albano monte, prope Albam longam, de qua antea dictum est.

Albano : Foropopulienses,<sup>v</sup> ex Falerno : Frusinates,<sup>v</sup> Ferentinales, Freginates,<sup>x</sup> Fabraterni veteres, Fabraterni novi, Ficolenses,<sup>y</sup> Foroappii,<sup>29z</sup> Forentani, Gabini,<sup>a</sup> Interamnates Succasini,<sup>30b</sup> qui et Lirinales vocantur : Ilionenses Lavini,<sup>31c</sup> Norbani,<sup>d</sup> Nomentani,<sup>e</sup> Prænestini,<sup>f</sup> urbe quon-

29 'Vet. Foro Appiani, hodie Fossa nova, cœnobium.' Dalec.—30 *Interamnates, Succasini* edd. vett. et Gronov.—31 'Ita legendum, sine commate; et ita habet Editio princeps. Livius i. 1. 'Trojani oppidum condunt. Æneas ab

## NOTE

<sup>v</sup> *Foropopul.*] Inscript. apud Camill. Peregr. p. 460. FOROPOPILIENSIVM. Forum Populi, vel Popillii, *Φόπος Ποπιλλίου* apud Ptolemæum, III. 1. juxta Capuam, cui finitimus ager Falernus fuit. Ex male distincto hoc Plinii loco, Foropopulienses Cluverius e Falerno agro transtulit in Albanum montem. Ibi Forum Populi fuit, ubi nunc *Rocca di Papa*. Et Frontino, p. 85. 'Forum Populi' dicitur: at rectius p. 119. 'Popillii.' *Ἀγορὰ Ποπιλλία* Dionys. Halic. lib. i. p. 17.

<sup>v</sup> *Frusinates*] A Frusinone oppido, ejus Frontinus meminit, lib. de Colon. p. 85. cum Ferentino, a quo Ferentinales, et Fabrateria, unde Fabraterni. Fabrateria hodie *Falvaterra*, prope Lirim amnem. Ferentinales Hernici nominis populos appellat Livius, lib. ix. p. 168. Frusinatum idem meminit, lib. x. p. 170. *Φρουσινωνος* oppidi Diod. Sic. Bibl. lib. xx. p. 809. quod hodieque nomen durat, haud procul a fontibus Liris amnis. Juvenalis quoque Sat. III. 224. 'Ant Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur.' Gruter. p. 1095. FABRATERNI. NOVANI. Et alibi, FABRATERNI. NOVI. Tabula Peutling. segm. 4. 'Anagnino, VIII. Ferentinum, VII. Febrateriæ, IIII.' In notis, quæ vulgo Tironi ascribuntur, apud Gruterum, p. 173. 'Febrateriæ.'

<sup>x</sup> *Freginates*] Ab alio, quam Frege-

nis, septimæ regionis, et Etruriæ oppido, de quo diximus cap. sup.

<sup>y</sup> *Ficolenses*] Ficulnea vetus oppidum, apud Liv. lib. i. p. 14. prope Corniculum. Incolæ *Φικολνέοι* Dionys. lib. i. p. 13. Nunc fanum *S. Vasile*, tribus pass. mill. a Fidenis.

<sup>z</sup> *Foroappii*] Mira nominis conformatio a Foro Appii: saltem *Foroappienses* diceret, ut Foropopulienses. Nunc est *Casarilio di S. Maria*, infra Setiam, ad Pontinam paludem, ut ait Vibius Seq. p. 341. a Terracina, M. P. XVIII. ut Antoninus, sive, ut volunt, Æthicus.

<sup>a</sup> *Gabini*] *Γάβιοι* oppidum in Prænestinavia, inquit Strabo, lib. v. p. 238. a Præneste Romam euntibus. In decretis Hilari Papæ, p. 249. 'Astorio Gabinate.'

<sup>b</sup> *Interamnates Succasini*] Succasini et Lirinales non nomina sunt, sed horum Interamnatium cognomina. Sunt enim alii rursus Interamnates in quarta sextaque regione nominandi. Hanc Interamniam, quæ ab amne Liri in Latio nomen habet, Holstenius ibi sitam esse putat, ubi nunc est *Torre di Termine*: alii ubi Castrum *I' Isoletta*. Vide Notas et Emend. num. 44.

<sup>c</sup> *Ilionenses, Lavinii*] Forte hæc conjunctim legenda, ut Ilionenses dieti sint, quod ab Ilío primi ejus oppidi incolæ cum Ænea venerunt, cui oppido nomen Lavinio fuerit. In eo

dam Stephane dicta, Privernates,<sup>s</sup> Setini,<sup>h</sup> Signini, Suessulani, Telini,<sup>i</sup> Trebulani<sup>32</sup> cognomine<sup>j</sup> Balinienses, Trebani,<sup>k</sup> Tusculani,<sup>l</sup> Verulani,<sup>m</sup> Veliterni,<sup>n</sup> Ulubrenses,<sup>o</sup> Ulvernates :<sup>33</sup> <sup>p</sup> superque Roma ipsa : cujus nomen<sup>q</sup> alterum dicere, arcanis caerimoniarum nefas habetur : optimaque et salutare fide abolitum enuntiavit Valerius Soranus, luitque

nomine uxoris Lavinium appellat." *Brotier*.—32 'Alias *Mutiscæ* infra cap. 17.' *Dalec*.—33 Chiffi. *Urbinate*.—34 Edd. vett. et Gronov. *ad diem XII. Cal.*

## NOTÆ

colle situm fuisse videtur, qui nunc vulgo *Monte di Levano*, M. D. pass. supra Patricam. Holsten. Vide Notas et Emend. num. 45.

<sup>d</sup> *Norbani*] Norba olim Volscorum oppidum, hodie *Norma rovinata*, Signinam inter paludesque Pomptinas. Liv. lib. xxxii. pag. 383.

<sup>e</sup> *Nomentani*] Nomentum oppidum Livio, lib. i. p. 14. Hodie *Lamentana*. Baccius, lib. v. p. 271. in Terra Sabina.

<sup>f</sup> *Prænestini*] Urbs Præneste, *Ἰπάλειστος* Straboni lib. v. pag. 238. ubi et *Πολιοστέφανον* quondam appellatam scribit, quo nomine coronarum multitudo exprimitur. Hodie *Pilastrina* et *Paestrina* dicta. Olim summo montis attollebatur jugo. A Bonifacio viii. diruta, in vallem deinde dejecta est.

<sup>g</sup> *Privernates*] *Πριουέρπον* Ptolemæo in Latio, iii. 1. Privernum oppidum Frontino, p. 125. Nunc *Piperno*, ad Ufentem fl. et Pomptinas paludes.

<sup>h</sup> *Setini*, &c.] Setini a Setia, de qua supra. *Signini* a Signia colonia, Livio, lib. ii. pag. 28. *Segni*, in Campania, ut vocant, Romana. *Suessulani* ab oppido *Σουέσσουλα*, cujus meminit Strabo, lib. v. p. 249. nunc *Castel di Sessola*, prope dirutum : olim colonia Suessula Frontino, pag. 88.

<sup>i</sup> *Telini*] Forte *Telesini*, a Telesia colonia, apud Frontin. pag. 89. *Telesia* Ptolemæo, iii. 1. prope Beneventum.

<sup>j</sup> *Cognomine*] Ad discrimen Trebulanorum in Samnio, de quibus cap. 17. Horum oppidum ἡ *Τριβόλα*, Dionys. Halic. lib. i. pag. 11.

<sup>k</sup> *Trebani*] *Τρήβα* Ptolemæo, iii. 1. Latii oppidum, nunc *Tervi*, in Campania Romana.

<sup>l</sup> *Tusculani*] Tusculum ibi fuit, ubi nunc *Frescati*.

<sup>m</sup> *Verulani*] Oppidum *Verula* Frontino, lib. de Colon. pag. 90. et 127. Nunc *Veroli*, infra Alatrium, in Hernicis, auctore Livio, lib. ix. p. 168.

<sup>n</sup> *Veliterni*] Sub monte Algido Velitræ oppidum Livio, lib. ii. pag. 31. hodieque *Velitri*.

<sup>o</sup> *Ulubrenses*] Ab Ulubris, oppido deserto, de quo Juvenal. Sat. x. 102. 'Pannosus vacuis ædilia Ulubris.'

<sup>p</sup> *Ulvornates*] Mss. Reg. &c. *Uruanates*, ab urbe fortassis extorta appellatone. Urbinate habere hic locum nequeunt, qui in regione sexta appellandi sunt.

<sup>q</sup> *Cujus nomen*] Hæc deinceps totidem verbis Solinus, cap. i. p. 1. Nomen id alterum fuisse Valentiam tradunt. Vide quæ in eam rem dicturi sumus, xxviii. 4.

mox<sup>1</sup> poenas. Non alienum videtur inserere hoc loco exemplum religionis antiquæ, ob hoc maxime silentium institutæ. Namque Diva Angerona, cui sacrificatur a. d. XII. Kalend.<sup>34</sup> Januarii, ore obligato obsignatoque simulacrum habet.<sup>1</sup>

Urbem tres portas<sup>u</sup> habentem Romulus reliquit, aut (ut plurimas<sup>35</sup> tradentibus credamus) quatuor. Moenia ejus collegere ambitu imperatoribus censoribusque Vespasianis anno conditæ DCCCXXVI.<sup>36</sup> pass. XIII. M. CC.<sup>v</sup> Complexa montes septem,<sup>x</sup> ipsa dividitur in regiones quatuordecim,

—35 Vet. Dalec. ut plurimis.—36 Chiffi. DCCCXX. Edd. vett. et Gronov. DCCCXXVIII. Mox pro CC. Vet. Dalec. XXX. et paulo post, in eo

## NOTE

<sup>1</sup> *Luique mox*] Necem ei allatam ait Solinus. Vide etiam Plutarch. in Quæst. Rom. p. 278.

<sup>u</sup> *A. d. XII. Kal.*] Hoc est, ante diem duodecimum Kalendas, seu ipso die duodecimo ante Kalendas. Solinus, loc. cit. Vide quæ de hac forma loquendi dicturi sumus, VIII. 70.

<sup>1</sup> *Simulacrum habet*] In ara Volupiae collocatum, ut docet Macrobius, Saturn. i. 10. p. 229. qui quamvis eo loco dissidere a Plinio videatur, affert tamen auctores alios, qui eidem suffragentur, Saturn. III. 9. p. 405.

<sup>u</sup> *Tres portas*] Carmentalem, Romanam, et Pandanam, quæ dicta olim Saturnia est, teste Varrone: mox Pandana, auctore Festo, quod pateret omnibus. Hallucinantur porro qui Quadratam Romam apud vetustos scriptores rerum Romanarum de ipsa Urbe accipiunt, Solinum secuti scilicet: quadratamque urbem, et suam cuique lateri angulove portam fuisse somniant: cum Quadrata Roma locus in Palatio fuerit, structus a Romulo, priusquam Urbi condendæ sulcum duceret, qui locus Romæ fuit, etiam P. Victoris ævo, a quo in regione Urbis decima locatur, hoc est,

in Palatio. Vide et Plutarchum in Romulo, et Festum verbo 'Quadrata Roma.'

<sup>v</sup> *DCCCXXVI.*] De anno hujus Censuræ dicemus VII. 50. Porro Imperatores Vespasianos patrem et filium ex æquo vocat, quod sane est animadversione dignum. Vide II. 10.

<sup>x</sup> *XIII. M. CC.*] Minore tum aliquanto, quam nunc est passuum mensura: emensisque extrinsecus mœnibus, et castris Prætorii, turribusque circuitis. Hodiernam murorum amplitudinem vetere illa decem tantum stadiis, hoc est MCL. pass. contractiorem esse, auctor est Marlianus, Topogr. Urbis I. 5.—'Non credimus.' Ed. sec.

<sup>x</sup> *Montes septem*] Palatinum: Capitolinum: Cælium, seu Querquetulanum, ubi nunc ædes Lateranensis: Esquilinum, cum Viminali, nunc S. Mariæ ad Nives: Quirinale, nunc Monte Cavallo, ab equis duobus marmoreis, quos gigantes tenent, Phidias opere et Praxitelis: Aventinum, nunc S. Sabinæ: et trans Tiberim, Janiculum, quem urbi Ancus addidit, et fuit, ut mox dicetur a Plinio, in parte Romæ: nunc est Montorio, ubi regio quarta decima fuit.



compita Larium<sup>7</sup> CCLXV. Ejusdem spatium, mensura currente<sup>37</sup> a milliario,<sup>2</sup> in capite Romani fori statuto, ad singulas portas, quæ sunt hodie numero triginta septem,<sup>a</sup> ita ut duodecim<sup>b</sup> semel<sup>38</sup> numerentur, prætereanturque ex veteribus septem, quæ esse desierunt, efficit passuum per directum XXX. M. DCCLXV.<sup>c</sup> Ad extrema vero tectorum<sup>d</sup>



dem, *compita earum CCLXV.*—37 Sic ex codd. Harduin. et edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Ejusdem spatii mensura*, &c. edd. vett. et Gronov.—38 Ita codd. Harduini, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *bis quindecim* margo edd. Dalec. et Gronov. *ita ut patentes portæ* ibid.

### NOTÆ

<sup>7</sup> *Compita Larium*] *Larium* addidit, ut non quævis compita Urbis, sed eorum præcipua, quibus colerentur Lares, eo numero colligi intelligeremus. Nam in compitis Lares olim coli solitos Festus testatur. Vide Notas et Emend. num. 46.

<sup>2</sup> *A milliario*] Columna fuit aurea, χρυσῶν μίλιον, inquit Dio, lib. LIV. p. 526. ab Augusto in fori capite constituta, octava regione urbis, in quam omnes Italiæ viæ desinebant. Id ei nomen inditum, quod ab ea milliario- rum numerus, quibus itinera metiebantur, duci primum solebat. Constituta ea ab Augusto est, an. U. C. DCCXXXIV. M. Apuleio, P. Silio Ner- va Coss.

<sup>a</sup> *Triginta septem*] Totidem pariter numerat Urbis portas Auctor Descriptionis Urbis Romæ, sub finem, pag. 147. sed Plinio scilicet præeunte.

<sup>b</sup> *Ita ut duodecim*] Duodecim illæ quas semel numerandas ait, intelligo ex illis triginta septem, duodecim fuisse, quæ revera geminæ essent. Quod illis aliæ duodecim ita finitimæ erant, ut diversæ ab his censi minime deberent, etsi reipsa essent. Quare hæc demum Plinii ratiocinatio est, XXXVII. Romæ tunc legiti-

mas fuisse portas: egressus vero, perviosque aditus XLIX.—‘Ad duodecim ex illis, inquit, itur via duplici; per directum et per obliquum. At hæc semel a nobis numerantur, quæ ad eas itur per directum. Sunt etiam aliæ septem quæ sunt ex veteribus, omnino autem a nobis non numerantur, quia perviæ esse desierunt. Significat ætate sua legitimas fuisse Romæ portas triginta.’ *Ed. sec.*

<sup>c</sup> *XXX. M. DCCLXV.*] Igitur a milliario ad portas singulas, si omnes ædæquantur mensuræ, passus fuere omnino DCCCXXXI. cum semisse. Sic enim ab eodem milliario ad universas triginta septem, mensura colliget XXX. M. DCCLXV. pass.—‘A milliario, si ita mavis, ad portas singulas mille passuum plus minus spatium erat: ad omnes XXX. millia DCC. LXV.’ *Ed. sec.*

<sup>d</sup> *Ad extrema vero tectorum*] Eorum scilicet quæ mœnium ipsorum ambitu continentur, non quæ extra mœnia posita in suburbio forent: nam de his postea. Miror sensisse aliter eruditos viros, ac plane nuper Raph. Fabrettum, de Aquis et Aquæduct. Dissert. III. p. 158.

cum castris Prætoriiis \* ab eodem milliario per vicos <sup>f</sup> omnium viarum mensura colligit paulo amplius septuaginta <sup>g</sup> millia passuum. Quo si quis altitudinem tectorum addat, dignam <sup>h</sup> profecto æstimationem concipiat, fateaturque nullius urbis magnitudinem in toto orbe potuisse ei comparari. Clauditur ab oriente aggere Tarquinii <sup>i</sup> Superbi, inter prima opere mirabili. Namque eum muris æquavit, qua maxime patebat <sup>j</sup> aditu plano. Cetero munita erat præcelsis muris, aut abruptis montibus, <sup>k</sup> nisi quod <sup>l</sup> exspatiantia tecta multas addideret <sup>m</sup> urbes.<sup>1</sup>

ita ut duodecim portæ semel, &c. edd. vett. et Gronov.—39 Margo edd. Dalec. et Gronov. dignationis.—40 Ibid. nisi qua.—41 Medullum Chiffi.—42 Æncipo-

## NOTÆ

\* *Castris Prætoriiis*] Castra Urbi Tiberius Cæsar adjecit, Sejani monitu, Prætoriiis cohortibus Præfecti. Nam de eo Tacitus, Annal. iv. ‘Vim Præfecturæ modicam intendit: dispersas per urbem cohortes una in Castra conducendo... Prætendebat lascivire militem diductum: si quid subitum ingruat, majore auxilio pariter subveniri,’ &c. Quadrata fuere ea muris, propugnaculis, turribusque munita: instructa templo, armamentario, balneis, fontibusque: ad portam Viminalem: ut fuse demonstrat Alexand. Donatus de Urbe Roma, i. 15. p. 42.

<sup>f</sup> *Per vicos*] Non jam per directum, inquit, corrente mensura, ut prius, per vias quasque majores, a milliario ad singulas portas, sed ab eodem milliario per omnes omnium viarum majorum vicos et angiportas, castris etiam Prætoriiis, et vicis qui inibi erant, emensis. Viæ omnino in urbe fuerunt novem et triginta, quot fere portæ: vici quadringenti et viginti quatuor, ut quidem proditum est in Descriptione Urbis Romæ.—<sup>g</sup> Sed quotcumque Romæ vici essent, qui

eos omnes, inquit Plinius, facto profectionis initio a milliario in capite fori Romani statuto, percurreret, is septuaginta millia passuum, et eo amplius, ambularet. Eo sensu in prophetia Jonæ, iii. 3. ‘Ninive erat civitas magna itinere trium dierum;’ quoniam ejus vicos omnes pererrare nemo posset, nisi itinere trium dierum: ut iterum dicemus ad vi. 16.  
*Ed. sec.*

<sup>g</sup> *Septuaginta*] In Descriptione Urbis modo laudata, regiones urbis xiv. pedes dicuntur continere ccccix. m. dccccxxiv. Passus ea mensura efficit, si pedem unum adjeceris, lxxxiii. m. dcccclxxv. Sed multo certior auctor ac testis Plinius.

<sup>h</sup> *Dignam*] Debitam, convenientem.

<sup>i</sup> *Tarquinii*] Vide quæ dicturi sumus xxxvi. 24.

<sup>j</sup> *Patebat*] Urbis nimirum.

<sup>k</sup> *Montibus*] Aventino, Cælio, Quirinali.

<sup>l</sup> *Addidere urbes*] Suburbia scilicet, quæ producta longius, ad vicinas fere urbes pertinebant, Ocricalum, Tibur, Ariciam, &c.

In prima regione præterea fuere : in Latio <sup>m</sup> clara oppida, Satricum,<sup>n</sup> Pometia, Scaptia, Pitulum, Politorium,<sup>o</sup> Tellenae, Tifata,<sup>p</sup> Cænina, Ficana, Crustumerium, Ameriola, Medullia,<sup>q</sup> Corniculum, Saturnia,<sup>r</sup> ubi nunc Roma est : Antipolis,<sup>s</sup> quod nunc Janiculum in parte Romæ : Antemnæ,<sup>t</sup> Camerium, Collatia, Amitinum,<sup>u</sup> Norbe, Sulmo : et cum his carnem in monte Albano soliti accipere 'populi

lia Vet. Dalec. et paulo post in eodem, *Antenna* pro *Antemna*.—43 Ita codd. Harduini, et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Ami-*

## NOTÆ

<sup>n</sup> *Fuere : in Latio*] Defecerunt, inquit, in prima regione præterea, primumque in Latio oppida, &c. Infra enim, 'In Campano autem agro,' &c. Ex his nec situs plerorumque, nec nomina ipsa constant.

<sup>n</sup> *Satricum, &c.*] De Satrico, Livius, lib. i. p. 34. incolæ *Σατρικανοί* Dionysio Halic. lib. v. p. 326. Pometia Suessa, de qua nos superius egimus. A Scaptia *Σκαπτήνιοι* apud Dionys. loc. cit.

<sup>o</sup> *Politorium*] *Πολιτόριον* Dionysio Halic. lib. iii. p. 179. et Livio, lib. i. p. 13. *Τελλήνη* Dionysio, Livio Tellenæ, loc. cit.

<sup>p</sup> *Tifata*] *Tifata* imminentes Capuæ colles vocat Livius, lib. vii. pag. 130. sed hi extra fines antiqui Latii. Apud Reines. inscriptio vetus, pag. 441. MAG. FAN. DIAN. TIFAT. 'Magister Fani Dianæ Tifatensis :' quod fanum abesse Capua xxx. stadiis, auctor est Pausanias, in Eliac. prior. *Καινὴ* et *Κρουστομέριον* Dionysio, lib. ii. p. 101. et 104. Livio lib. i. p. 5. Cæninenses : et Crustumini. Eidem Livio, lib. i. p. 14. 'Corniculum, Cameria, Crustumerium, Ameriola, Medullia, Nomentum,' in Latio. Medulliam ab Albanis conditam ait Dionys. lib. iii. p. 136. Ficanae denique Livius meminit, lib. i. p. 13.

<sup>q</sup> *Saturnia*] Ovid. Fast. vi. 'A patre dicta meo quondam Saturnia Roma est.' Virgil. *Æneid.* viii. 'Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem : Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.' Vide et Aug. de Civit. vii. 4. Dionys. Halic. lib. i. Antiq. Rom. p. 36. et Varron. lib. iv. de Lat. Ling. pag. 13.

<sup>r</sup> *Antipolis*] Quod ex adverso Saturniæ urbis, quæ ultra Tiberim erat, ubi nunc Roma est, condita esset in Janiculo, a Jano, ut diximus : ab *Ænea*, ut Hermolaus credidit.

<sup>s</sup> *Antemnæ*] Unde Antemnates, Livio, lib. i. p. 14. et Dionys. lib. i. p. 13. *Καμειά*, Dionys. lib. v. pag. 307. 'Collatia' Livio, loc. cit. *Κολαρία* Dionys. lib. iii. p. 187. Festo, Conlatia, a conlatis eo opibus, et porta urbis inde dicta Conlatina. A Norbe Norbani sunt supradicti. Sulmo, nunc *Sermonetta*, inter Velitras et Privernum.

<sup>t</sup> *Carnem . . . accipere*] Meminit moris hujusce Livius lib. xxxii. p. 383. 'Legati ab Ardes,' inquit, 'questi in Senatu, sibi in monte Albano Latinis carnem, ut assolet, datam non esse.' Et in antiqua inscriptione, apud Reines. pag. 340. LATINÆ CELEBRATÆ. ET. SACRIFICATUM. IN MONTE. ALBANO. ET. DATA. VISCE-

Albenses,<sup>u</sup> Albani, Æsolani,<sup>44</sup> v Aciensens, Abolani, Bubetani,<sup>v</sup> Bolani, Cusvetani, Coriolani, Fidenates,<sup>x</sup> Foretii,<sup>y</sup> Hortenses, Latinienses, Longulani,<sup>45</sup> z Manates, Macrales, Mutucumenses, Munienses, Numinienses, Olliculani, Octulani, Pedani,<sup>a</sup> Pollustini,<sup>46</sup> b Querquetulani, Sicani, Sisolenses, Tolerienses, Tutienses, Vimitellarii,<sup>47</sup> Velienses, Venetulani, Vitellenses. Ita ex antiquo Latio LIII. populi interiere sine vestigiis. In Campano autem agro Stabiæ<sup>c</sup>

ternum Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmii, Dalec. Elz. et Gronov.—44 Solani Vet. Dalec. Mox Nubetani pro Bubetani Chiffi. et paulo post, pro Foretii, Vet. Dalec. Foresti; al. Foruli, vel Forenses.—45 Longani Chiffi.—46 Poletaurini in eodem codice.—47 Vimiterali Vet. Dalec. Vinutellarii Chiffi.—48 Vet.

## NOTÆ

RATIO. Κρεασιμῶν Græci vocant.

<sup>u</sup> Albenses] 'Albani dicuntur ab Albano,' inquit Charisius lib. i. pag. 81. 'Albenses autem ab Alba Fucente.' Sed ab his diversi Albenses qui nunc a Plinio appellantur.

<sup>v</sup> Æsolani] Ab Æsola sive Æsula, de qua Horat. III. Od. 29. 'Ne semper udum Tibur et Æsulæ Declive contempleris arvom.'

<sup>w</sup> Bubetani] Dionysio Halic. lib. v. p. 326. Βουβερτανοί. Qui Plinio Bolani, hos Livius Volanos, lib. iv. pag. 82. oppidum 'Bolas' vocat, lib. vi. pag. 106. Κοριολανῶν πόλιν habet Dionys. lib. viii. pag. 495. Coriolos Livius, lib. ii. pag. 32. Hinc Marcio Coriolano nomen.

<sup>x</sup> Fidenates] Fidenæ oppidum, Livio lib. i. pag. 13. xviii. milliario ab urbe Roma, inquit Eutropius, lib. i. pag. 728. Fidenas a Mamercio Dictatore direptas narrat Livius, lib. iv. pag. 77. Nunc *Castello Giubileo*, sex ab urbe mill. pass. ut ait Holsten. in Ital. p. 127.

<sup>y</sup> Foretii] Forte *Forienses*, de quibus Festus, verbo 'Novæ Curiae.'

<sup>z</sup> Longulani] Horum oppidum Longulam Livius, lib. ii. p. 34. appellat:

Λογγύλαν πόλιν Dionys. lib. viii. pag. 551. Ceteri deinceps fere incogniti.

<sup>a</sup> Pedani] Pedanos quoque vocat Livius, lib. viii. pag. 142. oppidumque Pedum, lib. ii. p. 34. Πέδα, πόλις Ἀδσονική, Stephano. De regione Pedana, Horat. i. Epist. 4.

<sup>b</sup> Pollustini] Oppidum Pollustiam Livius appellat, lib. ii. pag. 34. Κερκερουλωνῶν Dionys. lib. v. pag. 326. Τολερῖνους Plutarchus, in Coriolano, pag. 227. Velienses a Velia, Livius, lib. ii. pag. 24. *Vitellenses*, (sic enim reposui, pro *Vicellenses*.) a Vitelia, de qua idem Livius, lib. ii. pag. 34. quam Stephanus Βιτέλλαν vocat.

<sup>c</sup> Stabiæ] Etiamnum inter ostia Sarni amnis, et Surrentum, loco nomen est *Castel a mar di Stabia*. De Stabiano lacte, Galeus Meth. Med. lib. v. Symmachus, vi. 17. 'Stabias ire desiderant, ut reliquias longæ ægritudinis armentali lacte depellant.'—'Cave igitur hunc nummum Stabiis aut Bovillis cunum putes, ut nos olim existimavimus, nihil dum de sententiis suspicati, quæ sunt in nummis scriptæ primis duntaxat literis vocum singularum: SEPT. GETA. CÆS.

oppidum fuere<sup>48</sup> usque ad Cn. Pompeium et L. Catonem<sup>4</sup> consules, pridie Kalend. Maii, quo die L. Sylla legatus bello sociali id delevit, quod nunc in villam abiit.<sup>49</sup> Interdixit ibi et Taurania.<sup>5</sup> Sunt et morientis Casilini<sup>f</sup> reliquiae. Præterea auctor est Antias,<sup>5</sup> oppidum Latinorum Apiolas captum a L. Tarquinio rege, ex cuius præda Capitolium<sup>50</sup> is inchoaverit.<sup>5</sup> A Surrento ad Silarum<sup>1</sup> amnem triginta millia passuum ager Picentinus fuit Tuscorum,<sup>j</sup> templo Junonis Argivæ ab Jasone condito insignis. Intus oppidum Salerni, Picentia.<sup>k</sup>

Dalec. *oppidum fuit*. Mox, *L. Carbonem consules* edd. post Hermol.—49 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *in villam abiit* edd. vett. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—50 Dalecampius legendum putat *Capitolinum*.

## NOTE

PONT. 'Septimius Geta Cæsar Pontifex: caput nudum.'). Bos pascens. Supra STA: infra. NOV. Legendum videtur. 'Severis Tutantibus Agricolas' adversus prædones vel hostes, 'Beata Orbis Vota.' Tunc enim sunt lætæ segetes. Est hic nummus apud Patinum, p. 317. Severi sunt Septimius Severus pater, et liberi duo, Antoninus et Geta. Quid quod nec ulla Italiæ urbs olim cudit honori Augustorum vel Cæsarum, nec extra minorem Asiam in nummis concordie sunt, ut appellant, sive 'Ομόνοιας, civitatum?' *Ed. sec.*

<sup>4</sup> *Et L. Catonem*] Vide Notas et Emend. num. 47.

<sup>5</sup> *Taurania*] Forte quæ Stephano *Ταυρανία*. Vide Notas et Emend. num. 48.

<sup>f</sup> *Casilini*] Casilinum fuit oppidum, ubi nunc est Capua nova, et quidem ad utramque ripam Vulturni amnis, qui et Casilinus inde dictus. De Casilino multa Livius, lib. XXIII. pag. 234.

<sup>5</sup> *Auctor est Antias*] Etiam et Dionys. Halic. Rom. Antiq. III. p. 186.

<sup>Απιολάνων πόλιν</sup> a Tarquinio Prisco captam prodit.

<sup>1</sup> *Inchoaverit*] Livius, lib. I. pag. 15.

<sup>1</sup> *Ad Silarum*] *Σίλαρις* Straboni, lib. V. in fine: nunc *Selo*, in sinum Salernitanum influit.

<sup>j</sup> *Tuscorum*] Tuscos hanc oram olim tenuisse auctor est etiam Strabo loc. cit. Idem lib. VI. p. 252. templum ibi conditum ab Jasone tradit: Diodorus Sic. Bibl. lib. IV. pag. 259. portum de navis suæ nomine *Ἀργῶν* appellatum: unde *Argoæ* forte, potius quam *Argivæ*, legendum hic fuerit. Habet hæc quoque Solinus, cap. 2. p. 12. Nunc *Gifoni* vocant, quasi Junonis fanum: Templum hodieque durat, Assunitæ Virgini sacrum. Holsten.

<sup>k</sup> *Intus oppidum Salerni, Picentia*] Ita Colb. 3. librique omnes editi. In mediterraneo procul a mari fuisse tum Picentiam innuit, Picentini agri metropolim: Salernum autem, quod in ora fuit, uti nunc est, non oppidi tum nomen obtinisse, sed præsidii tantum a Romanis ibi constituti: quod

x. A Silaro regio tertia, et ager Lucanus<sup>a</sup> Brutiusque incipit: nec ibi rara incolarum mutatione.<sup>1</sup> Tenuerunt eam Pelasgi,<sup>b</sup> Ænotrii, Itali, Morgetes, Siculi, Græciæ maxime<sup>a</sup> populi: novissime Lucani a Samnitibus orti duce Lucio. Oppidum Pæstum,<sup>3c</sup> Græcis Posidonia appellatum, sinus Pæstanus: oppidum Elea, quæ nunc Velia.<sup>4d</sup> Promontorium Palinurum:<sup>e</sup> a quo sinu recedente<sup>f</sup> trajectus ad

\*\*\*\*\*

CAP. X. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *mutatio*.—2 Ibid. *maxima*; al. *magna*.—3 *Præstum*, et mox *Præstanus* Chiiffi.—4 'Bene cod. Reg. 1. et Editio princeps, *Elea*, &c. Stephano quoque, 'Ελέα, ἡ νῦν Βελέα.' Brotier. *Helia*, quæ, &c. edd. vett. item Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

#### NOTÆ

et Strabo disertè docet, lib. v. pag. 251.

<sup>a</sup> *Lucanus*] Nunc Principatum ceteriorem vocant: Brutium agrum, Calabriam.

<sup>b</sup> *Pelasgi*] Hæc totidem verbis Antiochus Syracusanus, apud Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. i. pag. 10. A Pelasgo primam, mox ab Ænotro Pelasgi F. tum ab Italo: mox a Morgete, deinde a Siculo Morgetis hospite populis nomina subinde commutata. Strabo pariter, lib. vi. p. 257. Idem p. 254. ortos a Samnitibus Lucanos docet.

<sup>c</sup> *Pæstum*] Παῖστον Ptolemæo, III. 1. in Lucanis. Eadem Ποσειδωνία Straboni, lib. v. p. 251. a Ποσειδών, hoc est, a *Neptuno*, unde, *Neptunia Velleio* dicitur. Nunc vicus in ora, *Pestì*. Sinui Pæstano nunc a Salerno, vicino oppido, nomen est.

<sup>d</sup> *Velia*] 'Ελέα, ἡ νῦν Βελέα Stephano, et Straboni lib. vi. p. 252. ad amnem cognominem, quem accolæ vocant *Halente*: vicum *Castel a mare della Brucca*. Ptolem. III. 1. Οὐέλια. Et 'Ἐλέην dictam esse aliquando Strabo loc. citat. admonet, et nummus Cimeli nostri Parisiensis, ΤΕΛΗΤΩΝ, ex argento, et alter ex ære.—'In his exinimum olim ex auro vidi-

mus, apud D. de Boze, ex Academia Gallica, qui nummus Palladem galeatam exhibet, malis eminentibus et succi plenis: in ipsa autem galea, cum curru quadrijugo, duplicis victoriæ indice, literas has scriptas: ΑΙΤΙΣΤΙΩ: quas in sno simili altero Goltzium corruptit, Tab. 24. n. 9. Scripsit enim ex audaciore paulo conjectura, invitis nummis, ΦΙΛΙΣΤΙΩΝΟΣ: perinde quasi viri nomine scribendo locus hic esset. At in eo, quem dicimus, qui nitidissimus est, ΑΙΤΙΣΤΙΩ conspiciē legitur: quod sic interpretandum esse arbitramur, Αἰτάρωκα 'Τεληταῖς' Ἰστρησι Τριτογένειαν ἰΩ. *Pinguem Veletis Palladem sistit Ceres*. Agrum frumenti feracem significat, incolas bene valentes et bellicosos. Est enim 'ἰΩ in nummis antiquis Ceres: ut in nummo Arsacæ regis, ΤΟΠΗΑΙΩ: in altero Hadriani Augusti, ΓΑΖΑ ΕΙΩ. In altera nummi area leo est, virtutis ac roboris symbolum, cum subscripto nomine ΤΕΛΗΤΩΝ, *Veletarum* nummus.' *Ed. sec.*

<sup>e</sup> *Palinurum*] Nomen servat, *Capo di Palenuro*. Mela II. 4. 'Palinurus olim Phrygii gubernatoris, nunc loci nomen.' Vide Virgil. *Æn.* vi. 381.

<sup>f</sup> *Sinu recedente*] Quem nunc sinum

columnam<sup>5</sup> Rhegiam centum m. pass. Proximum autem huic<sup>b</sup> flumen Melpes:<sup>6</sup> oppidum Buxentum, Græce Pyxus:<sup>i</sup> Laus<sup>7</sup> amnis: fuit et oppidum eodem nomine. Ab eo Brutium littus: oppidum Blanda,<sup>k</sup> flumen Batum:<sup>8</sup> portus Parthenius Phocensium:<sup>m</sup> sinus Vibonensis,<sup>n</sup> locus Clampetiæ:<sup>o</sup> oppidum Temsa,<sup>p</sup> a Græcis Temese dictum: et Crotoniensium<sup>q</sup> Terina, sinusque ingens Terinæus. Oppidum Consentia,<sup>r</sup> intus. In peninsula<sup>9</sup> fluvijs Acheron, a quo oppidani Acherontini.<sup>t</sup> Hippo,<sup>u</sup> quod nunc Vibonem

—5 Codd. Dalec. et Vet. ad *Colonium*, ut et paulo post.—6 *Melpes* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—7 *Talaus* Strabo lib. vi.—8 *Balcetum* codd. Dalec. Chiffi. et Vet. Mox in Chiffi. et *Phocensium*. Paulo post, margo add. Dalec. et Gronov. *lucus pro locus*.—9 *Oppidum Consentia*. *Intus in*, &c. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *Oppidum C. intus*. *In peninsula*,

## NOTE

vocat *Golfo di Policastro*, ab oppido Buxento.

<sup>5</sup> *Ad columnam*] Quæ in ipso freto Rhegio constituta erat, unde τῆν Ῥηγίων στήλην τοῦ πορθμοῦ appellat Strabo, lib. vi. p. 256. et 268. Ad Columnam Rhegiam, Antoninus, Me. ii. 4. alique.

<sup>b</sup> *Proximum autem huic*] Palinuro. Nomen amni ab incolis, *Molpa*.

<sup>i</sup> *Pyxus*] Πυξὺς Straboni, lib. vi. p. 253. nunc *Policastro*.

<sup>j</sup> *Laus*] Ποταμὸς Λᾶος, καὶ πόλις Straboni loc. et Stephano pariter, in Lucanis. Amnis meminit etiam Ptolem. iii. 1. in eodem tractu. Nunc *Laino*, Lucaniæ finis: Brutii inde agri initium.

<sup>k</sup> *Blanda*] Blandæ in Lucanis, Livio, lib. xxiv. p. 252.

<sup>l</sup> *Batum*] In Mss. *Baletum*.

<sup>m</sup> *Phocensium*] A Phocensibus conditus, inquit Solin. cap. 2. p. 12.

<sup>n</sup> *Vibonensis*] Straboni, lib. vi. p. 253. a vicino fluvijs oppidoque, κόλπος Λᾶος.

<sup>o</sup> *Clampetiæ*] Livio lib. xxx. p.

359. *Dampetia*. Dum Plinius locum appellat, excisum ævo suo innuit. Rursum deinde excitatum est: hodie *l'Amantea*, in ora Calabriae citerioris.

<sup>p</sup> *Temsa*] Τεμέση et Τέμψα in Brutii, Straboni, lib. vi. p. 255. Rudera visuntur, ubi *Torre Loppa* in Calabriae citerioris, ulteriusque confinio.

<sup>q</sup> *Crotoniensium*] Hoc est, a Crotoniensibus condita, ut ait Solinus, cap. 2. p. 13. Hodie *Nocera*. Terinæo sinui nomen, *Golfo di S. Eufemia*.

<sup>r</sup> *Consentia*] Hodieque *Consenza*, in citeriore Calabria.

<sup>9</sup> *In peninsula*] Peninsulam vocat Brutiorum partem eam, quæ maxime tendit in Siculum fretum, instar longæ cervicis: nunc Calabriae ulteriorem vocant. Dicemus de ea cap. 15.

<sup>t</sup> *Acherontini*] Extat hujus oppidi memoria in nummis, AXEPQNTAN. Non est *Cirenza*, in Basilicata: etsi hanc quoque Acherontiam vocant.

<sup>u</sup> *Hippo*] Iisdem verbis Stephanus: Ἰππώνιον, πόλις Ἰππώνων, ἢ μετ-

Valentiam appellamus, Portus Herculis, <sup>v</sup> Metaurus <sup>v</sup> amnis, Tauroëntum <sup>10x</sup> oppidum, Portus Orestis, et Medma. <sup>v</sup> Oppidum Scyllæum, <sup>a</sup> Cratais <sup>a</sup> fluvius, mater <sup>11b</sup> (ut dixere) Scyllæ. Dein columna <sup>c</sup> Rhegia : Siculum fretum, ac duo adversa promontoria : ex Italia Cænys, <sup>d</sup> ex Sicilia Pelorum duodecim stadiorum intervallo. Unde <sup>e</sup> Rhegium duodecim M. D. pass. <sup>12</sup> Inde Apennini sylva Sila, <sup>13f</sup> promontorium Leucopetra <sup>g</sup> XII. M. pass. Ab ea Locri cognominati <sup>h</sup> a promontorio Zephyrio, absunt a Silaro CCCIII. M. pass.

Et includitur <sup>i</sup> Europæ sinus primus, in eoque maria

4c. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—10 *Taurianum* Vet. Dalec. et mox in eodem, *Orestis et Medina* ; Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. et Gronov. *O. et Medua*.—11 *Cratis fluvius, pater* Vet. Dalec.—12 *Unde* R. XX. M. pass. Chiffi.—13 Cod. Dalec. *insula Sila*. Mox, Chiffi. *Leucopetra*

## NOTÆ

ονομάσθη ἐπὶ τῶν Ῥωμαίων Οὐδῖον καὶ Οὐδαλεντία. Hausit a Strabone, lib. vi. pag. 256. Nunc *Bivona*, quod oppidi navale est, cui nomen *Monte Leone*.

<sup>v</sup> *Herculis*] Ἡρακλέους λιμὴν Straboni, loc. cit. Nunc *Tropea*.

<sup>v</sup> *Metaurus*] Μέταυρος Straboni loc. cit. Nunc *Marro*.

<sup>x</sup> *Tauroëntum*] Μετὰ II. 4. *Taurianum* : ejus extant rudera, prope vicum *Palma* : ubi et Orestis portus, *Porto Ravaglioso*.

<sup>v</sup> *Medma*] Nunc *Rossarno*. Μέδμα et Μέσμα Stephano : Μετὰ II. 4. *Medama*, et Straboni Μέδμα, lib. v. pag. 256.

<sup>v</sup> *Scyllæum*] Τὸ Σκύλλαον Straboni, loc. cit. Nunc *Scigliò* in ipso Siculo freto.

<sup>a</sup> *Cratais*] Ita libri omnes. Nunc *Fiumara di Muro*, ad ipsam columnam Rhegiam.

<sup>b</sup> *Mater*] Sic libri omnes. Alii, *Pater*. Sit penes fabulas fides.

<sup>c</sup> *Columna*] Nunc vicus, *la Catona* :

alii *Calanna* vocant.

<sup>d</sup> *Cænys*] *Capo di Cavallo*, duobus pass. mill. a Scyllæo. Καὺνς Straboni, p. 257. Proxime abest a Peloro : utriusque promontorii speculæ campana invicem sibi dant signum.

<sup>e</sup> *Unde*] A columna : unde Rhegium abesse centum stadia, Strabo auctor est, lib. v. p. 257. quæ mensura cum Pliniana congruit. Oppido nomen *Reggio*.

<sup>f</sup> *Sila*] Inde pix Brutia. Vibius Seq. p. 341. 'Sila Brutiorem nemus.' Σίλα Strabo vocat, lib. vi. p. 261.

<sup>g</sup> *Leucopetra*] *Capo dell' Armi*, in quo desinit alterum montis Apennini cornu. Sunt tamen qui arbitrentur esse *Punta della Saëtta*, promontorium inde millibus pass. octo dissitum, versus ortum.

<sup>h</sup> *Locri cogn.*] Epizephyrii, a Zephyrio promontorio, quod obsidebant, nunc *Capo Bursano*.

<sup>i</sup> *Et includitur*] Hoc est, finitur. Sic IV. 18. 'Tertius Europæ sinus ad hunc modum clauditur.'



nuncupantur:<sup>14</sup> unde irrumpit, Atlanticum, ab aliis magnum: qua intrat, Porthmos<sup>j</sup> a Græcis, a nobis Gaditanum fretum: cum intravit, Hispanum,<sup>k</sup> quatenus Hispanias aluit:<sup>15</sup> ab aliis Ibericum, aut Balearicum: mox Gallicum ante Narbonensem provinciam: hinc Ligusticum. Ab eo ad Siciliam insulam Tuscum: quod ex Græcis alii Notium,<sup>l</sup> alii Tyrrhenum, e nostris plurimi Inferum vocant. Ultra Siciliam ad<sup>16</sup> Salentinos, Ausonium Polybius appellat. Eratosthenes autem inter ostium Oceani et Sardiniam quicquid est, Sardoum. Inde ad Siciliam Tyrrhenum. Ab hac Cretam usque Siculum. Ab ea Creticum.

XI. Insulæ<sup>a</sup> per hæc maria primæ omnium Pityusæ a Græcis dictæ, a frutice pineo, nunc Ebusus vocatur utraque,<sup>b</sup> civitate foederata, angusto freto interficiente, patent XLVI.<sup>c</sup> M. pass.<sup>1</sup> Absunt a Dianio<sup>d</sup> septingentis stadiis:



XXV. M. pass.—14 In eodem codice: *His includitur E. s. p. in eoque maria diversa nuncupantur.* Mox, Vet. Dalec. unde *Oceanus irrumpit*; alii, unde *irrupunt.* Paulo post, *Astmos a Græcis* Chiffi.—15 Ita ex cod. Reg. 1. recepit Brotier: ita etiam margo edd. Dalec. et Chiffi. *abluit* Vet. Dalec. *iluit* Lugd. 1606. Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *abuit* Lugd. Erasmi.—16 *Ultra Siciliam quod est ad Chiffi.*

CAP. XI. 1 Ita Chiffi. et edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *patent XLII.* M. pass. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf.

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Porthmos*] *Πορθμός* fretum sonat.

<sup>k</sup> *Hispanum*] Hæc deinceps Solinus iisdem verbis, cap. 23. p. 44.

<sup>l</sup> *Notium*] Solinus cap. 23. p. 44. *Ionium*, male. *Νότιον* hoc mare dixere, quod Romanis spectare ad austrum videretur; ut Adriaticum, e contrario, ad septemtrionem.

<sup>a</sup> *Insulæ*] Martianus hic Plinium de more transcribit, lib. vi. cap. de insulis, &c. p. 206.

<sup>b</sup> *Ebusus . . . utraque*] Hodie *Ibissa*, vel *Yeiça*. Quoniam fretum angustum interficiens mediam Ebusum olim intersecuit, gemina Ebusus a Plinio dicitur, quæ ipsi sunt Pityusæ duæ, *Πτυοῦσαι*. Ceteris fere scriptoribus

Colubrariam quoque, de qua mox, in Pityusarum numero reponentibus: cum *Ἐβουρον* interim unam agnoscant.

<sup>c</sup> *Patent XLVI.*] Ebuso uni, quæ gemina, ut diximus, a Plinio proditur, tantam amplitudinem, atque adeo majorem, Strabo adjudicat, lib. III. p. 167. nempe stadiorum cccc. hoc est, L. M. pass. Agathemerus Geogr. I. 5. geminam, ut Plinius, Ebusum novit: majorem trecentis, minorem stadiis centum porrectam: id quod eodem recidit.

<sup>d</sup> *Dianio*] Hispaniæ oppido, de quo cap. 4.

totidem Dianium per continentem a Carthagine nova. Tantundem<sup>2</sup> a Pityusis in altum, Baleares<sup>f</sup> duæ, et Sucronem versus Colubraria. Baleares funda bellicosas, Græci Gymnasias dixere. Major c.<sup>3</sup> m. pass. est longitudine,<sup>3</sup> circuitu vero CCCLXXV. m. Oppida habet civium Romanorum Palmam<sup>h</sup> et Pollentiam: Latina,<sup>i</sup> Cinium, et Tucim: et foederatum, Bocchorum<sup>4j</sup> fuit. Ab ea XXX. m.<sup>k</sup> pass. distat minor: longitudine XL. m.<sup>l</sup> circuitu CL. m. pass.

Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—2 *Tantundem* est Chiffi.—3 'Bene cod. Reg. 1. Editio princeps et Rezzonicus, *C. M. pass. est longitudine.*' Brotier. *centum millia passuum longitudine* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, *circuitu vero CCCLXXV.* Chiffi.—4 *Pollentiam Latinacinium et foederatorum Bocchorum* margo edd. Dalec. et Gronov. *P. Latinorum civium et Tuscium quod foederatum Bocchorum* Vet. Dalec. *P. Jatina Cinium et Cunici, et f. Bochri* Gronov. *P. Latina Cinium et Cunici, et f. Bochri* edd. vett. *P. Latina, Cinium, et Cunici: et foederatum, Bocchorum, &c.* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. et Tucim Regg. Brot. 1. 2.—5 Ita Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

## NOTÆ

\* *Tantundem*] Stadiis dcc. hoc est, LXXXVII. m. d. pass. a Pityusis in altum, Italiam versus recedunt Baleares duæ: versus Sucronem, quæ urbs Hispaniæ fuit, Colubraria, hodie *Moncolibre*, seu Mons Colubrarius; Græcis eandem vim nominis rationemque secutis 'Οφιοῦσα: nam etiamnum serpentibus impeditur atque vastatur. Mariana, Hist. 1. 16.

<sup>f</sup> *Baleares*] Eam vocem Carthaginiensium lingua, funda bellicosas significare, auctor est Agathemerus loc. cit. Diodorus Sic. Bibl. v. p. 297. Baleares dictas putat ἀπὸ τοῦ βάλλειν, a *jaculando*: Γυμνησίας, quod nudo corpore incolæ incederent per ætatem. Livius, in Epit. lib. ix. vel a teli missu, vel a Baleo Hercules comite ibi relicto, cum Hercules ad Geryonem navigaret. Vide etiam Tzetz. in Lycophr. p. 94.

<sup>g</sup> *Major C.*] Artemidorus apud Agathem. loc. cit. stadia mille et ducenta longitudine ait continere, quæ

*Delph. et Var. Clas.*

sunt passuum CL. millia. Huic nomen est *Majorca*.

<sup>h</sup> *Palmam*] Πάλμαν, καὶ Πολλεντίαν Straboni, lib. III. p. 167. utramque civitatis Romanæ jure donatam. Colonias appellat Mela II. 7. Palmam hodie Mallorcæ vocant.

<sup>i</sup> *Latina*] Quæ Latii jus haberent. In Mss. Reg. &c. *Latina, civium, et Tucim.*

<sup>j</sup> *Bocchorum*] Bocchori nomen ei oppido erat, quod jam tum intercidisse innuit, olim fœdere junctum Romanis. Cave enim existimes Bocchos Mauritanie Reges hic imperitasse, quod fere sensit Solinus, cap. 23. p. 44.

<sup>k</sup> *Ab ea XXX. M.]* Strabo loc. cit. LXX. tantum stad. hoc est, VIII. m. DCCL. pass. Minori nomen est *Minorca*.

<sup>l</sup> *XL. M.]* Sic Mss. omnes. Agathemerus hanc patere ait stadiis trecentis, hoc est, III. m. DCCL. pass.

*Plinius.*

2 R

Civitates habet Jamnonem,<sup>6m</sup> Saniseram, Magonem. A majore XII. M. pass. in altum abest Capraria :<sup>2</sup> insidiosa naufragiis, et e regione Palmæ urbis Menariæ,<sup>o</sup> ac Tiquadra,<sup>7</sup> et parva Hannibalis. Ebusi terra<sup>p</sup> serpentes fugat, Colubrariæ parit. Ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus. Græci Ophiusam dixere. Nec cuniculos<sup>8</sup> Ebusus gignit, populantes<sup>q</sup> Balearium messes. Sunt aliæ XX. ferme parvæ mari vadoso.

Galliæ<sup>r</sup> autem ora,<sup>9</sup> in Rhodani ostio, Metina :<sup>3</sup> mox quæ Blascon<sup>t</sup> vocatur : tres Stœchades<sup>u</sup> a vicinis Massiliensibus dictæ propter ordinem,<sup>v</sup> quas item nominant singulis vocabulis, Proten,<sup>v</sup> et Mesen,<sup>10</sup> quæ et Pomponiana vocatur : tertia Hypæa. Ab his Sturium,<sup>x</sup> Phœnice, Phila :

////////

Franz. LX. M. edd. vett.—6 *Labonem* Chiffi. *Lamnonem* Vet. Dalec. *Hannonem* margo edd. Dalec. et Gronov.—7 *Triquetra* Vet. Dalec. et mox in eodem : et patria *Annibalis*.—8 Ita Regg. Brot. 1. 2. et Rezzon. item Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. Nec omittunt codd. Dalec. et Harduin. editio princeps, Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, *populantes Brassacorum messes* cod. Dalec.—9 Vet. Dalec. autem hinc ora.—10 Chiffi. et Tolet. *Stœchades a vicinis M. d. p. o. quo sitæ sunt. Nomina singulis Prote, Mese. Mox Vet. Dalec. quæ et Pompejana.*

#### NOTE

<sup>m</sup> *Jamnonem*] Mela II. 7. 'Castella sunt in minore, Jamno et Mago.'

<sup>2</sup> *Capraria, &c.*] Martiani. lib. VI. p. 206. Nunc *Caprara*, vel *Cabrera*. Majori Balearium subest, ad austrum.

<sup>o</sup> *Menariæ*] Sic plauæ Mss. omnes. Et *Menarias*, et *Tiquadram*, et parvam *Hannibalis* insulam, nunc mari demersas putamus.

<sup>p</sup> *Ebusi terra*] Solinus, cap. 23. p. 44.

<sup>q</sup> *Populantes*] Vide quæ dicturi sumus, VIII. 81.

<sup>r</sup> *Galliæ*] Martianus loc. cit. 'In Galliæ quoque ora, in Rhodani ostio, &c.

<sup>3</sup> *Metina*] In Mss. *Metania*. Forte ab ostio Rhodani, in quo olim fuit *Metapina*.

<sup>t</sup> *Blascon*] Festo Avieno, in descript. Oræ marit. vs. 600. *Blasco*. Incerti situs.

<sup>u</sup> *Stœchades*] *Les Isles d'Hieres*, a vicino in continente oppido appellatæ, quod Massiliensium olim ditionis fuit : quare Massiliensibus hæ vicinæ dicuntur.

<sup>v</sup> *Propter ordinem*] Vide Notas et Emend. num. 49.

<sup>v</sup> *Proten*] Πρώτην, hoc est *Primam* : hodie *Porqueyroles*. Μέσην, *Mediam*, nunc *Portecroz*, quæ anno 1200. Mediana vocabatur, ut docet Honor. Bonche Hist. Prov. I. 7. p. 43. Τραυ denique, hoc est *Postremam*, nunc *l'Isle du Levant, ou du Titan*, quæ maxime omnium in ortum vergit.

<sup>x</sup> *Ab his Sturium*] Nunc sunt *Ribaudas, Langoustier, Baqueon*, ut recte

Lero,<sup>y</sup> et Lerina<sup>z</sup> adversum Antipolim, in qua Vergoani oppidi memoria.

XII. (VI.) In Ligustico mari est Corsica, quam Græci Cyrnon<sup>a</sup> appellavere, sed Tusco propior: a septemtrione in meridiem projecta,<sup>1</sup> longa passuum CL. millia:<sup>b</sup> lata majore ex parte quinquaginta: circuitu CCCXXV.<sup>2c</sup> M. Abest a vadis Volaterranis LXII. M. pass.<sup>d</sup> Civitates habet XXXIII.<sup>e</sup> et colonias; Marianam,<sup>f</sup> a C. Mario deductam; Aleriam,<sup>3</sup> a dictatore Sylla. Citra est Oglasa:<sup>g</sup> intra vero<sup>h</sup> sexaginta millia passuum a Corsica, Planaria<sup>4i</sup> a specie dicta, æqualis freto, ideoque navigiis fallax. Amplior

CAP. XII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *correcta*.—2 Ita codd. Tolet. Chiffi. et Harduini, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ita quoque Martianus. CCCXXII. edd. vett.—3 Vet. Dalec. *Alteram*. Mox Martianus: a D. Scipa autem citra est, Oglosa infra.—4 Platanaria margo edd.

## NOTE

vidit idem auctor Historiæ Provinciæ, loc. cit. Sunt eæ inter Stæchas minimæ, in quibus exstructæ arces Ludovici XIII. principatu.

<sup>y</sup> Lero] Hæc Antipoli propior, quam Lerina, est. Nunc a sacello ei Divæ sacro, l'Isle de S. Marguerite.

<sup>z</sup> Lerina] A Lerone freto passuum DC. dispescitur. Strabo lib. IV. p. 185. Πλαναράν vocat, a planitie. Unde Sidonius in Euchar. ad Faustum: 'Quantos illa insula plana Miserit in cælum montes' viros sanctos intelligit, seu Monachos Lerinenses. Nunc S. Honoré de Lerin. Antoninus in Itiner. Marit. 'Ab Antipoli Lero et Lerina insulæ, M. P. XI.'

<sup>a</sup> Cyrnon] A Græcis Κύρνος, a Περνίον Κορυφή, inquit Pausanias in Phoc. lib. x. p. 639.

<sup>b</sup> CL. millia] Strabo lib. v. p. 224. ex Chorographo nescio quo, CLX. mill. longitudine, latitudine LXX. porrigi ait. Plinium, ut solet, sequitur Martiannus, lib. VI. p. 207.

<sup>c</sup> CCCXXV.] Sic libri omnes MSS.

cum Martiano.

<sup>d</sup> LXII. M. pass.] Vide Notas et Emend. num. 50.

<sup>e</sup> Habet XXXIII.] Sic Martianus, loc. cit.

<sup>f</sup> Marianam, &c.] Utriusque colonie, et a Mario et a Sylla deductæ, Seneca meminit, de Consol. ad Helv. cap. 8. p. 808. Aleria Mela, II. 7. Florns, II. 2. et Antoninus. Utriusque rudera hodieque videntur, latere insulæ eo, quod Italiam spectat. In Conc. Lateranensi sub Martino: 'Donatus Marianensis Episc.' Vide Notas et Emend. n. 50.

<sup>g</sup> Oglasa] Apparet ex situ esse Monte Christo, ubi Monachi olim degabant, ad quos literas scribit S. Gregor. I. 9.

<sup>h</sup> Intra vero] Priscæ fere convenit recentium nautarum mensura, hoc idem maris spatium I. millibus pass., metientium.

<sup>i</sup> Planaria] Nunc Pianosa, prope Ilvam, cui ad occasum obtenditur.

Urgo,<sup>5j</sup> et Capraria,<sup>k</sup> quam Græci Ægilon dixere: item Ægilium:<sup>l</sup> et Dianium, quam Artemisiam:<sup>m</sup> ambæ contra Cosanum<sup>n</sup> littus: et Barpana,<sup>o</sup> Menaria,<sup>6p</sup> Columbaria, Venaria. Ilva<sup>q</sup> cum ferri metallis, circuitu centum millia, a Populonio decem, a Græcis Æthalia dicta. Ab ea Planasia,<sup>r</sup> XXXVIII. M.<sup>7</sup> Ab his ultra Tiberina ostia in Antiano<sup>s</sup> Astura, mox Palmaria,<sup>t</sup> Sinonia, et adversum For-

~~~~~

Dalec. et Gronov.—⁵ *Amplior Orgon* Vet. Dalec. *Amplior Gorgon* al. ap. eundem. Mox, *Ægilium* dixere Vet. Dalec. et paulo post in eodem: *item Igilium*; Mela, *Ignium*.—⁶ Vet. Dalec. et *Barpona Menaria*; edd. vett. et Gronov. et *parva Menaria*, vel *Menaria*. Paulo post, in iisdem vett. a *Populonio*.—⁷ Ita codd. Harduini, et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont.

NOTE

^j *Urgo*] Sic Mss. omnes, sic etiam Mela, II. 7. et Martianus loc. cit. Rutilio in Itiner. p. 315. 'Gorgon.' 'Assurgit ponti medio circumflua Gorgon, Inter Pisanum Cyrenaicumque latus.' S. Greg. Ep. I. 50. 'Gorgonis insulæ monasteria' laudat. Stephano, 'Ὀργῶν, νῆσος Τυρρηνίας. Hodie la Gorgona.

^k *Capraria*] *Caprara* vel *Capraia*. Ἀγυλὸν Græci dixere, ἀπὸ τῶν ἀγῶν, hoc est, a capris sylvestribus, ut ait Varro de Re Rust. II. 3. qui Caprasiam vocat. Sic Planariam, Planasiamque ex æquo dicimus.

^l *Item Ægilium*] Diversa hæc insula a superiore: Antoninus in Itiner. Marit. 'Insula Ægilium a Cosa stadia XC.' Melæ II. 7. et Martino, lib. VI. p. 207. *Igilium*. Laudat hanc Rutilius eximie in Itiner. lib. I. p. 308. 'Eminus Igilii sylvestra cacumina miror,' &c. Nunc *Giglio*.

^m *Artemisiam*] Subintellige, dixere Græci: est enim Ἀρτέμις Græce *Diana*. Ἀρτέμιον hanc insulam Stephanus vocat. Nunc *Gianuti*, contra Monte Argentaro, quod promontorium in continente Italiæ est.

ⁿ *Cosanum*] Citra Tiberis ostia. De Cosa diximus cap. 8.

^o *Barpana*] Ita Mss. omnes. Ea haud dubie est, quæ Pomponio Melæ, II. 7. Carbania dicitur: nunc *Corboli*, juxta Ilvæ promontorium illud, quod Plumbinum Italiæ respicit.

^p *Menaria*] Nunc *Meloria*, quæ portui Liburno objacet. Columbariam ab avium genere dictam Solinus autumat. Veneriam, non Venariam habet Martianus, loc. cit. Ambæ inter Ilvæ et Plumbinum sitæ.

^q *Ilva*] Rutilius in Itiner. lib. I. pag. 309. 'Occurrit Chalybum memorabilis Ilva metallis.' Nunc *Elva* dicitur, contra Plumbinum. Eadem *Albala* cur nuncupata sit, disce ex Stephano. Ilvæ ab Æthalia perperam sejungit Ptolemæus, et mox Ænariam rursum a Pithecusa.

^r *Planasia*] Quam paulo ante Planariam diximus. Sic Capraria eadem quæ Caprasia est. Insula M. Pisonis Planasia a Varrone dicitur, de Re Rust. III. 6.

^s *In Antiano*] Ubi colonia Antium, Astura flumen et insula, ut diximus cap. 9.

^t *Palmaria*] Palmaria hodie *Palmaruola*. Sinonia, *Sanone*, Caietam versus. Ceteris major Pontia, *Isola di Ponza*: universæ fere communi vo-

mias Pontiae. In Puteolano autem sinu Pandataria,^s Prochyta,^v non ab Aeneae^w nutrice, sed quia profusa^x ab Aenaria⁹ erat. Aenaria ipsa a statione^y navium Aeneae, Homero^z Inarime dicta, Graecis Pithecusa, non a simiarum^a multitudine¹⁰ (ut aliqui existimavere) sed a figlinis^b doliorum.¹¹ Inter Pausilypum^c et Neapolim Megaris:^d

et Franz. XXXIX. edd. vett. et Gronov.—8 Chiffi. *Pandateria*.—9 'Quidam Aenaria nbiq. scribunt.' Dalec.—10 Margo edd. Dalec. et Gronov. *multitudine*.—11 Ita ex codd. suis Harduin. cum antea legeretur, *doliariorum*.—

NOTÆ

cabulo Pontiae appellatae. Unica Straboni *Ποντία*, lib. II. p. 123. Pontiae multitudinis numero, Livio lib. IX. pag. 162.

^s *Pandataria*] Straboni, lib. V. pag. 233. *Πανδαρτία*. Nunc S. Mariae. Pandateria Tacito, *Annal.* I. p. 26.

^v *Prochyta*] *Προχύτη* Stephano: etiamnumque *Procita*, contra promontorium Misenum.

^w *Non ab Aeneae*] Ut existimavit Dionys. Halic. *Antiq. Rom.* lib. I. p. 43.

^x *Quia profusa*] Quia motu terrae avulsa, ac veluti in altum projecta ab Aenaria, sen Pithecusa, foret. Strabo lib. V. p. 247. Ex his Plinii verbis Martiannus ridicule Abænariam insulam finxit.

^y *A statione*] Festus quoque: 'Aenaria appellavere locum, ubi Aeneas classem a Trojanis veniens appulit.' —'Plinius non Aeneam cum navibus, sed Aeneae naves duntaxat, quas ille Tithono in Italiam proficiscenti ad transvehendos colonos locaverat vel commodarat, usque ad hanc insulam pervenisse refert, nec ultra progressas ibi substituisse in tutissima statione, donec in Troadem ante Graecorum adventum remigrarent; Tithono interim, (qui missus, non a Laomedonte, ut suspicati nuper in Apologia Homeri sumus, sed a Priamo fratre fuerat, ad transvehendos, quos

diximus, colonos, scilicet valetudine, aetate, vel sexu inutiles bello Trojano sustinendo, quod imminebat a Graecis,) ad Lirim amnem usque ad Circeios naves suas peragente. Naves enim Aeneas, quibuscum in Italiam venire ipse potuisset, easdem agnato suo Tithono potuit in publicam patriae utilitatem commodare: aut si venit ipse ductor navium suarum, id quod minus esse verisimile arbitramur; ante Trojanam certe obsidionem, Homero teste idoneo ac locuplete, Trojam rediit, Tithono in Italia remanente.' *Ed. sec.* Hodie *Ischia*. Vide Notas et Emend. num. 51.

^z *Homero*] In Catalogo Navium, vs. 290. *Εἰν Ἀρμυῖος* unde Virg. *Aeneid.* IX. Ovid. *Met.* XIV. 89. aliique *Inarimen* finxere.

^a *Non a simiarum*] Quas Graeci *πῖθηκους* vocant. Ita nihilominus visum Ovidio, *Met.* IV. 90. Xenagorae et Aeschini apud Harpocrat. p. 168. atque e recentioribus, Salmasio, et Bocharto de *Animal.* III. 31. p. 994. Sane *ἑρμῖος* Hesychio *πῖθηκος* est, hoc est, *simia*.

^b *A figlinis*] Officinis, in quibus dolia fiunt figlina: ἀπὸ τῶν πῖθικων, hoc est, *κεραμέων πῖθων*. A *πῖθος* fit *πῖθακον*, *πῖθηκον*, *πῖθηκός*, *πῖθηκός*σσαι, et *πῖθηκούσαι*, id est, *figlinae*.

^c *Pausilypum*] Hodieque *Posilypo*, in Campania, prisca incolarum Grae-

mox a Surrento octo millibus passuum distantes, Tiberii principis arce nobiles Capreae,^a circuitu XI. M. pass.¹²

XIII. Mox¹ Leucothea: ^a extraque conspectum,^b pelagus Africum attingens, Sardinia, minus octo²⁰ millibus passuum a Corsicae extremis, etiamnum angustias eas arctantibus insulis parvis, quæ Cuniculariæ^d appellantur: itemque^e Phintonis,³ et Fossæ, a quibus fretum ipsum Taphros nominatur.

(VII.) Sardinia ab oriente^f patens, CLXXXVIII. millia passuum: ab occidente, CLXXV.⁴ millia: a meridie, LXXVII.⁵ millia: a septemtrione, CXXV. circuitu DLXV.⁶

12 'Male Mss. Reg. et editio princeps allæque, XL. M. Optime emendavit Cl. Rezzonicus, XI. M. errorem monstrante Josepho Maria Secundo, Caprearum, nunc l'île de Capri, præfecto, in erudita insulæ descriptione.' Brotier.

CAP. XIII. 1 Mox deest in quibusdam ap. Dalec. et Gronov. Deinde, extra quem conspectum codd. Dalec. Chiffi. et Vet. Dalec.—2 Ita Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. minus novem edd. vet. et Gronov.—3 Phitonis Vet. Dalec. Pintonis Tolet.—4 Ita Chiffi. et Tolet. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CLXX. edd. vet. et Gronov. CLXXII. al. ap. Dalec.—5 Ita Chiffi. et edd. Harduini 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. LXXIV. edd. vet. ante Harduin.—6 Ita etiam Chiffi. et edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CXXII. circuitu DLX. edd.

NOTÆ

corum appellatione, ab abigendis curis, tristitiæve cessatione, Πανσλευρον. Mons enim mare prospectans, consitus arboribus, villisque refertus, omnium ejus oræ amœnissimus est: Virgillii quoque cineribus inclytus.

^d Megaris] Μεγαρίς, nunc Castel del Ovo.

^e Capreae] Describuntur eleganter a Tacito, Annal. IV. p. 122. Vide etiam Sueton. in Tiberio, cap. 46. et Dionem lib. LII. p. 495. Nunc Capri.

^a Leucothea] Meminit hujus Mela, II. 7.

^b Extraque conspectum] Sic in altum recedens, ut a continente prospici non possit, nisi ægre admodum. Strabo lib. V. p. 223. Καταπύεται δ' ἀπὸ τῆς πόλεως πόρθωθεν μὲν καὶ μὴ

αὖτις ἡ Σαρδάν, ἐγγυτέρω δὲ ἡ Κύρνος, κ. τ. λ.

^c Minus octo] 'In octavo milliario a Corsica Sardinia est,' inquit Martianus, lib. VI. p. 207. Stadiorum fere LX. intervallum esse ait Strabo, lib. V. p. 223. hoc est, VII. M. D. pass.

^d Cuniculariæ] Hodie sine nomine, scopulis, quam insulis, propiores.

^e Itemque] Id est: Angustiae illæ arctantur, non modo Cuniculariis insulis, sed illa etiam insula, quæ Phintonis, (Ptolemæo, III. 3. Φίντωνος νήσος,) et his quæ Τάφος, seu Fossæ vocantur. Illa nunc Isola di Figo: altera Isola Rossa, Cluverio, de Corsica Antiq. p. 502.

^f Ab oriente] Latere orientali: Hæc Martianus iisdem verbis, lib. VI. cap.

millia: abest ab Africa Caralitana^a promontorio ducenta millia, a Gadibus quatuordecies centena. Habet et a Gorditano^b promontorio duas insulas, quæ vocantur Herculis:ⁱ a Sulcensi,^{7j} Enosin:^k a Caralitana, Ficariam.^l Quidam haud procul ab ea etiam Berelidas^m ponunt, et Collodem, et quam vocant Heras lutra.⁸ Celeberrimi in ea populorum, Ilienses,⁹ⁿ Balari, Corsi. Oppidorum XVIII.^{10o} Sulcitani,^p Valentini,^q Neapolitani,^r Bosenses,^s Caralitani^t

vett. et Gronov. Mox, Calaritano Vet. Dalec.—7 Solcensi vetustissimi codd. ap. Dalec. Sylcensi al. ap. eundem; Sulensi Gronov. Mox, Martianus: a Caralitana, Ficariam, Galatamque.—8 Chiffi. et quam vocant Heralytra; vetustiss. ap. Dalec. et quam vocant Hieraca.—9 Joalenses Vet. Dalec. Jotenses margo edd. Dalec. et Gronov.—10 Ita codd. Hardnini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XIV. edd. vett. et Gronov.—

NOTÆ

de Sardin. p. 207.

^a Caralitana] *Capo Ferrato*, et *Capo di Carbonara*.

^b Et a Gorditano] *Γορδίτανον ἕκρον* Ptolemæo, III. 3. ab occidentali insulæ latere: nunc *Capo di Monte Falcone*, et *Capo di Argentera*. Habet hæc quoque Martianus iisdem verbis, loc. cit.

ⁱ Hercules] *Ἡρακλέους νῆσον* unicam Ptolemæus agnoscit, III. 3. Sunt tamen geminæ: major *Asinara*, sive *Zavara*: minor *Isola piana* dicitur.

^j A Sulcensi] Quod meridionali insulæ latere, vulgo *la Punta dell' Ulga*, nomen olim habuit a Sulcensi oppido, de quo mox.

^k Enosin] *Ἐνωσαν*. Hodie a S. Antiocho nomen habet.

^l Ficariam] *Φικάρια νῆσος* Ptolemæo, loc. cit. Cluverio *Coltellazo*.

^m Berelidas] Vide Notas et Emend. num. 52. Et Beleridas, et *Κολλῶδη*, et *Ἡρας λούτρα*, seu *Junonis thermas*, inter insulas quæ Sardinia adiaceant, ab auctoribus haud satis probatæ fidei afferri, haud obscure prodit ea loquendi formula, 'Quidam ponunt,' &c.

ⁿ Ilienses] *Ἰλιεῖς*, qui Ilio everso huc confugere, Iolao duce, ut Pausanias refert, Phocic. lib. x. p. 639. unde et *Ἰολαεῖοι* a Diodoro appellati, lib. v. Bibl. pag. 296. Ilienses quoque et Mela II. 7. et Livius vocat, lib. xli. p. 523. quibus iste adjuncta Balarorum auxilia scribit. Quare Plinium haud merito Salmasius arguit, in Solin. pag. 29. et 99. quasi Ilienses pro Iolenses dixerit. *Βαλαρῶν* et *Κορσῶν* appellatio unde sit deducta, Pausanias aperit, loc. cit.

^o Oppidorum XVIII.] Ita Mss. omnes. Subintellige, celeberrima.

^p Sulcitani] Stephanus: *Σόλκοι, πόλις ἐν Σαρδοῖ*. Addit a Carthaginensibus conditam. Antonino *Sulci*. Aliis *Sulchi*, *Σουλχοί*. Ubi nunc portus est, cui nomen *Palma di Solo*.

^q Valentini] *Ὀυαλεντίνιοι* Ptolemæo III. 3. ab oppido cognomine, quod perperam in libris editis *Ὀυαλερία* pro *Ὀυαλεντία* scribitur.

^r Neapolitani] Ptolemæo, loc. cit. *Νεαπολίται*, oppidum Aquæ Neapolitanæ, quarum etiam meminit Antoninus sive Æthicus: hodieque *Napoli*.

civium Romanorum, et Noronses.^a Colonia autem una, quæ vocatur Ad turrim^v Libysonis. Sardiniam^w ipsam Timæus Sandaliotin^x appellavit ab effigie soleæ, Myrsilus Ichnusam a similitudine vestigii. Contra Pæstanum sinum Leucasia^y est, a Sirene ibi sepulta appellata. Contra Veliam, Pontia, et Iscia,^z utræque uno nomine Œnotrides;^z argumentum possessæ ab Œnotriis^a Italiæ. Contra Vibonem parvæ, quæ vocantur Ithacesiæ,^b ab Ulyssis specula.^z

XIV. (VIII.) Verum ante omnes claritate Sicilia, Sicania a Thucydide^c dicta, Trinacria^d a pluribus, aut Triquetra,^e

11 *Isacia* margo edd. Dalec. et Gronov. Mox, *utraq̃ue uno nomine* Vet. Dalec.—12 *Ulyssis spectacula* Tolet. ab *Ulyssis spectacula* Chiffi. et Vet. Dalec. *ab* dest in edd. vett. et Gronov.

CAP. XIV. 1 Ita Ed. pr. et Vet. Dalec. *Thucydidi* tertio casu Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Mil-

NOTÆ

^a *Bosenses*] *Bōsa* inter oppida Sardiniae mediterranea, apud Ptolem. loc. cit. nomen retinet.

^v *Caralitani*] Quibus jus civium Roman. concessum. Sive Caralim, seu Calarim legas, perinde est. Mela II. 7. 'Sardiniae urbium antiquissimæ, Caralis et Sulchi.' Livius 'urbem Carales' vocat, lib. XXIII. p. 242. Florus, II. 6. 'urbem urbium Caralin,' quia jam tum, ut hodieque, metropolis insulae fuit: incolis *Carliari*.

^a *Noronses*] Antonino, Nora. *Nōpa* Ptolemæo, meridionali insulae latere. Hodie *Nori*.

^v *Ad turrim*] Nunc *Porto di Torre*. In Notitia Episcop. apud Victorem Vitens. inter Episcopos Sardiniae, 'Felix de Turribus.' Antonino, 'Ad Turrem,' oppidum Sardiniae est. Ptolemæo III. 3. *Πύργος Βίσσωνος πόλις*, pro *Λιβύσωνος*. Nunc ibi creditur esse *Sassari*.

^w *Sardiniam*] Hæc totidem verbis Solinus, cap. 4. p. 18. et Martianus, lib. VI. de Sardinia, p. 207. Prævit auctor libri Mirab. Auscult. p. 1159.

^x *Sandaliotin*] *Σανδαλιώτιν*, et *Ἰχθυόσαν*. Claudianus, de bello Gildon. 'Humanæ speciem plantæ sinuosa figurat Insula: Sardiniam veteres dixerere coloni.' Vide etiam Pausan. Phocic. lib. X. p. 638.

^y *Leucasia*] Apud Strabonem lib. II. p. 123. *Λευκασία*: at sæpius *Λευκωσία*, ut Stephanns habet: et auctor libri Mirab. Auscult. p. 1190. quo nomine Sirenen etiam esse vocitatum diximus, cap. 9. Hodie *la Licosa*, petra verius quam insula. Ab *Æneæ* consobrina ibi defuncta, *Λευκασίαν* nominatam scribit Dionys. Halic. lib. I. p. 43.

^z *Œnotrides*] *Οἰνωτρίδες νῆσοι* Straboni, lib. VI. pag. 252. De Velia diximus cap. 10. et de Pæstano sinu, et de Vibone.

^a *Ab Œnotriis*] Quos in Italia rerum potitos olim Strabo etiam prodidit, pag. 253.

^b *Ithacesiæ*] *Ἰθακησίας*. Memineret Solinus, et Martianus. Nunc *Torricella*, *Praca*, *Bruce*: scopulique alii sine nomine.

^c *Thucydide*] Lib. VI. p. 411.

a triangula specie: circuitu patens, ut auctor est Agrippa,^f DCXVIII. M. pass. quondam^g Brutio agro cohærens, mox interfuso mari avulsa XV. M.^h in longitudinem freto, in latitudinem autem M. D. pass. juxtaⁱ columnam Rhegiam. Ab hoc dehiscendi^j argumento, Rhegium Græci nomen dedere oppido, in margine Italiæ sito. In eo freto est scopulus Scylla: item Charybdis mare vorticosum: ambo clara^j sævitia. Ipsius Triquetra, ut diximus,^k promonto-

ler. Bipont. et Franz.—2 Ita codd. Harduini, Chiffi. et Dalec. XII. M. edd.

NOTE

^d *Trinacria*] Thucyd. loc. cit. Diodoro Bibl. lib. v. p. 286. et aliis.—^e Homero, Od. A. 106. et M. 127. *Θρινάκη νῆσος*, alia longe a Trinacria est. Hæc partim Latina vox est ab adjectivo *trinus*, partim Græca, ex voce *ἄκρα*, *promontorium*. Illa ad quandam prioris similitudinem ficta est, et Solis insula appellatur, quoniam in ea sol perpetuo lucet. Est enim ea insula in Odyssea, ipsum hoc terræ hemisphærium, quod certe semper lucet a sole. In nummis Angusti inscriptis, SICIL. cave putes Siciliam significari. Diana stans vel gradiens pingitur cum arcu et pharetra, quæ effigies ad Siciliam non pertinet. At si Sicilia designaretur, cum symbolo congruentiore scriberetur nomen integrum SICILIA. Primæ sunt ergo eæ totidem vocum literæ, hæc sententia: 'Salus Imperatoris Cæsaris, Italiæ Lætitia est.' Is autem salutis ac valetudini suæ, venatione, quam Diana cum arcu significat, consuebat. *Ed. sec.*

^c *Triquetra*] 'Prædia Triquetra,' hoc est, Sicula, dixit Horatius II. Sat. 6. 55.

^f *Agrippa*] At Posidonius apud Strabonem, lib. vi. pag. 266. habet tantum stadia quater mille et cccc. hoc est, DL. mill. pass. Timosthenes

vero apud Agathemerum, I. 5. stadiis 4746. ambitum Siciliæ definit, hoc est, DCCIII. mill. CCL. pass.

^g *Quondam*] Vide quæ diximus II. 90.

^h *M. D. pass. juxta*] Ita Timosthenes apud Agathem. duodecim stadia patere hoc fretum latitudine prodidit, I. 5.

ⁱ *Ab hoc dehiscendi*] Ita Solinus, cap. 5. pag. 19. *Ἀπὸ τοῦ ῥαγῆναι* Rhegium dictum volunt, quod ibi terra dehiscat interfuso tenni maris euripo. Alii Regium sine aspiratione scribere, quasi Regiam, hoc est, *Βασιλειον*. Strabo, lib. vi. p. 258.

^j *Ambo clara*] De his satis apposite Ovid. Met. vii. 62. 'Quid quod nescio qui mediis concurrere in undis Dicuntur montes? ratibusque inimica Charybdis Nunc sorbere fretum, nunc reddere: cinctaque sævis Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?' —^k At apud Homerum, Odys. M. 61. Scylla et Charybdis petrae sunt duæ fabulosæ, cum scopulis totidem; quibus imaginibus poetice describit adulatorum, discordiæ, et luxuriæ mala. *Ed. sec.*

^k *Ut diximus*] Cap. 10. *Πέλαπος ἄκρα* Ptolemæo, III. 4. Nunc *Capo di Faro*.

rium Pelorus vocatur, adversus Scyllam vergens in Italiam: Pachynum¹ in Græciam, ccccxl. m.⁴ ab eo^m distante Peloponneso: Lilybæumⁿ in Africam clxxx. m. intervallo a Mercurii^o promontorio: et a Caralitano Sardiniae cxc.⁵ m. Inter se autem hæc promontoria ac latera distant his spatiis. Terreno itinere a Peloro Pachynum clxxxvi.⁶ m. pass. Inde Lilybæum, cc. m. inde Pelorum, clxx. m. Coloniarum ibi quinque: ^q urbes ac civitates lxxiii.⁷ A Peloro mare Ionium ora spectante, oppidum Messana civium Romanorum,^r qui Mamertini vocantur. Promontorium Drepanum,^s colonia Tauromenium, quæ antea Naxos,^t

~~~~~

vett. et Gronov.—3 *Pachynus* margo edd. Dalec. et Gronov.—4 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. Miller. Bipont. et Franz. cui lectioni astipulatur et Martianus. *CXLIV. M.* edd. vett. et Gronov.—5 Ita Chiffi. et Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *CXX.* edd. vett. et Gronov.—6 Ita quoque Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *CLXVI.* edd. vett. et Gronov.—7 Ita Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *Coloniæ immunes quinque, civitates LXXIII.* margo edd. Dalec. et Gronov. *Coloniæ ibi*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Pachynum*] Πάχυνος ἕκτα Ptolemæo, nunc *Capo di Passaro*, sive *Passaro*.

<sup>m</sup> *CCCCXL. mill. ab eo*] Vide Notas et Emend. num. 53.

<sup>n</sup> *Lilybæum*] Λιλυβαίων ἕκτα Ptolem. *Capo di Marsala*.

<sup>o</sup> *A Mercurii*] In Africa. De eo, v. 3. Hoc intervallum Timosthenes loc. cit. ait esse fere cc. mill. pass.

<sup>p</sup> *Pachynum CLXXXVI.*] Ita Mss. omnes, Capella, pag. 208. clxxvi. Terreno itinere hæc mensura instituitur, atque adeo brevior insulæ circuitus ex tripliei hoc intervallo colligetur, quam quem Agrippa efficit, ora sinibusque lustratis.

<sup>q</sup> *Coloniarum ibi quinque*] Vide Notas et Emend. num. 54.

<sup>r</sup> *Civium Rom.*] Jure civitatis a Senatu donatum. *Messinae*. Incolis, *Messina Citta nobile*.—Nummi veteres sub Augusto cusi *MESSENION*, Latinis

scripti characteribus, ut se cives Romanos incolæ testarentur, sequæ a Messeniis Peloponnesi discriminarent. Cuniculus in ea nummi parte scriptus, cuniculosam eam fuisse vel esse regionem docet. Fuit hic nummus argenteus apud D. de Boze.<sup>r</sup> *Ed. sec.*

<sup>s</sup> *Drepanum*] Idem quod Ptolem. *Ἀργεννον*: nunc *Capo di S. Alessio*, a proximo S. Alexii castello.

<sup>t</sup> *Antea Naxos*] Solin. cap. 5. p. 19. Etiam Antoninus in Itiner. Tauromenium Naxon vocat. Nempe Naxo excisa, Tauromenium successit, quo deducti sunt Naxii, ut auctor est Diod. Sic. Bibl. lib. xiv. pag. 282. et lib. xvi. pag. 411. Græcis *Ταυρομένιον*. Nunc *Taormina*. Tiberii nummus in Thes. Goltzii, COL. AVG. TAVROMEN. p. 238. Græcus e Musæo nostro Parisiensi, TATPOMENITAN.

flumen Asines: <sup>u</sup> mons Ætna <sup>v</sup> nocturnis mirus incendiis. Crater <sup>w</sup> ejus patet ambitu stad. xx. Favilla <sup>x</sup> Tauromenium et Catinam <sup>8</sup> usque pervenit fervens, fragor vero ad Maronem <sup>y</sup> et Gemellos colles. Scopuli tres <sup>z</sup> Cyclopum, portus Ulyssis, <sup>a</sup> colonia Catina. <sup>9</sup> <sup>b</sup> Flumina: Symæthum, <sup>c</sup> Terasias. Intus Læstrygonii <sup>d</sup> campi. Oppida: Leontini, <sup>e</sup>

urbes ac civitates LXXII. edd. vett. et Gronov.—8 Ita Vet. Dalec. Hardnin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Catanam* Gronov. Mox, *Maroneum* Chiffi. —9 Ita Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Catana* edd.

## NOTE

<sup>u</sup> *Asines*] Ἀσίνων ποταμὸν vocant Thucyd. lib. vii. pag. 554. et Plut. in Nicia, pag. 541. Accolæ, *Cantora*. Hunc cum Aci Dalecampius male confundit.

<sup>v</sup> *Ætna*] *Mont-Gibel*.

<sup>w</sup> *Crater*] Qui in summo vertice aperit se hiatus.

<sup>x</sup> *Favilla*] Ita etiam Strabo, l. vi. p. 269. August. de Civit. iii. 31. aliique.

<sup>y</sup> *Ad Maronem*] In Martyrologio Maurolyci, Maronis pariter montis fit mentio, Gemellorumque collium. Maro nunc *Madonia* dicitur: Gemelli, *Monte di Mele*: utrique uno nomine *Mons Nebrodes* Solino, cap. 5. p. 19. et aliis.

<sup>z</sup> *Scopuli tres*] In ora, citra Catinam. *Li Farigioni*.—<sup>a</sup> Qua parte Sicilia spectat Eurum, Cyclopa Plinius collocat, cum portu Ulyssis, recte: at Homers ad septemtrionem fere; quoniam sic poscit descriptio itinerum Ulyssis in ea fabula. Venisse constabat Ulyssem in Siciliam ex fama publica, atque ibi tunc Cyclopa extitisse. Cetera invenit, immutavit, disposuit vates, ex artis licentia et legibus. Cyclops, Græce Κύκλωψ, non hominem significat, cui lumen sit unicum; sed qui rotundos oculos habet, sive orbiculares. Unoculum Cyclopa finxit Homers, tum ut monstrosior esset; tum quia, si

oculos duos haberet, uno effosso satis ei alter esset ad animadvertendos percussores: id quod fabula prohibebat. Docet enim illa, juste poenas ab eo exigi, qui sacrosancta hospitii jura violet: quod Cyclopi facinus fuisse finxit Homerus. <sup>Ed. sec.</sup>

<sup>a</sup> *Ulyssis*] Nunc *Lognina statione*, prope Catinam.

<sup>b</sup> *Catina*] Sic omnes Mss. Quam Græci Κάτανα, Catinam Latini dixerunt: ut illi Μασσαλία, Massiliam isti. Nummus in Musæo nostro, ΚΑΤΑΝΑΙΩΝ. Nobis *Catane*: incolis *Catania*. In vetere instrumento apud Parutam, p. 14. 'Catana Citta Clarissima.' Colonos eo missos a Romanis auctor est Strabo, lib. vi. p. 268.

<sup>c</sup> *Symæthum*] Σύμαθος Straboni, lib. vi. pag. 272. Hodie *la Jaretta*, ultra Catinam. Τηπας Diodoro in Eclog. p. 868. et Hesychio. Nunc a S. Leonardo nomen sortitur, *Fiume di S. Leonardo*.

<sup>d</sup> *Læstrygonii*] Λαιστρυγόνες appellati, qui Leontinos campos incoluere, οἱ τὸ Λεοντίνων πεδίων οἰκίσαντες, inquit Polybius, in Excerptis, pag. 22. Silius lib. xiv. 'Prima Leontinos vastarunt prælia campos, Regnatam duro quondam Læstrygone terram.'

<sup>e</sup> *Leontini*] In Nummis Musæi nostri, ΛΕΟΝΤΙΝΩΝ. Melæ quoque, ii. 7. *Leontini*. Λεόντιον Ptolemæo, iii.

Megar<sup>1</sup>is: amnis Pantagies,<sup>10</sup> Colonia Syracusæ,<sup>1</sup> cum fonte Arethusa.<sup>1</sup> Quanquam et Temenitis,<sup>1</sup> et Archidemia, et Magæa,<sup>11</sup> et Cyane, et Milichie fontes in Syracusano potantur agro. Portus Naustathmus,<sup>1</sup> flumen Elorum, promontorium Pachynum: a qua fronte<sup>1</sup> Siciliæ flumen Hirminium,<sup>12</sup> oppidum Camarina,<sup>12</sup> fluvius Gelas,<sup>o</sup> oppi-

//////////

vett. et Gronov.—10 *Pantagia* Vet. Dalec.—11 *Archidemia et Margæa* Vet. Dalec. et mox in eodem *Milina fontes in S. ponantur agro*.—12 *Camerina mar-*

### NOTÆ

4. Nunc *Lentini*. In vetere instrumento, apud Parutam, p. 14. *Lentini citta fecondissima*.

<sup>1</sup> *Megar<sup>is</sup>*] In nummis apud Parutam, ΜΕΓΑΡΑ. Et apud Ptolem. Μέγαρη. Stephano *Meyar<sup>is</sup> εν Συκελλ<sup>is</sup>, η πρότερον ΤΒλα*.

<sup>10</sup> *Pantagies*] Vibio Seq. *Pantagias*: Sillio quoque, lib. xiv. Παντάκιος Thucydidi, lib. vi. p. 413. Ptolemæo, Παντάχας. Nunc *Porcaro*.

<sup>1</sup> *Syracusæ*] Incolis *Siracosa citta fedelissima*: nobis *Syracuses*. Coloniam eo deductam ab Augusto, anno U. C. 733. M. Lollio, Q. Lepido Coss. auctor est Dio, lib. lrv. pag. 527. et Strabo, lib. vi. p. 270.

<sup>1</sup> *Arethusa*] Cic. in Verrem, Orat. vi. num. 18. 'In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium: qui fluctu totus operiretur, nisi munimine ac mole lapidum a mari disjunctus esset.' Nunc fons est sine nomine. Falcandus, in Hist. Sic. motu terræ lutulentum hunc fontem ait effectum, multa maris admixtione saporem salsum contraxisse. Vide quæ de eo fonte et Alpheo ante dicturi sumus, xxxi. 30.

<sup>1</sup> *Temenitis*] Vinc. Mirabella, Syracusanus, in erudito opere de patria sua, ait hos hodieque fontes exstare. Temenitum nunc dici *Fonte di Cana-*

*li*, Archidemiam, *Cefalino*, Magæam, *Fontana della Madonna*, Cyanen, *Fonte Ciane*, Milichien, *Μελιχίην*, cuius aqua suavissima, et nomini suo maxime conveniens, *Lampismotta*. De Cyane in primis Ovid. Fast. iv. 469. et Met. v. 412. Vibius Seq. p. 340. lacum vocat.

<sup>1</sup> *Naustathmus*] *Ναυσταθμός*, quæ vox *navium stationem* sonat. Ptolemæo iii. 4. Φοινικοῦς λιμὴν. Nunc *Fontane bianche*, inter Syracusas, et Elorum amnem, cui nomen hodie *Acellaro*: quondam Ἐλῶπος, apud Steph. et Vibium Seq.

<sup>1</sup> *A qua fronte*] Meridionali.

<sup>12</sup> *Hirminium*] Nunc *Maulo*, et *Mauli*, et *Fiume di Ragusa*.

<sup>1</sup> *Camarina*] *Καμαρίνα* Stephano, Virgil. *Æneid*. iii. 'Et fatis nunquam concessa moveri Apparet Camarina procul.' Hodie *Camarana* dicitur, latere Siciliæ meridionali: in nummis apud Parutam, ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΟΝ.

<sup>o</sup> *Gelas*] *Gela* Vibio: accolis *Fiume Salso*: in nummis apud eundem Parutam, ΓΕΛΑΣ.—'Caput virile, cum auribus et dimidio corpore bubulo, docet agricolas, qui flumen illud accolunt, esse perferentes laboris: in aversa autem parte equus, vel eques, vel bigæ pictæ generosos in eo tractu equos esse.' *Ed. sec.*

dum Acragas,<sup>p</sup> quod Agrigentum nostri dixere. Thermæ<sup>q</sup> colonia: amnes, Achates, Mazara, Hypsa.<sup>13</sup> Selinus<sup>r</sup> oppidum. Lilybæum ab eo promontorium, Drepana,<sup>t</sup> mons Eryx.<sup>u</sup> Oppida: Panormum,<sup>14</sup> Solus,<sup>w</sup> Himera<sup>x</sup> cum fluvio, Cephalcedis,<sup>y</sup> Aluntium,<sup>15</sup> Agathyrnum,<sup>a</sup> Tyndaris<sup>b</sup> colonia, oppidum Mylæ,<sup>c</sup> et unde cœpimus, Peloru

go edd. Dalec. et Gronov. Mox, *fluvius Delas* Gronov.—13 Edd. vett. et Gronov. *amnes Atys et Hypsa*; Vet. Dalec. *amnes Acis et Hypsa*. Vid. Not. et Emend. Paulo post, Vet. Dalec. *mox Eryx*.—14 'Ita bene Editio princeps.' Brotier. *Oppida Panhormum* edd. vett. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—15 *Aleuntium* Vet. Dalec. Mox, in quibusdam, *Agathyrsum*, quo pacto et a

## NOTE

. <sup>p</sup> *Acragas*] In nummis Musæi nostri, et apud Parutam, ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ. Hodie *Gergenti*. Incolis, *Agrigento citta magnifica*.

<sup>q</sup> *Thermæ*] Antonino, Aquæ Laro-dæ, ab Agrigento XL. M. P. Nunc sunt eæ prope urbem *Sciaccia*, vel *Xacca*, ut recte Fazellus.

<sup>r</sup> *Achates, Mazara, Hypsa*] 'Αχάτης, nunc *Belice*: qui primus post Thermas occurrit: Μαζάρας, *Mazara*, ad oppidum ejusdem nominis: latere uterque meridionali. 'Τφας, *Marsala*, prope Lilybæum. Vide Notas et Emend. num. 55.

<sup>s</sup> *Selinus*] Σελινούς Græcis, ab *apti*, quod σέλιον vocant, ubertate dictum. Magnæ urbis tenue vestigium extat hodieque in latere insulæ meridionali, vulgo *Terra de li Pulci*, teste Fazello: haud procul Achate fluvio, seu *Belice*. Sed Selinuntis situm verius assignavimus opere nuper in lucem edito, de Nummis Antiquis Populorum et urbium.

<sup>t</sup> *Drepana*] Incolis, *Trapano citta invitta*. Stephano Δρέπανα, Δρέπανον Ptolemæo.

<sup>u</sup> *Eryx*] Vibius Seq. pag. 343. 'Eryx mons Siciliæ.' Solinus, cap. 5. p. 19. 'Eminet Sicilia montibus Ætna et Eryce: Vulcano Ætna sa-

cer est: Eryx Veneri.' Mela quoque, II. 7. 'Montium Eryx maxime memoratus, ob delnubrum Veneris ab Ænea conditum.' Nunc *Monte S. Juliano*.

<sup>v</sup> *Panormum*] Incolis *Palermo citta felice*.

<sup>w</sup> *Solus*] Antonino Soluntum dicitur: ut quod Romanis Hydruntum, Græcis Hydrus fuit. In nummis apud Parutam COΛONTINΩΝ. Nunc *Solunto*.

<sup>x</sup> *Himera*] Schol. Pind. p. 110. Θερμά λοντρά τῆς ἱμέρας πόλεως. Ptolemæo, III. 4. sunt Thermæ Himerenses, Θέρμαι ἱμεραι πόλεις. Coloniam deinde factam, testatur vêtus inscriptio apud Gruter. p. 433. COL. AVG. HIMERÆORVM. THERMIT. Quamobrem, an vocis similitudine deceptus auctor Thermas, de quibus dictum est paulo superius, coloniam falso appellaverit, cum id esset Thermis Himerensibus ascribendum, peritioribus æstimandum relinquo. Nunc oppido nomen *Termini citta splendida*: amni, *Fiume di Termini*.

<sup>y</sup> *Cephalædis*] Κεφαλοῖdis Ptolemæo, loc. cit. Incolis *Cefalù citta plantissima*.

<sup>z</sup> *Aluntium*] 'Αλόντιον Ptolem. loc. cit. Dionys. Halic. lib. I. p. 41. 'A-

Intus, Latinae<sup>d</sup> conditionis, Centuripini,<sup>e</sup> Netini,<sup>f</sup> Segestani,<sup>g</sup> Stipendiarii, Assorini,<sup>h</sup> Ætnenses,<sup>i</sup> Agryni,<sup>j</sup> Acestæi,<sup>k</sup> Acrenses,<sup>l</sup> Bidini,<sup>m</sup> Cetarini, Cacyrini,<sup>n</sup> Drepanitani,<sup>o</sup> Ergetini,<sup>p</sup> Echelienses,<sup>q</sup> Eryciai,<sup>r</sup> Entellini,<sup>s</sup> Etini,<sup>t</sup>

~~~~~

Strabone appellatur.—16 *Nepini* Chiffi. Mox, pro *Segestani* Vet. Dalec. habet *Ægestani*; et paulo post, *Echelienses* pro *Ætnenses*, et pro v. l. *Eacletienses*. —17 *Ædini* Vet. Ita Index habet et Chiffi. Lege: *Netini*, *Edini*, *Getini*, &c.

NOTÆ

λοβντιον. In nummis ΑΑΟΝΤΙΝΩΝ. Fazellus, Decad. i. lib. ix. cap. 4. 'In colle edito et mari prominenti, infra S. Philadelphi oppidum, Aluntium vetusta urbs jacet.' *Alontio*.

^a *Agathyrnum*] Polybio apud Steph. Ἀγθύρνα. Diodoro, lib. v. pag. 991. Ἀγθύρνον ab Agathyrno rege. Livio, lib. xxvii. p. 303. 'Agathyrna.' Ubi nunc S. Marci oppidum, ad amnem cognominem: medio ferme intervallo Panormum inter et Messanam.

^b *Tyndaris*] In nummis ΤΥΝΔΑΡΙΤΑΝ. Ruderibus nomen restat, *Tendaro*. Polybio, lib. i. pag. 85. Τυδαρίς.

^c *Mylæ*] *Milazzo*.

^d *Latina*] Jure veteris Latii donata, de quo dicemus in Notis et Emend. num. 3.

^e *Centuripini*] Oppidum τὰ Κεντροπίνα Straboni lib. vi. p. 272. supra Catinam, juxta Ætnæos montes. In nummis Parutæ, ΚΕΝΤΟΡΙΗΝΩΝ. *Centorbe*.

^f *Netini*] Netinos quoque Tullius vocat in Verr. vii. 85. Oppidum Ptolemæus Νέτινον. Incolis *Noto citta* ingeniosa, prope Pachynum.

^g *Segestani*] A Segesta dicti, vel Egesta, præposita ei litera *S* a Romanis scriptoribus, inquit Festus, ne obsceno nomine appellarentur. In Nummis Parutæ, ΣΕΓΕΣΤΑΙΩΝ et ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ.

^h *Assorini*] Ἀσσωπον urbi nomen

apud Stephan. nunc *Asaro*. Chrysa amne alluitur, nunc *Battaino*. In nummo apud Parutam, ΑΣΟΠΤ. ΧΡΥΣΑΞ.

ⁱ *Ætnenses*] Αἰτνῆ Strabonis, lib. vi. pag. 273. Ptolemæi, Αἰτναι: in montis Ætnæ radicibus olim fuit, stadiis a Catina lxxx. Nummi, ΑΙΤΝΑΙΩΝ.

^j *Agryni*] Agyrium et Agyrinenses apud Cic. Verr. v. 62. In nummis ΑΓΥΡΙΝΑΙΩΝ. Nunc *Argyro*, et *San Filippo d'Argyrene*.

^k *Acestæi*] Ab Acesta, de qua Virgil. Æneid. v. 'Urbem appellabant permissio nomine Acestum.'

^l *Acrenses*] Ἀκραῖοι Stephano. Oppidum *Acras* Antoninus, et Thucyd. lib. vi. p. 414. Ptolemæus Ἀκραλίας vocat. Hujus extare vestigia, xxiv. mill. pass. a Syracusis, ubi nunc Cœnobium est S. Mariæ de Jesu, auctor est Fazellus, Decad. i. lib. x.

^m *Bidini*] Cic. Verr. iv. 54. 'Bidis oppidum est tenue sane non longe a Syracusis.' Incolæ Βιδῖνοι Stephano. Superest modo templum, S. *Giovanni di Bidini*, teste Cluverio, Sicil. Antiquit. ii. 10.

ⁿ *Cetarini*, *Cacyrini*] Κηραπλα et Κάκυρον, duo Siciliæ oppida, apud Ptolem. iii. 4. Illud in mediterraneis, nunc vulgo *Cassaro*, inter Herbessum et Syracusas: illud in ora occidentali.

^o *Drepanitani*] A Drepano proxime antea memorato.

Enguini,^u Gelani,^v Galatani,^w Halesini,^x Hennenses,^y Hy-

NOTÆ

^p *Ergetini*] *Ἐργέτιον* Philisto apud Stephan. Ptolemæo, addito, ut sæpe alias, sibilo, *Σεργέτιον*. Nomen ruderebus *Citadella*, ad Chrysam amnem.

^q *Echthlienses*] Ab *Ἐχέλλα* oppido, nunc *Ochula*, Leontinos inter, et Camarinam. Vide Notas et Emend. num. 56.

^r *Erycini*] In Eryce monte visuntur ingentes oppidi ruinæ, teste Fazello, Decad. 1. lib. x. Ei nomen fuit ab ipso colle cui insidebat. In Nummis apud Parutam, *ΕΡΥΚΕΙΝΩΝ*. Steph. *Ἐρυκίνοι*.

^s *Entellini*] *Entellæ* rudera ad Crimism amnem, qui Panormitanum agrum rigat. Stephano, *Ἐντελλίνοι*. Oppidum *Ἐντελλα* Diodoro lib. xvi. pag. 461.

^t *Etini*] Mss. *Edini*.

^u *Enguini*] De his sæpius Cicero in Verr. *Ἐγγύιον*, oppidum: incolæ *Ἐγγύιοι*, Stephano. Diodorus Sic. lib. v. abfuisse ab Agyro patria sua, stadiis centum ait.

^v *Gelani*] Idem Gelenses Ciceroni in Verr. vi. 73. *Γελῶσι* Pansaniæ, lib. vi. pag. 389. aliisque dicti. In nummis ΓΕΛΑ, quod oppidi nomen est Scylaci in Periplo, pag. 4. nunc *Alicata*.

^w *Galatani*] Qui Ciceroni passim *Calatini*, Verr. v. 101. &c. Diodoro Sic. Bibl. lib. xii. pag. 89. *Καλατῖνοι*. Oppidum Antonino, *Galeate*. Nunc *Galati*.

^x *Halesini*] Antonino, *Aleæ*: in Tab. Peutling. *Halesa*. *Ἀλέσα πόλις*, Diodoro Bibl. lib. xiv. p. 246.

^y *Hennenses*] Ab Enna urbe, quæ Proserpinæ et Cereri sacra. Vocem hanc Latini sæpius aspirarunt: non item Græci, quibus *Ἐννα* scribitur. Sic nos Hannonem dicimus, Græci

Ἀννῶνα. Apud Jul. Firmic. lib. de Errore Prof. Relig. pag. 24. 'Ceres Hennensis mulier.' Hodie *Castro Giovanni*, *citta inespugnabile*.—'Cave credas cum Spanhemio, p. 906. prioris editionis, huc pertinere nummum inscriptum, non ut ipse refert, *MVN. HENNÆ*, sed *MVN. HENNA*: qui est ex ære magno in Thesaurio Regio. Sententia enim est, '*MVNUS* Hadriano Edidere Nocturnum Narbonenses Augures.' Priore parte caput muliebre velatum exhibet, cum emicante e sinu face. Latere dextro, *M. CÆSTIVS*, Triumvir Monetalis sinistro, *MVN. HENNA*. .X). Jupiter in quadrigis cælum petentibus feminam eo defert, quæ facem tenet: supra *MVN. HENNA*. '*MVNUS*' ut diximus, '*Hadriano nocturnum*' editum ab Auguribus Narbonensibus, in funere Sabinæ conjugis, cæjus hic vultus est, non Cereris, ut quidam censuere. Fax noctis symbolum est. Et Sabinam Jupiter rapit, non Pluto Proserpinam; cum et cælum quadrigis petat, et facem (ut in anteriore parte) deferat, quæ Proserpinæ non convenit: sed ludos honori Sabinæ noctu editos in utraque nummi parte significat. Non in Sicilia, sed Narbone fuit Cæstia gens: ut L. CÆSTIVS sub Cæsare. Nam id patet ex nummo inscripto, *PLÆT. CÆST*. Fuere Hennenses in Sicilia conditionis liberæ, ut ait Plinius hoc loco: idcirco nullos li nummos eudebant honori Augustorum: sicut nec ullos in Hispania videmus, postquam 'universæ Hispaniæ Vespasianus Imperator Augustus, jactatus procellis Reipublicæ, Latii jus tribuit,' ut Plinius ait hoc libro, cap. 4. '*Munus*' hic ludus gladiatorius est, ut apud Plinium xxxiii. 15. 'Cæsar, qui postea Dictator fuit, primus in

blenses,^a Herbitenses,^a Herbessenses,^b Herbulenses,^c Halicyenses,^d Hadranitani,^e Imacarenses,^{1 f} Ichanenses,^g Jetenses,^h Mutustratini,ⁱ Magellini,^j Murgentini,^k Mutycenses,^l

Dalec.—18 'Lego *Hyccarenses*, ab oppido Hyccaro; unde autem nomen hoc acceperit vide apud Athenæum sub finem lib. vii.' *Idem*. Vir doctus in Obs. Misc. tom. v. parte 3. p. 104. legit *Hemicarenses*. Mox, pro *Jetenses* Vet. Dalec. *Letenses*; et pro *Mutustratini*, idem codex habet *Mytistratini*; Chiffi. *Mutustrani*. Paulo post, add. vett. ante Harduin. *Mutyenses*; Chiffi. vero, *Mutycenses*; et sic Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Deinde pro *Tyracinenenses* (Gr. *Τυρακίνας*) Ed. pr. *Triracinenses*; edd. recentt. *Tiracien-*

NOTÆ

Ædilitate, munere patris funebri, omni apparatu arenæ argenteo usus est; ferasque incessivere tum primum noxii.' Et in nummo ex ære maximo, in Thesauro Regio, sub Juliano, ut videtur, scriptum est, REPARATIO MŪNERIS FELICITER: ubi gladiator aprum insurgentem hasta transfodit.' Ed. sec.

^a *Hyblenses*] Præter ceteras urbes ejus nominis, fuit in Sicilia Hybla major, in Catinensiam agro, cujus incolæ 'Ἰβλαῖοι apud Stephan. nunc *Paderno*, ut quidem Cluverio videtur, Sicil. ii. 8. In nummis apud Parutam, ΤΒΑΑΣ ΜΕΓΑΛΑΣ.

^b *Herbitenses*] 'Ερβιταῖοι Stephano, et Diodoro Sic. lib. xiv. pag. 296. Gens Ciceroni in Verr. iv. et v. sæpius memorata. Oppidum id esse hodie creditur, quod *Nicosia* citra constantissima Sicili vocant.

^c *Herbessenses*] Herbessum Livijs inter Syracusas et Leontinum agrum collocat, lib. xxiv. p. 265. ubi nunc Cryptæ, *Le Grotte*, ut quidem Fazellus existimat, decad. i. lib. x.

^d *Herbulenses*] Forte *Harbelenses*. Nam Stephano urbs Siciliæ 'Αρβέλη, ex Philisto, Rerum Sicular. lib. vii.

^e *Halicyenses*] Sic appellantur a Cicer. Verr. iv. 68. 'Αλικυαῖοι, a Thucyd. lib. vii. p. 611. Inter Entellam et Lilybæum 'Αλικυαῖα a Stephano collocantur. Nunc *Saleme*, oppidum

haud ignobile, antiquum illud nomen refert vulgari sermone: *sal* quippe Græcis ἅλς dicitur: unde ἅλικος, salus.

^f *Hadranitani*] Diodor. lib. xiv. p. 265. 'Αδρανόν. Silio, *Hadranum*. In Nummis ΑΔΡΑΝΙΤΑΝ, apud Parutam. Nunc *Aderno*.

^g *Imacarenses*] Ager Imacarensis, Cicer. Verr. v. 47. ab 'Ιμαχάρα Ptolemæi, in oppidis Siciliæ mediterraneis. Vide Notas et Emend. num. 57.

^h *Ichanenses*] 'Ιχάρα urbs est Siciliæ, apud Steph.

ⁱ *Jetenses*] Ex Philisto Stephanus Siciliæ urbem 'Ιερὰς vocat, incolæ 'Ιεραῖους. Nunc *Iato* dici, supra Entellam, auctor est Fazellus. In Nummis apud Parutam, ΙΑΕΤΙΝΩΝ. Diodoro, in Eclog. p. 876. 'Ιερῶνοι.

^j *Mutustratini*] Μυττρίστρατον oppido ei nomen est apud Polyb. lib. i. p. 34. 'Αμύστρατος apud Steph. Μύστρατον apud Diod. Sic. in Eclog. p. 876. Nunc *Mistretta*.

^k *Magellini*] Magellæ oppidi Siculi mentio apud Livium, lib. xxvi. p. 287. Μάγελλαν κόμην vocat Diodorus, in Eclog. p. 875. πόλιν Polyb. lib. i. 233.

^l *Murgentini*] Ager Murgentinus, Cic. Verr. v. 47. Hos cum Magellinis defecisse ad Pœnos auctor est Livius, loc. cit. Stephano, Μοργεντιῖνοι.

Menanini,^m Naxii,^a Noæni,^o Petrini,^p Paropini,^q Phtinthienses,^r Semellitani,^s Scherini,^t Selinuntii,^u Symæthii, Talarenses,^v Tissinenses,^w Triocalini,^x Tyracinenses,^y Zanclei^z Messeniorum in Siculo freto.

Insulæ¹⁹ sunt in Africam versæ: Gaulos,^a Melita^b a Ca-

ses.—19 Vet. Dalec. Messeniorum. Horum in Siculo freto insulæ.—20 Chiff. a

NOTÆ

Urbs Thucyd. lib. iv. p. 295. *Μοργανών*. Et in nummis MOPPAN.

¹ *Mutycenses*] Ita Mss. omnes, et Parm. edit. Cicero quoque, Verr. v. 101. ab urbe mediterranea Siciliæ, *Μόρυκα* Ptolemæo, III. 4. nunc *Μοδικα*, inter Pachynum et Syracusas. Diversa videtur ab ea *Μορόη* fuisse, de qua Thucyd. lib. vi. p. 412. et Diod. lib. xi. p. 69.

^m *Menanini*] In nummis apud Parutam, MENANINON et MHNANINON. Ciceroni Verr. v. 102. *Meneni*. Hodie *Meneo*.

^a *Naxii*] Quorum oppidum Pausaniæ ævo plane excisum ac deletum, ut ipse testatur Eliac. lib. vi. postr. p. 367. et 368.

^o *Noæni*] Stephano, Suidæ, Phavorino, *Nôai* urbs Siciliæ est: incolæ *Noaioi*. Hodie *Noara*.

^p *Petrini*] Urbs *Πέρπα* Ptolemæo, in mediterraneis Siciliæ oppidis. Petrinus habet Antoninus in itinere ab Agrigento Lilybæum: aquas fortasse, juxta id oppidum. *Πετρίνοι* quoque Diodoro memorati in Eclog. p. 876.

^q *Paropini*] *Πάρωπος* juxta Thermas Himerenses a Polybio statuitur, lib. i. Nunc *Colisano*, ut quidem Fazellus existimat.

^r *Phtinthienses*] Ptolemæo, in mediterraneis Siciliæ oppidis, *Φθινθία*. Etiam in Sicilia *Φωρὶδδα* Diodorus agnoscit, Eclog. p. 880. sed in littore posita. In Nummis *ΦINTIA*.

^s *Semellitani*] An *Sementiani*? nam *Σμέντειον* Siciliæ oppidum, καὶ *Μορ- Delph. et Var. Clas.*

γερτίον, legere memini apud Diod. Sic. Bibl. lib. xiv. p. 297.

^t *Scherini*] *Σχῆρα* oppido nomen fuit, apud Ptolem. Apud Cic. Verr. v. 103. 'Acherini' pro *Scherini*.

^u *Selinuntii*, &c.] Hi ab oppido Selinunte, de quo supra, nomen habuere. Symæthii, qui 'Symæthia circum flumina,' ut Maro canit Æneid. ix. quo de amne jam diximus.

^v *Talarenses*] Vel Talarientes, ab oppido *Ταλαρία*, de quo Steph. in Syracusanorum agro. Apud Diodor. in Eclog. p. 875. 'Λαρόν' credo mendose pro *Ταλαρόν*.

^w *Tissinenses*] *Τίσσα* Ptolemæo, lib. III. *Τίσσα* Stephano, nunc *Randazzo* in Ætnæ radicibus. Cluver. Sicil. antiq. II. 6. Incolæ Tissenses, Ciceroni Verr. v. 'A Tissensibus, præparva, et tenui civitate, et aratoribus laboriosissimis, frugalissimisque hominibus.'

^x *Triocalini*] Oppidum *Τριόκαλα*, ex Diod. in Eclog. p. 913. *Τριόκλα* Ptolemæo, III. 4. Cicer. Verr. VII. 10. Tricalinum. In nummis apud Parutam, *ΤΡΙΑΚΑΛΑ*. Nunc *Troccoli*.

^y *Tyracinenses*] Vide Notas et Emend. num. 58.

^z *Zanclei*] Urbs oilm *Ζάγκλη* fuit, inquit Herod. lib. VII. p. 438. quæ deinde nomen in Messanam mutavit: a Messeniis Peloponnesiis condita.

^a *Gaulos*] Scylaci p. 48. ceterisque, *Γαῦλος*. Nunc Gozo. *PLEBS GAVLITANA*, apud Gruter. p. 415.

^b *Melita*] *Μαλτε*. De ejus interval-

Plinius.

2 S

merina LXXXIV.²⁰ M. pass. a Lilybæo, CXIII. Cosyra,^c Hieronesos, Cæne,^d Galata,^e Lopadusa, Æthusa, quam alii Ægusam scripserunt: Bucinna:^{21 f} et a Solunte LXXV. M. Osteodes:^g contraque Paropinos Ustica. Citra vero^h Siciliam ex adverso Metauri amnis, XXV. millibus²² ferme pass. ab Italia, VII. Æoliæ appellatæ. Eadem Liparæorum, et Hephæstiades a Græcis, a nostris Vulcaniæ:²³ Æoliæ, quod Æolus Iliacis temporibus ibi regnavit.²⁴

(IX.) Liparaⁱ cum civium Rom. oppido dicta a Liparo rege, qui successit Æolo:^j antea Melogonis,²⁵ vel Meligunis,^k vocitata: abest XXV.^l M. pass. ab Italia, ipsa circuitu

Camerina LXXXVII.—21 Vet. Dalec. post *Bucinna* addit *Ætnæ*. Mox, et a *Selinsite* margo edd. Dalec. et Gronov. LXXV. M. *Osteodes* Chiffi.—22 Ita codd. Harduini, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XV. *millibus* Chiffi. XII. *millibus* edd. vett. et Gronov.—23 Ita codd. Harduini, et margo edd. Dalec. et Gronov. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Vulcani* edd. vett. et Gronov.—24 Ita codd. Harduin. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ibi regnabat* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. et Gronov.—25 *Miloginis* Chiffi. et mox in eodem, *abest XV. M. pass.* Gronov. et edd. vett. *abest XII. M. pass.* Deinde, pro *paulo minori*, Chiffi. et Vet. Dalec. *quæque*.

NOTÆ

lo a *Camerina* Siciliæ oppido subscribit Martianus, lib. vi. p. 208.

^c *Cosyra*, &c.] *Κόσυρα* Stephano: de ea dicemus, v. 7. medio intervallo ponitur *Lilybæum* inter et *Africæ Clupeam*, a Strabone, lib. vi. p. 277. Nunc *Pantalarea*.

^d *Hieronisos*, *Cæne*] *Ἱερώνησος*, *Καινὴ*. Vide Notas et Emend. num. 59.

^e *Galata*] Hæc priscum nomen retinet. Ptolemæo, iv. 3. *Καλάβη*: altera *Λοπαδοῦσα*, *Λαμπὰς* Scylaci, p. 48. nunc *Lampedosa*. *Αἰθουσα* eidem Ptolemæo, nunc *Limosa*: idem *Ægusam* ab *Æthusa* diversam insulam facit, quæ ei hallucinatio frequens admodum est.

^f *Bucinna*] Hæc Ptolemæi iii. 4. *Φορβαντία* creditur. Italis *Levezo* et *Levenzo*. Stephano: *Βούκωνα*, *πόλις Σικελίας*: aut falso, aut Siculæ ditionis

urbem et insulam dicere voluit.

^g *Osteodes*, &c.] *Ὀστεώδης* pariter et *Ὀδορικά* a Ptolemæo memorantur, inter insulas eas, quæ Siciliæ adjacent. De hac Horatius quoque, l. Od. 17. locutus a Bocharto creditur: sed perperam: cum de parte aliqua agri Sabini ibi sermo sit.

^h *Citra vero*] Hæc iisdem verbis Martianus, lib. vi. p. 208.

ⁱ *Lipara*] Nomen servat, *Lipari*.

^j *Qui successit Æolo*] Ita libri omnes: at rectius, credo, cum Solino, cap. 6. p. 21. *cui successit Æolus*, ex Diodoro Sic. Bibl. lib. v. p. 291.

^k *Meligunis*] *Μελίγωνις*, a mellis, ut apparet, felice proventu. Vide Noias et Emend. num. 60.

^l *Abest XXV.*] Ita Solinus, et Martianus, loc. cit.

paulo minor. Inter hanc et Siciliam altera, antea Therasia appellata, nunc Hiera: quia sacra^m Vulcano est, colle in ea nocturnas evomente flammæ. Tertia Strongyle,^a a Lipara^o m. pass. ad exortum Solis vergens, in qua regnavit Æolus, quæ a Lipara liquidiore flamma tantum differt: e cujus fumo, quinam flaturi sint venti, in triduum^p prædicere incolæ traduntur: unde ventos Æolo paruisse existimatum. Quarta Didyme,^q minor quam Lipara. Quinta Ericusa. Sexta Phœnicusa, pabulo proximarum relicta: Novissima eademque minima, Evonymos.^r Hactenus de primo Europæ sinu.

xv. (x.) A Locris^a Italiæ frons incipit, Magna Græcia appellata, in tres sinus^{1b} recedens Ausonii^c maris; quo-

CAP. XV. 1 Chiff. in *trois sinus*.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. item edd.

NOTE

^m Quia sacra] Ἱερὰν Ἡφαίστου vocat Strabo, lib. vi. p. 275. Ptolemæus pro more in duas distrahit insulas, Ἱερὰν et Ἡφαίστου νῆσον. Hodie *Vulcano* nuncupant. Vide Notas et Emend. num. 61.

^a Strongyle] Στρογγύλη, quod ei nomen a rotunditate factum, ut Strabo admonet, p. 276. Nunc *Strongoli*, et *Stromboli*.

^o A Lipara] Hæc iisdem verbis Strabo, loc. cit.

^p In triduum] Quis tertio post die ventus spiraturus sit. Strabo, loc. cit.

^q Didyme] Διδύμη, quasi gemella. Hodie *le Saline*. Ἐρικοῦσσα, inquit Strabo, loc. cit. et Φαινικοῦσσα, ab erice et palma nomen habent, pabulis pecoris proximarum insularum adiectæ: nunc *Alieur* et *Felicur* appellatæ.

^r Evonymos] Ἐβόνυμος, hoc est, sinistra, quod a Lipara in Siciliam navigantibus maxime est ad lævam. Auctor Strabo, loc. cit. Hodie *Lisca Bianca*.

^a A Locris] Unde cap. 10. ad describendas insulas deflexit oratio, Italia paulisper relicta. Nunc eo redit. Pertinent vero hæc ad tertiam Italiæ regionem. Festus: 'Major Græcia dicta est Italia, hoc est, Italiæ pars, quod eam Siculi quondam obtinuerunt: vel quod in ea multæ magnæque civitates fuerunt ex Græcia profectæ.' Magna porro, seu major dicta videtur, ob maiorem soli ubertatem.—'Magna Græcia, inquit Plinius, hæc Italiæ pars ab his est appellata, a quibus et Hellas dicta Græcia est. 'Hellas,' inquit iv. 11. 'nostris Græcia appellata.' Hæc igitur Italiæ pars, quæ et Græce loqueretur, et amplitudine Helladem longe superaret; (nam Hellas Atticam duntaxat, Bæotiam, Locros, Doridem, et Argos Pelasgicum complectebatur, quas regiones Plinius describit, l. c. cap. 11. 12. 13. 14.) idcirco Magna Græcia a Romanis est appellata. Vide annotationes nostras in xxv. 95.' Ed. sec.

^b In tres sinus] Primus Locros cir-

niam Ausones tenuere primi : patet octoginta sex ^d M. pass.² ut auctor est Varro. Plerique LXXV.³ M. fecere. In ea ora flumina innumera, sed memoratu digna a Locris Sagra,^e et vestigia oppidi Caulonis,^f Mystia,^g Consilinum^h castrum, Cocinthus, quod esse longissimum Italiæ promontorium aliqui existimant. Dein sinus Scyllaceus : et Scyllacium,ⁱ

~~~~~

Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. patet octoginta duo edd. vett. et Gronov.—3 Plerique LXXII. edd. vett. ante Harduin. qui ex codd. suis re-

#### NOTÆ

cumdat: alter est Scyllacius: tertius Tarentinus. Ita Mela, II. 4. p. 37.

<sup>e</sup> Ausonii] Sic mare id vocatur quod a Sicilia ad Salentinus pertinet, ut dictum est cap. 10.—'In hanc Italiæ partem, non in Latium, duce Tithono Priami fratre, non Ænea, nec profugi, sed missi venere primum coloni e Troja, ante ipsum bellum Trojanum. Sic Virg. Georg. II. 385. 'Necnon Ausonii, Troja gens missa, coloni.' Et III. 46. 'Mox tamen ardentis accingar dicere pugnas Cæsaris, et nomen fama tot ferre per annos, Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.' Hoc est, per annos innumeros. Nam prima origo Tithoni longe supra atavum Dardanum fuit, qui Jovis filius, Διογενής, hoc est, vir nobilis fuit, at stirpis ignotæ. Sed venere postea Ausones in Latium, ut dictum est supra, cap. 9. Quæ causa est, quamobrem hic Tithoni, et alibi Laomedontis, qui pater Tithoni fuit, veluti parentum coloniæ, ex qua prodire Romani, mentio fiat a Virgilio.' Ed. sec.

<sup>d</sup> Patet octoginta sex] Ita Mss. et Martianus, lib. VI. p. 208.

<sup>e</sup> A Locris Sagra] Digna memoratu Sagra, genere femineo, etsi id nomen amnis est. Strabo ita recte dici monet, lib. VI. p. 261. Μετὰ δὲ Λοκρούς, Σάγρας, ὃν θαλυκῶς ὀνομάζου-

σιν, κ. τ. λ. At Cic. de Nat. Deor. lib. II. 'Cum ad fluvium Sagram Crotonitas Locri maximo prælio devicissent.' Et lib. III. 'De Sagra Græcorum etiam vulgare proverbium, cum quæ affirmant, certiora esse dicunt, quam illa quæ apud Sagram.' Nunc Sagriano.

<sup>f</sup> Caulonis] Καυλωνίαν vocat Diod. Sic. Bibl. lib. XIV. p. 315. Idem p. 316. a Dionysio Syracusano deletam prodit. Virgil. Æneid. III. 553. 'Caulonisque arces, et navifragum Scyllaceum.' Nunc est Castel Vetere, in ulterioris Calabriæ peninsula.

<sup>g</sup> Mystia] Mystia Mela Pomponio, II. 4. Nunc Monasteraci, vel, ut alii efferunt, Monte Araci.

<sup>h</sup> Consilinum] De eo multa Cassiod. Variar. VIII. 33. Nunc Stylo, unde Cocinthus promontorio nomen, Capo di Stylo.

<sup>i</sup> Scyllacium] Subintellige, oppidum. Iisdem verbis Strabo, lib. VI. pag. 261. Σκυλλᾶριον ἑποικίος Ἀθηναίων, τὸν δὲ Σκυλλᾶριον καλεῖται. Nunc Squillace, in medio fere sinu, cui suum nomen impertit, Golfo di Squillace. Cave porro Scyllæum cum Scyllaceo confundas: Fuit Scyllæum in Vibonensi sinu, ut diximus cap. 10. in Calabriæ ulterioris occidentali: in orientali Scyllaceum in sinu cognomine, qui Tarentino est proximus: ut recte Maro cecinit, loc. cit. 'Hinc sinus

Scylletium Atheniensibus,<sup>4</sup> cum conderent, dictum : quem locum occurrens<sup>j</sup> Terinæus sinus peninsulam efficit: et in ea portus,<sup>k</sup> qui vocatur Castra Hannibalis, nusquam angustiore Italia: xx. m. pass.<sup>51</sup> latitudo est. Itaque Dionysius major intercisam<sup>m</sup> eo loco adicere Siciliae voluit. Amnes ibi navigabiles: Carcines,<sup>6n</sup> Crotalus, Semirus, Arocha, Targines. Oppidum intus Petilia: ° mons Clibanus,<sup>7</sup> promontorium Lacinium: <sup>p</sup> cujus ante oram insula x. m. pass. a terra Dioscoron: <sup>q</sup> altera Calypsus, quam Ogygiam ap-

stituit, P. LXXV.—4 Ita ex codd. suis edidit Harduinus, cum antea legeretur: *Dein sinus, et Scylacium, Scylletium Athen.* Pintian. *Deinde sinus Scylacius et Scolagium, Scyllacium ab Atheniens.*—5 Chiffi. XL. M. passuum.—6 Ita Chiffi. alique codd. ap. Harduin. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Carcinos* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *Carcinus* Vet. Dalec.—7 Gronov. *mons Alibanus.*—8 Margo edd.

## NOTE

Herculei, si vera est fama, Tarenti Cernitur: attollit se Diva Lacinia contra, Caulonisque arces, et navifragum Scyllaceum.' In Conc. vi. Œcum. act. 4. 'Petrus Episcopus Scylletiensis Ecclesiæ provinciæ Brutiorum.'

<sup>j</sup> *Occurrens*] Ex adverso mari Tyrreno Terinæus sinus terras cum Scyllaceo coarctans in breves angustias, peninsulam efficiunt, Brutiorum olim appellatam, ut diximus cap. 10.

<sup>k</sup> *Et in ea portus*] Martianus, lib. vi. p. 208.

<sup>1</sup> *XX. M. pass.*] Sic Martianus: sic Strabo, lib. vi. p. 255. cum stadia habere ait clx. at non sic Solinus, qui XL. M. pass. cum Chiffi. cod. In Reg. et Colb. 1. 2. 3. XL. M. pass.

<sup>m</sup> *Intercisam*] Non fossa peracta, si Straboni fides, lib. vi. p. 261. sed muro ducto, qui peninsulam a reliqua Italia dirimeret, defenderetque.

<sup>n</sup> *Carcines*] Carcines Scyllacium alluit: Crotalus, nunc *Corace*: Semirus, *Simari*: Arocha, *Crocha*: Targines, *Tacina*: eo plane ordine a Scyllacio versus Lacinium promontorium

in eum sinum influunt. Vide Notas et Emend. num. 62.

° *Petilia*] In Brutis a Livio collocatur, lib. xxix. in fine, p. 352. In Magna Græcia Περηλία Ptolemæo, III. 1. Eadem Straboni lib. vi. p. 254. Lucanorum urbs primaria. In nummo Musæi nostri Parisiensis, ΠΕΤΗΛΙΑΙΩΝ. Est oppidum *Belcastro*, ut Cluverius censuit Sicil. Antiq. i. 6. Non *Strongili*, ut ex monumentis ibi repertis colligit Gualterus, p. 145. Hæc enim citra Crotonem est, et Neæthum amnem, de quibus mox dicitur: Petilia longe ultra in Calabria ulteriore. A Philoctete conditam ait Strabo, et Virgil. Æneid. III. 402. 'Parva Philoctetæ subnixâ Petilia muro.'

<sup>p</sup> *Lacinium*] *Capo delle Colonne*, ut diximus: Clibani montis pars ea quæ maxime prorumpit in mare. Scylaci, p. 5. *Λακύνιον*. Pro *Clibanus* prius *Alibanus* legebatur, cum Mss. *Clibanus* præ se ferant. Sic subsequente proxime sectione, *Aliternia* editi, ubi manu exarati *Cliternia* exhibent.

<sup>q</sup> *Dioscoron*] *Διοσκοῦρων*, hoc est, Castoris et Pollucis. Altera *Καλυ-*

pellasse Homerus<sup>7</sup> existimatur: præterea Tiris, Eranusa,<sup>8</sup> Meloëssa. Ipsum<sup>9</sup> a Caulone abesse LXX. M. pass. prodidit Agrippa.

(XI.) A Lacinio promontorio secundus Europæ<sup>10</sup> sinus incipit, magno ambitu flexus, et Acroceraunio Epiri finitus<sup>10</sup> promontorio, a quo abest LXXV.<sup>11</sup> M. pass. Oppidum Croto,<sup>12</sup> amnis Neæthus.<sup>11</sup> Oppidum Thurii,<sup>12</sup> inter duos amnes Crathin et Sybarin, ubi fuit urbs eodem nomine. Similiter est inter Sirin et Acirin<sup>13</sup> Heraclia,<sup>2</sup> aliquando

~~~~~

Dalec. et Gronov. *præterea tres Sinuessa*.—9 *Ipsam* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *Ipsum* codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—10 Gronov. *finitur*.—11 Vet. Dalec. *Neæthus* et *Crathia*.—12 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Tauri* Chiffi. *Thurium* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—13 *Achria* Vet. Dalec. *Acirin*

NOTÆ

φοῖς, ἐν ᾧ Ὀδυσσεὺς ἔκει παρὰ Καλυφοῖ, inquit Scylax, loc. cit. Neutra hodie apparet.

⁷ *Homerus*] Odyss. H. 244. quem in locum Eustath. Ὀγγίη, ὄνομα τῆς ἡσίου Καλυφούς.— Sic aperte docet Homerus tum alibi, tum Odyss. M. 448. Νῆσον εἰς Ὀγγίην πέλασαν θεοί, ἐνθα Καλυφὸς Νάει ἐπὶ Λόκαμος, δεινὴ θεὸς αἰδέεσσα. At Ogygia insula Homericæ ipsa est habitabilis tellus in hoc hemisphærio, quod Oceano circumcinctum veteres credere; ac propterea insula ea dicitur Oceani umbilicus: θοι τ' ἀμφαλὸς ἐστὶ θαλάσσης, Odyss. A. 50. Atlantis ibi filia Calypso dicitur, illius qui profunda maris pernoctat, et molem sustinet cœli ac terræ, columnis immensæ. Natura ipsa est, qualis in hemisphærio isto apparet, quam Homerus de nomine fœminæ tunc celebratæ vocat: quoniam Natura multa habet, quæ *tegit*, Græcæ καλύπτει. Deinde pro Philosophia ipsa accepit, sive Naturæ studio: et quemadmodum Herodotus Clio et Erato Mnsas, sic ipse Calypso Nympham fecit. Ed. sec.

⁸ *Tiris, Eranusa*] Jacent nunc aquis obrutæ. Vide Notas et Emend. num. 68.

⁹ *Ipsum*] Lacinium promontorium.

¹⁰ *Secundus Europæ*] Tarentinum sinum, et Adriaticum mare complexus.

¹¹ *Abest LXXXV.*] Lacinium scilicet, non oppidum Croto, quod sequitur: siquidem CL. stadiis, hoc est, paulo minus XIX. M. pass. distat a Lacinio Croto, Straboni, lib. VI. p. 262. Ex qua nostra animadversione Martianum ipsum emendabis, lib. VI. p. 309. Pro LXXXV. idem Martianus, LXXXV.

¹² *Croto*] Κρότων Straboni, loc. cit. Nunc *Crotone*, in ostio amnis, quem *Esaro* accolæ vocant.

¹³ *Neæthos*] Νῆαθος Straboni, loc. cit. *Neeto*.

¹⁴ *Thurii*] Θούριοι, et Σύβαρις Stephanò cognita: Scylaci, p. 5. etiam Κρόθις. Nunc amni Sybari nomen *Cochile*, Crathi, *Cræte*: oppida Thurium et Sybaris ex æquo jacent: in Tabulis, *Sibari rovinata*.

¹⁵ *Heraclia*] Ἡράκλεια, cujus navale

Siris vocitata. Flumina: Acalandrum,¹⁴ Casventum: oppidum Metapontum,^b quo tertia Italiæ regio finitur. Mediterranei Brutiorum, Aprustani^c tantum: Lucanorum^d autem, Atenates,^e Bantini,¹⁵ Eburini,⁸ Grumentini,^h Potentini,ⁱ Sontini, Sirini,^j Tergilani, Ursentini, Volcentani,^k quibus Numestrani^l junguntur. Præterea interiisse The-

Chiff. — 14 *Thalandrum* Vet. Dalec. et Chiff. Mox, pro *Casventum*, quod ex codd. suis restituit Harduinus, *Masuentum* exhibent edd. vett. et Gronov. — 15 *Atenates* hinc *Bantini* Vet. Dalec. *Atenates Buxentini* margo edd. Dalec.

NOTÆ

Ἰλίς: amnes alluentes, *Ἀκίρις καὶ Ἰλίς*, Straboni lib. vi. p. 264. nunc *Sino* et *Agri*: ubi oppidum fuit, in Basilicatæ ora, sinque Tarentino, *Torre di S. Basilio*.

^a *Acalandrum*] *Ἀκαλάνδρος*, Straboni, lib. vi. p. 280. Nunc *Salandrella*: Casventum, *Basiente*: ambo e Basilicata regione in sinum Tarentinum influunt.

^b *Metapontum*] *Μεταπόντιον* Straboni, lib. vi. p. 264. a Samnitibus deletum: ibi fuit, ubi nunc *Torre di Mare*, juxta Casventum amnem.

^c *Aprustani*] Quorum oppidum forte *Ἀβύρρον* fuit, quod cum Petilia Magnæ Græciæ Ptolemæus adjudicat, III. 1. nisi id Lucanorum potius fuisse videatur.

^d *Lucanorum*] Qui horum fines olim fuerint, diximus cap. 10.

^e *Atenates*] Ab Atena, Principatus, ut vocant, Citerioris oppido: *Atene*: ad ripam Tanagrii amnis, *Negro*. Frontinus de Colon. p. 90. in Prov. Lucania: 'Præfecturæ, Ulciana, Pæstana, Potentina, Atenas, et Grumentina.'

^f *Bantini*] Bantia Livio, lib. xxvii. p. 309. ubi situm oppidi edocet: 'Itaque in Apuliam,' inquit, 'ex Brutiis reditum, et inter Venusiam Brantiamque, minus trium millium passuum intervallo, Consules binis castris considerant.' Vestigia oppi-

di manent ad locum, *S. Maria de Vanzo*, in Basilicata circa Venusiam: Holsten. p. 282.

⁸ *Eburini*] Quibusdam *Evoli* creditur, quod IV. millibus pass. citra Silarum amnem est. Perperam: cum a Silaro versus Siciliam Lucanus ager incipiat, ut dictum est cap. 10.

^h *Grumentini*] *Γροῦμεντο* Ptolemæo, in mediterraneis Lucanorum oppidis III. 1. et Straboni, lib. vi. p. 264. Nunc *Agromento* ad dextram Aciris fluvii, de quo supra, ut recte Holsten. in Ortel. p. 89.

ⁱ *Potentini*] Potentia *Potenza*, in Basilicata, prope fontes amnis Casventi,

^j *Sirini*] Ab oppido Siri, cnjus navale Heraclia Siris supra dicta fuerit. *Sontini* forte a Sontia, vulgo *Sanza*, inter Policastro et Tanagrum fl. Denique Tergilani videntur ii esse, quorum præfectura Tegenensis, (forte pro *Tergillensis*) dicitur a Frontino, in Lucania, de Colon. p. 90.

^k *Volcentani*] Inter mediterranea Lucaniæ oppida fuere Vulci, *Ὀλλκοί*, Ptolemæo III. 1. ad Silarum amnem: nunc *Bulcino*, et *Bucino*. Hinc Volcentani, qui apud Grater. p. 209. *Volceiani*, et p. 393. *Vulceiani* dicuntur. Livius lib. xxvii. p. 304. Volcentes vocat. Frontino, p. 90. Ulcina præfectura.

^l *Numestrani*] Oppidum his Nu-

bas^m Lucanas Catoⁿ auctor est. Et Pandosiam^o Lucanorum¹⁶ urbem fuisse Theopompus, in qua Alexander^p Epirotes occubuerit.

. xvi. Connectitur secunda regio, amplexa Hirpinos, Calabriam, Apuliam, Salentinos, ccl. m. sinu,^a qui Tarentinus appellatur, ab oppido Laconum,^b in recessu hoc intimo sito, contributa eo maritima colonia quæ ibi fuerat. Abest^c cxxxvi. m. pass. a Lacinio promontorio, adversam ei Calabriam^d in peninsulam emittens. Græci^e Messapiam a duce appellavere; et ante Peucetiam,^f a Peucetio Cœnotri fratre, in Salentino agro. Inter promontoria^g c. m. pass. intersunt: latitudo peninsulæ a Tarento Brundisium terreno itinere xxxv. m. pass.^h patet, multoque brevius a portu Sasina. Oppida per continentem a Tarento, Varia, cui cognomen Apulæ,ⁱ Messapia,^j Aletium.^k In ora vero,

et Gronov.—16 Et Mardaniam Lucanorum Chiff.

. CAP. xvi. 1 *Peucetia* edd. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont: et Franz.—2 *Cœnotri fratre*. In *Salentino agro inter*, &c. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—3 Ita Chiff. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XXXVII. M. pass. edd. vett. et Gronov.—4 Ita Harduini codd. item edd. Harduin. Miller. Bipont. et Franz. *Cessapia* edd.

NOTÆ

mistro. Frontinus Strateg. II. 2. 'Hannibal apud Numistronem contra Marcellum pugnaturus,' &c. Livius quoque lib. xxvii. p. 299.

^m *Thebas*] Quæ Θῆβη Ἰταλίας Stephan.

ⁿ *Cato*] In libris Originum deperditis.

^o *Pandosiam*] Subintellige, interisse: id enim fuisse istud sonat. Vide Notas et Emend. num. 64.

^p *Alexander*] Epiri rex. Obiit anno U. C. ccccxxxviii.

^a *CCL. M. sinu*] Tot millia passuum, inquit, hic sinus ambitu colligit.

^b *Laconum*] Florus I. 18. p. 36. 'Tarentum' vocat 'Semi-Græcam ex Lacedæmoniis conditoribus civitatem.' Dionys. quoque Perieg. vs.

377. Scymnus, p. 14. Hesychius, verbo Τάπας, a Lacedæmoniis conditum Tarentum producit.

^c *Abest*] Subintellige, Tarentinus sinus,

^d *Calabriam*] Quæ nunc Terra d'Otranto, ab Hydrunte oppido appellatur.

^e *Græci*] Strabo, lib. vi. p. 277.

^f *Peucetiam*] Sic etiam Dionys. Halic. Antiq. Rom. I. p. 9.

^g *Inter promontoria*] Inter ea duo promontoria, quibus sinus Tarentinus clauditur, Lacinium scilicet, et Acraan Japygian, de qua mox.

^h *XXXV. M. pass.*] Strabo itinere unius diei hoc intervallum emensus est, lib. vi. p. 282.

ⁱ *Varia, cui cognomen Apulæ*] Ita libri omnes. Apud Anton. *Varia* (le-

Senum,¹ Callipolis,² quæ nunc est Anxa, LXXV.⁶ M. pass. a Tarento. Inde XXXII. M. promontorium, quod Acran Iapygian^m vocant, quo longissime in maria excurrit Italia. Ab eo Bastaⁿ oppidum et Hydruntum⁷ decem ac novem^p M. pass. ad discrimen^q Ionii et Adriatici maris, qua in Græciam brevissimus transitus, ex adverso Apolloniatum^r oppidum :^s latitudine intercurrentis freti, quinquaginta^a M.

vett. et Gronov.—5 *Senonum Gallipolis* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1696. Leyd. Frankf. Elz. et Gronov.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. LXII. edd. vett. et Gronov.—7 *Ab eo Hasta o. et Hydrus* margo edd. Dalec. et Gronov.—8 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Apollonia oppidum* Vet. Dalec. et Tolet. *Apollonia oppidi* edd. vett. et Gronov.

NOTE

go *Varia*) a Tarento, M. P. LX. Nunc est *Uria*. Varnum, ut quidem reor, Frontinus agrum hunc vocat, quem cum Tarentino jungit, lib. de Colon. pag. 111. pro 'Varinum:' aut potius 'Varium,' ut p. 92.

ⁱ *Messapia*] *Mesagna*, inter Uriam et Brundisium. In Martyrologio, 'Messana Apulie' nuncupatur, 18. April.

^k *Aletium*] Aletium hoc loco nulli Mss. codd. exhibent: omnes pro ea voce, *Sarmadium*. Atque huc forte spectat Armadillus, sive Sarmadillus ager, de quo Frontinus de Colon. pag. 115.

^l *In ora vero, Senum*] Sic Mss. omnes, non, ut hactenus editum, *Senonum*, perinde ac si a Gallis Senonibus, qui nulli unquam in hoc terrarum tractu fuerunt, condita Callipolis foret: quæ Græcos habuit auctores. Mela II. 4. 'Salentina littora,' inquit, 'et nrbs Graia Callipolis.' Ea nunc *Gallipoli* dicitur. At *Senum* quoque oppidi nomen fuit.—In Museo P. Chamillart, nummus didrachmus argenteus virum in equo decurrentem exhibet: infra, KAA. Ex parte altera alium insidentem delphino: infra similiter

KAA. latere dextro, TAPAΣ: Tarenti conditor et dominus: quem et Καλλιπολίται ad oram sinus Tarentini positi colunt. Ad equitis dextrum latus est litera A. sinistro N. 'Ανξα est Καλλιπολίτων, &c. Senum quoque oppidi nomen fuit.' Ed. sec.

^m *Acran Iapygian*] 'Ακρα 'Ιαπωνίαν, ἡ καὶ Σαλентίνην, inquit Ptolemæus III. 1. promontorium Iapygium, sive Salentinum: nunc a vicino oppido, *Capo di S. Maria di Leuca*.

ⁿ *Ab eo Basta*] *Vaste* oppidulum, inter Castrum et Hydruntum.

^o *Hydruntum*] Ptolemæo, loc. cit. 'Ὑδρούς. Nunc *Otranto*.

^p *Decem ac novem*] Ait Bastam oppidum, Hydruntumque ei proximum, distare ab Acra Iapygia XIX. M. P. Vide Notas et Emend. num. 65.

^q *Ad discrimen*] Ubi discriminatur Ionium ab Adriatico mari.

^r *Apolloniatum*] Ita Mss. Reg. Colb. 1. 2. 3. &c. Hoc est, brevissimus transitus ab Hydrunte in Apolloniatum oppidum, quod ex adverso est.

^s *Quinquaginta*] Hoc est, leucearum duodecim. Vide Notas et Emend. num. 66.

non amplius. Hoc intervallum pedestri continuare transitu pontibus jactis⁹ primum Pyrrhus Epiri rex cogitavit :¹⁰ post eum M. Varro, cum classibus Pompeii piratico bello præesset. Utrumque aliæ impedivere¹⁰ curæ. Ab Hydrunte, Soletum¹¹ desertum, dein Fratructium : portus Tarentinus, statio Miltopæ :¹² Lupia,¹³ Balesium,¹⁴ Cælium,¹⁵ Brundisium¹⁶ L. M. passuum ab Hydrunte, inprimis Italiæ portu nobile, ac velut certiore transitu, sic utique longiore,¹⁷ excipiente Illyrica urbe Dyrrhachio CCXXV. M. tractu.¹⁸ Brundisio conterminus Pediculorum¹⁹ ager. Novem adulescentes totidemque virgines ab Illyriis tredecim populos genuere. Pediculorum²⁰ oppida, Rudia,²¹ Egnatia,²² Ba-

nov. Mox, Vet. Dalec. centum M. pass. non amplius.—9 Idem codex, pontibus junctis.—10 Ita codd. Harduin. et Chiffi. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Biont. et Franz. impedire edd. vet. et Gronov. Paulo post, edd. vet. et Gronov. statio militum Lupia; Chiffi. statio militum Pessubia.—11 Edd. vet. et Gronov. sicuti longiore; margo edd. Dalec. et Gronov. sed utique longiore. Mox edd. vet. CCXX. M.—12 Pediculorum Strabo lib. vi. lidem vocantur et Peucetii. Dalec.—13 Rhudia Ptolemæo; Rhoda Stephano.—14 Vet.

NOTÆ

⁹ *Cogitavit*] Futili plane consilio : quod effectum dare nulla ars potuisset, ut recte demonstrat Furnerius noster, in Hydrogr. ii. 18. p. 59.—‘Tamen angustius mare esse, quod Italiam a Græcia dirimit, quam hactenus creditum est, observavit D. Delisle, in Comment. Acad. Reg. Scient. anni 1714. pag. 83. unde ibi concludit, saltem minus debere Pyrrhi regis consilium absurdum videri.’ *Ed. sec.*

¹¹ *Soletum*] Quæ et Salentia : unde Salentini populi, et Salentinus ager, et promontorium Salentinum. Nummi in Thesaur. Goltzii, ΣΑΑΝΤΙΝΩΝ. Nunc quoque *Solito*, supra Hydruntum.

¹² *Statio Miltopæ*] Navium nempe statio. Vide Notas et Emend. num. 67.

¹³ *Lupia*] Λουρία Ptolemæo, inter Hydruntem et Brundisium. Nunc Torre di S. Cataldo. Gruter. p. 374.

COL. LVPIENSIMUM. Apud Frontin. de Colon. p. 111. Lyppiensis ager.

¹⁴ *Balesium*] Oppidum in ora positum, uti et reliqua quæ modo recensentur. Mela ii. 4. ‘In Calabria, Brundisium, Valetium, Lupiæ, Hydrus.’

¹⁵ *Cælium*] Frontino de Colon. pag. 111. Cælinus ager in Calabria. Hinc Cælii appellati, qui a Gargano monte ad Brundisium coluere, inquit Cato, in Excerptis Orig. pag. 136.

¹⁶ *Brundisium*] Ita Mss. Alii Brundisium dicunt. Nobis *Brindea*. De ejus porta Strabo, lib. vi. p. 282.

¹⁷ *CCXXV. M. tractu*] Vide Notas et Emend. num. 68.

¹⁸ *Pediculorum*] Ποδύκλοι a Strabone appellantur, lib. vi. p. 277. Partem li maximam tenere Bariensis agri, Terre de Bari. Horum oppida non in ora modo, sed et in mediterraneo posita carptim perstringuntur.

rium.^c *Amnes*: Iapyx^f a Dædali filio rege, a quo et Iapygia: Pactius, Aufidus^g ex Hirpinis^h montibus Canusium præfluens.

Hinc Apuliaⁱ Dauniorum cognomine, a duce^j Diomedis socero. In qua oppidum Salapia,^k Hannibalis meretricio amore inclutum: Sipontum,^l Uria:^m amnis Cerbalus,ⁿ Dauniorum finis: portus Agasus,^o promontorium^p montis Gargani, a Salentino sive Iapygio CCXXXIV. M. pass. ambitu Gargani:^q portus Garnæ,^r lacus Pantanus.^s Flumen

NOTE

^c *Rudia*] Accepta hæc a Mela II. 4. 'Post Barium, Egnatia, et Ennio cive nobiles Rudia.' Strabo, lib. vi. p. 282. ἐν δὲ τῇ μεσσηνίᾳ Ῥωδαῖον. Ptolem. III. 1. in Salentinorum mediterraneis, Ῥωδία. Citra Brundisium, auctore Plinio, collocandæ. Nunc, ut quidem reor, *Caronigna*.

^d *Egnatia*] Sic Anton. in Itiner. Straboni quoque loc. cit. Ἐγνατία πόλις. Horat. I. Sat. 5. 'Gnatia.' Ignatiam agrum Frontinus vocat, loc. cit. et cum Rodino jungit. Nunc *Terre di Anazzo*, inter Brundisium Bariumque.

^e *Barium*] *Bari*, unde regioni nomen.

^f *Amnes*: Iapyx] Vide Notas et Emend. num. 69.

^g *Aufidus*] Unde Horatius, 'Longe sonantem natus ad Aufidum,' de se ipse prædicat, IV. Od. 9. Nunc *Ofanto*: Capitanatam, ut vocant, a Bariensi agro diæterminat.

^h *Ex Hirpinis*] A gente indigena nomen accepit hæc Apennini portio, prope Compsam.

ⁱ *Hinc Apulia*] Quæ nunc *Capitanata* nuncupatur.

^j *A duce*] Danno. Festus: 'Dannia Apulia appellatur a Danno Ilyricæ gentis claro viro, qui propter domesticam seditionem excedens patria occupavit.' Tætzels in Lycophr. pag. 60. ait eum Imperitasse Danniis, cum Diomedes in Italiam appulit:

hunc Danno adversus hostes tulisse suppetias: filiam Danno fuisse Euhippam nomine, &c.

^k *Salapia*] In decretis Hilari Papæ, 'Palladius Episcopus Ecclesiæ Salapinæ.' Rudera nomen servant, *Salpe*. Ptolem. III. 1. in Apulia Dauniarum ora littorali, Σαλαπῖαι. De Hannibale, quod modo narratur, vide Appian. in Hannibal. p. 338.

^l *Sipontum*] Σιπόντις Ptolem. loc. cit. et Strab. lib. vi. p. 284. *Siponto*. At ex ejus ruinis crevit *Manfredonia*, quod Sipontum novum merito dixeris, haud procul Gargano monte.

^m *Uria*] Huc pertinet, opinor, Uritanus ager, quem cum Robustino, et Genusino, de quibus mox, Frontinus copulat, de Colon. pag. 111. Ptolem. III. 1. Ὑριον, in ora sinus Adriatici, Apuliæ Dauniarum pariter adjudicat.

ⁿ *Cerbalus*] Nunc *Candelaro*: non alter, qui in istum subterraneo meatu influit, et *Cerraro* appellatur.

^o *Agasus*] Nunc *Porto Greco*.

^p *Promontorium*] *Capo Vistice*, ubi longissime mons Garganus excurrit in mare, versus ortum Solis.

^q *Ambitu Gargani*] Gargano monte circumto, qui oram hanc universam ambit.

^r *Garnæ*] Ex περιπλου seu circumnavigationis ordine, apparet esse oppidum *Rodia*, ut recte Holstenius conjecit, pag. 269.

^s *Lacus Pantanus*] Nunc *Lago di*

portuosum Frento,[†] Teanum^² Apulorum: itemque Larinatium Cliternia:^{¹⁴} Tifernus^³ amnis. Inde^² regio Frentana. Ita Apulorum genera tria:^⁷ Teani, duce^² e Graiis: Lucani,^{¹⁴} subacti a Calchante, quæ loca nunc tenent Atinates. Dauniorum præter supra dicta coloniæ, Luceria,^² Venusia.^ᵇ Oppida: Canusium,^ᶜ Arpi,^ᵈ aliquando^ᵉ Argos Hippium Diomede condente, mox Argyrippa dictum. Diomedes ibi delevit gentes Monadorum, Dardorumque, et urbes duas, quæ in proverbii^ᶠ ludicrum vertere,^ᶢ Apinam et Tricam.

Dalec. Teani a duce. Gaces, Lucanii; Pintian. legendum putat: Teani, a duce,

NOTÆ

Lesina, a vicino oppido.

[†] *Frento*] Nunc *Fortore*.

^² *Teanum*] Ad discrimen Teanorum Sidicinorum, de quibus cap. 9. Apuli isti cognominati sunt. Locus nunc *Civitate* dicitur, ad ripam Frentonis amnis, in Capitanata. Frequens mentio Civitatis Episcopi in actis Beneventanæ Ecclesiæ, cui ille suberat. Sic Holsten. p. 279.

^³ *Larinatum Cliternia*] Ut Apulorum, inquit, oppidum in ora fuit, sic Larinatum in mediterraneo quidem Larinum, ut dicitur inferius: in ora Cliternia: nunc *Campo Marino*.

^⁴ *Tifernus*] Permutatis literis apud Ptolem. lib. III. *Τίφρνος*, pro *Τίφρνος*.

^⁵ *Inde*] A Tiferno amne, ut dicitur cap. seq.

^⁷ *Genera tria*] Daunii, Teani, Lucani.

^² *Teani, duce*] Teanum hunc esse appellatum innuit. Teates Apuli et ex Apulia Teanenses, apud Liv. lib. IX. p. 159. Calchantem in his oris aliquando conedisce, etiam ex Strabone colligimus, lib. VI. p. 284.

^² *Luceria*] Hanc quoque Luceriam appellat Livius, lib. IX. p. 156. *Λου-*

κεπλᾶν Strabo, lib. VI. p. 284. *Νουκεπλᾶν* *Ἀπουλῶν* Ptolem. III. 1. Nunc *Lucero delli Pagani*, in Capitanata.

^ᵇ *Venusia*] Horatii vatis natalibus clara. Nunc *Venosa*, in Basilicata: aliquot ultra Aufidum amnem millibus.—^⁴ Hor. II. Sat. I. 84. 'Sequor hunc, Lucanus an Apulus anceps: Nam Venusinus erat finem sub utrumque colonus, Missus ad hoc, pulsus (vetus est ut fama) Sabellia.' *Ed. sec.*—Quando deducti Venusiam coloni, disce ex Velleio, lib. I.

^ᶜ *Canusium*] *Κανούσιον* Ptolem. III. 1. in Apulia Dauniorum, nunc *Canosa*, ad amnem Aufidum.

^ᵈ *Arpi*] Jacet in ruinis, retento tamen nomine *l'Arpi*, in Capitanata, juxta amnem *Candelaro*.

^ᵉ *Aliquando*] Hæc totidem verbis Strabo, lib. VI. p. 283.

^ᶠ *In proverbii*] Erasmus, Chiliad. I. Cent. 2. Adag. 43. 'Tricæ, Apinæ. Tricas et Apinas vulgo res futiles et nugatorias dicebant,' &c. Martial. I. 114. 'Quæcumque lusi juvenis, et puer quondam, Apinasque nostras, quas nec ipse jam novi,' &c.

^ᶢ *Vertere*] Alii, *Venero*.

Cetero intus in secunda regione, Hirpinorum colonia una Beneventum, auspicatus mutato nomine, quæ quondam appellata Maleventum: ^b Ausculani, ¹⁵ Aquiloni, ^j Abellinates ^k cognomine Protropi, Compsani, ¹ Caudini: ^m Ligures, ⁿ qui cognominantur Cornelianii, et qui ¹⁶ Bebiani; Vescellani. Æculani, ¹⁷ Aletrini, Abellinates cognominati Marsi, ^p Atrani, Æcani, ^q Alfellani, ^r Attinates, Arpani, ¹⁸

Varres, &c. Vide Not. Var.—15 Ita codd. Harduini, et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Æculani* edd. vett. et Gronov. Mox *Apellinates* cognomine Chiffi.—16 Vox qui deest in Vet. Dalec.—17 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Deculani* edd. vett. et Gronov.—18 *Hirpini* Livius lib. XXIII.—19 *Herdorienses*

NOTE

^b *Maleventum*] Ita Livius, lib. IX. p. 162. et Stephan. p. 158. In Hirpinis, quorum hodie regio Principatus Ulterior appellatur, *Benevento*. Coloniam Beneventanæ mentio apud Frontin. de Colon. p. 84. et 122.

¹ *Ausculani*] Hinc Ager Ausculinus Frontino, p. 110. Qui deinceps populi ex elementorum serie appellantur, usque ad Vescellanos, Hirpinorum erant: sequuntur deinde qui in Apulis: mox qui Calabrorum: denique, qui Salentinorum fuere. Hos enim omnes regio secunda complexa est, ut dictum est initio cap. hujus.

^j *Aquiloni*] Ab Aquilonia, de qua Livius, lib. X. p. 184. Ptolemæo III. 1. in mediterraneis Hirpinorum, 'Ακουλονία, cum Abellino. Nunc est *la Cedogna*, in Principatu ulteriore, ut ex Itinerariis liquido conficitur.

^k *Abellinates*] 'Αβελλινον in Hirpinis, prope Aquiloniam, apud Ptolem. loc. citat.

¹ *Compsani*] Nunc *Conza*, in eodem Principatu, Ptolemæo, loc. cit. in Lucanis, quibus Hirpini confines fuere.

^m *Caudini*] Caudium oppidum, et Furcæ Caudinæ, ubi interceptus Rom. exercitus, Consules a Samnitibus sub jugum missi. Vide Liv. lib. IX. p.

152. et Florum. I. 16. Caudinum oppidum Beneventanæ coloniam cum suo territorio adjudicatum scribit Frontinus de Colon. p. 84.

ⁿ *Ligures*] Hinc apud Frontinum de Colon. p. 125. 'Ager Liguris Vevianus, et Cornelianus, muro ductus Triumvirali lege.'

^o *Æculani*] Hi deinceps qui nova elementorum serie instituta recensentur, Apuliæ sunt contributi, non Hirpinis. Inscript. Gruter. p. 446. R. P. ÆCLANENSIVM. Frontino, in Apulia, p. 110. Eclanensis ager, eadem lege qua Canusinus. Et p. 91. in Prov. Apulia, 'Ager Æclanensis.' Quare non videtur esse Æculanum Ptolemæi, aut Æclanum Antonini: nec proinde aut *Fricento* Cluverii, aut Holstenii p. 74. *Mirabella*: cum hæc oppida non in Apulis, sed in ipso Hirpinorum umbilico posita sint.

^p *Marsi*] Oppido nomen Abellinum, Maricum cognomine, ut ab altero, quod in Hirpinis fuit, distingueretur: oppidum nunc Episcopale, in confinio Basilicatæ et Principatus Citerioris: 'Marisco vetere.' Frontino de Colon. p. 106. 'Marsus municipium.' Balbo item, p. 318.

^q *Æcani*] In decretis Symmachi

Borcani, Collatini, Corinenses, et nobiles clade Romana Cannenses,¹ Dirini, Forentani,² Genusini,³ Herdonienses,¹⁹ Hyrini,² Larinates, cognomine Frentani,⁷ Merinates,² ex Gargano: Mateolani, Netini,² Rubustini,²⁰ Silvini:² Strabellini, Turmentini, Vibinates,²¹ Venusini,² Ulurtini. Ca-

Vet. Dalec. *Herdonienses* Gronov. et edd. vett.—20 Edd. vett. et Gronov. *Metinates*, ex Gargano *Mateolani*, *Nettini*, *Matini*, *Robustini*. Chiffi. *Neratini*. —21 *Vibarnates* Vet. Dalec. Mox, *Apamestini* deest in eodem codice. Paulo

NOTÆ

Papæ, p. 264. 'Marcianus Æcanien-sis Episcopus.' Gruter. p. 444. REIP. ÆCANORVM. Oppidum, Æcæ, Æthi-co, p. 16. nunc *Troja*, in Capitanata. De hoc oppido vide Holsten. p. 19.

¹ *Alfellani*] Forte *Afilani*, ab Affile oppido, de quo Frontinus de Colon. p. 83.

² *Arpani*] Apud Frontinum, Arpa-nus ager, et Conlatinus, in Prov. Apu-lia, p. 91. Ab Arpis oppido, de quo supra. Vetus Pignorii nummus apud Holsten. p. 280. APIANON.

³ *Cannenses*] Cannæ æternum imperii vulnus: rudera modo, *Canna*, ad ripam Aufidi amnis, quem Roma-norum cæde aiunt ibi decolorem fac-tum. Livius, lib. xxii. p. 223.

⁴ *Forentani*] Ubi nunc *Forenza* in Basilicata, supra Acherontiam, quæ *Ciræna* dicitur.

⁵ *Genusini*] In Provincia Calabriae Genusinus ager, apud Frontin. De Colon. p. 111.

⁶ *Herdonienses*] Ἡρδωνία Ptolemæo, III. 1. in Apulis Dauniis. Erdonias habet Antoninus prope Canusium, M. P. xxvi. Ardonam Frontinus, in Apulia, p. 110. Et nunc *Ardona* di-citur, inter *Cervaro* et *Caropelle* flu-vios.

⁷ *Hyrini*] Ab Uria, ut videtur, op-pido superius memorato: nam id Ἰπύριον Ptolemæus, loc. cit. et Dionys. vs. 380. nuncupant.

⁸ *Frentani*] A Frentone amne, de

quo proxime ante, quem illi acco-luere: unde et urbs primaria Fren-tanorum Larinum dicitur apud Cat-ton. in Excerpt. Orig. p. 136. Nunc *Larina*, in Comitatu Mollisii, confinio-que Capitanatæ.

⁹ *Merinates*] Ad extremum Garga-ni montis promontorium civitas Epis-copalis sita est, vulgo *Vieste* dicta. Crevit ea ex ruinis oppidi Merini, sive Mirini, Episcopali dignitate olim quoque clari. Ita fere Holsten. p. 278. Præpostera interpunctio, non Merinates, sed Mateolanos Gargano in libris ante nos editis affigebat.

¹⁰ *Netini*] A Netio oppido prope Canusium, Herdoniamque. Νήτριον Straboni, lib. vi. p. 282. Nerenti-nos, quos hic libri quidam addunt, expunximus: cum inferius Salentinis, ut sane oportuit, reddantur.

¹¹ *Rubustini*] Ita Mss. non *Robus-tini*. Et certe Rubustinus ager, Fron-tino de Colon. p. 111. A Rubis prope Canusium Antonino, Horatioque, i. Sat. 5. 'Inde Rubos fessi perveni-mus.' Nunc *Ruvo*, in agro Bariensi.

¹² *Silvini*] Ab oppido Apulorum Peucetiorum, quod Strabo lib. vi. p. 283. Ἰχολίον vocat: nunc dicitur ἡ Γοργολιόνη, teste Holsten. in Ortel. p. 178.

¹³ *Vibinates*] Sic veteres Inscript. Holstenio teste. Nunc oppidum *Bovino* dicitur, in Capitanata, inter Trojam et Herdonam, in Samnii

labrorum mediterranei: Ægetini, Apamestini,^f Argentini, Butuntinenses,^g Deciani, Grumbestini,^h Norbanenses, Paltonenses,²² Sturnini,ⁱ Tutini. Salentinorum: ^j Aletini, Basterbini,^k Neretini,^l Valentini,^m Veretini.

XVII. (XII.) Sequitur regio quarta gentium vel fortissimarum ^a Italiæ. In ora, Frentanorum,¹ ^b a Tiferno: flumen Trinium ^c portuosum. Oppida: Histonium,^d Buca, Orto-

post, pro *Grumbestini*, edd. vett. et Gronov. habent *Brumbestini*.—22 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Paltonenses* edd. vett. et Gronov. *Balionenses* margo edd. Dalec. et Gronov. Mox *Stutini* pro *Sturnini* Vet. Dalec. *Aletini*, pro *Aletini*, Chiffi. *Valentini*, pro *Valentini*, Vet. Dalec. *Ulentini* codd. Harduini quinque, unde ille in Notis ad Ed. 1. *Uxentini*; ita quoque Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

CAP. XVII. 1 Vet. Dalec. ora *Frentanorum*.—2 *Murcinorum Teatini* in

NOTE

Apuliæque confinio. Polybius *Ἰβήριον* vocat.

^e *Venusini*] A Venusia superius laudata.

^f *Apamestini*] Vide Notas et Emend. num. 70.

^g *Butuntinenses*] In Tab. Penting. *Butunti*. Frontino de Colon. p. 111. Botontinus ager, in Calabria.

^h *Grumbestini*] Ita plane ordo litterarum exigit: non *Brumbestini*.

ⁱ *Sturnini*] Vel potius detrito sibi, quod adhæsisse huic voci ex anteriore vocabulo videtur, *Turnini*: nam in Calabria mediterraneis oppidis *Τούρνοι* a Ptolemæo nominantur, III. 1. Vide Notas et Emend. num. 71.

^j *Salentinorum*] Subintellige, mediterranei. Quorum primi Aletini, ab Aletio, quod *Ἀλητρίον* Salentinorum mediterraneum oppidum Ptolemæus appellat, III. 1. Incolis vulgo *Leccie*, vel *Lezze*, medio ferme itinere Hydruntum inter et Brundisium.

^k *Basterbini*] Non a Basta superius memorato oppido; id enim littorale fuit; sed ab obscuriore aliquo: a *Βαύοντα* fortassis, quod in Salentinorum oppidis mediterraneis Ptole-

mæus recenset loc. cit.

^l *Neretini*] *Νήριον* Ptolem. in mediterraneis Salentinorum oppidis: hodie *Nardo*.

^m *Valentini* [*Uxentini*] Nunc *Ugento*. Sic Veretini, nunc *S. Maria de Vereto*. Ab oppidis *Οὐβέρρον* et *Οὐβέρρον*, quæ Ptolemæus locat in Salentinorum mediterraneo, hand procul Acra Iapygia, seu Leucarum, ut appellant, Capite. Vide Notas et Emend. num. 72.

^a *Fortissimarum*] Multis adversus Romanos fortitudo est explorata bellis, quæ Florus recitat lib. I. et Strabo lib. V. p. 241.

^b *Frentanorum*] Subintellige, regio, quæ a Tiferno amne ad Aternum porrigitur. Nunc *Abruzzo citeriore* vocant.

^c *Trinium*] Nunc *Trigno*.

^d *Histonium*] In Thes. Goltzii, ΜΥΝΙCΙPΕS. HISTONIENSES. *Ἰστονίων* Ptolem. in Frentanis III. 1. Et apud Frontin. p. 109. *Ἰστονία* colonia, in Samnio. At apud Gruter. pag. 332. HISTONIENSES, bis. Nunc *Guasto di Amone*.

na : ° Aternus ^f amnis. Intus Anxani cognomine ^s Frentani. Carentini ^h supernates, et infernates, Lanuenses : Marruciorum Teatini : ^a ⁱ Pelignorum Corfinienses, ^j Superequani, ^k Sulmonenses : ^l Marsorum ^m Anxantini, ⁿ Atinates, ° Fucen-



eodem codice. Paulo post, *Marsorum Anaxatini* Chiffi. et mox, *Sucentes, Lucentes* Vet. Dalec. *Fucentes, Lucenses* margo edd. Dalec. et Gronov. et codd. Harduini; item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Fucentes*,

NOTE

° *Buca, Ortona*] *Ὀρτων, καὶ Βούκα* Straboni, lib. v. pag. 242. Frentanorum quoque oppida : et *Ὀρτων* quidem *ἐπίγειον* navale : nunc *Ortona a mare*, inter amnes Sagrum et Aternum. *Buca*, cujus et *Mela* meminit II. 4. nunc jacet.

^f *Aternus*] *Ἀτερρος* Straboni loc. cit. Nunc *Pesara*.

^s *Cognomine*] Ut ab *Anxa*, quæ Callipolis in Salentinis, eo cognomine discriminatur. Oppidum *Anxanum*, *Ἀνξάνων* Ptolem. III. 1. in *Frentanis* : nunc *Lanciano*, haud procul ostiis amnis *Sagri*, quem *Sangro* vocant.

^h *Carentini*] In Mss. *Caretini*. Ptolemæus III. 1. *Καρακηνούς*, *Carace-nos*, locat inter *Frentanos* et *Samnitas*.

ⁱ *Teatini*] *Τεαρέα Μαβρουκινῶν μεσόγειος*, Ptolemæo, loc. cit. Frontino, pag. 108. *Teale*, qui *Aternus*, quoniam eo amne alluitur : nunc *Civita di Chieti*.

^j *Corfinienses*] *Κορφίνιον, πόλις Πελλυγῶν μεσόγειος*, Ptolemæo, loc. cit. nunc *Pentina* vicus in Abrutio citiore. Ager *Corfinius* Frontino de *Colon*. pag. 104. Vulgo *Campi de S. Pelino* : *Pelignus* nunc *Valva* dicitur ; et *Episcopus Sulmonensis*, cum subjectum habeat agrum integrum *Pelignorum*, propterea *Valvensis Episcopus* appellatur.

^k *Superequani*] Frontino, p. 170. *Superequum* ; et *Balbo*, p. 318. *Colonia Superequana*. Nunc *Castel Vec-*

chio Subequo, haud procul *Aterno* amne, ut recte *Holsten*. in *Ital*. pag. 144.

^l *Sulmonenses*] Oppidum *Pelignorum Σουλμών, Sulmo*, Ptolem. loc. cit. Frontino, p. 109. *Solmona* : hodie *Solmona*.—‘Tertio loco a *Plinio* nominatur, quoniam in appellandis oppidorum nominibus servat elementorum ordinem. *Ovid*. patriam hanc suam esse gloriatur, IV. *Trist*. 9. ‘*Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis, Milia qui novies distat ab urbe decem.*’ Propterea *Sulmonenses* dicuntur insignia suæ civitatis constituisse scriptis in tænia literis *S. M. P. E.* quibus quidam aiunt quatuor priores exprimi voces versus proxime allati, ‘*Sulmo mihi patria est.*’ Sed falsa et inani profecto conjectatione : neque enim certe potest ea vox esse civitatis, ‘*Sulmo mihi patria est.*’ Sed est haud dubie hic sensus, ‘*Sulmo Munimentum Pelignorum est.*’ nimirum ob angustias, quibus in agrum *Sulmonensem* est iter. Alibi idem *Ovidius* : ‘*Pars me Sulmo tenet Peligni tertia ruris : Parva, sed irriguis ora salubris aquis.*’ *Ed. sec.*

^m *Marsorum*] Juxta lacum *Fucinum* nomen servat adhuc regiuncula, *Ducato di Marsi*, gentis *Columnæ*.

ⁿ *Anxantini*] In Mss. *Anxatini*. Nunc *Civita d’Antia*, inter *Fucinum* lacum, et *Lirim* amnem.

° *Atinates*] *Atinatem* agrum locat in *Samnio* *Livius*, lib. x, p. 184.

tes,^p Lucenses,^q Maruvii:^r Albensium^s Alba ad Fucinum lacum: Æquiculanorum,^t Cliternini, Carseolani: Vestinorum,^u Angulani, Pinnenses,^v Peltuinates,^v quibus junguntur Aufinates^w cismontani: Samnitium, quos Sabellos, et Græci Saunitas^x dixere, colonia Bovianum^y vetus, et alterum

Lucentes edd. vett. et Gronov.—3 *Pennienses* Chiffi. et paulo post in eodem,

NOTE

cum Samnites scilicet rerum poterentur.

^p *Fucentes*] A Fucino Marsorum lacu hi nomen habent.

^q *Lucenses*] A *Luco* oppido, quod Fucino lacui objacet ad occasum. De hoc luco seu nemore Virgil. *Æn.* vii. 759. 'Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unda,' &c.

^r *Maruvii*] *Μαρούϊοι* Straboni, lib. v. pag. 241. ad orientalem Fucini lacus ripam, ubi nunc S. Benedicti pagus. Hinc 'Marrubia de gente sacerdos,' apud Virgil. vii. 750. Apud Reines. Inscriptio vetus, pag. 453. *CVRATORI P. SPLENDIDISSIMÆ CIVITATIS. MARS MARR.* Curatori Perpetuo, vel *Patrono*, vel *Populi Splendidissimæ civitatis Marsorum Marruvii*.

^s *Albensium*] Oppidum Alba Fucensis dicta. Apud Gruter. pag. 404. *ALB. FVC.* Albensis ager, Frontino, lib. de Colon. pag. 102. Nunc *Albi*, Columnæ gentis. Fucino lacui nomen hodie *Lago de Celano*, in Abrutio ulteriore.

^t *Æquiculanorum*] *Ἀϊκουτικοί* Ptolemæo iii. 1. quorum oppida, ut Plinio, *Κλέϊτερνον* et *Καρσιόλοι*. Hic 'duris Æquicola glebis,' ut cecinit Maro, *Æn.* vii. 747. Cliterninæ, sic enim vocat Mela ii. 4. quis fuerit situs, incompertum. Carseolorum vestigia in valle Torana, seu Carseolana planitie, *Piano di Carsoli*, ubi oppidum Cellæ, vulgo *le Celle Carsoli*, monstrari ait

Delph. et Var. Clas.

Plinius.

Fabrettus de Aquæd. Dissert. ii. p. 89. *Holstenium* secutus.

^u *Vestinorum*] Utramque Aterni amnis ripam hi tenuere, haud procul fontibus, in Abrutii ulterioris umbilico. Horum oppida duo, ex Plinianis quatuor, *Ἀγγόλοι* et *Πίννα* apud Ptolem. iii. 1. Et Frontino, pag. 106. 'Pinnes ager.' Incolæ *Πιννήται* Diodoro in Excerpt. pag. 398. Nunc *Civita di Penna*, in Abrutio Ulteriore. Pinnam Vestinam vocat Vitruv. viii. 3.

^v *Peltuinates*] Apud Gruter. p. 443. *PELTVINI.* Balbo, pag. 318. *Colonia Peltinorum.*

^w *Aufinates*] Vulgo *Ofena* oppidi nomen est, in Abrutio ulteriore, haud procul Aterno amne. Gaudentium Aufiniensis Ecclesiæ Episcopum laudat Simplicius Papa, Epist. ii. Apennino monte horum ager utrimque clauditur: ideo Romanis Cismontani dicti: quoniam ultra eos editissima Vestinorum juga attollerentur.

^x *Saunitas*] *Σαυνίται* Dionysio Perieg. vs. 375. et Scylaci, p. 3. Sabellos vero vocitatos, quod proles Sabinorum essent, Cato est auctor in Excerpt. Orig. p. 137.

^y *Bovianum*] Bobianus Samnii oppidum, apud Frontin. p. 109. *Βοιτᾶνον* Ptolemæo iii. 1. in Samnitibus. Nunc *Boiano*, in Comitatu Molisii. De Boviano vetere Livius lib. ix. p. 169.

2 T

cognomine Undecumanorum.^a Aufidenates,^a Esernini,^b Fagifulani²⁴ Ficolenses,^d Sæpinates,^e Treventinates:^f Sabi-
norum Amiternini,^g Curenses,^h Forumⁱ Decii, Forum no-

~~~~~

*Bovianum vetus.*—4 *Fagi, Fugali* Vet. Dalec. et Chiff. Mox, *Sepinates* Gro-

#### NOTE

<sup>a</sup> *Undecumanorum*] Ab undecima le-  
gione, ex qua eo milites coloni de-  
ducti.

<sup>a</sup> *Aufidenates*] Oppidum Aufidena,  
Livio lib. x. p. 174. Nunc *Alfidena*,  
ad Sagrum amnem, in Abrutio cite-  
riore.

<sup>b</sup> *Esernini*] Straboni lib. v. p. 250.  
*Ἐσέρνια*. Frontino in Samnio, p. 109.  
Esernia oppidum.—‘At Ptolemæo  
*Ἀλσέρνια*. Nunc *Isernia*, in Comitatu  
Molisi. Edidit Patinus in Familiis,  
p. 311. nummum ex ære mediocri, in  
quo caput est Narbonis laureatum,  
retro, forcipes. Epigraphæ, non ut  
Patinus edidit, VOLCANO: sed, ut vi-  
dimus in nummo e Gaza Regia, et in  
altero apud D. Abbatem de Fonteny,  
in hac civitate: VOLCANOM: hac sen-  
tentia: ‘Valeriano Optimo Liberta-  
tis Conservatori Aurarium Narbo-  
nenses Obtulere Munus:’ Gallice,  
*un présent travaillé en or*. Quamo-  
brem appicti sunt retro forcipes.  
.)(. Victoria in carru bijugo. Infra:  
AISERNINO. Sic enim conspicue habet  
nummus Regius, et alter proxime lau-  
datus: non, ut Patinus edidit, ÆSER-  
NINO, ut ad Eserninos hujus loci re-  
ferret. Prave. Sententia enim est:  
‘Arcum Insignem, Statuendum E  
Regione Narbonis, Imperatori Ne-  
gotiatores Obtulerunt.’ Ad Valeria-  
num Imperatorem pertinere hunc  
nummum, alter ex ære minimo admo-  
net, qui est inscriptus: VALERIANVS  
P. F. AVG. .)(. DEO VOLCANO. Faber  
intra ædiculam stat, quatuor insignem  
columnis; ad pedes ara est. Senten-

tia primis singularum vocum literis  
expressa hæc videtur esse: ‘Duci  
Exercitus Orientis Valeriano Opti-  
mo, Lararium Korporati Aurificæ  
Narbonenses Obtulerunt.’ Gallice:  
*Le Corps des Orfèvres de Narbonne*.  
Idcirco VOLCANO scribitur, non ‘Vul-  
cano,’ ut Latini sermonis usus poscit.  
Lararium interpretor ædem ædicu-  
lamve argenteam, in qua collocari  
plures Dii possent. Ejusmodi ‘ar-  
genteas ædes Dianæ’ commemorat  
Lucas in Actis Apostolorum, xix. 24.  
Est hic Valeriani nummus in Museo  
nostro, ex ære minimo: alibi est ar-  
genteus.’ *Ed. sec.*

<sup>c</sup> *Fagifulani*] Mss. omnes, *Fagifu-  
gali*.

<sup>d</sup> *Ficolenses*] Unde Ficiliensis ager,  
Frontino de Colon. p. 105. etsi is in  
Piceno locet.

<sup>e</sup> *Sæpinates*] *Σαπίνων* in Samnitibus,  
Ptolem. iii. 1. Frontino de Colon. p.  
88. ‘Sæpinum oppidum Colonia ab  
Imp. Nerone et Claudio est deduc-  
ta.’ Gruter. p. 441. MΥΝΙCΙPΕS. ΣΑ-  
PΙΝΑΤΕS. Livio x. p. 186. est Sepi-  
num. Nunc *Supino*, in Comitatu Mo-  
lisi.

<sup>f</sup> *Treventinates*] Frontino, p. 89. Te-  
reventum oppidum. Nunc *Trisento*,  
ad flumen Trinium, in Comitatu Mo-  
lisi.

<sup>g</sup> *Amiternini*] *Ἀμῖτερρον* Ptolemæus  
iii. 1. Vestinis attribuit. Hodie *S.  
Vittorio*, haud procul fontibus Aterni  
amnis.

<sup>h</sup> *Curenses*] Aliis dicti Cures: ex  
Græco sermone, Curites: mox ore

vum, Fidenates,<sup>j</sup> Interamnates,<sup>k</sup> Nursini,<sup>l</sup> Nomentani,<sup>m</sup> Reatini,<sup>n</sup> Trebulani, qui cognominantur Mutuscæi,<sup>o</sup> et qui Suffenates,<sup>p</sup> Tiburtes,<sup>q</sup> Tarinates. In hoc situ ex Æquiculis<sup>r</sup> interiere Comini,<sup>s</sup> Tadiates, Cædici,<sup>6</sup> Alfaterni. Gellianus auctor est, lacu Fucino haustum Marsorum oppidum Archippe,<sup>t</sup> conditum a Marsya duce Lydorum: item Viticinorum in Piceno deletum a Romanis, Valerianus.

~~~~~

nov. et al. *Treventiates* Vet. Dalec.—5 *Mutustæi* Vet. Dalec. *Mutusci* Chiffi. —6 Sic ex codd. edidit Harduinus, eumque secuti Miller. Bipont. et Franz. *Acedici* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.

NOTÆ

Latino Quirites. Nunc est oppidum *Corese*, et Curenensis fluvius in Tiberim defluens, in Terra Sabina: etsi aliter visum Cluverio. Vide Holsten. p. 107. In decretis Hilari Papæ, p. 250. subscribitur 'Tiberius Curium Sabinorum.'

^j *Forum*] Fori Decii vestigium nulum: Fori novi superest, exciso oppido, Episcopium Sabinense, *Vescovio*, in terra Sabina. Ibi repertam inscriptionem testatur Holsten. in Ital. p. 107. FORONOVARI. Gruter. p. 492. FORONOVANOR. et Frontino, p. 104. Foronovanus ager. In decretis Hilari, p. 249. 'Paulus Foronovanus.'

^k *Fidenates*] Fidenæ Balbo, p. 105. in Prov. Piceni. Diversi forte a Fidenatibus primæ regionis, de quibus cap. 9. Et sunt illæ Fidenæ tamen in terra Sabina, v. mill. pass. ab urbe Roma, ut diximus: nunc *Castel Giubileo*.

^k *Interamnates*] Interamne oppidum Frontino, p. 86.

^l *Nursini*] *Nauopla* Ptolemæo, in Sabinis, III. 1. Et nunc *Norsia*, in Ducatu Spoletino.

^m *Nomentani*] A Nomentanis primæ regionis diversi.

ⁿ *Reatini*] A Reate, nunc *Rieti*, in-

fra Nursiam.

^o *Mutuscæi*] Gruter. p. 19. IVENT. TREBVL. MVTVSC. Item p. 487. Trebulæ Mutuscæ frequens mentio apud Jul. Obseq. cap. 102. 103. &c. Hæ Virgilii *Æneid.* VII. 'oliviferæ Mutuscæ.' Nunc est *Monte-Lione della Sabina*, infra Reate, in Sabinis.

^p *Suffenates*] Quorum oppidum Trebula Suffena, nunc *Montorio di Romagna*, in Sabinis, supra Nerulam, ad Curensem fluvium.

^q *Tiburtes*] A Tibure, *Tivoli*. Tarinates, quorum oppidum hodie *Tarano*, supra Manlianum, quod *Magliano* vocant.

^r *Æquiculis*] Quos *Æquiculanos* superius appellavit.

^s *Comini*] A Cominio oppido, de quo Liv. lib. X. p. 184. rectius *Cominii*.

^t *Archippe*] Solinus, cap. 2. p. 12. 'Archippen a Marsya rege Lydorum, quod biatu terræ haustum, dissolutum est in lacum Fucinum.' Hinc regem Archippum in hoc tractu imperitasse finxit Maro, *Æneid.* VII. Extare hujus oppidi vestigia ad ripam lacus, prope *Transaco*, quæ obtegitur, excrescente eo, affirmant Marsi.

Sabini (ut quidam^u existimavere, a religione et Deorum cultu Sevini appellati) Velinos^v accolunt lacus, roscidis collibus.^w Nar amnis exhaurit illos^x sulfureis^y aquis. Tiberim ex his petens replet, e monte Fiscello^z labens, juxta Vacunæ^a nemora et Reate in eosdem conditus. At ex alia parte Anio,^b in monte Trebanorum⁷ ortus, lacus tres amoenitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo,^c defert in Tiberim. In agro Reatino Cutiliæ^{s d} lacum, in quo fluctuet insula, Italiæ umbilicum esse M. Varro^e tradit.

~~~~~

—7 *Trebanorum* margo edd. Dalec. et Gronov. Mox, *lacus tris* edd. antiquiss. et Gronov. *lacus treis* nonnullæ edd. ante Gronov.—8 *Cutiniæ* Chiffi.

#### NOTE

<sup>u</sup> *Ut quidam*] Varronem notat, de quo Festus: 'Sabini dicti, ut ait Varro, quod ea gens præcipue colat Deos: ἀπὸ τοῦ σέβειναι.' A Sabino Sangi filio, Sabinos appellatos affirmat Cato, apud Dionys. Halic. lib. II. p. 113.

<sup>v</sup> *Velinos*] Alter Velinus, nunc *Lago de Pié de Luco*, ab oppido finitimo dicitur, in Ducatu Spoletino: Reatinus alter, *lago di S. Susanna*.

<sup>w</sup> *Roscidis collibus*] Qui Rosæ campos in coronam cingunt: Rosæ vocantur, ut Festus ait, quod in eis arvore humida semper serantur. Ex his collibus, uno interciso, emissus in Narem fluvium Velinus lacus. Cic. ad Attic. IV. 14. 'Reatini me ad sua τέμνη duxerunt, ut agerem contra Interamnates,' (cognomine Nartes), 'quod lacus Velinus a M. Curio emissus, interciso monte, in Nar defluit: ex quo est illa siccata, et modice tamen humida Rosæ.'

<sup>x</sup> *Exhaurit illos*] Lacus corrumpit, in quos conditur.

<sup>y</sup> *Sulfureis*] Alludit ad Virgilianum illud *Æneid.* VII. 'Sulfurea Nar albus aqua: fontesque Velini.'

<sup>z</sup> *Fiscello*] Silius Ital. VIII. 'Quæ, Fiscelle, tuas arces, Pinnamque vi-

rentem,' &c. Nunc quoque *Monte Fiscello*, in confinio Abrutii ulterioris, ad oppidum *Civita Reale*: Nari amni nomen est *Velino*, donec Reate alluat, et Velinos lacus sit præterlapsus: post *Nera* dicitur.

<sup>a</sup> *Vacunæ*] In monte Fiscello Dæ Vacunæ nemus, quam vacantibus et otiosis præesse dicebant. De ea Ovid. *Fastor.* VI. 307.

<sup>b</sup> *Anio*] Nunc *Teverone*. Oritur juxta oppidum, quod *Τῆρβα* dicitur Ptolemæo, in Latio, III. 1. nunc in Campania Romana, ut vocant, *Tervi* vel *Trevi*, ut diximus in prima regione.

<sup>c</sup> *Sublaqueo*] Villa Neronis, cui Sublaqueum nomen est, inquit Tacit. *Annal.* XIV. pag. 227. Oppidum fuit etiam ante Neronis tempora, cuius villa Sublacensis dicta est ab oppido: oppidum enim juxta lacus positum, unde nomen: villa in editiore loco: Nunc *Subiaquo*, ad Anienem.

<sup>d</sup> *Cutiliæ*] Nunc *Lago di Contigliano*, ab oppido vicino. De insulis Cutiliensium lacus multa Macrobius *Saturn.* I. 7. Fluitantes Seneca vidisse se testatur, ut diximus II. 96. Meminit et Dionys. Halic. lib. I. p. 15.

<sup>e</sup> *M. Varro*] Et Martianus lib. VI. de Ital. pag. 205.

Infra Sabinos Latium est, a latere Picenum, a tergo Umbria, Apennini jugis Sabinos utrimque vallantibus.<sup>9</sup>

XVIII. (XIII.) Quinta regio Piceni<sup>f</sup> est,<sup>1</sup> quondam uberimæ multitudinis. Trecenta LX. millia Picentium in fidem populi Romani venere. Orti sunt<sup>2</sup> a Sabinis voto vere sacro.<sup>3h</sup> Tenuere ab Aterno amne, ubi nunc ager Adrianus, et Adria colonia<sup>i</sup> a mari VII. M. pass. Flumen Vomanum:<sup>j</sup> ager Prætutianus,<sup>k</sup> Palmensisque. Item Castrum novum,<sup>l</sup> flumen Batinum,<sup>m</sup> Truentum<sup>n</sup> cum amne: quod solum Liburnorum<sup>o</sup> in Italia reliquum est. Flumen Albula:<sup>p</sup> Tervium, quo<sup>3</sup> finitur Prætutiana regio, et Picentium incipit. Cupra<sup>q</sup> oppidum, castellum Firmanorum:<sup>r</sup> et super id

—9 Vet. Dalec. *velantibus*.

CAP. XVIII. 1 Chiffi. *Piceni et*.—2 Gronov. et edd. vett. quædam, *voto vere sacro*. 'Omnino legendum est, *voto vere sacro*. Quid autem sit 'sacrum ver,' et quem in usum soleat voveri, notum est ex Strabonis l. v. sic legit et Chiffi.' Dalec.—3 Tolet. *Flumen Albula Tervium quo*; Salmant. *Flumen Albula Tessuinum quo*; Chiffi. *Flumina Albula Tervium quo*; Gronov. et al. vett. *Flu-*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Piceni*] Nunc Abrutium ulterius dicitur, cum parte aliqua Marchiæ, ut vocant, Anconitanæ: sed qua mari fere utrumque alluitur.

<sup>2</sup> *Orti sunt*] Strabo, lib. v. pag. 228.

<sup>h</sup> *Voto vere sacro*] Emissa a parentibus juventute e finibus patriis, ut abirent in coloniam, voto Diis ante concepto, pro felici rei eventu. Vide Notas et Emend. num. 73.

<sup>i</sup> *Adria colonia*] *Atri*, in Abrutio ulteriore.

<sup>j</sup> *Vomanum*] *Vomano*. Meminit ejus Silius, lib. viii. 'Statque humectata Vomano Adria.'

<sup>k</sup> *Prætutianus*] De eo Liv. lib. xxii. pag. 211. Nos de utroque dicemus, xiv. 8.

<sup>l</sup> *Castrum novum*] Ager Castranus in Piceno, Balbo, p. 129. Nunc rudera, in ora sinus Adriatici, in ulteriore Abrutio: *Culeno*.

<sup>m</sup> *Batinum*] *Tordino*, quod Inter-

amnam alluit, *Teramo*. Idem qui *Marpivos* Straboni dicitur lib. v. pag. 241. In Mss. Reg. 1. 2. *Vibatinum*.

<sup>n</sup> *Truentum*] Mela ii. 4. 'Piceni littora excipiunt: in quibus Numana, Potentia, Cluana, Cupra, urbes: castra autem, Firmum, Adria, Truentinum: id et fluvio qui præterit, nomen est.' Nunc amnem, *Tronto*: *Torre di Seguro* locum vocant, ubi oppidum fuit. Castrum Truentinum et Cicero vocat, ad Attic. viii. 18.

<sup>o</sup> *Liburnorum*] Qui ex adversa continente, hoc est, Illyrico, huc transgressi, oram hanc tenuere, ut iterum dicitur cap. seq.

<sup>p</sup> *Albula*] Nunc *Ragnola* accolæ vocant, in Marchia Anconitana. In ejus ostio Tervium oppidum fuit, Prætutianæ oræ novissimum. Ultra, Picentium regio est, ad Anconam usque. Vide Notas et Emend. num. 74.

<sup>q</sup> *Cupra*] Gruter. pag. 108. CVFRA MAR. hoc est, maritima, ad discrimen

colonia Asculum,<sup>a</sup> Piceni nobilissima. Intus, Novana: in ora,<sup>t</sup> Cluana,<sup>4</sup> Potentia,<sup>v</sup> Numana,<sup>w</sup> a Siculis condita. Ab iisdem<sup>x</sup> colonia Ancona, apposita promontorio Cumero in ipso flectentis se oræ cubito:<sup>y</sup> a Gargano CLXXXIV.<sup>5</sup> M. pass. Intus Auximates,<sup>z</sup> Beregrani,<sup>a</sup> Cingulani,<sup>b</sup> Cuprenses<sup>c</sup>

~~~~~

mina *Albulates*, *Swinum*, *Helvinum*, quo.—4 *Asculum*, *Piceni nobilissima*, *intus. Novana in ora: Cluana* Harduin. 1. 2. Miller. et Bipont. *Asculum. P. n. intus. N. in ora: Cluana* Franz. *Asculum, P. nobilissima. Intus Novana. In ora Cluana* Reg. Brot. 1. Ed. pr. Rom. Parm. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—5 'Ita bene Editio princeps et Reg. 1.' *Brotier. CLXXXIII.* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Leyd. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

NOTE

alterius quæ montana dicitur. *Κοῦρα μαρτίνα* Ptolem. III. 1. Fuit in ostio ejus fluvii, quem *Tosino* vocant, in Marchia Anconitana.

^r *Firmanorum*] Nunc paulum a mari semotum oppidum Firmanorum, *Fermo*. Gruter. pag. 533. *FIR. PICENO*.

^s *Asculum*] *Ascoli*. Gruter. p. 465. *COLONIA ASCULANORVM*.

^t *Novana: in ora*] Nunc *Città Nuova* in ora maris Adriatici. Hic ager *Feronovanus* Piceni, de quo *Balbus*, apud *Frontin.* de *Colon.* pag. 104. *Cluver.* Ital. Antiq. lib. II. pag. 741. præpostera hujus loci interpunctione deceptus, longius a mari summovet. Sensus hujus loci est, duas esse in Piceno proprie appellato colonias: alteram intus, *Asculum*: in ora alteram, *Novanam*.

^u *Cluana*] Fuit in ipso ostio fluvii quem *Chiento* vocant, quique *Maceratam* præterit: ubi nunc *Piano di S. Giacomo*. Meminit *Mela* loc. cit.

^v *Potentia*] *Potenza* in Piceno, *Ptolem.* III. 1. et *Mela* loc. cit. Super sunt vestigia haud procul a portu *Ricanatico*, ubi *Abbatia* retinet nomen *S. Mariæ* ad pedem *Potentia*, ad amnem *Potenza*.

^w *Numana*] *Gruter.* pag. 446. *Mv-*

NICIP. NYMANAT. Nobmana *Ptol.* et *Mela*. Nunc *Humana*.

^x *Ab iisdem*] Hoc est, a Siculis, ut ait *Solinus*, cap. 12. pag. 13. sive ut ait *Strabo*, lib. v. p. 241. a *Syracusanis*, qui *Dionysii* tyrannidem fugerant, condita *Ancona* est. Apud *Gruter.* pag. 465. *COLON. ANCONITANOR.* Promontorium cui assidet, *Crumerum*, *il Monte Guasco*.

^y *Oræ cubito*] Id eleganter *Mela* II. 4. 'Exin illa in angusto duorum promontiorum ex diverso coeuntium inflexu, cubiti imagine sedens, ac ideo a Græcis dicta *Ἀγκών*, inter Gallicas Italicasque gentes quasi terminus interest.'

^z *Auximates*] *Auximatis* ager, in *Piceno*, *Frontin.* de *Colon.* pag. 102. *Auximum* oppidum, nunc *Osimo*. Ab *Ancona* XII. M. P. recedit in *Austrum*.

^a *Beregrani*] In *Prætutis* apud *Ptolemæum*, *Βερέτρα* pro *Βερέτρα*. In *Piceno* apud *Frontin.* pag. 108. *Verga* ager.

^b *Cingulani*] A *Cingulanis* primæ regionis diversi. Horum *Cingulanus* ager in *Piceno*, apud *Balbus*, pag. 104. qui eadem lege teneri dicitur, qua *Potentinus*. *Cingulum* id oppidum appellatum *Ciceroni* ad *Attic.*

cognomine Montani, Falarienses,^d Pausulani, Pleninenses,^e Ricinenses,^g Septempedani,^f Tollentinales,^s Treienses,^h Urbesalvia Pollentini.ⁱ

XIX. (XIV.) Jungetur hic ¹ sexta regio, Umbriam complexa, agrumque Gallicum circa Ariminum. Ab Ancona

Franz.—6 *Plynienses* Vet. Dalec. *Planienses* Chiff. Mox, in eodem codice *Tolenses* pro *Tollentinales*. Deinde, edd. vett. *Triacenses*, *urbs Salvia*; Pintian. *Trajanenses*, *urbs Salvia*; Vet. Dalec. *Triacenses*, *urbs Salvia*.

CAP. XIX. 1 Ita codd. Regg. ap. Brot. et Ed. pr. *Jungetur huic* conj. Harduin. *Jungetur his* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. Lugd. 1606.

NOTÆ

VII. 13. p. 212. Nunc quoque *Cingoli*, in Marchia Anconitana.

^c *Cuprenses*] Oppidum *Κούτρα* *μουνδρα* Ptolem. in Piceni mediterraneis urbibus, prope ‘Ripam Transnam,’ ut testatur hujus loci Episcopus D. Azolinus, apud Holsten. in Ital. p. 137.

^d *Falarienses*] Falerionensis et Pausulensis ager in Piceno apud Balbum, pag. 105. et 106. Prioris oppidi ruderata nomen servant, *Faleroni*, haud procul Tennæ fluvii fontibus. Alterius, quod Pausulæ in Itiner. Anton. dicitur, in *Monte dell’ Olmo*, ex adverso Maceratæ, extant ruinæ. In Marchia Ancon. utrumque. In decretis Hilari Papæ, pag. 249. ‘Justo Faberino: Claudio Pausalano:’ Ubi nos sic emendamus: ‘Justo Falerino: Claudio Pausulano.’ Pleninenses vero adhuc obscuri. An porro satius legi *Plestinenses*? Nam in decretis Symmachi, pag. 264. subscrit, ‘Florentius Blestinensis.’

^e *Ricinenses*] Ager Recinensis et Ricinensis apud Front. p. 107. Oppidi vestigia ad ripam Potentiæ fluvii, millibus passuum duobus a Macerata. In vet. lapide apud Holsten. p. 137. RICINIENSES.

^f *Septempedani*] Oppidum *Σεπτεμπεδα* Ptolem. et Frontino, p. 107. Sep-

tempeda, in Piceno. Id nunc *San-Severino*, ad amnem Potentiam, Cluverio, Ital. lib. II. p. 738. probante Holstenio, in Ital. p. 136.

^g *Tollentinales*] Tolentinus ager, in Piceno, apud Front. p. 108. In vetere inscript. apud Cluver. p. 739. MVMICIP. TOLLENTIN. Et nunc *Tolentino*.

^h *Treienses*] Treensis ager, Frontino, in Piceno, p. 108. Apud Gruter. p. 446. COL. AVXIM. ET. MVMICIP. NYMANAT. ORDO. ET. PLEES. TREIENSES. Oppidi vestigia extare manifesta ad ripam Potentiæ amnis, infra *S. Severino*, sub *Montecchio*, auctor est Holsten. pag. 739.

ⁱ *Urbesalvia Pollentini*] Jungenda hæc simul: aut alphabeti ordo perturbabitur: intelligendumque Urbesalviæ, sive Urbis Salviæ oppidanis cognominari Pollentinos: sicuti ipsam Urbem Salviam, Pollentiam quoque dictam. Citatur enim a Livio lib. XXXIX. p. 501. colonia Pollentia in Picenum deducta. Ptolem. III. 1. *Ὀὐρβη Σαλουλᾶ*. Balbo, in Piceno, pag. 347. Ager Urbis Salviensis. Nunc est *Urbisaglia*, ad ripam amnis *Chienti*, sen Cluenti.

^a *Jungetur hic* [*Jungetur his*] Picentibus. Vel forte rectius *huic*, sextæ videlicet regioni.

Gallica ora incipit, Togatæ Galliæ^{a b} cognomine. Siculi et Liburni plurima ejus tractus tenuere, inprimis Palmensem, Prætutianum, Adrianumque agrum. Umbri eos expulere, hos Etruria, hanc Galli.^c Umbrorum gens antiquissima Italiæ existimatur, ut quos Ombrios^d a Græcis putent dictos, quod inundatione terrarum imbribus superfuissent. Trecenta eorum oppida^e Tusci debellasse reperiuntur. Nunc in ora flumen, Æsis:^f Senogallia.^g Metaurus^h fluvius: colonia,ⁱ Fanum^j Fortunæ, Pisaurum^k cum amne. Et intus^l Hispellum,^m Tuder. De ceteroⁿ Amerini,ⁿ Atti-

Dalec. Elz. et Gronov.—2 *Togata Gallia* Vet. Dalec.—3 *Ombrios* Herod. in Clin. *Mitallerius*. Mox, Elz. Dalec. Gronov. al. *superfuissent* CCC. *Eorum*, &c.—4 Ita Chiffi. aliiq. codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *colonia* edd. vett. ante Harduin.—5 *Et intus Pellum*

NOTE

^a *Togatæ*] Et Cisalpinæ.

^c *Hanc Galli*] Boii Lingonesque, Etruscos atque Umbros agro pepulere, Liv. lib. v. p. 98. Vide et Strabon. lib. v. p. 216.

^d *Quos Ombrios*] Ita Solinus, cap. 2. p. 13. ex M. Antonio, quem laudat. Stephano *Ὀμβρικοι* et *Ὀμβροι*.

^e *Trecenta eorum oppida*] Cato in Excerptis Orig. p. 136. (si tamen verus is fœtus est Catonis, et non subdititius:) habet hæc totidem verbis.

^f *Æsis*] *Αἰσὶς ποταμὸς, μεταξὺ Ἀγκῶνος, καὶ Σηνογαλλίας*, inquit Strabo, lib. v. p. 227. inter oppida duo, Ancenam, et Senogalliam: nunc *Fiumesino*, quasi *Esino Fiume*. Fuit et anni colonia cognominis, COL. Æsis, in vetustis inscriptionibus apud Gruterum, pag. 446. et Reines. pag. 404. Unde Æsinatem ex Umbria caseum commendat inprimis auctor, libro hujus operis undecimo, cap. 97.

^g *Senogallia*] *Σηνογάλλια* Ptolem. III. 1. in Semnonibus. Silius lib. VIII. 'Et Senonum de nomine Sena Gallo- rum a populis traxit per sæcula nomen.' Senones Gallos Alpes trans-

gressos habuit conditores: nunc *Singaglia*, in Ducatu Urbini. In decretis Symmachi Papæ, p. 264. 'Venantius Senogalliensis Episcopus.'

^h *Metaurus*] Melæ II. 4. flumen Metaurus. Nunc *Métaro*, vel *Mitro*: Urbini Ducatum præterluit, in Adriamque devolvitur.

ⁱ *Coloniæ*] Ita scripsi, ex Mss. pro *Colonia*: ut sequentibus tribus oppidis vox eadem præterea communicate.

^j *Fanum*] Melæ, loc. cit. Colonia Fanestræ. In decretis Symmachi Papæ, p. 259. 'Vitalis Fanastris' Episcopus subscribit. Gruter. p. 475. ORIVNDVS. COLONIA. JVLIA. FANO FORTVNÆ. Nunc *Fano*, in Ducatu Urbinate.

^k *Pisaurum*] Gruter. pag. 433. COLONIARVM. PISAVR. ET. FANEST. Deducta colonia est ab Antonio, ut Plutarchus docet in ejus Vita, pag. 943. Sed et prius quoque, anno fere Urbis 569. ut ex Velleio liquet, lib. 1. Nunc oppido *Pésaro*, anni *Foggia* nomen est, in Ducatu Urbinate.

^l *Et intus*] Subintellige, *coloniæ*

diates,^o Asisinates,^{6 p} Arnates,^q Æsinates,^r Camertes,^s Casuentillani,^t Carsulani,^u Dolates cognomine Salentini, Fulginates,^v Foroflamienses,^w Forotulienses, cognomine Concupienses :⁸ Forobrentani,⁹ Forosempronenses,^x Iguini,^{y 10} Interamnates, cognomine Nartes :^z Mevanates,^a Me-

Chiffi.—6 'Ita bene Rezzonicus ex Inscriptt. vett.' *Brotier*. *Asirinales* edd. vett.—7 *Casuentini* Vet. Dalec.—8 'Ita Mss. Reg. et editio princeps. Sine auctoritate in recentioribus editionibus emendatum : *Forojulienses, cognomine Concupienses*.' *Brotier*.—9 Sic ex codd. emendavit Harduin. consentiente Chiffi. *Forobremitani* exhibent edd. vett.—10 'Ita cod. Reg. 1. editio princeps, et vetus Inscriptio apud Rezzonicum. Dicti quoque sunt *Igurini*, nunc

NOTÆ

intus : ut superiores duæ in ora. Gruter. pag. 351. COL. JVL. HISPPELLI. Et pag. 19. COLONIÆ TVDERTIS, reperta inscriptio Tuderti, quod vulgus nunc *Todi* vocat, ad Tiberim. Apud Frontin. p. 93. Colonia Fida Tuder. Hispellum nunc castrum est prope Fulginium, *Ispello* et *Spello*. In decretis Felicis Papæ, p. 255. 'Epiphaniao Spellati.'

^m *De cetero*] Alterius generis, inquit, oppida : nec jam coloniæ, sed municipia, vel libera, vel stipendiaria.

ⁿ *Amerini*] Ab America, quæ nunc *Amelia*, in Ducatu Spoletino.

^o *Attidiatæ*] In Marchia Anconitana, ad fontes amnis Æsis, oppidum est *Fabiano* : cujus in agro Attidiatium pagus est, *Attigio*. Vetus Inscr. apud Holsten. p. 83. R. P. ATTIDIAT.

^p *Asirinales* Mss. omnes, pro *Asisinates*, ab Asisio, hujus nunc etiam nominis oppido, D. Francisci cultu ac religione satis claro, de quo etiam Ptolemæus in Umbria. Gruter. p. 21. MUNICIPI. ASISINATIVM.

^q *Arnates*] Ab *Arva* oppido Vilumbrorum, apud Ptolem. III. 1. Nunc *Civitella d'Arno*, trans Tiberim, ex adverso Perusiæ.

^r *Æsinates*] Oppidum Ptolemæo,

Alais. Apud Gruter. p. 446. COL. ÆSIS, ad amnem cognominem de quo supra, in Marchia Anconitana : nunc *Iesi*.

^s *Camertes*] Oppidum Camerinum : nunc quoque *Camerino*, in Marchia Anconitana.

^t *Casuentillani*] Casentinum oppidum, apud Frontin. p. 83. pro *Casventinum*. Gruter. p. 411. MUNICIPI. CASVENTINORVM.

^u *Carsulani*] Oppidum Carsulæ : Tacito Hist. III. p. 77. ager Carsulanus. Apud Plin. Jun. Epist. I. 4. 'Quantum copiarum in Ocriniano, in Narniensi, in Carsulano, in Perusino tuo?' Nunc jacet : rudera in Ducatu Spoletino, in itinere a Narnia Perusium, ad diversorium Carsulam.

^v *Fulginates*] Fulginium, *Foligno*, in Ducatu Spoletino. Gruter. p. 347. FVLGINIA.

^w *Foroflam.*] Φόρος Φλαμνίου, Ptolem. III. 1. Gruter. p. 347. CIVITAT. FORO. FLA. Nunc est castellum *Foroflamma*, millibus passuum duobus a Fulginio.

^x *Forosempron.*] Φόρος Σημπερωνίου Ptolem. loc. cit. nunc *Fosseombrone*, in Ducatu Urbinate.

^y *Iguini* [*Iguvini*] Inscriptio apud Gruter. p. 347. CIVITAT. IGVVINORVM.

vanionenses,^{11 b} Matilicates:^c Narnienses, quod oppidum Nequinum^d antea vocatum est: Nucerini^e cognomine Favonienses, et Camellani:^f Otriculani,^{12 s} Ostrani,^h Pitulani,ⁱ cognomine Pisueres, et alii Mergentini: Pelestini,¹³ Sentinates,^j Sarsinates,^k Spoletini,^l Suasani,^m Sestimates,ⁿ

Gubbio. Brotier. *Iguini* etiam Dalec. Elz. et Gronov. *Iguvini* aliæ edd. '*Ligunini* ex inscripto vetusto lapide Aldus in Comment. Cæs. *Inginini* Vet.' Dalec. *Inguini* Lugd. Erasmi. Mox, pro *Nartes*, Gronov. *Naries*.—11 *Mevaniolenses* Harduin. 1. *Mevanienses* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *Mevanionenses* Harduini codd. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—12 *Otriculani* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. et Gronov. '*Otriculani* legendum ab '*Otriculo*' Vilumbrorum oppido; cujus meminit et Ptolemæus III. 1.' Dalec. Pro *Camellani*, quod firmant Ed. pr. et Inscriptt. vett. ceteræ edd. *Camelani*.—13 *Pestini* Vet. Dalec. Mox in Chiffi. *Spoletini*, *Suarrini*; Vet. Dalec.

NOTE

Nunc *Eugubio*, in Urbini Ducatu. *Iguvium* Ciceroni ad Attic. VII. 13. p. 212. et Nonio, verbo '*Apisci*.' et in '*Projicere*,' *Iguvini*. Vide tractatum singularem Augustini Steuchi *Eugubini*, de nomine Urbis suæ.

^a *Nartes*] Gruter. p. 422. CIVITAS INTERAMNATIVM. NARTIVM. Ab amne Nare, cui appositum oppidum, quod nunc *Terni* vocant.

^b *Mevanates*] A *Mevania* oppido, *Bevagna*, in Ducatu Spoletino, ad amnem Clitumnum. *Μηρανία* Ptolem. III. 1. *Mevania* Lucano I. 473. In decretis Felicis Papæ, p. 255. '*Innocentio Mibanati*,' pro '*Mevanati*.'

^c *Mevanionenses*] A *Mevanione*, seu minore *Mevania*. Vide Notas et Emend. num. 75.

^d *Matilicates*] *Matilica* oppidum, Frontino, pag. 106. hodieque hujus nominis, *Matelica*, in Marchia Anconitana. In decretis Felicis Papæ, pag. 255. '*Equitio Matellicati*.'

^e *Nequinum*] Apud Gruter. pag. 196. DE SAMNITIBVS. NEQVINATIBVSQVE. A Nare fluvio, quo alluitur, alterum nomen habet '*Narni*,' teste Livio lib. X. p. 173.

^f *Nucerini*] *Νουκερία* colonia Ptole-

mæo III. 1. in Olumbris: hodie *Nocera*, inter Asinium et Camerinum.

^g *Camellani*] Id cognomen *Nuceria* alterius fuit, quæ Favonia vicina fuit. *Camilliani* prope *Nuceriam* fieri mentionem, in vetere quodam instrumento, scribit Holsten. in Ital. pag. 92.

^h *Otriculani*] Sic Mss. et Gruter. pag. 422. Straboni, lib. V. pag. 227. *Οτρικλοι*. Nunc *Otricoli*, in limite Ducatus Spoletini, infra *Narniam*, ab *Otriculo* vetere, ubi Ecclesia S. Victoris, aliquantum dissitum.

ⁱ *Ostrani*] Oppidum *Οστρα* Ptolemæo, in Semnonibus mediterraneum. Nunc extant vestigia sub *Monte Nuovo*, ad ripam *Misæ* fl. qui juxta *Senogalliam* in mare influit. Vinc. Mar. Cimarelli, Hist. Gall. Senon. II. 4.

^j *Pitulani*] Et *Pitulum* ab his diversum, jam in prima regione vidimus.

^k *Sentinates*] Frontino de Colon. p. 107. '*Sentis* oppidum.' Apud Gruter. p. 467. ORDO. ET. PLEBS. SENTINATI. *Σεντινάτων* meminit Dio lib. XLVIII. p. 364.

^l *Sarsinates*] Apud Gruter. pag. 1095. SARSINATIVM. Iidem Sassi-

Suillates,^o Tadinates,^p Trebiate,^q Tuficani,^r Tifernates cognomine Tiberini,¹⁴ et alii Metaurenses:^t Vesionicates, Urbanates cognomine Metaurenses, et alii Hortenses:^u Vettonenses,¹⁵ Vindenates,^v Viventani. In hoc situ in-

~~~~~  
*Spoletini, Suarreani*; Gronov. et al. vett. *Spoletini Suarriani*.—14 *Tibernates c. Tiberini* Chiffi. *Tifernates cognomine Tiburini* Vet. Dalec. *Tifernates c. Tiberini* edd. vett. et Gronov. Mox, Chiffi. *Vesinicates*. Pro *Urbanates* edd. vett. et Gronov. *Urbinales*.—15 *Mettionenses* Chiffi. *Vettionenses* edd. vett. et Gronov. Mox, *Vindinates* edd. vett. item Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Vindenates* Ed. pr. et Inscripti. vett. ap. Brotier.

## NOTÆ

nates dicti, apud Martial. III. 58. et apud ipsum Gruterum, pag. 322. 474. 923. aliasque. Nunc etiam *Sassina*, in limite Romanolæ, ad Sapim flumen, *Savio*.

<sup>1</sup> *Spoletini*] *Spoletum Spoletæ*.

<sup>2</sup> *Suasani*] Ut prius *Asirinales*, pro *Asinates* dicti: sic modo *Suarani* in Mss. pro *Suasani*. Fuit in Senogalliensis agro Ducatus Urbini. Situm oppidi, ac vestigia, describit accurate Cimarrellus II. 5.

<sup>3</sup> *Sestimates*] Prope fontes Pesauri fluminis, Monasterium esse ait Cluverius Ital. lib. II. pag. 622. cui *Sestino* nomen. Apud Gruter. pag. 108. SESTINO.

<sup>4</sup> *Suillates*] Nunc *Sigello*, in limite Marchiæ Anconitanæ, haud procul Ignio. Cluver. Ital. lib. II. pag. 617.

<sup>5</sup> *Tadinates*] Tadinarum mentio apud D. Gregor. referente Holsten. in Ital. pag. 85. Vestigia inter Noceram et Gualdum, in confinio Ducatus Spoletini, et Marchiæ Ancon. conspici etiamnum ait.

<sup>6</sup> *Trebiate*] Ab oppido Trebia, nunc Trevi, inter Fulginium et Spoletum. Itiner. Hierosol. 'Spoletio Trevis, XII. Fulginis, v.'

<sup>7</sup> *Tuficani*] Ptolemæo III. 1. *Τούφικον* in Olumbris, pro *Τούφικον*. Frontino, pag. 108. Tuficum oppidum. Fuit, auctore Holsten. in Ital. p. 91. inter Maticam et Fabrianum, prope

Attidium.

<sup>8</sup> *Tiberini*] Hi ab amne Tiberi, isti a Metauro fluvio, quem accollere, nomen sortiti sunt. Tifernum Tiberinum, *Città di Castello*: Metaurense, *S. Angelo in Vado*, in Ducatu Urbinate. In decretis Hilari Papæ, pag. 250. subscribit 'Lucifer Tifernis Metauris.' Et in decretis Symmachi, p. 265. 'Innocentius Direntium Tiberinorum:' credo, pro 'Tifernatium Tiberinorum.' Plinius Junior, Epist. IV. 1. 'Oppidum est prædiis nostris vicinum. Nomen est Tiferni Tiberini.'

<sup>9</sup> *Metaurenses*] A Metauro rursum Urbinatibus his cognomen: nunc *Castel Durante*. Cimarrell. II. 2.

<sup>10</sup> *Hortenses*] Horum oppidum Urbinum, nobis *Urbini*: Ducatus titulo nobile.

<sup>11</sup> *Vettonenses*] Antonino, Vetona, XIV. M. P. a Perusio. Nunc *Bettona*, infra Assisium. Apud Gruter. pag. 487. R. P. VETTONENSIVM.

<sup>12</sup> *Vindenates*] Apud Gruter. p. 411. MYNICIP. CASVENTINORVM. VINDE NATIVM. V. B. ET. QVIDAVID, &c. Scriptum haud dubie fuit, VIB. hoc est, Vibentanorum, quos cum Vindenatibus conjungit auctor. Vibentani enim, pro Viventanis, ut in Saloninæ nummo e Gaza regia, VENERI. GENE TRICI. pro VENERI. Et in Trajani nummo, DANVVIVS, vicissim, pro DANVBIVS.

teriere Feliginates, et qui Clusiolum tenuere supra Interamnam: et Sarranates, cum oppidis, Acerris,<sup>2</sup> quæ Vatriæ<sup>16</sup> cognominabantur, Turocelo, quod Netriolum.<sup>17</sup> Item Solinates Curiates,<sup>18</sup> Fallienates, Apiennates. Interiere et Arienates cum Crinovolo, et Usidicani, et Plangenses, Pisinates, Cælestini. Ameriam superscriptam Cato<sup>3</sup> ante Persei bellum conditam annis DCCCCLXIV.<sup>19</sup> prodidit.

XX. (XV.) Octava regio determinatur Arimino, Pado, Apennino. In ora fluvijs Crustumium,<sup>a</sup> Ariminum<sup>b</sup> colonia cum omnibus Arimino et Prusa.<sup>1</sup> Fluvius hinc Rubico,<sup>c</sup> quondam finis<sup>d</sup> Italiæ. Ab eo Sapis,<sup>e</sup> et Vitis, et Anemo: Ravenna Sabinorum<sup>f</sup> oppidum, cum amne Bedese,<sup>g</sup> ab

~~~~~

—16 Gronov. quæ Vafriæ.—17 Vetriolum Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—18 Ita ex codd. emendavit Harduin. consentiente Chiffi. ita quoque edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Suriates Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—19 Chiffi. DCCCCLXIII.

CAP. XX. 1 Ita codd. Regg. Ambrosian. et Ed. pr. Arimino et Aprusa

NOTÆ

² *Acerris*] Aliæ sunt Acerræ in prima regione, de quibus Livius, lib. XXIII. pag. 233. Stephani forte Ἀκέρραι, μεταξὺ τοῦ Πάδου καὶ τῶν Ἀλπεύων. De his multa Cluver. Ital. lib. I. pag. 244.

³ *Cato*] Sic Annius quidem Viterbiensis in falsis Excerptis Originum, quæ Catoni ascripsit, pag. 141.

^a *Crustumium*] Rapax Crustumium Lucano II. 406. cum oppido cognominatum, non procul Arimino, inquit Schol. Lucani Sulpicius. Nunc *Conca* dicitur, inter Pisaurum, (ubi ora lustrandæ cap. sup. Plinius finem fecit,) et Ariminum, in Adriam labens.

^b *Ariminum*] Nunc Rimini. Gruter. p. 481. COLON. ARIM. Hanc amnes duo alluunt: latere meridiano, *Ausa*: septemtrionali, *Marecchia*. Hic Plinio, Ariminum: ille Aprusa, dicti. Vide Raph. Adimari de Situ Arimin. p. 49.

^c *Rubico*] Nunc *Luso*, ut egregie demonstrant, tum scriptor citatus, de situ Arimin. pag. 15. tum Jacob. Villanius, libro cui titulum fecit, 'Ariminensis Rubicon.' Deductam eo coloniam, anno Urbis 486. ex Velleio, lib. I. scimus, Sempronio, Appioque Coss.

^d *Quondam finis*] Ante divisionem Italiæ ab Augusto factam. Vide Lucan. I. 215.

^e *Ab eo Sapis*] Hæc fluviorum nomina: Sapis Cæsanam alluit, unde et *Savio* et *Rio di Cesena* dicitur a Baccio de Vinis Ital. lib. V. pag. 263. Vitis est *Bevano*: Anemo deinde sequitur, quem *Montone* vocant: qui Ravennam a septemtrione alluit. Ex his prioris tantum fluvii mentio in vetusto lapide apud Reinesium, pag. 479. INTER. PONTEM. SAPIS. &c.

^f *Sabinorum*] A Sabinis conditum. Sed prius a Thessalis, ut auctor est Strabo lib. V. pag. 214.

Ancona cv. m.² pass. Nec procul a mari, Umbrorum^h Butrium.³ Intus coloniæ: Bononia,ⁱ Felsina vocitata, cum princeps Etruriæ^j esset: Brixillum,^k Mutina,^l Parma, Placentia. Oppida: Cæsena,^m Claterna, Forumⁿ Clodii, Livii,^o Popilii,^p Truentinorum, Cornelii: Faventini,^p Fiden-

Gronov. Harduin. et edd. recentt.—2 Ita ex codd. emendavit Harduinus, cum antea legeretur *CII. M.*—3 *Umbrorum Brutium* Chiff.—4 *Brixella* Pintian. Mox, *Mutina parva* Chiff.—5 *Pompilii* Vet. Dalec. Mox, pro *Truen-*

NOTE

^h *Bedese*] Nunc *Ronco* et *Bedese* vocant: Ravennam fere cingit a meridie.

^b *Umbrorum*] Subintellige oppidum, ab Umbris conditum. *Βούτριος τῆς 'Ραουέννης πόλις*, Straboni lib. v. pag. 214. et Stephano. Ptolemæo III. 1. in Cenomanis, male.

ⁱ *Bononia*] Mela II. 4. 'Mutina et Bononia coloniæ Romanorum.' A quibus deducta colonia fuerit diversis temporibus, colligit Cluverius Ital. lib. I. pag. 283. Adde Dionem lib. L. pag. 422. De Felsinæ cognomine Pseudo-Cato, in Excerptis, pag. 135.

^j *Etruriæ*] Rebus Tuscorum florentibus, cum universa quoque Italia Tyrrhenia nuncuparetur.

^k *Brixillum*] Vel *Βρίξελλον*, ut Ptolem. III. 1. in Gallia Togata. Nunc *Bressello*, ad Padum, in limite Ducatus Mantnani.

^l *Mutina*] *Modene*. Colonia Livio lib. XXXIX. pag. 504. et Parma quoque: de qua speciatim apud Gruter. inscriptio, pag. 492. COL. IVL. AVG. PARM. Placentiam coloniam esse factam belli secundi Punici anno primo, scribit Ascon. Pedian. ad Orat. Cic. in Pison. pag. 2. 'Sub adventum in Italiam Hanibalis,' Velleius lib. I.

^m *Cæsena*] Nunc quoque *Cesena*, ad amnem *Savio*. Claternam prope

Bononiam, jam tum D. Ambrosii ævo in ruinis jacuisse, vidit Holsten. in Ital. pag. 14.

ⁿ *Forum*] Quid *Fora* essent, diximus cap. 5. Forum porro, ne turbetur series elementorum, singillatim in his omnibus repetendum: ut sit *Foro-Claudii*, *Foro-Livii*, *Foro-Popilii*, vel *Populi*: *Foro-Truentinorum*, *Foro-Cornelii*.

^o *Livii*, &c.] *Livii*, apud Anton. male *Julii*: nunc *Forli*, in Romaniola *Popilii*, quatuor a *Foro Julio* mill. pass. *Forlimpopolo*: sæpius *Forli piccolo*, seu *Forum Livii* minus vocitatum. *Truentinorum*, in vet. inscr. apud Gruter. p. 492. *FORODREVENT*. Hodie *Bertinoro*, haud procul Arimino. *Cornelii*, nunc *Imola* est, in Romaniola, ut recte Cluverius probat, Ital. lib. I. p. 290. Hoc loco libri vulgati *Cornelii*, *Laccini*, fere exhibent: sed posteriorem vocem, cum nec ulli eam Mss. codices agnoscant, nec oppido ulli eo nomine Geographorum quisquam adjudicet, intrepide induximus. De foro *Cornelii*, Prudentius *περὶ σφεδάνων*, Hymn. IX. in S. Casianum: 'Sylla Forum statuit Cornelius: hoc Itali urbem Vocitant ab ipso conditoris nomine.'

^p *Faventini*] *Faënza*, in Romaniola. *Fidentini*, a *Fidentia*, qua de Ptolem. III. 1. in Togata Gallia: ubi nunc *Borgo di S. Donnino*, ultra Cremon-

tini, Otesini,⁹ Padinates, Regienses^r a Lepido, Solonates,^r Saltusque⁷ Galliani qui cognominantur Aquinates: Tannetani,⁸ Veleiates^v cognomine veteri Regiates: Umbranates. In hoc tractu interierunt Boii, quorum tribus CXII. fuisse auctor est Cato: item Senones, qui ceperant Romam.^v

(XVI.) Padus e gremio⁹ Vesuli^a montis celsissimum in cacumen Alpium^b elati,¹⁰ finibus Ligurum Vagiennorum,^c



tinorum margo edd. Dalec. et Gronov. *Brintanorum*.—6 *Cornelii, Laccini, Faventini*, Gronov. et al. vett. *Cornelii, Licinii, Faventini* Chiffi.—7 Ita codd. Regg. Brot. Vatic. Riccard. et Medicæi; nec aliter Ed. pr. Rom. et aliæ antiquiss. *Saltesque* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—8 *Tannetani* Regg. Brot. Chiffi. Riccard. et Medic. *Tanetani* edd. vett. item Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox pro, *cognomine veteri Regiates*, quod ex conjectura Rezzonici recepit Brotier, c. *Vecteri: Regiates* exhibent Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. c. *Vecteri: Vagiates* Pinet. Deinde *Umbanates* Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Umbinates* Vet. Dalec. 'Immo *Umbranates*; nam *Umbinates* in sexta regione censentur.' Gelen.—9 *Padus gremio* Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz.—10 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. item edd. Harduin. et recentt. in *cacumen elati* Gronov. et edd.

NOTÆ

nam Padumque, in limite ditionis Mediolanensis: ut recte Cluver. lib. 1. pag. 268.

⁹ *Otesini*] Vetus inscript. apud Cluver. lib. 1. pag. 282. REIP. OTESINORVM. Padinates, ubi nunc castellum *Bondeno*, ad Panari, Padique confluentes, ut Cluverius conjicit, loc. cit.

^r *Regienses*] Regium Lepidum colonia dicitur a Ptolem. loc. cit. Nomen ab Æmilio Lepido habet: nunc *Reggio*, in Ducatu Mutinense.

^r *Solonates*] Gruter. pag. 1095. SOLONATIVM. ARIMINENSIVM. Nunc *Citta del Sole*, iv. mill. pass. supra Forum Livii.

⁷ *Saltusque* [*Saltesque*] Non *Saltusque*: ut prius: neque enim nemorum, sed populorum nomina nunc quærantur:

^a *Tannetani*] Antonino, Tannetum, octavo a Parma lapide. *Τάννρον* Ptolem. III. 1. in Togata Gallia. Nunc

Tanedo.

^v *Veleiates, &c.*] Rectius forte legeretur, *Veliates*, cognomine veteri *Regiates*: id enim ordo literarum exigit, ne inturbetur.

^v *Ceperant Romam*] Brenno duce. Vide Liv. lib. v. p. 98. et 99. Polyb. lib. II. pag. 150. Paul. Diac. Rerum Longob. XI. 24. Id vero contigit anno Urbis CCCLXIV. XIV. Kal. Sextiles, ut ait Tacitus Annal. xv. pag. 264. De Boiorum excidio, vide Polyb. lib. II. De Senonum clade, Florum 1. 13.

^a *E gremio Vesuli*] *Le Mont Visoul*, in Sabaudia. Hæc verbis totidem Martianns lib. vi. de Italia, pag. 205. et Mela II. 4.

^b *Cacumen Alpium*] Ita Mss. et Martianus: hoc est, qui plurimum inter Alpinos montes assurgat.

^c *Vagiennorum*] De his egimus, cap. 7.

visendo fonte^d profluens, condensque sese cuniculo, et in Forovibiensium^e agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior: Græcis¹¹ dictus Eridanus, ac poena Phaëthontis illustratus: augetur ad Canis ortus liquatis nivibus: agris quamvis torrentior,^{12f} nil tamen ex rapto sibi vindicans, atque ubi liquit agros, ubertate largior: trecentis M. pass. a fonte addens meatu¹³ duodenonaginta, nec amnes tantum Apenninos Alpinosque navigabiles capiens, sed lacus quoque immensos in eum sese exonerantes, omni numero XXX. flumina⁸ in mare Adriaticum desert. Celeberima ex iis, Apennini latere jactum Tanarum:^h Trebiam Placentinum:ⁱ Tarum,^j Inciam, Gabellum, Scultennam, Rhenum:^k Alpium vero Sturam,^l Orgum,¹⁴ Durias duas,^m

vett. Mox *Ligurum Gabiennorum* Vet. Dalec.—11 Vet. Dalec. a *Græcis*. Paulo post, Chiffi. *illustratus: a. ad C. ortum.*—12 Ita codd. Harduin. et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *agris, quam navigiis torrentior* edd. vett. et Gronov. Vid. Not. Var. Mox *vindicans* codd. Dalec. et Chiffi.—13 Margoe edd. Dalec. et Gronov. *meatus*, ut sit Padi cursus P. 3088.—14 Sic codd. Chiffi. et Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

NOTÆ

^d *Visendo fonte*] Singulari, mirabili, conspicuo: quoniam videlicet mediis diebus æstivis velut interquiescens semper erat, ut dictum est II. 106. Sic idem Plinius, x. 44. upupam dixit, 'crista visendam plicatili.'

^e *Forovibiensium*] In parte Vibieni agri, inquit Martianus, quod idem est. De Foro Vibii, cap. seq.

^f *Agris quamvis torrentior*] Quamvis auctus, inquit, in adjacentes agros Padus irruat, sæcundiores illos reddit humectando, et ubertatem eis largiendo: non exhauriendo vastat, aut depopulatur. Vide Notas et Emend. num. 76.

⁸ XXX. *flumina*] Martianus, loc. cit. et Solinus cap. 2. p. 14. Ad XL. hodie Geographi numerant, quorum xv. læva recipit ripa, reliqua dextera.

^h *Tanarum*] *Tanaro*, nobis *le Taner*. In Padum influit juxta oppidum *Basignano*, in Liguria.

Trebiam Placent.] Trebia, clade

Romanorum insignis, Placentinos irrigat campos, nude ei legitimum Placentini cognomen. Vulgo *Trebbia*.

^j *Tarum*] *Taro*, per agrum Parmensem decurrit. *Niciam Lenza* vocant accolæ Brixellenses. *Gabellum, la Secchia*, Mantuani, quorum in agro ex adverso Mincii confluentis in Padum delabitur. *Scultennam Panaro* Ferrarienses, quorum in extrema ditione is Padum subit.

^k *Rhenum*] Hunc Silius lib. VIII. non Rhenum absolute, sed parvum Rhenum appellavit, ut a Germanico eum Rheno distingueret: 'Parvique Bononia Rheni,' inquit: nam Bononiam Rhenus præfluit, quem accolæ *Reno* vocitant.

^l *Sturam*] *Stura* nomen hodieque retinet, haud procul Augusta Taurinorum. *Orgum Orco* vocant accolæ. Vide Notas et Emendationes num. 77.

^m *Durias duas*] Ita libri omnes:

Sessiten,^a Ticinum,^o Lambrum, Adduam, Ollium, Mincium. Nec alius amnium tam brevi spatio majoris incrementi est. Urgetur quippe aquarum mole, et in profundum agitur, gravis terræ, quanquam deductus^{15 p} in flumina, et fossas inter Ravennam Altinumque per CXX. M. pass. tamen qua¹⁶ largius vomit, septem maria dictus facere.

Angusta fossa¹⁷ Ravennam trahitur, ubi Padusa^q vocatur, quondam Messanicus appellatus. Proximum inde^r ostium magnitudinem portus habet, qui Vatreⁱ dicitur, quo Claudius^t Cæsar, e Britannia triumphans, prægrandi illa domo verius quam nave intravit Adriam.^u Hoc ante Eridanum ostium dictum est, aliis Spineticum,¹⁸ ab urbe

Morgum edd. vett. et Gronov.—15 *Margo* edd. Dalec. et Gronov. *diductus*.—16 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentr. *Altinumque CXX. M. pass. tamen quia* edd. vett. et Gronov.—17 'Ita bene codd. Regg. 1. 2. sic quoque esse emendandum recte viderunt Cluverius et Rezzonicius.' *Brotier*. *Angusta fossa* edd. vett. item Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—18 *Vet. Dalec. Spireticum*. Mox codd. Chiffi. et

NOTE

etsi ex Grammaticorum legibus *duos* rectius videatur. Duria minor, *la Petite Doire*, Taurinensem agrum; Major, *La Doire*, Montisferrati partem alluit, quæ Boream spectat.

^a *Sessiten*] Qui Sessis Ennodio dicitur: Vercellensibus accolis *la Sessia*.

^o *Ticinum*] *Tesino*. Papiam alluit, *Pavie*, cui et suum nomen impertit. *Lambrum* il *Lambro* vocant, et *fiume di Marignano*: inter Ticinum et Placentiam: mox *Addua*, supra Cremonam, *Pado* excipitur: *Ollius*, *Oglio*, inter Cremonam et Mantuam. Hanc denique *Mincius* alluit, *Menzo*. *Ulvosum Lambrum*, cœruleum *Adduam*, pigrum *Mincium* appellat Sidonius 1. 5. De amne *Addua* multa Cassiodorus pereleganter xi. 14.

^p *Quanquam deductus*] *Divisus*, distractusque plurimis, inquit, manu factis fossis, fluminibusque, inter *Altinum* et *Ravennam*, *CXX. M. passuum*

spatio *Padus* attenuatur, exhaustiturque: nihilominus qua parte majorem evomit vim aquarum, non stagna sive paludes, sed maria septem facere dicitur.

^q *Ubi Padusa*] Virgil. *Æneid.* xi. 457. 'Piscosove amne *Padusæ*.' Quem in locum Servius: 'Padusa,' inquit, 'pars est *Padi*, quæ quibusdam locis facit paludem, quæ plena est cygnorum.' Loci hujus intellectus est *Padum* ea parte, qua *Ravennam* fossa trahitur, *Padusam* vocari, quondam etiam ibi *Messanicum* appellatum.

^r *Proximum inde*] *Padusa*, seu *Padi* ostium, nunc *Porto di Primaro*.

^u *Qui Vatre*] Ab amne *Vatre*no, de quo mox, in *Padum* influente.

^t *Claudius*] Anno U. C. DCCXCVII. C. Crispo II. T. Statilio, Coss. Dio, lib. LX. p. 680.

^u *Adriam*] Mare Adriaticum. Sic Horat. 1. Od. 33. 'Fretis acrior *Adriæ*.'

Spina, quæ fuit * juxta, prævalens, ut Delphicis * creditum est thesauris, condita a Diomede. Auget ibi Padum Vatreus * amuis, ex Forocorneliensi agro.

Proximum inde ostium Caprasia^y, dein Sagis, inde Volane,¹⁹ ^z quod ante Olane vocabatur. Omnia ea flumina, fossasque, primi a Sagi * fecere Tusci: egesto amnis impetu per transversum in Atrianorum paludes, quæ septem maria appellantur, nobili portu oppidi Tuscorum Atria^b, a quo Atriatium mare ante appellabatur, quod nunc Adriaticum.

Inde ostia ^c plena, Carbonaria ²⁰ ac fossiones Philistinæ, quod alii Tartarum ^d vocant: omnia ex Philistinæ fossæ abundantione nascentia: ²¹ accedentibus Athesi ^e ex Triden-

Dalec. quæ fuit juxta prævalens. Delphicis (ut creditum est) thesauris a Diomede condita.—19 Alana Chiffi. Paulo post, pro Sagi codd. Chiffi. et Dalec. exhibent Asagi.—20 Ita codd. Ambrosian. et Editio princeps. Inde ostia plena: Carbonaria in ceteris edd.—21 Codd. Dalec. abundantione enascentia. Mox Athesi edd. ante Brotier. Atesi Editio princeps et Rezzonicus. Deinde

NOTE

* Quæ fuit] Interiisse jam ævo suo significat. Ab ea ostium *Σπιῶνα* vocat Dionys. lib. i. p. 15.

^y Ut Delphicis] Spinetarum thesaurum Delphis ostendi solitum auctor est Strabo lib. v. p. 214. Oppidum a Diomede conditum, Pseudo-Cato in Exc. Orig. p. 135.

^z Vatreus] Idem Saturnus vocitatus, modo *Santerno*, qui Forum Cornelli alloit, hodie, ut diximus, *Imola*. Martialis, III. 67. de pigris nautis: 'Cessatis pueri, nihilque molestis, Vatreo, Eridanoque pigriores, Quorum per vada tarda navigantes,' &c.

^y Caprasia] Caprasia et Sagis, quæ Padi ostia fuerunt, nunc obscurior investigatio est, locorum facie immutata stagnis Comacensibus, *Stagni di Comacchio*. Superest majus ibi ostium unum, quod hodie *Porto di Magnavacca* nominent: quod sive Caprasias, sive Sagin, possis interpretari.

^z Volane] Ab oppido, quod huic *Delph. et Var. Clus.*

Eridani alveo impositum est, hodieque ei ostio nomen, *Porto di Volana*: anni ipsi, a Ferrara usque ad ostium, *Il Po di Volana*.

^a A Sagi] Ita libri omnes. Oppidi id nomen videtur fuisse de quo Pseudo-Cato in Excerpt. Orig. p. 136. 'Post Padi ostia Ravenna, . . . Interiit Saga, oppidum Etruscorum: ubi et Atria, a quo mare Atriatium, quod nunc Adriaticum.'

^b Atria] Longe hæc diversa ab *Adria* colonia quintæ regionis, sive *Piceni*, de qua cap. 18. Retinet nomen *Adria* tenue magnæ urbis vestigium: episcopali tamen titulo nobile, inter Padi et Athesis ostia.

^c Inde ostia] Quæ magis in Boream vergunt.

^d Tartarum] Hodieque *Tartaro*. Meminit hujus Tacitus Hist. III. p. 63.

^e Atesi [Athesi] *L'Adige*. Veronensium amnis est.

Plinius.

2 U

tinis^f Alpibus, et Togisono^g ex Patavinorum agris. Pars eorum et proximum portum fecit Brundulum,^h sicut Edronemⁱ Meduaci duo,^{22j} ac fossa Clodia. His se Padus miscet, ac per hæc effunditur, plerisque, ut in Ægypto Nilus, quod vocant Delta, triquetram figuram inter Alpes atque oram maris facere proditus, stad. duum m. circuitu. Pudet a Græcis Italiæ rationem²³ mutuari. Metrodorus^k tamen Scepsius dicit, quoniam circa fontem arbor multa sit picea, quales Gallice vocentur Padi, hoc nomen accepisse.²⁴ Ligurum quidem lingua amnem ipsum Bodincum^{25l} vocari, quod significet fundo carentem. Cui argumento adest oppidum juxta Industria,^m vetusto nomine Bodincomagum, ubi præcipua altitudoⁿ incipit.

XXI. (XVII.) Transpadana appellatur ab eo regio undecima,¹ tota in mediterraneo, cui maria cuncta fructuoso alveo^a importat.² Oppida: Vibiform,^b Segusio.^c Colo-



Vet. Dalec. *Alpibus et Trogisono*.—22 Ita codd. Regg. Brot. Editio princeps, et Rezzonicus. *Meduaci duo* edd. vett. item Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—23 Margo edd. Dalec. et Gronov. *Italia narrationem*.—24 Ita codd. Harduin. et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *vocentur, Padum hoc nomen accepisse* edd. vett. et Gronov.—25 *Bodincum* margo edd. Dalec. et Gronov.

CAP. XXI. 1 Vet. Dalec. *nona* hic et in lemmate hujus capituli.—2 'Ita

NOTE

^f *Tridentinis*] Eadem Rhæticiæ appellantur, a capite Rhæticiæ Tridento. Comitatum Tirolensem a Venetis, ab Insubribus Rhætos disternant.

^g *Togisono*] Hodie *Bachiglione*.

^h *Brundulum*] Nunc quoque *Bron-dolo*.

ⁱ *Edronem*] Nunc *Chioza*.

^j *Meduaci duo*] *Brenta*, et *Brentella*, accolæ vocant. Fossa Clodia ea mihi esse videtur, quam nunc Fossam Palatanam appellant.

^k *Metrodorus*] Et Pseudo-Cato in Excerpt. Orig. p. 135. et 136. Scalliger. Exercit. 37. p. 154. ab Syrorum voce *Pad*, quæ campum significet,

Padum appellatum esse ait. Menagius in Origin. Ital. p. 702. a Græca voce *βάθος*, quæ profundum sonat, Padi nuncupationem derivat.

^l *Bodincum*] Polybius lib. II. ab accolis ait *Βόδευκον* vocari. Nic. Chorier Hist. Delphin. lib. II. p. 94. ait voculam *Inc*, sine; *Bod* (unde Gallis etiamnum *le Bout*) finem, fundum, sive extremum significare: Bodincum proinde, voce ex utraque conflata, fundo carentem sonare.

^m *Industria*] *Casal*, de quo cap. 7. in regione Italiæ nona.

ⁿ *Altitudo*] Padi fluminis.

^a *Fructuoso alveo*] Padi alveo, ob importationem variarum mercium,

niæ ab Alpium radicibus, Augusta Taurinorum,^d antiqua Ligurum stirpe, inde navigabili Pado.³ Dein Salassorum⁴ Augusta Prætoria, juxta geminas Alpium fores Graias^f atque Peninas.⁵ His Pœnos,^g Graiis Herculem transisse memorant. Oppidum Eporedia,^h Sibyllinis a

bene cod. Reg. 1. Ambrosian. et Rezzonicus; nec aliter Plinius, XIX. 2.⁷ Brotier. Ceteræ edd. exhibent, *fructuoso alveo important*. Mox Vet. Dalec. *Biviforum*; Editio princeps et Reg. Brot. 1. *Vibiforum*; edd. vett. cum Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et recentt. *Vibi forum*. Deinde pro *Segusio* Ptolemæus habet *Setusum*.—3 Chiffi. *inde navigabili Pado antiqua Ligurum stirpe*.—4 *Salanorum* cod. Dalec. Mox, *Alpium fores* Chiffi. quod recepit Harduin. eumque secuti recentt. *Alpium fauces* edd. vett. et Gronov.—5 'Ita bene Mss. Reg. Ambrosian. et Cl. Rezzonicus. In Inscriptione vetere, DEO PENINO. Nomen sane ductum a voce Celtica, *pen*, quæ apud Aremoricos caput et verticem adhuc significat.' Brotier. Edd. vett. cum Gronov. Har-

NOTÆ

rerum omnium copiam afferente: et regioni huic fertili alveo suo copiosissime suggerente omnium rerum usus, cunctaque commoda, quæ in ora positis præstare maria ipsa consueverint.

^b *Vibiforum*] Sive Forum Vibii, cuius oppidani sup. cap. Forovibienses dicti. Nunc *Castel Fiori*, in Taurinorum finibus.

^c *Segusio*] Nunc *Suse*, in Galliæ Italiæque confinio.

^d *Augusta Taurin.*] *Turin*. Nummus Neronis in Thes. Goltzii, p. 240. COL. IVL. AVG. TAVRINOR.

^e *Salassorum*] *Σαλασσίων Ἀδρόβοστα Πραιτωρία κολωνία*, apud Ptolem. III. 1. et in nummo Tiberii apud Goltz. p. 237. Augusta, quod jussu et auspiciis Augusti condita. Prætoria, quod Prætorianorum colonia eo deducta, anno U. C. DCCXXIX. Vide Dionem lib. LIII. p. 514. Nomen antiquum retinet, *Aosta* et *Augusta* Italiis: nobis *Aoste*.

^f *Graias*] Graiarum Alpium tractus a monte Ceniso, hoc est, ab Alpibus Cottiiis, usque ad Pœninas pertinet, quas vulgo vocant, *Monte di S. Bernardo maggiore*.

^g *His Pœnos*] Unde fortean Alpibus nomen. Nam Ptolemæus II. 12. τὰς Πονὰς vocat. Et apud Gruter. p. 376. VALLIS. PœNIN. Negat tamen Livius lib. XXI. p. 200. a transitu Hannibalis Pœni Alpes dictas esse Pœninas: sed Penninas potius ab eo quem in summo sacro vertice Penninum montani appellabant. Inscriptionem refert Sponius, de Ignotis Diis, p. 22. DEO. PENINO. Penninus itaque verticem montis sonat, ut hodieque apud Aremoricos Galliæ populos, *Pen* caput et vertex est. Quid quod nihil de Pœnorum transitu Plinius asseverat, sed vulgarem solum famam refert: nec obscure innuit, sibi esse incompertum, quos fama illa Pœnos intelligat: num Hannibalem cum suo exercitu, num vero Hasdrubalem, qui duodecim post annis ex Hispania in Italiam venit. Illac transisse Hannibalem, ubi nunc est Pignerolum oppidum, putat Nic. Chorier lib. III. p. 145. Eruditam de eo argumento concertationem habet Honor. Bouche I. 4. p. 396. &c.

^h *Eporedia*] *Ἐπορεία* Ptolemæo, in Salassis III. 1. Nunc *Lamporeggio*, et *Ivrea*, et *Inverca*, ad Duriam majore.

populo Romano conditum jussis. Eporedias⁶ Galli bonos equorum domitores vocant. Vercellæ Libicorum⁷ ex Salluviis ortæ, Novaria^j ex Vertacomacoris, Vocontiorum^k hodieque pago, non (ut Cato¹ existimat) Ligurum: ex quibus^m Lævi⁸ et Marici condidere Ticinum,ⁿ non procul a Pado: sicut Boii transalpibus profecti⁹ Laudem^o Pompeiam, Insubres Mediolanum.^p Orobiorum stirpis esse Comum,^q atque Bergomum, et Liciniforum,¹⁰ et aliquot circa populos auctor est Cato: sed originem gentis ignorare se fatetur, quam docet Cornelius Alexander ortam a Græcia, interpretatione etiam nominis, vitam in montibus^r degentibus. In hoc situ interiit oppidum Orobiorum Barra, unde Bergomates Cato dixit ortos, etiamnum pro-

duin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Pænnas*.—6 Ita ex codd. restituit Harduin. ita quoque edd. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *conditum. Jussisse Eporedicas* Chiffi. *Sibyllinis libris a Pop. Rom. condi jussum. Eporedicas*. edd. vett. et Gronov. *Iporedicas* cod. Dalec. et Vet. ejusdem.—7 *Libitiorum* Vet. Dalec. *Libycorum* edd. vett. et Gronov.—8 Ita Reg. Brot. 1. ex quibus *Levi* edd. ante Brotier.—9 'Ita bene codd. Regg. 1. 3. et Editio princeps. Male in recentioribus emendatum, *trans Alpes profecti*.' Brotier.—10 Ita Regg. Brot. 1. 2. Editio princeps aliæque antiquiss. *Licini forum*

NOTÆ

rem. Deductam eo coloniam Mario sextum, Valerioque Flacco Coss. hoc est, anno Urbis 664. auctor est Velleius lib. 1.

ⁱ *Libicorum*] Libicorum gentis, inquit, quæ ex Salluviis ortum traxit, caput Vercellæ fuit. Nunc quoque *Vercellæ*, ad Sessim, vel Sessiten amnem. *Διβυλ* apud Ptolem. III. 1. genti nomen. De Salluviis diximus cap. 5.

^j *Novaria*] Ptolemæo *Novapia*, in Insubribus. Hodie *Novare*, in Ducatu Mediolan.

^k *Vocontiorum*] De his egimus cap. 5. Horum pars quædam Vertacomacori fuisse: cujus nominis vestigium in eo agro servari, qui hodie *Vercors* appellatur in Delphinatu, auctor est Nic. Chorier lib. 1. p. 11.

^l *Non (ut Cato)* Vide Pseudo-Cato-

nem, in Excerpt. Orig. p. 135.

^m *Ex quibus*] Ex Liguribus. Livius, lib. v. p. 98. et lib. xxxiii. p. 401. antiquam gentem Lævos Ligures vocat, incolentes circa Ticinum amnem.

ⁿ *Ticinum*] *Pavie*.

^o *Laudem*] Ad ripam Adduæ fluminis, *Lodi*: vel potius *Lodiæ*, vicus a *Lodi* dissitus tria millia passuum.

^p *Mediolanum*] *Milan*. Mediolanum habent inscriptiones veteres apud Mattium Opinion. III. p. 162.

^q *Comum*] Illud *Come en Lombardie*: istud *Bergamo*: tertium ignotis, soli Plinio memoratur.

^r *Vitam in mont.*] A vocibus Græcis *ἔπος* et *βλῶς* *παρὰ τὸ τὸν βλῶν ἄγειν ἐν ὄρεσι*.

dente ¹¹ se altius quam ^a fortunatius situm.¹² Interiere et Caturiges ¹³ Insubrum exules, et Spina supra dicta.^t Item Melpum opulencia præcipuum, quod ab Insubribus, et Boiis, et Senonibus deletum esse eo die, quo Camillus ^u Veios ceperit, Nepos Cornelius tradidit.

XXII. (XVIII.) Sequitur decima regio Italiæ, Adriatico mari apposita: cujus Venetia: ^a fluvius ¹ Silis ^b ex montibus Tarvisanis. Oppidum Altinum, ^c flumen Lipientia ^d ex montibus Opiterginis, ^e et portus eodem nomine: colonia Concordia: ^f flumina et portus, Romatinum, ^g Tiliaventum ^{2 h} majus, minusque, Anaxum, ⁱ quo Varianus defluit:

Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—11 Buchan. Rer. Scot. lib. 1. p. 12. legit, *etiam nomine prodentes*.—12 ^t In Chiffi. et vetustis codd. non *sitos*, sed *situm est*; ut oppidum Orobiorum respiciat potius quam Bergomates.^t Dalec. *sitos* edd. vett. ante Harduin. *situm* codd. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—13 *Caturgi* cod. Dalec.

CAP. XXII. 1 *Venetia cujus fluvius* Gronov. et edd. vett. post Herm. Barbarum. *cujus Venetia: fluvius* codd. omnes cum edd. Venett. Rom. Parm. Brix. aliæque antiq. Mox, pro *Tarvisanis*, quod exhibent Chiffi. et edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Taurisanis* legitur in edd. vett.—2 Ita codd. Regg. Brot. Ambrosian. et Rezz. *Tilaventum* edd. ante Brotier. Mox

NOTÆ

^a *Altius quam*] Quoniam id oppidum Barra appellatum, in editi montis vertice olim conditum, Catonis autem ætate jam deficiens atque caducum, et paulo post funditus interitum fuit, vere is, in historiis suis, altius quam fortunatius situm prodidit.

^t *Supra dicta*] Sup. cap.

^u *Camillus*] De Veis a Camillo Dictatore expugnatis vide Liv. lib. v. p. 94.

^a *Cujus Venetia*] 'Non est hoc loco nomen urbis Venetiarum; sed provincie nomen est, quæ olim in superiore et inferiore dividebatur: ex utraque autem postea confluentes populi, præcipue ex Patavio, Aquileia, Altino urbem cognominem condidere, *Venise*.' Ed. sec. Vide Notas et Emend. num. 78.

^b *Silis*] *Sile*, Tarvisium alluit, Tre-

vigio.

^c *Altinum*] Oppidi ruinæ extant in ipso Silis ostio. Hunc ejus situm docent Tacitus lib. III. et Martial. IV. 25. cujus titulus, 'De littoribus Altini.'

^d *Lipientia*] Nunc *Livenza*: cum portu cognomine. Vide Gothofr. in Cod. Theod. XI. tit. 10. p. 93.

^e *Opiterginis*] Juxta oppidum Opitergium, nunc *Oderzo*, et *Uderzo*, ad annum *Livenza*. Incolæ Opitergini Floro IV. 2.

^f *Concordia*] Nomen hodieque retinet, inter annes Lipientiam et Tiliaventum. Ptolemæo III. 1. in Carnis, Κογκορδία κολωνία.

^g *Romatinum*] Nunc *Lemene*: Concordiam præfinit: portum denique efficit, *Porto Lematino*.

^h *Tiliaventum*] Τίλιαθεντρος Ptolemæo: accolis *Tagliamento* et Tai-

Alsa,^j Natiso,^k cum Turro, præfluentes Aquileiam^l coloniam, xv.³ m. pass. a mari sitam. Carnorum hæc regio,^m junctaqueⁿ Iapydum:⁴ amnis Timavus, castellum nobile vino Pucinum:^o Tergestinus^p sinus, colonia Tergeste, xxxiii. m.^q pass. ab Aquileia.⁵ Ultra quam, vi. m. pass. Formio^r amnis, ab Ravenna clxxxix. m. pass. antiquus^s auctæ Italiæ⁶ terminus, nunc vero Istriæ: quam cognominatam a flumine Istro, in Adriam effluente e Danubio amne, eodemque Istro, adversum Padi⁷ fauces, contrario

Anassum quo Varramus edd. vett. et Gronov. *Anassus quo Varianus* Vet. Dalec. *Anaxum quo Varramus* Chiffi. *Anassum quo Varianus* cod. Dalec. *Varramus* etiam Reg. Brot. 2. Lectionem nostram exhibent Regg. Brot. 1. 3. Colbert. Ambrosian. 2. et Ed. pr.—3 Ita Harduinus ex codd. et sic edd. recentt. XII. edd. vett. et Gronov.—4 *Iapidum regioni* Vet. Dalec.—5 'Ita bene codd. Regg. Landinian. Ambrosian. et Ed. pr. Male in recentioribus editionibus emendatum XXIII. M. ab Aquileia.' Brotier.—6 Ita ex codd. emend. Harduinus. *Italiæ auctæ* edd. quædam vett. *Italiæ auctus* Gronov. et al. Mox, edd. vett. et Gronov. *cognominatum tradunt a f. Istro*; *τὸ tradunt* non habetur in codd. Chiffi. et Harduin. neque in edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Gronov.—7 Ita codd. Dalec. Chiffi. et Harduini; item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *eidemque Istro ex adverso Padi* edd. vett. et Gronov.

NOTÆ

mento. In ostio portum efficit sibi cognominem. Inter Romatinum et hoc Tiliaventum majus fluviolus labitur, cujus in ore portus est *de Langugnana*. Id Tiliaventum minus dici a Plinio suspicamur.

^l *Anaxum* [*Anassum*] Nunc *Stella*, quicum in paludibus miscetur Varramus, accolis *Muzonela* vocitatus, prope Maranum oppidum. In Mss. Reg. Colb. &c. *Varianus* amni nomen est.

^j *Alsa*] Nunc *Ausa*: haud procul Aquileia labitur.

^k *Natiso*] *Νατῖον* Ptolemæo III. 1. De hoc Jornandes de Rebus Getic. 'Aquileiæ muros,' inquit, 'ab Oriente Natiso amnis elambit.' Pro Turro, Mss. Reg. Colb. &c. habent Turro.

^l *Aquileiam*] Vespasiani nummus apud Goltz, p. 237. COL. AQVILEIA.

^m *Carnorum hæc regio*] In qua Con-

cordia Aquileiaque coloniae continentur, teste Ptolemæo III. 1.

ⁿ *Junctaque*] Quæ Carnis, inquit, conjungitur regio, Iapydum est: a Timavo incipit. A Strabone lib. VII. p. 314. *Ἰαπυδοὶ* nominantur: *Ἰαπυδοὶ* Ptolemæo II. 17.

^o *Pucinum*] *Πούκινον* Ptolemæo: incolis *Castel Duino*, prope Timavum. De Piceno inde cognominato dicetur XIV. 7.

^p *Tergestinus*] *Golfe de Trieste*, id enim ei nunc quoque oppido nomen. *Τέργεςτον κόλωνα* Ptolemæo loc. cit.

^q XXXIII. [XXIII.] M.] Antoninus XXIV. M. P. Strabo lib. V. p. 215. stadiis 180. hoc est, XXI. M. D. pass.

^r *Formio*] Nunc *Risano*. Ptolemæo, *Φωμῖον*.

^s *Antiquus*] Ante divisionem Italiæ ab Augusto institutam.

eorum percussu mari interjecto dulcescente, plerique dixeret¹ falso, et Nepos etiam⁸ Padi accola. Nullus enim ex Danubio amnis in mare Adriaticum effunditur. Deceptos credo, quoniam Argo navis flumine in mare Adriaticum descendit, non procul Tergeste, nec jam constat quo flumine. Humeris travectam Alpes, diligentiores^u tradunt. Subiisse autem Istro,^v dein Savo,⁹ dein Nauporto, cui nomen ex ea causa^w est, inter Æmonam Alpesque exorienti.

XXIII. (XIX.) Istria,^a ut peninsula, excurrit. Latitudinem ejus XL. M. pass. circuitum vero CXXV. M.¹ prodidere quidam. Item adhærentis Liburniæ et Flanatici sinus.^b Alii Liburniæ CLXXX. M. Nonnulli^c in Flanaticum sinum Iapydiam promovere, a tergo Istriæ, CXXX. M. pass. Dein

faucibus cod. Dalec.—8 Sic ex codd. Harduin. sic quoque Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. et *Nepos Cornelius etiam* edd. vett. et Gronov.—9 Ita codd. Harduin. et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Sao* edd. vett. *Mox Nauporto c. n. e. e. c. e. i. Eumoniæ* Vet. Dalec.

CAP. XXIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CXXII. edd. vett. et Gronov. *Mox, Vet. Dalec.*

NOTÆ

¹ *Plerique dixeret*] Auctor libri Mirab. Auscult. pag. 1190. Auctor Periplus Ponti Euxini, pag. 10. Timagetes ἐν τῇ πρώτῃ περὶ λιμένων, apud Schol. Apollon. ad iv. 250. Theopompus apud Strabon. lib. vii. p. 317. alique.

^u *Diligentiores*] Propius tamen a vero Scymmus abesse videtur, qui quemadmodum refert Apollonii Schol. ad Argon. iv. 284. ait a Tanai amne in mediterraneum mare, atque inde in Adriaticum descendisse.

^v *Istro*] A Tanai primum, Pontoque Euxino in Danubium, sive Istrum, ii tradidere Argon navim primum descendisse: mox amnem Savum subiisse, qui in Danubium infuit: denique ex Savo in Nauportum fluvium esse transvectam: mox hu-

meria per Alpes sublatam in Tergestianum usque sinum. Savus Carniolam Croatiamque perlabitur: la Save. Nauportus, quem *Laubach* vocant, in ipso Carniolæ agro in Savum infuit. Æmona ipsa *Laubach* est, Carniolæ metropolis, ant hæc certe ex illis ruderibus excitata, ut recte Holsten. pag. 28.

^w *Ex ea causa*] Quod navem tule-rit.

^a *Istria*] Et ipsa quoque decimæ Italici regionis contributa.

^b *Flanatici sinus*] De quo sinu dicitur cap. 25.

^c *Nonnulli*] Censeri in horum numero Strabo potest, oram Iapydum inter Istros ac Liburnos stadiis mille constare testatus, lib. vii. p. 314. hoc est, CXXV. M. pass.

Liburniam CL. M. fecere. Tuditanus, qui domuit Istros, in statua sua ibi inscripsit,^d ab Aquileia ad Titium flumen stad. M.² Oppida Istriæ civium Rom. Ægida,^e Parentium:^f colonia, Pola,^g quæ nunc Pietas Julia, quondam a Colchis condita. Abest a Tergeste C. M. pass. Mox oppidum Nesactium:^h et nunc finis Italiæⁱ fluvius Arsia. Polam ab Ancona trajectus CXXX. M.⁴ pass. est.

In mediterraneo regionis decimæ, coloniæ: Cremona,^j Brixia,^k Cenomanorum agro: Venetorum autem, Ateste:^l et oppida⁵ Acelum,^m Patavium,ⁿ Opitergium, Belunum,

Fanatici sinus, et paulo post, Fanaticum sinum.—2 Sic ex codd. Harduin. eumque secuti recentt. sic quoque codd. Dalec. et Vet. ejusdem. stad. CC. edd. vett. et Gronov.—3 *Nexantium* Vet. Dalec. Mox Chiffi. *fluvius Myrsia*; al. *fl. Arse*.—4 Ita ex codd. Harduin. eumque secuti recentt. consentit Chiffi. CXX. M. edd. vett. et Gronov.—5 *Venetorum autem Adria. Ateste et oppidum*

NOTE

^d *Ibi inscripsit*] Subintellige, regionis quam domuit latitudinem inscripsisse, stadiorum mille ab Aquileia ad Titium amnem, qui Liburniæ finis, ut dicetur cap. 25. Rem gestam narrant Florus in Epit. Livii lib. LIX. et Appianus in sexto bello Illyrico. Fragmentum quoque Fastorum Trimphalium: C. SEMPRONIUS. C. F. C. N. TYDITANVS. COS. DE. IAPYDIBVS. KAL. OCT. A. DCXXVI.

^e *Ægida*] Mox Justinopolis appellata, nunc *Cabo d'Istria*. Vide Inscriptionem vet. apud Cluver. Ital. lib. I. p. 210.

^f *Parentium*] Nunc Parenzo, cum portu celebri. Παρέντιον, πόλις καὶ λιμὴν Ἰστρίας, Stephano. In Conc. VI. Œcum. act. 4. 'Aurelianus Episcopus Ecclesiæ Parentinæ Provinciæ Istriæ.'

^g *Pola*] Hæc Plinius a Mela II. 3. 'Sinus Polaticus,' inquit, 'et Pola quondam a Colchis, ut ferunt, habitata, in quantum res transeunt: nunc Romana colonia.' Hodie *Pola*.

^h *Nesactium*] Ptolemæo III. 1. Νέσακτον τέλος Ἰταλίας. Hujus oppidi

nœcia amne præterflui Livius prodidit, lib. XLI. p. 525. haud dubie Arsia fluvio, qui finis Italiæ mox dicitur. Quamobrem non aliud id fuit, quam quod hodie *Castel nuovo* dicitur, in ipso Arsiæ ostio positum, *Arsa*.

ⁱ *Finis Italiæ*] Et decimæ regionis.

^j *Cremona*] Ptolemæo III. 1. Κρέμωνα κολωνία, in Cenomanis. Deductam eo coloniam, anno U. C. DXXXVI. P. Corn. Scipione, T. Sempron. Longo Coss. auctor est Livius lib. XXI. p. 191. et Epitomator ejus in fine lib. XX. *Cremona*.

^k *Brixia*] *Bresse*, Cenomanorum gentis caput Brixia appellatur a Livio lib. XXXII. p. 392. Et apud Ptolem. loc. cit. Κενομανῶν Βριξία. Coloniā vocat inscriptio vetus apud Cluver. Ital. Antiq. lib. I. p. 252.

^l *Ateste*] Nunc voce deminuta, *Este*.

^m *Acelum*] Ptolemæo, Ἀκελον, non Ἀκεδον. Hodie *Azolo*, supra Tarvisium.

ⁿ *Patavium*] *Padoue*. Ὀπιτέργιον deinde Ptolemæo III. 1. in mediterraneo

Vicetia : Mantua Tuscorum trans Padum sola reliqua.^o Venetos Trojana stirpe^p ortos, auctor est Cato : Cenomanos juxta Massiliam habitasse in Volcis.^q Fertini,^{6r} et Tridentini,⁸ et Berunenses,^t Rætica oppida : Rætorum et Euganeorum Verona,^u Julienses^v Carnorum. Dein quos scrupulose dicere non attineat, Alutrenses,⁷ w Asseriates, Flamonienses^x Vannienses, et alii cognomine Culici : Forojulienses^y cognomine Transpadani, Foretani, Nedi-

Vet. Dalec.—6 *Feltrini*, et mox *Bervenses* Vet. Dalec. *Berbenses* Chiffi.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Alutranses* Gronov. *Alutrienses* al. vett. Mox, *Flamonienses*, *Vannienses*

NOTÆ

neis Venetorum oppidis, nunc Oderzo, in Marchia Tarvisana. *Βέλουνον* quoque ibidem, *Beluna*. Vicetia, *Vicenza*, inter Venonam et Patavium.

^o *Sola reliqua*] Ex iis urbibus quas Tnsi trans Padum condiderunt, cum rerum tota fere Italia potirentur. Idcirco apud Virgil. *Æneid.* x. Mantua dives avis dicitur, et Tusco ei de sanguine vires.

^p *Trojana stirpe*] Antenore duce. Vide Livium initio lib. i.

^q *In Volcis*] Utamque Rhodani ripam Volcæ quondam tenuere. Auctor Livius lib. xxi. p. 197. Finibus suis egressos e Gallia Cenomanos, cum Belloveso, Ambigati Biturigum et totius Celticæ regis nepote, docet Livius lib. v. p. 98. ubi Cenomanos Aulercos vocat. Consedere ii porro apud Volcas primum : mox per Taurinos saltus in Italiam prorupere, Brixiamque, Veronam, Cremonam, et Mantuum construxere. Vide P. *Ægid.* Laccary de Colon. Gallor. ii. 6. p. 94.

^r *Fertini*] Ita libri omnes. Haud dubie pro *Feltrini*, ut habet Cassiodorus. Antonino quoque *Feltria*, in Rhætia oppidi nomen est, a Tridento, M. P. lvi. nunc *Feltre*, supra Tarvi-

sium.

^s *Tridentini*] Tridentum *Trente*, ad amnem Athesim.

^t *Berunenses*] In Mss. ubique *Bervenses*. Hodie *Belluno* supra Feltriam, ut quidem videtur.

^u *Verona*] *Verone*, quam Athesis hodie mediam secatur. Cenomanis a Ptolemæo ascribitur.

^v *Julienses*] Quorum *Ἰούλιον Κάρινον* Ptolemæo ii. 14. Extare hujus vestigia aiunt circa Tilavempti annis initia.

^w *Alutrenses*] Deinceps alphabeti ordine populi recensentur : in mediterraneo regionis decimæ omnes positi. Ita Mss. omnes. Cave porro hos putes ab Alvona, de qua cap. 25. cognominatos, aut ab Aloo oppido, de quo Stephanus verbo *Ἀλδων*, cum id in ora sit positum : in mediterraneo, Alutrenses.

^x *Flamonienses*] Non a Flanona, de qua cap. 25. quæ urbs littoralis est, sed a Flamonia, quæ nunc *Flagogna*, haud procul ripa Tilavempti amnis.

^y *Forojulienses*] *Friouli*. Transpadani cognomen his fuit, quod et alii Forojulienses Cispadani erant in Umbria, de quibus cap. 19.

nates,⁸ Quarqueni, Taurisani,^a Togienses, Varbari. In hoc situ interiere per oram Iramine, Pellaon, Palsatium :⁹ ex Venetis Atina, et Caelina : Carnis, Segeste, et Ocra : Tauriscis Noreia. Et ab Aquileia ad duodecimum lapidem, deletum oppidum etiam invito senatu, a Claudio¹⁰ Marcello, L. Piso auctor est. In hac regione et undecima¹¹ lacus inclyti sunt, amnesque eorum partus aut alumni : si modo acceptos¹² reddunt, ut Adduam^c Larius, Ticinum Verbanus, Mincium Benacus, Ollium Sebinus, Lambrum Eupilis, omnes incolas Padi.^d

Alpes in longitudinem \bar{x} . pass.¹³ patere a supero mari ad inferum, Caelius tradit : Timagenes xxii . M. pass. deductis : in latitudinem autem Cornelius Nepos centum M. T. Livius tria M. stadiorum :^f uterque diversis in locis.

Gronov. *Flamonienses Vanienses* Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz.—8 Ita Vet. Dalec. et edd. post Harduin. *Venidates* edd. vett. et Gronov. Mox, pro *Varbari*, quod exhibent codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Varuani* legitur in edd. vett.—9 *Palsicium* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *Palsatium* codd. Harduini et Chiffi. cum edd. recentt.—10 Ita ex codd. Harduin. eumque secuti Miller. Bipont. et Franz. antea legebatur, a *M. Claudio*.—11 Codd. Dalec. et Chiffi. et Vet. Dalec. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. et XI. edd. vett. et Gronov. et X.—12 Ita codd. Harduini, Chiffi. Dalec. et Vet. ejusdem, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *exceptos* edd. vett. et Gronov.—13 Vet. Dalec. cod. Dalec. et Chiffi. *X. M. pass.* edd. vett. et Gronov. *X. pass.* Paulo post, Tolet. et Salmas. *deductis*.

NOTÆ

^a *Nedimates*] Ita Mss. non *Venidates* : atque ita sane series ipsa elementorum exigit.

^a *Taurisani*] Vel Tarvisani : oppidum Tarvisium, *Treviso*. Ex oppidis deinde quæ interiisse dicuntur, Noreia Straboni cognita, lib. v. pag. 214. qui infeliciter ibi pugnatum a Papirio Carbone adversus Cimbro et Teuto nas ait. Incolæ apud Gruterum, pag. 545. NOREENSES.

^b *Et undecima* [et XI.] Ita Mss. Hoc est, et in undecima regione : nam Ticinum, non decimæ, sed præcedentis undecimæ regionis amnis est.

^c *Ut Adduam*] Larius lacus, *Lago di Como*. Verbanus, *Lago Maggiore*. Benacus, *Lago di Guarda*. Sebinus, ab oppido Sevo, sive Sebo, *Lago di Seo*, mox d' *Iseo* appellatus. Eupilis denique, *Lago di Pusiano*.

^d *Incolas Padi*] In Padum denique confluere ait eos amnes.

^e \bar{x} . pass.] Hoc est, decies centena millia passuum. Siquidem denarii notam, superducta linea, signare decies, atque in hujusmodi, centena millia semper intelligi, sæpius ante admonuimus.

Nam et centum millia excedunt aliquando, ubi Germaniam ab Italia summovent: nec LXX. M. explent reliqua sui parte graciles, veluti naturæ providentia. Latitudo Italiæ, subter radices earum a Varo, per vada Sabatia, Taurinos, Comum, Brixiam, Veronam, Vicetiam,¹⁴ Opitergium, Arsiam, DCCXLV. millia¹⁵ passuum colligit.

XXIV. (XX.) Incolæ Alpium multi populi, sed illustres a Pola ad Tergestis regionem Secusses,¹ Subocrini, Catali, Monocaleni: juxtaque Carnos quondam Taurusci appellati, nunc Norici.^b His contermini Ræti^c et Vindelici, omnes in multas civitates divisi. Rætos Tuscorum^d prolem arbitrantur, a Gallis pulsos duce Ræto. Verso deinde^e Italiam^a pectore Alpium, Latini juris Euganeæ gentes, quarum oppida XXXIV. enumerat Cato. Ex iis Triumpilini,^f venalis cum agris suis populus: dein Ca-

In latitudinem autem Cornelius Nepos col. M.—14 Vincentiam Vet. Dalec. Mox, Opitergium, Aquileiam, Tergeste, Polam, Gronov. et edd. vett.—15 Ita Harduin. ex codd. suis et Chiffi. enimque secuti Miller. Bipont. et Franz. DCCXIII. millia Tolet. et Salmant. DCCII. millia Gronov. et edd. vett. Pro colligit, Tolet. et Salmant. habent agit.

CAP. XXIV. 1 *Fecusses* Chiffi. Mox, pro *Catali*, quod ex codd. restituit Harduinus, *Catili* habent edd. vett. *Menocaleni* Gronov.—2 Vet. Dalec. in

NOTE

¹ *Tria M stad.*] Hoc est, ccclxxv. M. P.

⁵ *DCCXLV. millia*] Ducto itinere paulo longiore per diverticula oppidorum.

^a *Secusses*] In Mss. *Fecues*. Subocrini, ab Oera fortassis oppido vetere cognominati, de quo cap. sup. Catali, (sic enim Mss. habent Reg. Colb. &c. non *Catili*,) in vetere inscriptione landantur, Tergestæ reperta, quam Gruterus recitat, pag. 408.

^b *Norici*] De his dicitur cap. 27.

^c *Ræti*] Ræti hodie, *les Grisons*, et *le Comté de Tirol*. Vindelici, a Brigantino lacu ad Ennum amnem, qua in Danubium infinit, tenere, ubi nunc Ducatus Baviaræ, circumjectique agri.

^d *Rætos Tuscorum*] Id quoque Justinus prodit xx. 5. p. 181. 'Tusci quoque, duce Ræto, avitis sedibus amissis, Alpes occupavere: et ex duobus nomine gentes Rætorum condiderunt.'

^e *Verso deinde*] Qua deinde versus Italiam spectant Alpium juga, ibi Latii jure donatæ Euganeæ gentes. In Euganeis Veronam esse positam, sup. cap. vidimus.—'Verum caput Euganearum gentium fuisse videtur oppidum nobile, quod adhuc vetustum retinet nomen, *Lugano*, ad lacum cognominem, *Lago di Lugano*: inter lacum Verbanum, *Lago Maggiore*, et lacum Larium, *Lago di Como*.' Ed. sec.

^f *Triumpilini*] Quorum ager nunc

muni,^s compluresque similes finitimis attributi municipiis. Lepontios^h et Salassos,ⁱ Tauriscæ³ gentis idem Cato arbitratur. Ceteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione^j Græci nominis credunt, præustis in transitu Alpium^k nive membris: ejusdem exercitus et Graios fuisse, Graiarum Alpium⁴ incolas, præstantesque genere Euganeos, inde tracto^l nomine. Caput eorum Stœnos:^m Rætorum Vennonetes Sarunetesqueⁿ ortus Rheni

Italiam.—3 Sic codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Tauricæ* edd. vett. et Gronov.—4 Ita codd. Harduin. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *perustis in transitu Alpium membris. Ejusdem exercitus et Graios fuisse, Graiarum Alpium et, &c.* cod. Dalec. et Chiffi. *præustis intra sinus A. n. m. Ejusdem et Graios fuisse, positos in transitu, Graiarum Alpium, &c.* edd. vett. et Gronov.—5 'Optime sic cod. Reg. 1. Sic et Fasti Capitolini.' Brotier. Vide Delph. Not. Mox, *Vennonenses* Chiffi.—

NOTÆ

Troppia dicitur. Cluver. Ital. III. 24. Vallis est, quam Mela amnis per xxv. M. pass. secatur, cujus fauces ab urbe Brixia, v. M. P. distant. De his in Tropæo inferius.

^s *Camuni*] *Καμούνιοι* Straboni lib. iv. p. 206. quos cum Lepontiis copulat. Vallis est, Rætici juris, quæ a priscis cultoribus retinuit nomen, *Val Camonica*, supra Sevinum lacum. Ita Honor. Bouche III. 1. p. 100. De his rursum inferius. *Καμούνιον* Dioni lib. liv. p. 534. A Camulo nomen habuisse dicuntur, qui Deus idem cum Marte. Apud Gruterum, pag. 49. vetus Inscriptio: ARDOINNÆ. CAMVLO. IOVI. MERCVRIO. IHERCVLI. Sub priore Ardoinnæ nomine insculpta Dianæ effigies est, Martis sub Camulo, et sic deinceps: medius Jupiter stat.

^h *Lepontios*] Hi valles eas tenere, quæ sunt circa Verbanum lacum, *Lago Maggiore*: inter quas *Val d'Osula*, et ea quam Ticinus secatur amnis, incolis *Val Leventina*, quasi Lepontina, dicta. Ita Honor. Bouche, p. 102.

ⁱ *Salassos*] Quorum regio nunc *Valle*

d'Osta: oppidum Augusta Prætoria, ut diximus cap. 21.

^j *Interpretatione*] A Græca voce *λεῖπω*, *linquo*: quod ii relictos ibi ex comitatu seu exercitu Herculis forent, Lepontii appellati.

^k *In transitu Alpium*] Locum hunc ad exemplarium Mss. Reg. Colb. Chiffi. et Paris. fidem accurate refigimus.

^l *Inde tracto*] Quasi *ἐβγέειν*, vel *ἐβγέεις*, ob generis præstantiam dicebantur.

^m *Stænos* [*Stonos*] Livius in Epitome lib. lxii. 'Q. Marcus Consul Stonos gentem Alpinam expugnavit.' Apud Gruter. pag. 298. ex Fastis DE LIGVRIBVS. STONEIS. Fuisse ii videntur in agro Tridentino prope fontes Clusii amnis. Stephanus: *Στόνος πόλις Ἀργεῶν*.

ⁿ *Sarunetesque*] Ita libri omnes. At rectius forte *Suanetes*, de quibus mox iterum in Trophæo: nam et Ptolemæus II. 12. in Rætia Suanitas agnoscit: et *Οὐβννας*, qui *Vennonetes* a Plinio appellantur.

amnis accolunt: Lepontiorum, qui Viberi vocantur, fontem Rhodani, eodem Alpium tractu. Sunt præterea Latio donati incolæ, ut Octodurenses,⁶ et finitimi Centrones,⁶ Cottianæ⁹ civitates: Caturiges,⁷ et ex Caturigibus⁸ orti Vagienni Ligures, et qui Montani vocantur: Capillatorumque plura genera ad confinium Ligustici maris.

Non alienum videtur hoc loco subijcere inscriptionem e tropæo⁴ Alpium, quæ talis est: IMPERATORI CÆSARI DIVI F. AUG. PONTIFICI MAXIMO, IMP. XIII.⁷ TRIBUNICIÆ POTESTATIS XVII. S. P. Q. R. QUOD EIUS DUCTU

6 *Ceatrones* Gronov. Paulo post, pro *montani*, vel *Montani*, ut scribunt alii, quidam legunt *Appuani*, ab oppido Appua, hodie *Pontromolo*.—7 Sic ex codd, emend. Harduin. et sic edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XVIII. Tolet. et Salmant. IMP. XIII. TRIBUNICIÆ POTESTATIS XVII. Vet. Dalec. TRIB. POTEST. S. P. Q. R. XVII. Gronov. et al. Paulo post, in Chiffi.

NOTÆ

⁶ *Octodurenses*] In Notit. Prov. Civitas Valensium Octodurns: nunc *Martignac en Valais*. Agri circumjacentis incolæ, *les Vaudois*.

⁶ *Centrones*] *Kérrpoves* Ptolemæo, in *Graiiis Alpiibus*, III. 1. In Notitiis Galliarum, Civitas Centronum Tarentasia, *Tarantaise*.

⁹ *Cottianæ*] Cottii Regis imperio subjectæ: a quo et Alpes Cottia nomen sortitæ, hodie *le Mont Cenis*.

⁷ *Caturiges*] Caturigum in Graiiis Alpihus caput est Ebrodunum *Embrun*, Ptolemæo III. 1. aliisque. Haud procul Ebroduno vicus est *Chorges*, qui haud obscura quidem prisci nominis vestigia retinet. Vide Nic. Chorier, lib. 1. p. 12. et Honor. Bouche III. 2. pag. 117.

⁸ *Et ex Caturigibus*] In Mss. *Et Turi Liguribus orti, &c.* De Vagiennis, et Capillatis Liguribus, diximus cap. 7. De montanis Silius, lib. VIII. 'Tum pernix Ligur, et sparsi per saxa Vagenni.'

⁴ *E tropæo*] Extare hoc ipsum Tro-

pæum, apud Segusionem sive Suzam, cum hac ipsa inscriptione, juxta Urbis mœnia, in Alpium faucibus, testis oculatus affirmat Præses de Boissieu, Mirac. Delphin. cujus Epistolam ea de re recitat Honor. Bouche III. 1. p. 99. August. de la Chieze, Ep. Salutiensis, de Corona Sabaud. parte 2. p. 368. aliique.—⁶ Differt ab ipso tropæo Arcus triumphalis, qui est Segusione, sive Suzæ in Pedemontio et alia ibi inscriptio est, cujus hæc tantum verba erui potuerunt ab oculato teste, anno 1671. IMP. CÆSARI, AVGVSTO, DIVI. F. PONTIFICI MAXIMO TRIBVNIC. POTESTATIS XV. IMP. XIII. . . . Hanc Plinianam oportet fuisse in Comitatu Nicæensi, in pago Torbia, prope Nicæam. Describit eam Gruterus, usque ad ea verba, 'Gentes Alpinae,' p. 226. 7. sed ex editione Dalecampii. Addidit enim Tribuniciæ potestatis annum XVII. quem nulli Mss. codices, nullæ ante Dalecampium editiones habent.' Ed. sec.

AUSPICIISQUE GENTES ALPINÆ OMNES, QUÆ A MARI SUPERO AD INFERUM PERTINEBANT, SUB IMPERIUM POP. ROM. SUNT REDACTÆ. GENTES ALPINÆ DEVICTÆ: TRIUMPILINI,^u CAMUNI, VENOSTES, VENNONETES,⁸ ISARCI,^x BREUNI,^w GENAUNES,⁹ FOCUNATES:⁷ VINDELICORUM^z GENTES QUATUOR, CONSUANETES, RUCINATES,¹⁰ LICATES, CATENATES: AMBISONTES,¹¹ RUGUSCI, SUANETES,^b CALUCONES,^c BRIXENTES, LEPONTII, VIBERI, NAN-

//////////

REDACTÆ ET GENTES.—8 Ita ex codd. Harduin. ita quoque edd. recentt. CAMUCI, VENNESTES, VENNONETES Chiffi. CAMUNI, VENNONETES Gronov. et edd. vet. Mox, pro BREUNI, margo Dalec. et Gronov. BRIGANTII, Straboni Briancon.—9 Ita Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. NAUNES edd. vet. et Gronov. Vide Var. Lectt. nostras ad Horat. iv. Od. 14. 10.—10 Ita Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. antea legebatur VIRUCINATES.—11 Ita Chiffi. AMBISONTES quædam edd. ante Brotier. ABI-

NOTÆ

^u *Triumpilini*] De Triumpilinorum, Camunorum, Vennonetumque situ paulo ante diximus. Venostes vallem tenere, quæ nunc *Val Venosca*, in qua Athesis amnis oritur.

^x *Isarci*] Hodie *Val de Sarra*, vel de *Sarcha*, prope *Val Camonica* inter Camunos, et Ollium amnem: Rhæticiæ dititionis. Vide Honor. Bouche iii. 1. p. 100.

^w *Breuni*] Horum meminit Tranquillus in Tiberio, cap. 9. *Βρευνολ* Ptolemæo, ii. 13. in Vindelicia. Hodie *Val Breunia*, vel *Bregna*, ad fontes Ticini amnis, prope vallem Lepontinam. Ita Honor. Bouche, loc. cit. secutus Joan. Georg. Septaplam, in Tab. Duc. Mediol.

^z *Genaunes*] Ita Mss. omnes: in editis diminuta perperam voce, *Nauaes*. De his et de Breunis pariter Horat. iv. Od. 14. 'Drusus Genaunos, implacidum genus, Breunosque veloces, et arces Alpius impositas tremendis Dejecit acer,' &c. Forte *Val Anagnia*, inter lacum Comensem, Athesisque flumen, prope Tridentum. Ita ex Lazio Honor. Bouche,

p. 101.

⁷ *Focunates*] Sunt qui putent esse *Fossigni*, prope Lemannum lacum, in Pœniniis Alpibus: quibus vix assentior: mirum enim videtur, a Ræticiis Alpibus ad Pœninas temere Plinium ac subito subilire.

^z *Vindelicorum*] Et in Vindelicia *Κουσουδράς* et *Πουινδράς*, pro *Πουκινδράς* et *Λικαρίους* Ptolemæus agnoscit, ii. 13. *Κλαντιναρίους*, (qui Plinio Catenates, forte pro *Clatenates*) Strabo lib. iv. p. 206. Licates Licum amnem accollere, primario oppido *Δαμαρία*, teste Strab. loc. cit. quod postea Angusta Vindelicorum, *Ausbourg*. Honor. Bouche, loc. cit. Ceterorum situs incompertus.

^a *Ambisontes*] Ita Mss. *Ἀμβισόντιοι* Ptolemæo ii. 14. in Norico. Rugusci, eidem Ptolemæo ii. 12. *Ρυγούσκαι*, in Rætia: ubi libri vulgati perperam *Ρρυγούσκαι* exhibent.

^b *Suanetes*] Forte qui Sarunetes proxime ante dicti, Rheni fontium accolæ.

^c *Calucones*] Ptolemæo ii. 12. *Καλούκωνες*, inter Brixantas et Suanetas,

TUATES, SEDUNI,^d VERAGRI, SALASSI,¹² ACITAVONES, MEDULLI,^e UCENI,^f CATURIGES,^g BRIGIANI,^h SOGIONTII, BRODIONTII,ⁱ NEMALONI,^j EDENATES,^k ESUBIANI, VEAMINI, GALLITÆ, TRIULATTI, ECTINI, VERGUNNI, EGUITURI, NEMENTURI, ORATELLI, NERUSI,^l VELAUNI, SUBTRI. Non sunt adjectæ Cottianæ civitates XII.^{13 m} quæ

SONTES Gronov. Mox, pro CALUCONES, Chiffi. ALLUCONES.—12 Idem codex: SALASSI, CEUTRONES; Gronov. SALASI. Alii mox VENENI pro UCENI. Gronov. EBRODUNTII pro BRODIONTII.—13 Chiffi. civitates XV. Mox, pro item

NOTE

Brixentum oppidum supra Tridentum est, in Comitatu Tirolis, hodieque *Brixen*. De Lepontiorum Viborumque situ paulo ante hac sect. diximus. Quibus Cæsarem addimus, scribentem Bell. Gall. lib. III. Rhenum oriri ex Leopontiis, et longo spatio per fines Nantuantium et Helvetiorum citatum ferri. Et hi quoque *Ναυρωῦραι* Straboni lib. IV. p. 192. qui eos Rheni fontium accolae facit.

^d *Seduni*] Oppidum hodie *Sion*, regionis totius caput, quam vocant *le Vallais*. Veragri, ubi nunc *le Chablais*, pars Delphinatus. De Salassis diximus superius.

^e *Medulli*] *La Maurienne*, ut egregie probat Honor. Bouche, p. 103. Pars Sabaudicæ est.

^f *Uceni*] *Le Bourg d'Oysans*, in parte Gratianopolitani agri, quam vocant *le Graisivaudan*.

^g *Caturiges*] *Embrun*, ut diximus.

^h *Brigiani*] Vel Brigantii, ut quidem reor, a Brigantio Delphinatus oppido, *Brignon*: in Alpibus maritimis, ut et Caturiges positi.

ⁱ *Brodiontii*] Sic Mss. habent, non Ebroduntii, qui iidem sunt atque Caturiges, ut diximus cap. 5. ubi Bodiontorum caput Dianiam esse vidimus. At ibi vetustæ editiones *Bodiontii* habent.

^j *Nemaloni*] Forte *Miolans*, pagus

haud procul Ebroduno positus, in ditione Sabaudicæ. Honor. Bouche, pag. 104.

^k *Edenates*] In diœcesi Ebrodunensi urbem Sedenam, *la ville de Seyne*, hos olim tenuisse, idem auctor probat loc. cit. Esubianos vero, p. 105. prope amnem *d'Hubaye*, in confinio Sabaudicæ Provinciæque, in valle cui nomen, *Vallée de Barcelone*. Veaminos in diœcesi Sanitiensi, *Senex*: item Triulattos, ad pagum *Alloz*: Ectinos in Glandevensi: in Sanitiensi russum, Vergunnos, in pago *Vergons*. In Glandevensi iterum, oppido *Guillaume*, Egituros: item Oratellos, ubi nunc *le Puget de Théniers*: denique Velaunos, ubi nunc pagus *Bueil*, cui Bellio vetus nomen fuit.

^l *Nerusi*] Ptolemæo III. 13. *Νερωσιών πόλις Οὐβρινίων*, hodie *Vence*: cui proximum est oppidum alterum, S. Pauli cognomine, *S. Paul de Vence*. De Suetris egimus cap. 5.

^m *Civitates XII.*] Civitatum nomine cave oppida intelligas, quæ hodierno usu civitatis appellatione censentur: sed communitates quasdam, quæ pagos multos continerent. Ita Cæsar B. G. I. 'Omnis Civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est.' Tacitus Hist. IV. p. 103. 'Iturum in Batavos, et potiore civitatis partem ad societatem Romanorum retractum

non fuerunt hostiles:^a item attributæ^o municipiis lege Pompeia. Hæc est Italia Diis sacra, hæc gentes ejus, hæc oppida populorum. Super hæc Italia, quæ L. Æmilio Paulo,^{14p} C. Atilio Regulo consulibus, nuntiato Gallico tumultu,^a sola sine externis ullis auxiliis, atque etiam tunc sine transpadanis, equitum LXXX. M. peditum DCC. M. armavit. Metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictum id vetere consulto patrum, Italiæ parci jubentium.

XXV. (XXI.) Arsia^a gens Liburnorum jungitur, usque ad flumen Titium. Pars ejus fuere Mentores,^b Hymani,^c Encheleæ,^d Buni,^{1o} et quos Callimachus Peucetias appellat: nunc totum uno nomine Illyricum vocatur generatim, populorum pauca effatu digna, aut facilia^{a f} nomina. Conventum Scardonitanum^e petunt Iapydes, et Liburno-

////////

Vet. Dalec. habet *sed.*—14 *Papo* Just. Lipsius de Milit. Rom. i. 3. p. 13. ita quoque Harduin. in editione prima.

CAP. XXV. 1 *Budini* Chiff. *Dudini* Gronov.—2 Vet. Dalec. aut *facilia*.—

NOTE

rum.' Has civitates recte conjicit Honor. Bonche lib. III. p. 110. esse populos, qui valles has Alpium tenuerunt, quibus hæc hodie nomina: *Val de Grana, Val de Vraite, Val de Gilde, Val d'Isase, Val de Pau, Val d'Angrogne, Val de Pragelas et de Luserne, Val de Perouse, Val de Suze, Val de Lans, Val de Melon, et Val de Pont.*

^a *Non fuerunt hostiles*] Quoniam qui has Alpes tenebat Rex Cottius, in amicitiam Octaviani receptus est Principis, inquit Ammianus lib. xv. p. 52. 'Octavii' debuit dicere.

^o *Item attributæ*] Nec sunt etiam adjectæ, inquit, æ quæ sunt municipiis attributæ, ut eo jus peterent, sive ut eorum foro ac jurisdictioni parerent.

^p *Æmilio Paulo* [*Papo*] Ita Fasti omnes, non *Paulo*, ut perperam plerique omnes habent. Consulatum

gessere ii anno U. C. DXXIX.

^a *Gallico tumultu*] Bello Gallico Cisalpino, de quo vide Florum II. 4.

^a *Arsia*] Amni, de quo cap. 23. De Liburniæ initio ac fine subscribit Florus II. 5. 'Illyrii,' inquit, 'seu Liburni sub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arsiam Titiumque flumen longissime per totum Adriani maris littus effusi.' Hunc tractum hodie vocant *la Morlaquie*.

^b *Mentores*] *Mértopes* Stephano.

^c *Hymani*] Vide Notas et Emend. num. 79.

^d *Encheleæ*] 'Εγγελαί Stephano: Scylaci, p. 9. 'Εγγελαίς, inter Naronem et Drilonem amnes, qui diei unius navigatione invicem distant.

^e *Buni*] Ita Mss. omnes, Reg. Colb. &c. non *Dudini*.

^f *Aut facilia*] Effatu scilicet.

^e *Scardonitanum*] Ab oppido Scar-

rum civitates XIV.³ e quibus Lacinienses, Stlupinos,^b Burnistas, Olbonensesⁱ nominare non pigeat. Jus Italicum^j habent eo conventu Alutæ,^k Flanates,^l a quibus sinus nominatur : Lopsi, Varvarini,⁴ immunesque Assesiates, et ex insulis Fertinates, Curictæ.ⁿ Ceterum per oram oppida a Nesactio,^o Alvona, Flanona,⁵ Tarsatica, Senia, Lopsica, Ortopola, Vegium, Argyruntum, Corinium, Ænona civitas Pasini :^p Flumen Tedanium,^q quo finitur Iapydia. Insulæ ejus sinus^r cum oppidis, præter supra significatas,^s Absyr-

3 Chiffi. *civitates XXIV.* Mox, *Stlupinos* Gronov. et edd. vett. Deinde, pro *Olbonenses* Parm. Venett. Herm. Barbarus, Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. habent *Albonenses*.—4 Eædem edd. vett. *Varubarini*. Mox, Chiffi. et ex insulis *Fulfinates*; margo edd. Dalec. et Gronov. et ex i. *Furtinates*; edd. vett. et Gronov. et ex i. *Fulsinates*.—5 Ita ex eodd. Harduin. eumque secuti recentt. *Flanona* Chiffi. *Flavona* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. et Gronov. Paulo post, in edd. vett. *Ænona* (vel *Enona*) *civitas*, *Pausinus flumen*, *Tedanum*, quo *finitur Iapidia*; Vet. Da-

NOTÆ

dona, de quo cap. seq.

^b *Stlupinos*] Non *Stulpinos*. Ptolemæo II. 17. *Στλουῖν* in oppidis Liburnorum mediterraneis : item *Βούρων*, a quo Burnistæ apud Plinium.

ⁱ *Olbonenses*] Vel Olbianenses, ab Ὀλβία Illyridis urbe, apud Stephanum. Vide Notas et Emend. num. 80.

^j *Jus Italicum*] De quo dicemus in Notis et Emend. num. 3.

^k *Alutæ*] Ab Aluo sive Aloo, quo de oppido Artemidorus apud Steph. verbo *φλάνων* Μετὰ δὲ τὴν Ἄλωον λιμὴν ἐστὶ φλάνων καὶ πόλις, καὶ πᾶς δὲ κόλπος οὗτος φλανωνικὸς καλεῖται. Plinio mox Alvona.

^l *Flanates*] A quibus sinus Flanaticus, nunc *Golfo Canario*, et *Carnero*. Nomen habent a Flanona : ut Lopsi, a Lopsica, de quibus oppidis mox dicitur.

^m *Varvarini*] Non *Varubarini*: ab oppido Liburnorum mediterraneo *Ὀυάρουαρις*, Ptolemæo II. 17. uti et *Delph.* et *Var. Clas.*

Ἀσιολα, unde Plinio Assesiates mox appellati.

ⁿ *Fertinates, Curictæ*] *Κουρικτὰ* insula Ptolemæo II. 17. Straboni lib. VII. p. 315. *Κυρακτικὴ*, nunc *Vegia*. Vide Notas et Emend. num. 81.

^o *A Nesactio*] De quo cap. 23. in ostio fluminis *Arsiæ*, unde Liburnia incipit. Ἀλοῦωνα et φλανῶνα, apud Ptolem. II. 17. hodie retinent nomen, *Albona*, et *Flanona*. Apud Gruter. p. 108. FLANONA. Sequuntur apud Ptolem. *Ταρσατικά*, *Σένια*, *Λοψικά*, Ὀρτοπὼλα, Ὀυέγλια, Ἀργυροῦδρον, Κορίνιον, Αἰνῶνα. Tarsatica nunc *Fiume* : Senia *Segna* : Lopsico, Ortopola, *Veza*, &c.

^p *Civitas Pasini*] Sic Mss. omnes. Cur porro ita cognominetur Ænona, incompertum. Hodie *Nona* vocatur.

^q *Tedanum*] *Τηδάριος* Ptolem. loc. cit. Hodie *Zermagna*.

^r *Ejus sinus*] Flanatici.

^s *Significatas*] Fertinam et Curictam.

Plinius.

2 X

tium, Arba,¹ Crexa,⁶ Gissa, Portunata. Rursus in continente colonia Jadera,² quæ a Pola CLX. M. pass. abest: inde triginta M. Colentum³ insula: XVIII. ostium Titii⁷ fluminis.⁷

XXVI. (XXII.) Liburniæ finis, et initium Dalmatiæ Scardona, in amne eo,¹ XII. M. pass. a mari. Dein Tariotarum² antiqua regio,² et castellum Tariona: promontorium³ Diomedis, vel, ut alii, peninsula Hyllis,⁴ circuitu C. M. pass. Tragurium⁵ civium Romanorum, marmore notum: Sicum, in quem locum Divus Claudius veteranos misit. Salona⁶ colonia, ab Jadera CXII.³ M. pass. Petunt in

~~~~~

lec. *Telianum quo f. Iapidia*.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. item Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Absirtium, Arba, Tragurium, Issa, Pharos, Paros ante: Crexa* Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—7 'Titii legendum videtur ex Ptolemæo, qui ad finem lib. II. fluvium hunc 'Titum' appellat, non 'Titium.' Dalec.

CAP. XXVI. 1 'Lego: in fine eo.' Dalec.—2 *Deotariotarum antiqua regio* cod. Dalec.—3 Ita codd. Chiff. et Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CCXXII. edd. vet. et Gronov. Mox codd. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Arba] Ἀρβα oppidi nomen est in insula Scardona apud Ptolem. contra Liburnos. Crexa Κρέξα eidem, hodie Cherso. Portunata non alterius insulæ nomen esse videtur, sed Gissæ epitheton, tuti opportunique portus ratione, magis quam re alia, insignis ac cognitæ: Gissa vero ipsa nunc Pago vocatur.

<sup>2</sup> Jadera] Nunc Zara vecchia. Nuncius Damitiani apud Goltzium, COL. AVGUSTA. IADERA. Et apud Ptol. Ἰδδέρα κολωνία.

<sup>3</sup> Colentum] Κόλλεντον insulæ Scardoniæ oppidum Ptolemæo dicitur, II. 17.

<sup>4</sup> Titii fluminis] Τίτος ποταμός Ptolem. loc. cit. Nunc Kerka, Scardonam præterluit.

<sup>5</sup> Scardona, in amne eo.] In Titii fluminis ripa: nunc mdera, teste Jo. Lucio I. 4. Scardona. Σκαρδῶνα Ptolem. II. 17.

<sup>6</sup> Tariotarum] Quos Αβραπίδρας Strabo lib. VII. p. 316. aliique appellant, ut quidem videtur.

<sup>7</sup> Promontorium] Nunc Cabo di S. Nicolo.

<sup>8</sup> Hyllis] Ab Hyllo Herculis F. a quo Hylles gens hæc Illyrica Stephanos. Χασόνηρος Ἰλλυρία, Scymna Chio, pag. 17.

<sup>9</sup> Tragurium] Travv. Sicum Sebenigo, ut quidem ab omnibus creditur. At Sebenigo citra Tragurium, ad Istriam, non, ut Sicum a Plinio statuitur, ultra id situm est: quapropter diligentius de eo videndum: num transpositus Sici situs, auctorior an librarii hallucinatione.

<sup>10</sup> Salona] Diocletiani patria: nunc excisa: ex ejus ruinis excitatum Spalatium. Vetus inscriptio apud Gruter. pag. 23. COL. MARTIA. IVLIA. SALONA. Et Ptolemæo, Σαλῶνα κολωνία.

eam jura descripti in decurias<sup>a</sup> CCCXLII.<sup>4</sup> Dalmatæ; XXII. Decuni;<sup>b</sup> CCXXXIX. Ditiones; CCLXIX. Mazæi; LII. Sardiates. In hoc tractu sunt, Burnum,<sup>i</sup> Andetrium,<sup>5</sup> Tribulium,<sup>i</sup> nobilitatæ populi Romani præliis<sup>m</sup> castella. Petunt et ex insulis, Issæi,<sup>n</sup> Colentini, Separi, Epetini. Ab his castella, Peguntium,<sup>6</sup> Rataneum:<sup>p</sup> Narona<sup>q</sup> colonia tertii conventus,<sup>r</sup> a Salona LXXXII. M. pass.

et Chiff. jura, juribus descriptis.—4 'Ita codd. Regg. 1. 3. Colbert. Paris. et Editio princeps. In cod. Reg. 2. in d. CCCLXII.' Brotier. Tolet. et Salmant. CCCLXXXII. quod recepit Harduinus. edd. vett. et Gronov. CCCLXXII. Mox, Tolet. *Dalmatæ XXII. Chiff. Dalmatæ XXVI. Decuni CCCLXIX. Deditiones, &c.* Deinde, plurimæ edd. ante Brotier, *Ditiones LXIX. Mazæi LII.* Lectionem nostram exhibent Regg. Brot. 1. 2. Paris. et Ed. pr.—5 Burnum, *Mandetrium* edd. vett. et Gronov.—6 'Corrupte Mss. Reg. et editio princeps, *petunt in eam.* Unde emendatum in recentioribus editionibus, *Peguntia.* Emendandum erat *Peguntium.* Ptolemæo enim II. 17. Πηγούριον nunc *Almissa.*' Brotier. Mox, a *Salona LXXII.* edd. vett. Gronov. Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. Paulo post, *cognomini sibi* margo Dalec.

## NOTÆ

<sup>a</sup> In decurias] Salonitano, inquit, disceptant foro populi mox appellandi: ibique habent judicium decurias omnino CCCLXXXII. In Mss. *Petunt in eam jura, juribus descriptis in decurias.* De judicium decuriis persæpe Cicero alique: ac Plinius ipse in primis xxxiii. 7.

<sup>b</sup> Decuni] Mss. Reg. et Colb. *Decuri.* Forte *Derrii*, de quibus in hoc tractu Ptolemæus II. 17. Δέρριοι, et mox *Δερριόες*: item *Μάζαιοι*, gens Dalmatica, etiam Dioni cognita, lib. LV. p. 570. Tum *Σαρδιάται*, apud eundem Ptolem.

<sup>i</sup> Burnum] Castellum Dalmatiæ, a Liburniæ oppido cognomine, de quo sup. sectione, ut apparet, diversum.

<sup>k</sup> Andetrium] *Ἀνδέρτιον.* Vide Notas et Emend. num. 82.

<sup>l</sup> Tribulium] Mss. *Triburium.*

<sup>m</sup> Nobilitatæ p. R. præliis] Tiberio et Germanico illac ab Augusto mis-

sis. Vide Dionem, lib. LVI. p. 579.

<sup>n</sup> Issæi] Issæi, ab Issa, de qua cap. 30. Colentini, a Colento, de qua sup. cap. *Ἐτέριον* urbs est littoralis Dalmatiæ, prope Salonas, apud Ptolem. II. 17. quam forte interdum circumflus maris æstus ambiret, insulamque faceret.

<sup>o</sup> Peguntium] Πηγούριον inter oppida Dalmatiæ juxta litus posita, apud Ptolem. loc. cit. Nunc *Almiza.*

<sup>p</sup> Rataneum] *Ρατίνιον ἢ τῆς Δαλματίας πόλις* appellat Dio lib. LVI. p. 578: Hodie *Mucarsca.*

<sup>q</sup> Narona] Ptolemæo II. 17. *Ναρὼνὰ* pro *Νάροννα* *κολωνία.* Nummus Titi, apud Goltzium, COL. NARONA. Hodie *Narenta.*

<sup>r</sup> Tertii conventus] Tergeminus in Dalmatia Liburniaque conventus fuit, seu Judicarium forum: Scardonitanus, Salonitanus, et is in quo nunc versamur, Naronitanus.

apposita cognominis sui<sup>s</sup> fluvio, a mari xx. m. pass. M. Varro<sup>7</sup> LXXXIX. civitates eo ventitasse auctor est. Nunc soli prepe noscuntur Cerauni<sup>t</sup> decuriis xxiv. Daorizi xvii. Dæsitiates ciii.<sup>8</sup> Docleatæ xxxiii. Deretini xiv. Deremistæ<sup>9</sup> xxx. Dindari<sup>u</sup> xxxiii. Glinditiones xlv. Melcomani<sup>v</sup> xxiv. Naresii cii. Scirtari<sup>w</sup> lxxii. Siculotæ<sup>x</sup> xxiv. populatoresque quondam Italiæ Vardæi, non amplius quam xx. decuriis. Præter hos tenere tractum eum Ozuæi,<sup>10</sup> y Partheni, Hemasini, Arthitæ, Armistæ. A Narone amne c. m. pass. abest Epidaurum<sup>z</sup> colonia. Ab Epidauro sunt oppida<sup>11</sup> civium Rom. Rhizinium,<sup>a</sup> Ascrivium,<sup>b</sup> Butua,<sup>c</sup> Olchinium,<sup>d</sup> quod antea Colchi-

et Gronov.—7 Varro sine prænominē in cod. Dalec. et ejusdem Vet.—8 *Desitiates* CIII. edd. vett. et Gronov. *Desitiates* CVIII. Chiffi.—9 Vet. Dalec. *Derenistæ*. Mox, *Melcomani* XXV. edd. ante Harduin.—10 Ita codd. Chiffi. et Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Oenei* edd. vett. Mox, pro *Armistæ* Chiffi. habet *Arenistæ*.—11 Ita Chiffi. et edd. post Harduin. Verba, *Ab Epidauro sunt*, desunt in edd. vett. et Gronov. Mox,

## NOTÆ

<sup>s</sup> *Cognominis sui*] Ita libri omnes. Rectius, *cognomini sibi*, vel *nominis sui*. Naronem amnem intelligit, Νάρωνα Ptolemæus vocat, hodie *Narēça*.

<sup>t</sup> *Cerauni*] Κεραύνιον Ptolem. II. 17. Δαοριζοι deinde Straboni, lib. VII. p. 316. Δασιτιῶται apud eandem, pag. 314. qui Δασιδιῶται, ut arbitror, Dionī, lib. LV. p. 568. Docleatæ, ab urbe Δοκλέα, in mediterraneo Dalmatiæ, apud Ptolem. quæ adhuc in ruinis nomen servat teste Holsten. p. 32. Incolæ Ptolemæo, Δοκλεῖται.

<sup>u</sup> *Dindari*] Δινδάριοι Ptolemæo, loc. cit.

<sup>v</sup> *Melcomani*] Μελκομένιοι, Ptolem. Vide Notas et Emend. num. 83. Mox Naresii, qui Ptolemæo loc. cit. Ναρήσιοι.

<sup>w</sup> *Scirtari*] Forte *Seretii*; nam Σερέτιον in hoc tractu agnoscit Dio, lib. LVI. p. 579. Vel sunt ii potius

quos Σκίρτῳνας appellat Ptolem. loc. cit.

<sup>x</sup> *Siculotæ*] Σικουλῶται Ptolem. loc. cit. et Οὐδάρδοι, quos Ἀρδιαλοὺς appellat Strabo, lib. VII. p. 316. contra insulam Pharon. Vardeos, Epitome Livii, lib. LVI.

<sup>y</sup> *Ozuæi*] Gentes eas jam tum ævo suo defecisse innuit. Vide Notas et Em. num. 84.

<sup>z</sup> *Epidaurum*] Nunc *Ragusi vecchio*: cui Ragusa nova successit. Ἐπίδευρος Ptolem. II. 17. Vetus inscr. apud Goltzium, COL. EPIDAVRYM. LEG. IX.

<sup>a</sup> *Rhizinium*] Straboni lib. VII. p. 314. et Stephano, Ῥίζων. Ptolemæo, Ῥίζων. Hodie *Risne*, in intimo recessu Rhizonici sinus, *Golfo di Cataro*. Oppidani Rhizonitæ Livio, lib. XLV. p. 580.

<sup>b</sup> *Ascrivium*] Ἀσκριπίον Ptolemæo, loc. cit. Hodie *Cataro*.

<sup>c</sup> *Butua*] Stephano, Βουθή, Scylaci

nium dictum est, a Colchis conditum : amnis Drilo,<sup>6</sup> superque eum oppidum civium Romanorum Scodra,<sup>12 f</sup> a mari XVIII. M. pass. Præterea multorum Græciæ oppidorum deficiens memoria, necnon et civitatum validarum. Eo namque tractu fuere Labeatæ,<sup>8</sup> Enderoduni,<sup>13 h</sup> Sassæi, Grabæi,<sup>1</sup> proprieque dicti Illyrii,<sup>j</sup> et Taulantii,<sup>k</sup> et Pyræi.<sup>1</sup> Retinet nomen<sup>14</sup> in ora Nymphæum<sup>m</sup> promontorium : Lissum<sup>n</sup> oppidum civium Romanorum ab Epidauro c. M. pass.

(XXIII.) A Lisso Macedoniæ<sup>o</sup> provincia : gentes Partheni,<sup>15 p</sup> et a tergo eorum Dassaretæ.<sup>q</sup> Montes Candaviæ<sup>r</sup>

pro Butua, Chiffi. habet *Butuanum*.—12 *Scodra* Gronov.—13 *Labentæ*, *Essææ*, *Enderuni* Chiffi.—14 'Hæc duo vocab. Retinet nomen, supposititia videntur.' Dalec. Mox, pro *Nymphæum*, quod ex Reg. Brot. 1. et Ed. pr. restituit Brotier, edd. reliquæ habent *Nymphæum*.—15 *Parthini* Vet. Dalec. et mox in

## NOTÆ

quoque p. 9. Ptolemæo Βουλόβα, pro Βουτοβα. Nunc *Budoa*.

<sup>a</sup> *Olchinium*] Οὐλκίνιον Ptolemæo, loc. cit. Nunc *Dulcigno*, in confinio Dalmatiæ, Albanizæque. Incolæ Livio Olciniatæ, lib. XLV. p. 580.

<sup>c</sup> *Drilo*] Δρεῖλων Ptolem. II. 17. nunc *Drino*, et *Lo Drin*.

<sup>f</sup> *Scodra*] Ptolemæo loc. cit. Σκόδρα. Nunc *Scutari*, in Albania, qua contingit Dalmatiam : non Driloni, sed super Drilonem, alteri amni appositum. De Scodra Livius lib. XLIII. p. 556.

<sup>8</sup> *Labeatæ*] Labeatum genti Gentium Regem imperitasse auctor est Livius lib. XLIII. p. 555. et idem Labeatidem terram vocat, lib. XLIV. p. 564. Idem Gentius Lissi regnabat, ut ex Polybio in excerptis liquet, cap. 76. quo de oppido mox dicemus.

<sup>h</sup> *Enderoduni*] Ἐνδερῶν Ptolemæo II. 17. inter mediterranea Dalmatiæ oppida : nunc *Endero*, in Albania, qua Serviam spectat.

<sup>1</sup> *Grabæi*] Forte Γαράβριοι, de qui-

bus Strabo lib. VII. p. 316.

<sup>j</sup> *Illyrii*] Inter Naronem et Drinum.

<sup>k</sup> *Taulantii*] De Taulantiis Illyrica gente Stephanus : Macedoniæ a Ptolemæo ascribitur, III. 13. atque eorum oppida fuisse Dyrrachium Apolloniamque scribit. Sic etiam Thucyd. lib. I. p. 17.

<sup>1</sup> *Pyræi*] De Pyræis Pomponius II. 3. 'Tum Pyræi, et Liburni, et Istria.'

<sup>m</sup> *Nymphæum*] Nunc *Cabo di Renedeni*.

<sup>n</sup> *Lissum*] Λισσὸς Ptolemæo II. 17. Ab Anna Comnena lib. XII. Alexiad. oppidulum dicitur in edito colle situm, unde prospectus usque Dyrrachium pateat.

<sup>o</sup> *Macedoniæ*] Nunc *Albania* dicitur hæc regio, Macedoniæ provinciæ a Ptolemæo quoque attributa, III. 13.

<sup>p</sup> *Partheni*] Παρθινὸς vocat Dio, lib. XLI. p. 176. Parthenos Livius, lib. XXXIII. p. 400. Dyrrachio vicini hi fuere. Stephano quoque Πάρθος, πόλις Ἰλλυρικῇ τὸ ἐθνικὸν, Παρθινός.

a Dyrrachio LXXVIII.<sup>16</sup> M. pass. In ora vero Denda<sup>a</sup> civium<sup>17</sup> Romanorum, Epidamnum<sup>c</sup> colonia, propter inauspicatum nomen a Romanis Dyrrachium appellata: flumen Aous,<sup>u</sup> a quibusdam Æas<sup>v</sup> nominatum: Apollonia, quondam Corinthiorum<sup>w</sup> colonia, IV. M. pass.<sup>18</sup> a mari recedens: cujus in finibus celebre Nymphæum<sup>x</sup> accolunt barbari, Amantes<sup>y</sup> et Buliones.<sup>19z</sup> At in ora oppidum Oricum<sup>a</sup> a Colchis conditum. Inde initium Epiri, montes Acroceraunia,<sup>b</sup> quibus hunc Europæ determinavimus<sup>c</sup> sinum. Oricum, a Salentino Italiæ promontorio distat LXXXV. M.<sup>20d</sup> passuum.



eodem, *Dissareta*.—16 Ita codd. Harduini, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. LXXIX. edd. vett. et Gronov.—17 *In ora civium* Pinitian.—18 Sic ex codd. suis et Chiffi. emend. Harduinus, sic quoque edd. recentt. antea legebatur, VII. M. passuum.—19 'Cicero in Orat. *Bullidenses* vocat; Stephan. *Bollidenses*.' Turneb. Adv. XXI. 13.—20 Codd. Dalec. et Chiffi. LXXXV. M.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Dassareta*] *Δασσαρήτιοι* Ptolemæo III. 13. et Livio lib. XXVII. p. 312. Regio ipsa *Δασσαρήτις*, Polybio lib. V. p. 621. Horum oppidum Lychnidus, Ptolem. Unde apud Marcellin. Com. Lychnidensis Episcopus Illyrici laudatur: hodie *Locrida*, in Albania.

<sup>r</sup> *Candavia*] De his Strabo, lib. VII. p. 323. Apud Ptolem. loc. cit. ΚΑΝΔΑΟΤΙΩΝ *ὀπέων* mentio, pro ΚΑΝΔΑΟΤΙΩΝ. Hi Albaniam a Macedonia proprie dicta determinant. Deserta Candaviæ Senecæ, Ep. 31. p. 230. 'Qua vastos aperit Candavia saltus,' inquit Lucan. VI. 331.

<sup>s</sup> *Denda*] Vide Notas et Emend. num. 85.

<sup>t</sup> *Epidamnum*] Mela II. 3. 'Romani nomen Epidamnum mutavere, quia velut in damnum iturus omen id visum est.' Vide et Dionem, lib. XLI. p. 176. Nunc *Durazzo*.

<sup>u</sup> *Aous*] Sic appellatur a Livio XXXII. p. 385. Ab Apolloniæ vicino, hodie *la Pollona* vocatur: cum

oppidi ipsius rudera tantum extant. Mela II. 3. 'Æas secundum Apolloniam.'

<sup>v</sup> *Quibusdam Æas*] *Alas*. Vide Notas et Emend. num. 86.

<sup>w</sup> *Corinthiorum*] Ita Thucyd. lib. I. p. 19. et Dio lib. XLI. p. 174. A Corcyraeis et Corinthiis conditam aiunt Strabo lib. VII. p. 316. Scymnus p. 18. aliique.

<sup>x</sup> *Nymphæum*] Livius lib. XLII. p. 540. 'Nymphæum in Apolloniati agro.' Egimus de eo II. 110.

<sup>y</sup> *Amantes*] Oricum Scylax, p. 19. in Amanticorum agro locat, et Stephan.

<sup>z</sup> *Buliones*] Straboni lib. VII. p. 326. ΒΥΛΛΙΩΝΕΣ. In numinis apud Goltzium, ΒΥΛΛΙΩΝΩΝ. Oppidum Βυλλῆς, Ptolem. II. 13. unde Bullidensis colonia Plinio IV. 17.

<sup>a</sup> *Oricum*] 'Ὀρικὸς Stephano, et Apiano Bell. Civ. lib. II. p. 462. Nunc *Orso*, in confinio Albanæ et Epiri.

<sup>b</sup> *Acroceraunia*] Virgilio *Ceraunia*:

XXVII. (XXIV.) A tergo Carnorum et Iapydum, qua se fert magnus Ister, Rætis junguntur Norici.<sup>o</sup> Oppida eorum: Virunum,<sup>f</sup> Celeia,<sup>s</sup> Teurnia,<sup>h</sup> Aguntum,<sup>i</sup> Vianiomina,<sup>j</sup> Claudia,<sup>k</sup> Flavium Solvense.<sup>l</sup> Noricis junguntur lacus Peiso,<sup>m</sup> deserta Boiorum: jam tamen colonia Divi Claudii Sabaria,<sup>n</sup> et oppido Scarabantia<sup>o</sup> Julia habitantur.

XXVIII. (XXV.) Inde glandifera<sup>a</sup> Pannoniæ,<sup>1</sup> qua mites-

CAP. XXVII. 1 Ita ex codd. restituit Harduinus, eumque secuti Miller. Bipont. et Franz. ita quoque Reg. Brot. 1. *Vivana momnia* Parm. et alii antiqui. *Viana*, *Æmonia* Herm. Barbarus ex conjectura, quæ lectio postea invasit omnes ante Harduinum editiones.

CAP. XXVIII. 1 Vet. Dalec. *Pannonia*.—2 Idem codex, Harduin. 2. 3.

## NOTE

nunc *Monte di Chimera*, Epirum ab Albania dirimunt.

<sup>c</sup> *Determinavimus*] Cap. 15.

<sup>d</sup> LXXXV. M.] Straboni lib. vi. p. 261. abest a Cerauniis Salentinum; stadiis dcc. hoc est, millibus passuum LXXXVII. et quingentis pass.

<sup>e</sup> *Norici*] Bavariz partem ab Eno amne, Austriamque universam, præter Carnuntum, in confinio Austriæ Hungariæque positam, Norici olim tenere, et Carinthiam, Stiriamque.

<sup>f</sup> *Virunum*] Apud Gruter. p. 569. NORICVS. COL. C. VIRVNO. Apud Ptolem. II. 14. in Norico *Ὀβίρουνον*. Nunc *Volkmark* ad amnem Dravum.

<sup>g</sup> *Celeia*] Κέλεια Ptolem. loc. cit. Gruter. p. 130. CELEIÆ, reperta inscriptio in Carniolæ oppido, quod vetustum nomen retinet, *Cilley*.

<sup>h</sup> *Teurnia*] Ptolem. loc. cit. *Τεουρνια*. Apud Gruter. p. 473. II. VIRO. TEVRN. Nunc *Villach*, in Carinthia superiore, ad Dravum amnem.

<sup>i</sup> *Aguntum*] Ἀγουντων Ptolem. loc. cit.

<sup>j</sup> *Vianiomina*] Nunc Vienna Austriæ. Vide Notas et Emend. num. 87.

<sup>k</sup> *Claudia*] Κλαυδιούβιον Ptolem. in Norico, loc. cit. Nunc *Clagenfurt*,

Carinthiæ oppidum.

<sup>l</sup> *Flavium Solvense*] Apud Gruter. p. 559. cum Flavii cognomento, quod deductam eo coloniam auspice Vespasiano indicat: inscriptio reperta Cibini in Hungaria, FL SOLVA. Aiunt esse *Solfeldt*, in Carinthia, prope Clagenfurtum.

<sup>m</sup> *Peiso*] In Austriæ Hungariæque confinio, *Neusydlerzée*. Vide Notas et Emend. num. 88.

<sup>n</sup> *Sabaria*] Etiamnum retinet nomen in Hungariæ Austriæque confinio. Ibi reperta inscriptio, quam refert Gruterus, p. 389. C. C. S. hoc est, Colonia Claudia Sabaria. Σαοα-πλα Ptolem. II. 15. in Pannonia superiore. Et apud Goltz. Claudii nummus, COL. SABAR. CLAVDIANA. AVGYSTA. Apud Reines. vetus Inscriptio, p. 511. CLAVDIA. SAVARIA.

<sup>o</sup> *Scarabantia*] A Sabaria, M. P. XXXIV. apud Antonin. Hodie *Seapring*, supra Sabariam: aliis *Sopron*, sive *Edenburg*, in eodem tractu.

<sup>a</sup> *Inde glandifera*] Ita Mss. omnes, non *In glandifera*. Hoc est, post eas gentes, ac urbes, quas antea commemoravit, glandifera sunt Pannoniæ. Apud Hygenum, lib. de limitibus constit. p. 206. legimus in Panno-



centia Alpium juga, per medium Illyricum a septemtrione ad meridiem versa, molli in dextra ac læva devexitate consistunt. Quæ pars ad mare Adriaticum spectat, appellatur Dalmatia, et Illyricum supra dictum. Ad septemtriones Pannonia vergit: <sup>b</sup> finitur inde Danubio. In ea coloniæ, Æmona, <sup>c</sup> Siscia. <sup>d</sup> Amnes clariet navigabiles in Danubium defluunt, Draus <sup>e</sup> et Noricis violentior, Saus ex Alpibus Carnicis placidior: cxx. m. pass. intervallo. Draus per Serretes, <sup>f</sup> Serrapillos, Iasos, <sup>g</sup> Andizetes: <sup>h</sup> Saus per Colapianos, <sup>i</sup> Breucosque. <sup>j</sup> Populorum hæc capita. Præ-

\*\*\*\*\*

Bipont. et Franz. *Dravus*. Mox, pro CXX. quod exhibet Chiffi. CXV. præferunt edd. vet. ante Harduin.—3 *Sandizetes* Chiffi. *Sandrizetes* Gronov. et edd. vet. ante Harduin. Mox, pro *Saus* Vet. Dalec. Harduin. 2. 3. Bipont.

#### NOTÆ

nia sylvis glandiferis vectigal constitutum.

<sup>b</sup> *Pannonia vergit*] Carniolæ partem, deinde Croatiam, Sclavoniam, Hungariamque complexa, Danubium usque.

<sup>c</sup> *Æmona*] *Laubach*, ut diximus cap. 22. Carniolæ primarium oppidum. *Ἡμωνα* Ptolemæo II. 15. sub Norico Pannoniæ.

<sup>d</sup> *Siscia*] *Σίσκια* Ptolem. loc. cit. Vulgo *Sissech*, ad Savum amnem.—‘Cave autem Sisciam hanc existimes designari in nummis Augustorum Gallieni et Probi: quamvis in illo scribitur, SISCIA AVG. in isto, SISCIA PROBI AVG. Neque enim Sisciam Plinius dicit inter amnes duos sitam esse, ut in nummo Probi pingi videtur; sed tantum juxta Sisciam Colapin in Saum influere: ut juxta Parisios Matrona in Sequanam delabitur. Nec vero Latine bono aliquo sensu dici posse videmus, Roma Augusti, Roma Trajani, Roma Antonini: nec proinde ‘Siscia Augusti,’ vel ‘Probi.’ Cum aliquid autem offendit in numerorum inscriptionibus insolens, id certo indicio est, latere ibi senten-

tiam aliquam sub primis vocum literis. Legendum itaque arbitramur in Gallieni numismate: SISCIA AVG. ‘Secusianorum Inclytus Senatus Colit Impense Amicitiam AVgusti Gallieni.’ Flavius in nummo pictus Araris est, *La Saone*, qui medios Secusianos olim secabat. In altero similiter SISCIA PROBI AVG. ‘Secusianorum Inclytus Senatus Colit Impense Amicitiam PROBI AVG.’ Dea stat in isto inter duos amnes, Ararim scilicet Rhodanumque, qui Lugdunum in Agro Secusianorum alluunt.’ *Ed. sec.*

<sup>e</sup> *Draus*] *Δράβος* et *Σαῦος* Straboni, lib. VII. p. 314. Nomen retinent, et *Drav*, *Sav*. Vide Notas et Emend. num. 89.

<sup>f</sup> *Serretes*] Hi et Serrapilli Carinthiam tenere, ripamque geminam Dravi amnis.

<sup>g</sup> *Iasos*] *Ἰασόλιος* appellat Ptolem. II. 15.

<sup>h</sup> *Andizetes*] *Ἀνδίζητιοι*. Vide Notas et Emend. num. 90.

<sup>i</sup> *Colapianos*] A fluvio Colapi, cujus mox Plinius alique meminerunt.

<sup>j</sup> *Breucosque*] *Βρεῦκοι* Ptolem. II.

terea Arivates, Azali,<sup>k</sup> Amantes, Belgites, Catari, Cornacates, Eravisci,<sup>41</sup> Hercuniates, Latovici, Oseriates, Variaciani. Mons Claudius,<sup>m</sup> cujus in fronte Scordisci,<sup>5</sup> in tergo Taurisci. Insula in Savo Metubarris,<sup>n</sup> amnicarum maxima. Præterea amnes memorandi, Colapis<sup>6°</sup> in Saum influens juxta Sisciam, gemino alveo insulam ibi efficit, quæ Segestica appellatur. Alter amnis<sup>p</sup> Bacuntius<sup>7</sup> in Saum Sirmio<sup>q</sup> oppido influit: ubi civitas<sup>r</sup> Sirmiense, et Amantinorum. Inde XLV. M. passuum Taurunum,<sup>s</sup> ubi Danubio miscetur Saus. Supra<sup>t</sup> influunt Valdasus,<sup>8</sup> Urpanus et ipsi non ignobiles.

//////////

et Franz. Savus.—4 *Cartari* Vet. Dalec. Mox, Chiffi. *Corneates, Eravisci*; edd. vett. ante Harduin. *Corneates, Aravisci*.—5 *Cordici* Chiffi.—6 *Calapis* Gronov. et al. vett. ante Harduin. Paulo post, pro *efficit*, quod, firmante Chiffi. exhibent Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *efficiens* legitur in edd. vett.—7 *Acuntius* Chiffi.—8 Ita ex codd. suis restituit Harduin. cum antea legeretur *Valdanus*; Chiffi. *Vadasus*.

#### NOTÆ

16. et Straboni, lib. VII. p. 314. Βρενκοί Dioni, lib. LV. p. 568. Idem postea Franci appellati Gallias occupare, quas nunc obtinent: qui prius e Galliis in Pannoniam, unde redire, commigrarant. Vide P. Ægid. Laccary de Colon. Gallor. v. 1. p. 242. Gruterus, pag. 499. COHORTI. BREVC.

<sup>k</sup> *Azali*] Ἀζαλοί Ptolem. in Pannonia superiore, II. 15. Ἀμαντηνοί, in inferiore, cap. 16. Catari, forte pro *Curtari*: nam in inferiore Pannonia Κούπρα oppidum apud Ptolem. Sic Cornacates, (ita enim habent Mss. non *Corneates*), a Κόπρακον ejusdem Pannoniæ oppido apud Ptolem.

<sup>l</sup> *Eravisci*] Sic enim alphabeti series exigit: ii sunt qui Ptolemæo in inferiore Pannonia, II. 16. Ἀρδισκοί. Idem ibi Ἐρκουινάτας Amantenis subjicit. In superiore Λατοβίκοις, Ὀσσεριάντας, et Οὐαρκιανούς locat, cap. 16.

<sup>m</sup> *Claudius*] Tauriscos a Scordiscis,

hoc est, Hungaros Sclavosque, a Croatis disternans.

<sup>n</sup> *Metubarris*] Hodie *Zagrabia*.

<sup>o</sup> *Colapis*] Κόλοψ Dioni, lib. XLIX. p. 414. qui eum amnem ait Sisciæ urbis mœnia primum alluisse, post vero, a Tiberio Cæsare ducta fossa, totam urbem circumambiisse, insulamque facere, mox redire in pristinum alveum. Σεγερικήν vocat idem, lib. LI. p. 461. quæ Plinio Segestica dicitur. Strabo, lib. VII. p. 314. Σεγερικήν.

<sup>p</sup> *Alter amnis*] Vide Notas et Em. num. 91.

<sup>q</sup> *Sirmio*] Hodie *Sirmich*, in Sclavoniæ parte quæ Turcis paret, inter Savum et Dravum.

<sup>r</sup> *Ubi civitas*] Non oppidum, sed ditio, ager, communitas.

<sup>s</sup> *Taurunum*] Ταυρόνως, ubi se Savus Istro immiscet, inquit etiam Arrianus in Indicis, p. 517. Hodie *Belgrade*.

<sup>t</sup> *Supra*] Supra Savum Dravum

XXIX. (XXVI.) Pannoniæ jungitur provincia, quæ Mœsia<sup>a</sup> appellatur, ad Pontum usque cum Danubio decurrens. Incipit a confluenta<sup>b</sup> supra dicto. In ea Dardani,<sup>c</sup> Celegeri, Triballi, Timachi,<sup>d</sup> Mœsi, Thraces, Pontoque contermini Scythæ. Flumina clara, e Dardanis Margis,<sup>e</sup> Pingus, Timachus: ex Rhodope Œscus:<sup>f</sup> ex Hæmo, Utus,<sup>f</sup> Escamus,<sup>g</sup> Ieterus.

Illyrici latitudo, qua maxima est, CCCXXV. M. passuum colligit. Longitudo<sup>g</sup> a flumine Arsia ad flumen Drinium DXXX.<sup>h</sup> M. A Drinio<sup>h</sup> ad promontorium Acroceranium, CLXXV. M. Agrippa prodidit universum hunc sinum Italiæ et Illyrici ambitu XVII.<sup>i</sup> In eo duo maria, (quo

CAP. XXIX. 1 *Trimachi* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—2 *Æscamus* Chiff.—3 'Perperam in recentioribus editionibus DCCC. Bene Mss. Reg. 1. 2. 5. DXXX. et forte paulo major adhuc est numerus, ni multos viarum anfractus et circuitus computaverit Agrippa.' Brotier.—4 'Malim veterem lectionem, quæ sic habet: A Drinio ad promontorium Acroceranium CLXX. (Chiff. habet DLX.) M. Agrippa prodidit: universum autem hunc sinum Italiæ et Illyrici ambitu XIII. (Chiff. habet XIV.)' Dalec. ambitu XIII. Harduin. Miller. Bipont. et Franz. ambitu XVII. Regg. Brot. 1. 5. et Ed. pr. h. e. septies decies centena millia

## NOTE

que. Valdasus, nunc *Valpo*, inter Savum Dravumque Danubio se immiscens. Supra Dravum Urpanus, nunc *Sarriez*.

<sup>a</sup> *Quæ Mœsia*] A Belgrada ad Pontum, ubi nunc Servia et Bulgaria est. *Thy Mœsia* vocat Dio lib. LI. p. 461.

<sup>b</sup> *Incipit a confluenta*] Ubi Danubio Savus miscetur, ut dictum est.

<sup>c</sup> *In ea Dardani*] Hæc pariter Tætzes, Chiliad. XI. Hist. 396. *Δαρδανοί* Ptolemæo, in Mysia superiore III. 9. ubi nunc Servia est. *Τριβαλλοί* in inferiore, cap. 10. Timachi ab oppido *Τιμακόν* Mysiæ superioris, apud eundem Ptolem.

<sup>d</sup> *Margis*] Hodie *Morava*, per Serviam in Danubium labens. Is Pin-gum et Timachum in Istrum defert.

Oppidum ei olim appositum fuit ejusdem nominis, *Margum*, cujus mentio in Notitia Imp. Rom. sect. 52. sub dispos. Ducis Mœsiæ primæ.

<sup>e</sup> *Œscus*] Nunc *Ischa* in Bulgaria. Et Œscam oppidum ab amne cognomine, in Notitia Imp. sect. 31. p. 54. Triballis ascribitur a Ptolem. III. 10.

<sup>f</sup> *Utus*] Et hi Bulgariam alluunt. Utum oppidum in Notitia Imp. sect. 31. pag. 52. Sub dispos. Ducis Daciæ Ripensis.

<sup>g</sup> *Longitudo*] Hæc Martianus totidem fere verbis, lib. VI. cap. de secundo Europæ sinu, p. 209. Tamen Mss. Reg. et Colb. DXXX.

<sup>h</sup> *A Drinio*] Amne, quem Drilonem superius dixit, cap. 26.

<sup>i</sup> *XVII. [XIII.]* Hoc est, ambi-

distinximus<sup>j</sup> fine.) Ionium,<sup>s k</sup> in prima parte, interius Adriaticum, quod Superum vocant.

xxx. Insulæ in Ausonio mari præter jam dictas, memoratu dignæ, nullæ: in Ionio paucae: Calabro littore ante Brundisium, quarum objectu portus efficitur: contra Apulum litus Diomedea,<sup>a</sup> conspicua monumento Diomedis: et altera<sup>b</sup> eodem nomine, a quibusdam Teutria appellata.

Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur, natura vadoso mari,<sup>l</sup> æstuariisque tenui alveo intercurrentibus. Claræ: ante ostia Timavi, calidorum<sup>c</sup> fontium cum æstu maris crescentium: juxta Istrorum agrum, Cissa, Pullaria,<sup>2</sup> et Absyrtides<sup>d</sup> Graiis dictæ, a fratre Medæ ibi interfecto Absyrto.<sup>3</sup> Juxta eas Electridas vocavere, in quibus proveniret succinum, quod illi electrum appellant, vanitatis Græcæ<sup>e</sup> certissimum documentum: adeo ut quas earum designent, haud unquam constiterit. Contra Iader<sup>f</sup> est Lissa,<sup>4</sup> et quæ appellatæ.<sup>5</sup> Contra Liburnos Grateæ<sup>h</sup> ali-

////////

passuum.—5 *Inferum sive Ionium* Gronov. et edd. vet.

CAP. XXX. 1 Codd. Chiff. et Dalec. *matura vadoso mari*.—2 Ita Tolet. alii-que codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. et Franz. *Pullaria* edd. vet. et Gronov.—3 'Quidam addunt nomine.' Dalec.—4 *Basilissa* Chiff.

#### NOTÆ

tu patere hunc sinum maris Agrippa prodidit quatuordecies centena milia passuum.

<sup>j</sup> Quo distinximus] Cap. 16.

<sup>k</sup> Ionium] Qua parte in Adriaticum sinum irrumpit. Vide Notas et Emend. num. 92.

<sup>a</sup> Diomedea] Nunc a tergemino monte Trémiti appellata. Diomedis tumulo æ delubro nobilis, ut dicitur ad x. 61. Διομήδεια Stephano, et Scymno, p. 18.

<sup>b</sup> Et altera] Sic Strabo, lib. vi. pag. 284. Nunc Caprara, vel S. Domine.

<sup>c</sup> Calidorum] Meminit jam hujus insulæ, II. 106.

<sup>d</sup> Absyrtides] Iisdem verbis Stephanus: 'Αψυρτίδες, ῥήσοι πρὸς τῇ Ἀδρια,

ἐπὶ Ἀψύρτου παύδος Αἰήτου ἐν μίᾳ δολοφορηθέντος ἐπὶ τῆς ἀδελφῆς Μηδείας. Vide etiam Hygin. Fab. 23. et Apollod. lib. i. de Diis, pag. 63. et 65.

<sup>e</sup> Vanitatis Græcæ] Cum ea appellatione nec ullæ unquam ibi insulæ fuerint, et eadem alibi statuuntur a Græcis, ut Plinius recte admonet, xxxvii. 11. Apsyrtidibus sic junxit Electridas Scymnus Chius, p. 16.

<sup>f</sup> Contra Iader] Sic Mss. omnes, librique editi. Lissæ meminit Antoninus in Itiner. Marit. enumerans insulas quæ sunt inter Dalmatiam et Istriam: 'Apsoros,' inquit, 'Issa, Lissa,' &c.

<sup>5</sup> Et quæ appellatæ] Hoc est, et aliæ quæ sunt a nobis supra dictæ, cap. 25. Crexa, Gissa, Colentum.

quot; nec pauciores<sup>i</sup> Liburnicæ: Celadussæ<sup>j</sup> contra Surium:<sup>k</sup> Bubua,<sup>l</sup> et capris laudata Brattia:<sup>m</sup> Issa<sup>n</sup> civium Romanorum,<sup>o</sup> et cum oppido Pharia.<sup>p</sup> Ab his Corcyra,<sup>q</sup> Melæna cognominata, cum Gnidiorum oppido, distat, xxv.<sup>8</sup> M. passuum, inter quam et Illyricum Melita,<sup>q</sup> unde catulos Melitæos appellari Callimachus<sup>r</sup> auctor est: xv.<sup>9</sup> millia passuum ab ea iv. Elaphites.<sup>10</sup> In Ionio autem

Mox, *Liburnos Creteæ* edd. vett. et Gronov. Deinde, pro *nec pauciores*, Tolet. habet *nec non Trucones*.—5 Ita Regg. Brot. 1. 5. Ed. pr. Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. Junt. Basil. aliæ vett. 'Eruditus Harduinus ex infelici conjectura emendavit, *contra Tragurium*.' Brotier. Harduinum secuti Miller. Bipont. et Franz.—6 'Ita Editio princeps. Forte Plinius scripserat tantum *Bua* aut *Boa*. Est insula quæ in Cod. Theodosian. Leg. iii. de Hæretic. appellatur 'Boa insula.' Sub imperatoribus Romanis fuit exiliis famosa. Nunc quoque dicitur *Bua*.' Brotier. *bubus* edd. vett. *Bavo* ex codd. recepit Harduin. eumque secuti Miller. Bipont. et Franz. *Bova* Tolet. *Bano* conj. Pintian.—7 Vett. edd. ante Harduin. *civium R. reliqua*; sed ultima vox deest in omnibus codd.—8 Ita ex codd. suis et Chiffi. edidit Harduin. XXII. edd. vett.—9 Ita quoque ex codd. suis et Chiffi. edidit Harduin. cum antea legeretur XII.—10 'In Ms. Reg. 1. et editione principe, VII. *Elaphites*. Quod verius crediderim. Plures enim ibi sunt insulæ, quam quatuor. Ita

## NOTÆ

<sup>i</sup> *Grateæ*] Ita Mss. Reg. et Colb. non *Creteæ*. Scylaci Caryand. in Periplo, pag. 9. prope Pharum et Issam *Cratææ* insulæ nominantur: *Κραταια νήσοι, κατὰ Φάρον καὶ Ἰσσαν*.

<sup>j</sup> *Nec pauciores*] Forte, *nec pauciores XL*. Totidem enim Liburnicas insulas agnoscit Strabo, lib. vii. pag. 315.

<sup>k</sup> *Celadussæ*] Ita etiam Mss. Et Mela ii. 7. 'Celadussæ, Apsyrtus, Issa.'

<sup>l</sup> *Contra Surium* [*Tragurium*] Vide Notas et Emend. num. 93.

<sup>m</sup> *Bubua* [*Bavo*] Boas insulam Dalmatiæ vocat Ammianus lib. xxii. p. 206. oppido Traguriensi ponte jungitur, et *Bove* nuncupatur. Vide Notas et Emend. num. 94.

<sup>n</sup> *Brattia*] Meminit Anton. in Itin. Marit. Nunc *Bracchia*. In Tab. Peutling. segm. 4. 'Insula Brattia:

insula Pharia.'

<sup>o</sup> *Issa*] *Ἰσσα* Scymno, pag. 17. Stephanus, aliisque.

<sup>p</sup> *Pharia*] Straboni, lib. vii. p. 315. *Φάρος*, olim *Πάρος*, Pariorum colonia. Nunc *Liesina*. Tab. Peutling. 'Insula Faria.'

<sup>q</sup> *Corcyra*] Nunc *Corzola*, teste Jo. Lucio. Oppidum a Cnidii conditum testatur quoque Scymnus, pag. 18. *Mélava* seu nigra cognominata est.

<sup>r</sup> *Melita*] Alia hæc est ab Africana Melita, quæ Rhodiornum Equitum sedes. *Melada*.

<sup>s</sup> *Callimachus*] Et Stephanus, et Auctor Etymol. Hanc laudem alteri Melitæ alii adjudicant. Litem decidere haud proclive, cum in neutra hodie catelli similes reperiantur.

<sup>t</sup> *Elaphites*] Nomen a cervorum copia factum.

mari ab Orico XII. millia passuum,<sup>11</sup> Sasonis <sup>t</sup> piratica statione nota.



autem sunt dictæ a cervorum copia.' Brotier. *III. Elaphites* Gronov. et edd. vett.—11 'Male Mss. Reg. 1. 5. *MM. P.* Male quoque recentiores editiones, *M. millia passuum*. In Editione principe, *III. M. P.* meliore quidem, sed exiliore, numero. Emendavi, *XII. millia passuum*; quod satis indicat Scylax, pag. 10. cum ait ex insula Sasone in Oricum navigationem esse tertiæ diei partis. εἰς Ὀρικὸν πόλιν ἐστὶ παράπλους ἡμέρας τρίτον μέρος. Paulo supra dixerat ab Orico ad mare stadia esse LXXX. στάδια τ'.' Brotier.

#### NOTÆ

<sup>t</sup> Sasonis] Scylaci, pag. 10. Σασόν. 'Insula Saso.' Prius hic legebatur *Hodie Sasena*. Lucan. v. 650. 'Non *M. millia passuum*, pro *III. millia passuum*.' Ed. sec.  
Peuting. 'Insula Sasonis.' Æthicus:

NOTÆ ET EMENDATIONES  
AD LIBRUM III.  
NATURALIS HISTORIÆ  
C. PLINII SECUNDI.

---

1. CAP. I. *Ubi minus, VII. M. pass.*] Ita restituimus admonitu codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffi. vetustarumque editionum ante Frobenium, qui *ubi minimum* obtrusit imprudenter: triplex enim modo quasi latitudinis ordo proponitur, ut interpretatio nostra planum fecit: ejusmodi ab exscriptore Plinii Martiano Capella distinguitur, lib. vi. cap. de divisione terræ, pag. 201. 'Latitudo vero,' inquit, 'ubi angustior, quinque: ubi diffusa, septem: ubi prolixior, decem millibus explicatur.'

2. Ibid. *Creduntque perfossas*] Sic Mss. proxime laudati: rectius tamen fortassis cum Pintiano *perfossos* agnoveris, montes scilicet, non columnas. Capella hoc ipsum agens, loc. cit. 'Montium prædictorum,' inquit, 'effossis radicibus, evulsoque confinio.'

3. CAP. III. *In his coloniæ VIII. municipia octo: Latio antiquitus donata XXIX. libertate, VI. fœdere, III. stipendiaria, CXX.*] Numeros ex fide eorundem codicum restituimus: *coloniæ VIII. et fœdere III.* cum prius octo tantum coloniæ, fœdere donata tantum oppida duo censerentur: id quod cum superiore summa oppido-

rum omnino *CLXXV.* stare nequit. Porro de coloniarum ceterorumque jure hæc accipe. Post diuturnum bellum Romani Latinos pro sociis et amicis sibi asciverunt, dato jure, ut in bello Romanis legionibus permixti militarent, et tibi magistratus officiaque gerere, et honores accipere communi jure possent: sed non Romæ tamen petere magistratus aut gerere iisdem licuit, ut apertissime Plinius docet, vii. 43. nec repugnat Asconius, de quo Sigonium vide de Antiq. Jure Italiæ, i. 4. p. 133. Atque id jus quidem, quia Latinis primum concessum, 'Jus Latii' appellatum. Post tamen et suffragii in Urbe ferendi, creandique Magistratus dari sibi jus postularunt, utque pro civibus Romanis pari cum ceteris jure haberentur. Impertitum et illud deinde prærogativa quadam populis aliquot exteris, ægre tamen: vocatumque 'Jus Civium Romanorum.' Vetus vero jus ad discrimen hujusce novi, 'Jus antiquum Latii,' et 'Latium antiquitus' dictum est: datumque idem jus longo post tempore universæ Italiæ: unde 'Italicum jus' dici coëptum. Cum cives, militesve alio deducerent,

ut ea incolerent loca, 'Coloniam' vocabant: 'Municipium' vero, cum loci alienjns indigenis jus illud Italicum, vel civium Romanorum, quo de egimus, communicarent. Ampliabant autem Romani, astringebantque arbitrato suo jus et immunitates eas, ut auctor est Tacitus Annal. XI. Quin ipse Plinius coloniis quibusdam jus Italiæ tantum concessum, aliis solam immunitatem a tributis innuit, cap. hujus libri tertio. Municipia suis vivebant legibus et institutis: Coloniarum Romanis. Suis quoque oppida libertate donata: sed neque Italico, neque civium Romanorum jure gauderant, quorum alterutro municipia fruebantur: ea vero 'libera oppida,' et 'liberæ conditionis' vocabantur. Fœderata erant, quibuscum populus Rom. fœdus inierat, quorum cives se fœderatos, socios, fratres, populi Romani cognominabant, ut de Arvernīs Galliæ populis, Heduisque dicemus ad IV. 32. et 33. Denique stipendiaria erant, quæ vectigal penderent, seu tributo solvendo obnoxia forent.

4. Ibid. *Onoba Æstuaris*] Mss. Reg. et Colb. ac Paris. *Ossonoba Æstuaris*. Parm. edit. *Ossonoba Asturæ*. Hermolaus, *Ossonoba Lusitania*, quoniam inter amnes Luniam et Urium sita est. Nos 'Ὀνὸβα Ἀστρούριαν, hoc est, *Æstuariam*, ab æstuariis, quæ illic frequentia sunt, appellatione deducta, maluimus appellari, vestigia codicum antiquorum summa fide ac religione secuti. Ossonoba certe non hujus loci est, sed Lusitanie, ut dicemus ad IV. 35. et ab Ossonoba diversam Onobam et nomine et situ Marcellanus Heracleotes agnoscit, pag. 71. et 73. Hanc, in qua nunc sumus, 'Ὀνὸβα Ἀστρούριαν vocans prope Anæ ostia: unde Ptolemæus emendandus, apud quem II. 4. 'ΟΝΟΒΑΝΙΣΤΟΡΙΑ pro ONOBA ΑΙΣΤΟΡΙΑ legitur. Hanc porro Onobam esse *Ayamonte*, oppidum ipsius Anæ ostiis impositum, perperam Bivaricus existimavit, ut sup-

posititum Maximo factum vindicaret.

5. Ibid. *Ariani montes*] Mss. R. 1. 2. &c. *Hareni montes*. Ipsi sunt Mariani montes, quos in hoc Bæticæ tractu Ptolemæus agnoscit, II. 4. quem tractum haud multum a Mss. codicum lectione abludente vocabulo, *las Arenas Gordas* vulgus appellat. — 'Arenæ montes] Ita Romana et Parmensis editio vetus.' Ed. sec.

6. Ibid. *Portus Bæsipponis*] Melæ quoque II. 6. 'Bæsippon ad Junonis promontorium:' ex quo intelligitur hallucinatos esse viros alloqui eruditos, Rodericum Carum, qui Antiq. Hispal. III. 48. portum Bæsipponem esse existimat, *Puerto de S. Maria*, ad ostium amnis *Guadalete*, et Hieron. Saritam, qui Basilipponem, hodie *Cantillana*, supra Hispalim ad Boream positum, cum hoc Bæsipponem maritimo oppido confundit: cum disertis verbis Mela Pomponius, Pliniusque, viri in Geographicis rebus supra famam accurati ac diligentes, inter Gades et Calpen, promontorio Junonis Bæsipponem affigant. Ptolemæo II. 4. *Μερόβιος Λυγὴν* dicitur: oppidum *Βασιπποῦ*.

7. Ibid. *Sexti Firmum*] Admonet ipsa series oppidorum, quæ plane eadem est apud Melam, Plinium, Ptolemæumque, Sexti Firmum prius Hispaniæ oram legentibus a Calpe versus septemtrionem occurrere, quam Selambinam: quare Saritam, Rod. Carum, alioque, falli necesse est, qui id oppidum nunc *Motril* esse existimant, quod citra Selambinam est.

8. Ibid. *Singili, Attegua*] Prius legebatur, *Singilia, Hogua*. Scio in hoc Bæticæ tractu *Αἰγούρα* a Strabone citari, lib. III. pag. 141. Sed cum *Singiliatægua* in Mss. scribatur, Reg. 1. 2. &c. *Singili, Attegua*, haud cunctanter agnosco. Nam de Attegua, præter Dionem, quem laudavi, meminit non semel Hirtius, de Bello Hisp. p. 259. et Atteguenses Pom-



peianarum partium fuisse, scribit Valer. Max. ix. 2. p. 425.

9. Ibid. *Tuati vetus*] Ita Mss. omnes, librique editi ante Frobenium, qui *Tucci vetus* reposuit.

10. Ibid. *Celti, Arva, Canama, Evia*] Vix ullus est in hoc opere Geographico locus, in quo atrocius grassata sit interpolatorum libido, et emendandi prurigo quædam, quæ eruditos etiam viros interdum tenet. In Mss. Reg. 1. 2. Colb. et Paris. *Celtiarava Camana aua*. In edit. Parm. Froben. Gelen. aliisque ante Dalecampium: *Celtiaca, Vacamana, Acria*. Numerum oppidorum anxit, immutavitque deinde Dalecampius: *Celtiaca, Axatiara, Arruci, Menoba*. Ecquod in his verbis, quæso, veteris scripturæ vestigium? Roder. Carnus, Antiq. Hispal. iii. 8. et 9. legit, *Celsita, Axati, Arva, Arucci, Menoba, Canama, Aria*. Nostram emendationem potiore[m] his omnibus esse non modo priscorum codicum vestigia ipsa confirmant, vix ullo fere apice immutato, sed et inscriptiones veteres, quas modo allaturi sumus. *Axati* certe et *Arucci* expunximus, quod de iis libri omnes conditivi silent: etsi non me præterit Municipii Flavii Axatitani, et Civitatis Aruccitanæ, apud Gruterum in Inscript. fieri mentionem, p. 432. et p. 238. Quin et ipsam Celtim ex hoc albo sustulissem: nisi meminisset, ut dixi, Antoninus: ratus Plinium in his oppidiis appellandis, non tam situs cujusque loci, quam seriei elementorum habuisse rationem: quamobrem *Alica* priore loco statuissem, cum Alicensis oppidi in Provincia Bætica memoria extet apud Gruterum, p. 642. Quod vero ad Arvam attinet, apud eundem p. 476. inscriptio legitur, ORDO. MUNICIPII. FLAVII. ARVENSIS, reperta Alcolæ, medio itinere inter Hispalim, et Cordubam. De Canama, p. 345. CANAMENSES. LINTARRII. Oppidum Bæti impositum, nunc *Villanova del*

*Rio*. Denique EVIA apud eundem legitur, p. 550. in inscriptione, procul ab hoc situ, sed in Bætica tamen reperta.

11. Ibid. *Ilipa, cognomine Ilia : Italica*] In Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. *Ilipa cognomine Ilia Italica*. Parm. edit. *Ilipa cognomine Ilia Italica*. Voculam *Ila*, veluti nihili ea foret, Frobenius prior expunxit, legitque, *Ilipa cognomine Italica*, atque ita scribendi ceteris deinde auctor fuit. Atqui Straboni lib. iii. p. 141. Ἰτράλικα καὶ Ἰλῖα, et, quod idem est, Ptolemæo *Ἰλῖα μεγάλῃ* et Ἰτράλικα, civitates sunt duæ disparæ. Et fuit *Ila* sive *Ilia* Ilipæ cognomen genuinum. Apud Gruterum, p. 351. IMMVNES ILIENSES, ILIPONENSES, unde nosse Reinesius potuit qui Ilienses Iliponenses forent, quod acire se negat, epist. 23. Alias sine cognomine, apud eundem Gruter. p. 246. legitur MVNICIPIVM. INLIPENSE.

12. Ibid. *Vergentum, quod Julii Genius : Oripo, Caura, Siarum*] Insigniter depravatus hactenus hic locus in libris omnibus sic legebatur: *Vergentum, quod Julii genitor, Hippo Caurasiarum*: quæ non oppidorum nomina, sed vocum portenta erant. At Oripo, etiam ab Antonino memoratur, in itinere a Gadibus Cordubam, ab Hispal. ix. M. P. Et apud Gruterum, p. 803. inscriptiones erunt in pago quem Sarracatin vocant, in agro Utrereni, ORDO. SIARENSIVM. Apud Roder. Carum, Antiq. Hispal. iii. 20. SIARENSIVM. MVNICIPIVM. legitur. De Caura et Oripone mentio apud Poëtam antiquum, A. Halum nomine, ortu Burdegalensem, quem Tamayus edidit in Martyrol. Hispan. 'Hic Caura, Sauros sustentat Oripo colonos.'—'Mox ut editione Romana a. 1470. et Parmensi legitur, *Fluvius Menoba et ipse*, legi oportet: non *Menoba Bæti et ipse*, ut recentes libri cum Dalecampio, inani repetitione syllabæ *ba et et*, exhibent;

neque enim Menoba fluvius amni Bæti, sed agris vel oppido Sciaro potius dicitur 'infusus.' Sic enim Plinius ipse Bætini amnem paulo aute Bæticiæ dicit infusum.' *Ed. sec.*

13. Ibid. *Urso, quæ Genua Urbanorum*] Ita libri omnes. Tamen erudite suspicatur Anton. Augustinus, legi oportere *Gemina Urbanorum*: deductis eo colonis militibus ex aliqua earum legionum quibus Geminæ, aut Gemellæ, cognomen fuit, quales erant VII. X. XIII. et XIV. quod ex duabus factæ singulæ erant, quæ justum legionum numerum non explerent. Auctor ipse Cæsar, Bell. Civ. lib. III. pag. 166. et Dio, lib. LV. Urbanorum autem cognominatur, quod militum forte ex sola Urbe Roma conscriptorum esset.

14. Ibid. *Callet, . . . Ilipula minor, Merucra, Sacrana . . . Oningis*] Cum sint hæc oppida et extra Bæturiam posita, et conventus Astigitani, in eorundem assignando situ assentiri viris eruditis non possum. Nam quod *Callet* nunc *Cala* esse censet Jo. Fr. Andrez, I. de patria S. Laur. p. 212. et Rod. Carus, III. 70. et post illum Holstenius, oppidum scilicet in media Bæturia positum, supra Hispalim, inter Bætini et Anam, quam oram Plinius nunc describat, quemve conventum, æstimasse satis non videntur. Ilipula vero minor, si *Niebla* est, ad amnem *Tinto*, fere inter ostia Bætis et Anæ, ut visum est Roder. Caro, III. 81. sane non Astigitani conventus ea esse potuit, sed Hispalensis: Celtici Bæturiciæ populi, in quibus est *Niebla*, ei conventui, ut Plinius mox subjungit, attributis. Denique, si Oningis ibi fuit, ubi nunc Giennium est, ut censuit Mariana, Hist. Hispan. II. 21. p. 78. ad Cordubensem conventum pertinuit, non ad Astigitanum. Et Livius sane, lib. XXVIII. p. 319. haud procul Gadibus et Oceano statuere Oringin videtur, quam solo æquatam a Scipione pro-

*Delph. et Var. Clas.*

dit. Pro *Merucra, Sacrana*, Mss. *Marca, Sacruna*.—'At vetustæ edd. Romana et Parmensis, ut edidimus.' *Ed. sec.*

15. Ibid. *Seriæ adjicitur, &c.*] Prius legebatur: *Seria quæ dicitur Fama Julia: Vertobrige, Concordia . . . Callensibus Emanici*. Quam lectionem vitiosam ostendit dissona a priore parte posterioris structura sermonis. Nos codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. fidem secuti sumus, ut fere solemus.

16. Ibid. *Regionis Osintiadiis Sisaponem*] Hactenus in libris editis post Frobenium, *Regiones Osintigi, Sisaponem*. In Mss. Reg. et Colb. ac Parm. edit. *Regiones Osintiades Sisaponem*. Quam lectionem ceteris anteponimus, ut Sisaponi oppido circumjectus ager suo nomine censeatur: siquidem Osintiadem contineri Bæturiam, sicut minores regiones majoribus solent, simile veri est.

17. Ibid. *Latinorum, Regia Carissa*] Sic Mss. Reg. et Colb. vetustæque editiones omnes ante Dalecampium. Nec *Læpam* habent, nec *Uliam*, quas ille hoc loco nobis obtrusit. Scio apud Gruterum, p. 271. legi, ORDO REIP. VLIENSIVM. Sed reperta ea inscriptio est apud *Monte-Mayor*, prope Cordubam, longe a Gaditano conventu, in quo nunc sumus. Hodie Montis-Majoris nomen habere putatur Uliam, inquit Mariana Hist. Hisp. III. 20. p. 122. XX. ab urbe Corduba lapide. Haud procul Corduba fuisse etiam Dio significat, lib. XLIII. p. 229.

18. Ibid. *A Castulonis oppidi fine Gades, CCL. M.*] Ita Mss. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffi. Paris. Parm. quoque editio, et Martianus ipse lib. VI. cap. de Hispania, p. 203. a quo Hermolaus incaute citerioris Hispaniæ mensuram mutuatus, transulit in ulteriorem, atque hoc loco Plinii textum inde corrumpit, scribens CCCCLXX. M.

*Plinius,*

2 Y

19. Ibid. *Orbi spectandum*] *Orbi* reposuimus, admonitū codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. cum prius *urbi* legeretur in libris impressis: *Orbi*, inquam, hoc est, universis terrarum gentibus Romam confluentibus. Periret enim alioqui, cum insigni illo Romanæ urbis præconio, loci ipsius etiam ex ejusdem verbi repetitione venustas.—‘Sic paulo post, *porticum eum complexum* scripsimus, ubi *eam* habent libri editi perperam, cum ad *orbem* id referatur, quem porticus ea complectebatur.’ *Ed. sec.*

20. CAP. IV. *Ausetani, Lasetani*] Hactenus: *Ausetani, Itani, Lasetani*. Fulvius Ursinus, *Iaccetani* legit, ex Strabone et Ptolemæo. Nos *Itani* expunximus, de quibus in hoc tractu nihil usquam compertum: ex quo mutila quædam præcedentis vocis repetitio possit haberi. Nam cum hos, quos recenset Plinius, redditurum se promittat, inferius, *Ausetani* quidem, alique, suis locis apparent: *Itani* nusquam. At ne *Lacetanos* cum Ursino, Pelicerioque in Notis Mss. mutem, vetat Livius, qui *Lacetanos* sæpe laudat, lib. xxviii. p. 320. lib. xxxiv. p. 410. multoque expressius situm eorum indicat, lib. xxi. p. 206. ‘Cn. Scipio,’ inquit, ‘in Hispaniam cum classe et exercitu missus, cum ab ostio Rhodani profectus, Pyrenæosque montes circumvectus, Emporisi appulisset classem, exposito ibi exercitu, orsus a *Lacetanis* omnem oram usque ad Iberum,’ &c. *Λακετῶνας* Dio, lib. xlv. p. 274. Et *Λακετῶνων ἔθνος* Plutarchus agnoscit, tum alibi, tum in Catone Majore, p. 342. *Lacetanos* denique Cæsar Bell. Civ. lib. i. p. 143. cum *Ausetanis* et *Tarraconensibus* jungit. Adeo placuere *Jaccetani* Cujacio, ut non modo hoc loco, sed ubi minime omnium oportuit, obtruserit. Nam Dig. l. l. tit. 15. de Censibus, ubi Ulpianus, ‘Jus Italicum Valentini et Licitani habent:’

ipse *Iaccetani* legi censet oportere, Observ. x. 35. Alii *Lacetani*: neutri recte. Nos *Illicitani* ab *Illici*, de quo paulo ante Valentianum egimus, quod oppidum Latinorum seu juris Latini esse Plinius monet, restitui-

mus.  
21. Ibid. *Edetani*] Prius *Sedetani* legebatur. Atqui *Sedetanos* hic locum habere, literarum series non patitur, quam in populis nunc recensendis Plinius sequitur: *Ausetani, Cerretani, Edetani, Gerundenses, &c.* Ab *Ἐδῆρα* oppido nomen hi sortiti videntur, quod ubi ubi demum id fuerit, cis Iberum fuit; inter amnem eum et Pyrenæa juga. Cave enim credas ab *Edeta* oppido *Edetanæ* sive *Sedetaniæ* regionis, ubi Saguntum, Valentia, et Cæsaraugusta fuere, a *Δεδῶνα* Indigetum mediterraneo oppido apud Ptolem. ii. 6.

22. Ibid. *Larnenses, Lursenses, Lumberitanos*] Cum hoc loco populorum nomina disponi per elementa debeant, mire omnia perturbata permixtaque sunt in libris ad hunc diem vulgatis: sic enim habent, *Larnenses, Ilurisesenses, Isbalenses, Lumberitanos*. In Mss. Reg. &c. *Larnenses, Lursenses, Lumberitanos*. De *Ispalensibus* nihil: unde huc irreperint, incompertum adhuc. Hermolaus *Ilursenses* ab *Ilurone* jam antea memorato oppido, neque revocando amplius: *Iturisesenses* *Dalecampius*, ab *Ἰτρούσια* Vasconum civitate, reposuit.

23. CAP. V. *Atax e Pyrenæo*] *E Cemen* seu *Gebenna* monte dum fluere *Atacem*, non e *Pyrenæo*, Strabo docet, lib. iv. pag. 182. haud satis peritum se locorum eorum fuisse prodit. Rectius *Mela*, a quo non ineleganter describitur, ii. 5. ‘*Atax* ex *Pyrenæo* monte digressus, qua sui fontis aquis venit exiguus, vadusque

est, et ingentis alioquin alvei tenens, nisi ubi Narbonem attingit, nusquam navigabilis : sed cum hybernis intumuit imbris, usque eo solitus assurgere, ut se ipse non capiat.'

24. Ibid. *Nec minus seipso torrentes, Isaram, et Druentiam*] Non torrentem, ut prius, sed *torrentes* multitudinis numero reposuimus, tum codicum omnium Mss. fide, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffi. Paris. &c. tum ex re ipsa : namque ea vis torrenti similis etiam Druentiæ propria est, communisque cum Isara et Rhodano. Unde Silius Ital. lib. III. 'Turbidus hic truncis, saxisque, Druentia lætum Ductoris vastavit iter : namque Alpibus ortus Avulsas ornos et adesi fragmina montis Cum sonitu volvens fertur latrantibus undis, Ac vada translato mutat fallacia cursu.' Vide et Livium, lib. XXI. pag. 198.

25. Ibid. *Ultra, fossæ ex Rhodano C. Marii*] Nemo omnium Geographorum apertius, quam Plinius, situ Marianarum fossarum signavit, nempe ultra Rhodani ostia, prope stagnum insigne Mastramela. Cujus ex verbis varias de fossarum Marianarum situ scriptorum sententias convellere proclive admodum foret, si esset id otii nostri, aut instituti. Occupavit hanc spartam jamdudum, absolvitque egregie Honor. Bouche, Hist. Provinc. III. 5. pag. 161. Itaque fossæ Marianæ ductæ sunt a Rhodano per Campos Lapideos, ad vicum *Foz* : fossarum supersunt ibi hodieque vestigia. Idcirco autem perductæ, quo in Rhodanum naves e mari facilius subirent, quibus ægre aditus esset in amnem per orientale ostium, quod id erat naviglorum vix patiens. Solinus, cap. 2. pag. 17. 'C. Marius bello Cimbrico factis manu fossis invitavit mare : perniciosamque ferventis Rhodani navigationem temperavit.'— 'Fossas' plurali numero dicit, easque 'insignes opere :' unde errare eas intelligas, qui unicam quærunt,

et obscura tantum illius vestigia se reperisse confitentur. Nunc sunt duo orientalia Rhodani ostia, in quæ se potissimum postea annis devolvit. Insulam ex parte includunt, quam vocant *la grande Camargue*. Ex duabus hisce fossis, ei, quæ magis orientalis est, impositum postea Arelate Sextanorum est.' *Ed. sec.*

26. Ibid. *Stagnum Mastramela : oppidum, Maritima Avaticorum*] Prius *Astromela* legebatur. At Stephanus, pag. 448. *Μαστραμέλλη*, inquit, *πόλις καὶ λίμνη τῆς Κελτικῆς*. Unde et illud effici videtur geminum oppido adjacenti fuisse nomen : alterum cum stagno commune, proprium alterum. At dum Geographorum vulgus id oppidum putat esse *Martigues*, merito reprehenditur ab Honor. Bouche, Hist. Provinc. III. 6. pag. 172. quod recentissime conditum id esse constat, hoc est, non ante annos quingentos, loco antea inculto ac deserto. Veri multo similius statuit esse *Margiane*, ad stagni latus orientale. 'Maritima Avaticorum,' inquit Mela, II. 5. 'stagnum obsidet.'

27. Ibid. *Aquæ Sextiæ Salluviorum*] Ita Mss. omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. non *Salyorum*. Inscriptio Gruteri, pag. 298. DE LIGVRIB. VOCONTIENS. SALLVVIENSQ. Σάλλυιας vocat Ptolemæus, pro Σάλλυιας, II. 10. Hi sunt Falanii Galli (lege, *Salluvii Galli*) de quibus Fulvius triumphasse dicitur in Epitome Liviana, lib. LX. ut docet inscriptio vetus in Fastis Triumphorum, M. FVLVIVS M. F. Q. N. FLACCVS. PROCOS. DE LIGVRIBVS. VOCONTIENS. ET. SALLVVIENS.

28. Ibid. *Alebece Reiorum Apollinarium*] Hactenus legebatur *Alebeceriorum Apollinarium*. At Mss. Reg. Colb. et Paris. totidem apicibus id nomen exhibent, quot representamus. Accedit et vetus inscriptio apud Gruter. pag. 448. COL. REIOR. APOLLINAR. Et Tabula Peutinger.

REIS. APOLLINARIS, hoc est, Reiiis Apollinaribus, a cultu, ut videtur, Apollinis. Quid quod nec Alebere satisfacit ipsa, libentiusque *Albiæce* agnoverim, si Ms. ullus codex suffragetur. Nam *Albiæcos* Ἀλβιολκοὺς Salyibus, sive Salluviis, Vocontisque confines Strabo facit, lib. iv. pag. 203. plane ut ipsius oppidi Ἀλβιολκοὶ nomen esse potnerit, qua forma et Σόλοι Solæ Cilicii appellantur.

29. Ibid. *Cessero*] Non *Cisteron*, aut *Castres*, ut quibusdam eruditis visum, sed S. Tiberii pagus, S. *Tubery*, ad Araurim qui Agatham præfuit, leucis fere quatuor a Bæterris. *Κεσσερὼ* est Ptolemæo, II. 10. in Volcis Tectosagibus. Antonio in Itiner. Cesero, a Bæterris M. P. XII. Ado in Martyrol. 10. Novemb. 'In territorio Agathensi in Cessarione, SS. Martyrum Tiberii, Modesti, et Florentiæ, qui tempore Diocletiani martyrium compleverunt.' Et in Vita S. Tiberii: 'Et subito apparuerunt juxta flavium qui dicitur Araur, in vico qui vocatur Ceseri,' &c.

30. Ibid. *Tasconi, Tarusconienses*] In Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. *Tusconi, Taracunonienses*. Libri vulgati, *Tascodunilari, Cononienses*, omnino mendose, ut vel ex ipsa serie elementorum liquet. Adeo non placet conjectura eruditi viri, scribi ita jubentis, *Taruscoduni, Tarni, Tononienses*: ut si Tasconos ipsos expungere cuipiam libuerit, ceu ineptam vocis subsequens repetitionem, ac solos retinere *Tarusconienses*, haud gravate sim ei assensurus. Nam *Tarnos* ab amne *Tarne* colminisci, otiosorum hominum videtur esse: *Tononienses* a Sabandia in provinciam *Narbonensem* accersere, quam solam Plinius modo perlustrat, ἀγεωγραφητων.

31. Ibid. *Adjecit formulæ ... Avanticos, atque Bodionticos*] Sic libri omnes tum editi, tum manu exarati ante *Hermolaum*, qui pro *Bodionticos* *Ebroduntios* fidenter inculcavit; per-

inde quasi aut gens eadem sub diversis nominibus bis signetur a Plinio: *Ebroduntiorum* quidem appellatione hoc loco, et *Caturigum* rursus cap. 24. est enim *Caturigum* oppidum *Ebrodunum*: aut *Ebroduntiorum*, si locum hic eos habere oportuit, *Dinia* potius oppidum, quam *Ebrodunum* ipsum dici debuerit. At non levior ejusdem *Hermolai* lapsus, et *Guillimanni*, qui *Hermolaum* secutus est, cum *Avanticos* *Helvetiæ* populos, *ceux d'Avanches*, signari hic arbitrati sunt: quandoquidem hos *Alpium* incolas fuisse *Plinius* ipse admonet, et *Ammianus* quidem, ut mox dicturi sumus, *Graiæ* a quibus longa intercapedine *Aventicum* *Helvetiorum* disjunctum est: longe nempe positum supra *Lemannum* lacum, quo tamen lacu claudi provinciam *Narbonensem* superius monuimus. Describit *Avanticorum* oppidum, ejusmodi fere nunc est *Ammianus*, lib. xv. p. 54. '*Alpes Graiæ et Pœninæ*, . . . . habent *Aventicum*, desertam quidem civitatem, sed non ignobilem quondam, ut ædificia semirutæ nunc quoque demonstrant.' Sententiæ nostræ de *Aventicorum* germano situ suffragatorem habemus virum eruditum *Nic. Chorier* *Hist. Delphin.* lib. I. p. 12. et lib. IV. pag. 197.

32. CAP. 6. *Haud ullo inde loco CCC. in latitudinem*] In Mss. Reg. Colb. Paris. &c. *Haud ullo in loco*. *Parm.* edit. *Haud ullo in loco CC.* Nos ex conjectura, *Haud ullo inde loco*: ex *Martiano*, lib. VI. cap. de Italia pag. 205. *CCC.* rescripsimus: '*Nusquam*,' inquit, '*trecenta latitudo ejus excedit.*' Sed *Plinii* mentem idem *Martianus* haud assecutus sane videtur, quæ nostra interpretatione, feliciter, ut quidem opinamur, illustrata est.

33. Ibid. *Universæ autem ambitus ... XXX. pass. LVIII.]* Sic Mss. omnes. In *Solino*, cap. 2. pag. 14. et *Capella*, lib. VI. cap. de Italia, pag.

205. male nunc hic idem universæ Italiæ ambitus colligit vices centena et XLIX. millia pass. hoc est, XX. XLVIII. cum utrobique, ut in Plinio, scribendum sit, XXX. LVIII. nullis additis detractivis: sed tertia tantum denarii nota, quam prava librarii distinctio sequenti summæ tribuit, reddita restitutaque priori. Quamobrem immerito Salmasius in Solin. pag. 83. ex eodem Solino Martianoque Plinium emendandum pronuntiat, cum e contrario ii sint ex auctore suo Plinio refigendi. Nam si decies centena et XX. millia passuum apud eosdem colligit longitudo Italiæ, haud sane pauciora tricies centenis passuum millibus patere ejus ambitum res ipsa pervincit.

34. Ibid. *A Corsica minus LXX.* [Reg. 2. *A Corcyra minus LXX.* Parm. edit. *A Corsica.* Martianus, lib. VI. cap. de Italia, pag. 205. ex optimis exemplaribus: *A Corsica, minus LXX.* id quod libentius amplexi sumus. Omitti sane non debuit major insula, aut longe minor anteponi. Deinde longiusculum est Italiæ a Corcyra intervallum, ut minimum, c. M. P. At Corsicam a Vadis Volaterranis LXII. M. P. abesse Plinius ipse deserte testatus, ut quidem præ se ferunt exemplaria omnia, lectionem, quam defendimus, egregie tnetur.

35. CAP. VIII. *Aquenses cognomine Taurini*] Ariolantur, qui *Aquapendente* in Etruria oppidum signari hoc loco putant. A Centumcellis, hoc est, *Civitta Vecchia*, ut diximus, prophe Aquensium Thermæ abfuerunt. Testis Rutilius in Itiner. p. 305. 'Ad Centumcellas forti defleximus Austro: Tranquilla puppes in statione sedent.' Et mox: 'Nosse juvat Tauri dictas de nomine Thermas, Nec mora difficilis millibus ire tribus,' &c.

36. Ibid. *Clusini novi, Clusini veteres*] Hos non re ac loco, sed nomine solum invicem discrepare censet

Holstenius in Notis ad Ital. Antiq. p. 75. At non ita sane veteres censuerunt: nam in fragmento Itinerarii Antonini, itinere Tiberino sive Ciminio, legitur: 'Clusio vetere, olim Comersolo: Clusio novo, a quo dictus Clusentinus transitus Hannibalis.' De vetere Livius, lib. X. p. 179. 'Clusium, quod Camars olim appellabant:' lege, 'quod Camarsolum appellabant.'

37. Ibid. *Florentini*] In Mss. plerisque, librisque editis, *Fluentini*. At Chiffi. et Paris. rectius, *Florentini*, ut in rodd. quos vidit, legisse se, si credimus, testatur Gelenius. Nam et Frontinus de Colon. p. 93. Coloniam Florentinam deductam a Triumviris prodidit, et Tacitus, Annal. I. p. 36. orasse ait Florentinos, ne Clanis, solito alveo demotus, in amnem Arnun transferretur, idque ipsis pernecium afferret. Ipse Plinius IV. 4. Florentiam nominat. Tamen in decreto Desiderii Regis Italiæ, apud Gruter. p. 220. 'Palantes Fluentinos collegimus:' quod de Florentinis accipiendum est.

38. Ibid. *Subertani*] Sic Mss. omnes, impressique libri ante Hermolaum, qui a Suderno Ptolemæi III. 1. *Sudertani* scripsit. Nos *Subertani* anteponimus, quoniam id ei oppido, quod *Sovretto* diximus appellari, peraccommodatum nomen est, a subere, quo circumjectus ager abundat.

39. Ibid. *Volaterrani, Volcentini cognomine Etrusci*] In libris editis, *Volaterrani cognomine Etrusci*, Volcentinis prætermis: at eosdem ex Chiffi. codicis fide restitimus, probe gnari, præter Etruscos Volaterranos esse nullos uspiam: neque eo proinde cognomine discerni ab aliis necesse fuisse. Volcentinos autem, seu Volcentanos, et in Lucanis Plinius commemorat, cap. 15.

40. CAP. IX. *Nicodoro Atheniensium magistratu, qui fuit Urbis nostræ CCCCXL.*] Ita Mss. omnes, Reg.

Colb. Paris. et Chiffi. Quin ipse Plinius XIII. 30. et XV. 1. hunc ipsum annum signat. Hoc uno in loco permutatis numeris libri impressi habent CCCCLX. Gessit magistratum Athenis Nicodorus, Olympiadis CXVI. anno tertio, uti ex Diodoro Siculo aperte perspicuum est. Incidit plaue hic annus in annum U. C. ccccxl. Quin et paulo ante, quod scripsit Nicodoro Magistratu, reposuimus, non Magistratui: nam neque inscripsisse cuiquam librum suum de Plantarum Historia Theophrastus videtur: et Græca ea locutio est Νικόδαρου ἑρχομενος. Ita enim significabant annum Athenienses, ut Romani ex nomine Consulum ordinariorum. Ita Seneca Ep. XVIII. p. 199. de Epicuro: 'Hoc certe,' inquit, 'in his epistolis ait, quas scripsit Charino magistratu, ad Polyænum.' Et Plinius ipse passim: 'Tiberio principe,' 'Claudio principe,' &c.—'Quin et illud paullo ante, quod scripsit Nicodoro Magistratui, mutare ausi non sumus, cum sic habeant libri omnes manuscripti, et editi.' Ed. sec.

41. Ibid. Conchylio, et pisce nobili annotantur] Sic libri omnes: nec conjectura placet eruditi viri, legentis annantur: qua forma dictum ab Ovidio est: 'Novit quæ multo pisce natentur aquæ.' Annatari enim conchylio littora dure admodum dici nobis videtur.

42. Ibid. Affilani] In Mas. Asulani. In edit. Parm. Vefulani, perperam: exigente elementorum serie, ut ab A gentis ejus nomen incipiat. Frobenius, et alii post eum, Asulani. Nos Affilani: quod apud Frontinum legitur, de Coloniais, p. 83. 'Affile oppidum lege Semproniana.'

43. Ibid. Capitulum Hernicum, Cereatini qui Mariuni] In edit. Parm. Capitulum Hernetum, Cernetani. Frobenius, alique deinceps: Capitulum, Cernetum: Cernetani. Emendationis nostræ auctor fuit partim Strabo,

lib. v. p. 238. partim Frontinus: sic enim ille: 'Ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ὑπὲρ Πραίνεστον ἢ τε τῶν Ἐρνίκων πολίχνη Καπίτουλον, καὶ Ἀναγνία πόλις ἀξιόλογος, καὶ Κερεατὰ, κ. τ. λ. In montibus supra Præneste urbs Hernicorum sita est Capitulum, et Anagnia urbs insignis, et Cereatæ. Itaque erit Hernicum pro Hernicorum, et a Cereate Cereatini. Frontinus vero, lib. de Colon. p. 85. 'Cereate Mariana (non 'Marina') municipium familia C. Marii obsidebat.' Et p. 118. 'Ceretium (lege 'Cereatium') municipium familia Marii obsidebant.'

44. Ibid. Interamnates Succasini, qui et Lirinales] Hæc conjunctum ut legerentur, effecimus: non uti prius: Interamnates, Succasani, qui et Lirinales. Nam præter elementorum seriem, quæ nunc aliqui abrumperetur, docet id vetus inscriptio apud Gruterum, p. 431. quæ Casino in monte reperta est: in qua REIP. INTERAMNAT. LIRIN. mentio habetur. Sic porro appellati sunt, quod ad Lirim amnem sedes haberent: Succasini autem, (sic enim emendo, pro Suecasani,) quod sub Casino monte. Auctor emendandi Livius, lib. xxvi. p. 282. 'Sub Casinum biduo stativa habita. Inde præter Interamnâ, Aquinumque, in Fregellanum agrum ad Lirim fluvium ventum.'

45. Ibid. Ilionenses Lavinii] Lanuvii reposuit Hermolaus ex Ptolemæo, ob vetus municipium Lanuvium, qui pagus est hodie Indovina, haud procul Velitris. At major longe dignitas Lavinii fuit, ut vetustas major: nam, ut Varro ait, de Ling. Lat. lib. iv. p. 35. 'Oppidum quod primum conditum in Latio stirpis Romanæ Lavinium fuit. Hoc a Latini filia, quæ conjuncta Æneæ, Lavinia appellata,' &c. Frontino, p. 86. et 124. 'Lauro-Lavinium' dicitur. Dionysio Halic. Antiq. lib. v. p. 287. Λαουρινιον μητρόπολις τοῦ Λατίνων γένους. Incolæ Λαβρινιατὰι, p. 326.

46. Ibid. *Compita Larium*] Lares in compitis coli solitos, præter Festum, testatur Ovid. Fast. II. 615. 'Qui compita servant, Et vigilant nostra semper in urbe, Lares.' Et Tranquillus de Augusto, cap. 31. 'Compitales Lares,' inquit, 'ornare bis in anno instituit, vernis floribus, et æstivis.' Hinc Tertulliani locum obiter emendamus, de Spectaculis, cap. 5. ubi vetus hæc aræ inscriptio legitur. CONSVS. CONSILIO. MARS DYELLO. LARES. COMITIO. POTENTES. Rigaltius edidit, *Coillo potentes*. Grammaticus nescio quis COLIO, idque pro æde jubet accipi: domiciliumque quondam dictum esse pro domicilio, hoc uno ductus argumento, suspicatur. Ego libentius, LARES COMPTIO. POTENTES. agnoverim. Laribus dicata Compita, et sub Larium tutela præsidioque ea esse, ludos idcirco Compitalitios appellatos, ex compitis in quibus agitabantur, docet Macrobius, Saturn. I. 7. p. 221. 'Compitalia,' inquit Varro, de Ling. Lat. lib. V. p. 49. 'dies attributus Laribus:.... ideo ubi viæ competunt, tum in compitis sacrificatur. Quotannis is dies concipitur.' Apud Servium non semel, 'Lares Viales.' Vetus Inscriptio ap. Gruter. p. 84. DIS. DEABVSQVE. BIVIS. TRIVIS. QVADRIVIS.

47. Ibid. *Ad Cn. Pompeium, et L. Catonem*] Ita libri omnes tum impressi, tum manu exarati, ante Hermolaum, qui *L. Carbonem* importune obtrusit, quem bello Marsico, sive Sociali nullum fuisse Consulem scimus. Fuit vero L. Porcius Cato anno secundo ejus belli, U. C. DCLXV. cum Cn. Pompeio Strabone, Cn. Pompeii Magni patre.

48. Ibid. *Taurania*] Stephanus: *Ταυρανίη, πόλις Ἰταλίας*, forte huc referenda. Apud Melam II. 4. Taurianum est: apud Strabonem, lib. VI. p. 254. regio Tauriana: sed ad Plinii Tauraniam nihil ista pertinent, et

pertinere Casaubonus existimavit, in notis ad Strabonem: cum ista sint in Brutio, Plinii Taurania in Campano agro.

49. CAP. XI. *Dictæ propter ordinem, quas item nominant singulis vocabulis*] In Mss. *quas iterum*. Forte ita rectius, cum Toletano Pintiani codice: *Propter ordinem quo sitæ: a quo iterum nomina singulis, Prote, et Mese*. Ab ordine, inquit, quem certis intervallis dispositæ hæ servant insulæ, in universum Stæchades dictæ sunt: rursusque ab eodem ordine singulatum sibi quæque nomen ascivit: priore earum Prima: altera mox, Media: demumque tertia, Ultima appellata. Porro vernacula Stæchadum nomina Pinetus et Dalecampius ea comminiscuntur, quæ nec exteris nec indigenis nota sint. Honor. Bouché, Hist. Prov. I. 7. a Pomponiana Mese perperam distinguit: alii aliter peccant.

50. CAP. XII. *Abest a vadis Volateranis, LXII. M.]* Corruptus haud dubie numerus, cum XC. circiter M. pass. inter utraque loca nunc supputentur. Nota fortassis centenarii in quingenarium deflexa ab amanuensibus est, scriptumque LXII. pro CXII. Quin si Artemidorus credimas, apud Agathem. Geogr. I. 5. gemina centenarii nota librariis excidit, scribique necesse est CCLXXV. Trajectum enim ait esse stadium bis mille ducentorum. Sed coarguit Artemidorum Strabo, lib. V.

51. Ibid. *Ænaria ipsa*] Sive ab Æneæ statione, sive ab æno ærisque metallis, Ænaria dicta sit, quasi Ænaria, *Αἰναρία* scripsere cum diphthongo antiqui omnes: unus instar sit omnium Appianus, Bell. Civil. lib. V. p. 711. qui *νήσον τὰς Πιθηκόβουσσας* vocat, ἢ *νῦν ἐστὶν Αἰναρία*. Nam quod suadere Salmasius nititur, in Solin. p. 97. et 321. et Bochartus de Animal. III. c. 31. p. 994. Scribi *Enaria* oportere, ut ab enaribus, hoc est,



sine naribus, simili videlicet, nomen insulæ deflexum videatur, valde ve-reor ut quisquam vir naris emunctæ probet.

52. CAP. XIII. *Berelidas*] An *Balaridas* ex Martiano rectius? scilicet a *Balaris* Sardinia gente, de qua mox Plinius. An potius *Boaridas*, ex Tab. Peutling. ut scopuli intelligantur duo, qui S. Antiochi insulam obsident, il *Toro*, et *la Vacca*. An denique *Banauridas* ex Stephano, Tyrrhenicas insulas sic nominante?

53. CAP. XIV. CCCCXL. *M. ab eo distante Peloponneso*] Ita rescriptum, admonitu codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. cum in editis perperam legatur, CXLIV. hoc est, centena quadraginta quatuor, pro *quater centena et quadraginta*. Suffragatur præter Capellam, qui hunc plane numerum habet, lib. vi. cap. de Sicilia, pag. 208. etiam Strabo, dum Alphei fluminis ostium quatuor millia stadium hoc est, D. millia passuum a Pachyno abesse testatur, lib. vi. p. 266.

54. Ibid. *Colonia ibi quinque: urbes ac civitates LXIII.*] Locum hunc restitui-mus, tum ex Martiano Capella, lib. vi. c. de Sicilia, p. 208. tum ex eorundem codicum fide, in quibus *civitates LXIII.* nullis adjectis aut detractis leguntur. Coloniarum numerum, quem nos etiam reposuimus, ex Martiano, subsequenter voculæ, *urbes*, litera prior absorpserat. Porro totidem infra coloniarum redduntur: *Tauromenium, Catina, Syracusæ, Thermæ, Tyndaris*. In Excerptis Legationum e Diodori libro xxiii. urbes in Sicilia lxxviii. omnino numerantur: qui numeros e quinque coloniis, urbibusque tribus et sexaginta rite conflatur.

55. Ibid. *Amnes: Achates, Mazara, Hypsa*] In edit. Parm. *Amnes Agathe Matherypsa*. In Reg. et Colb. *Agathe mater hypsa*. Pro qua lectione, *Barbarus Acis et Hypsa* reposuit:

pluribus sane, quam par fuerat, extritis literis. Sed *Acin* quoque, de quo Schol. Theocriti, ad Idyll. i. 69. et *Vibius Seq.* p. 329. ab *Ætna*, *Solino* quoque auctore, fluentem, e cuius ripis saxa in *Ulyssem Polyphemum* jecisse quidam dixere, ad oram quam nunc percurrit Plinius, non pertinere, docebit subjecta oculis descriptio insulæ. Quapropter priscis literarum vestigiis insistendo, locum nos ita legimus: *Amnes: Achates, Mazara, Hypsa*. De *Achate Siciliæ fluvio*, *Vibius Seq.* p. 328. '*Achates Siciliæ*, ubi pari nomine lapillos generat, unde gemmæ fiunt.' Plinius ipse, xxxvii. 54. Ejusdem meminit etiam *Ptolemæus*, iii. 4. ubi corrupta voce *Ἀκθίων* vocat: ac *Selinuntis* ab eo, et *Mazarae* fluminum ostia refert. De *Mazara Antoninus* quoque, xii. M. P. a *Lilybæo*. *Stephano* item castellum est et propugnaculum *Selinuntiorum Mazara*, a præduente, ut credimus, anne dictum. Servat adhuc in hoc ipso tractu oppidum *Mazarae* nomen: a quo tertia *Siciliæ* pars *Val di Mazara* nuncupatur.

56. Ibid. *Echettlienses*] *Prius Ece-tienses* legebatur, quos perspicuum est vel ab *Acestæis*, vel a *Segestanis* minime diversos esse. In Mss. *Eches-tienses*. Nos ex certissima conjectura, *Echettlienses*, ab *Ἐχέτλα* oppido, cujus meminere *Polybius* lib. i. p. 20. et *Diodorus Sic.* lib. xix. ac *Stephanus*. Illud ipsum forte quod *Ptolemæo*, iii. 4. *Ἐλκέθιον* pro *Ἐχέθιον* dicitur.

57. Ibid. *Imacarenses*] Ita libri omnes. At elementorum series nobilius paulo oppidum appellandum hoc loco fuisse forte admonet, nempe *Hyccarensium*, quod *Stephano* *Ἰκκαρον*, *Hiccara* *Antonino*, a *Panhormo* xvi. M. P. In nummis apud *Parutam*, *IKAP*. Nunc quoque *Carini*, et *Muro d'Iccarini*, teste *Fazello*, decad. i. lib. vii. cap. 6.

58. Ibid. *Tiracienses*] An *Tyraci-*

nenses, ab oppido quod *Τρυακίνα* Stephano dicitur? At in Mss. et edit. Parm. *Triracienses*. Forte pro *Trinacienses*: nam *Τρυακίην πόλιν* et *Τρυακίους* oppidanos in Sicilia laudat Diodorus, Bibl. lib. xii. pag. 89. et 90. An denique *Tyrittenses*? nam *Τυρριτῶν* in Sicilia idem Diodorus agnoscit, in Eclogis, p. 875.

59. Ibid. *Hieronesos, Cæne*] Ita libri omnes, ipseque Martianus, lib. vi. p. 208. Cave tamen credas *Cæny* Stephani insulam nunc signari a Plinio: Locorum enim in vicinitate deceptus, promontorium Italiæ *Cæny* Peloro adversum, perperam haud dubie, insulam putavit: cum non modo præter eum nemo ejus insulæ meminerit: sed nec ulla usquam circa Pelorum sit, unquamve, cujus quidem mentio extet, fuerit insula.

60. Ibid. *Meligunis*] Ab ovium adventu, ἀπὸ τῶν μῆλων, in insulæ Liparæ nomen olim inditum censuit Dalcampius. Reclamant vetustisscriptores omnes, a quibus non *Μηλιγουνίς*, sed *Μελιγουνίς* vocatur. Strabo, lib. vi. pag. 275. Stephanus, Hesychius, ceterisque antiquior Callimachus, Hym. in Dianam, pag. 14. vs. 47. *Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ· Λιπάρη νέον, ἀλλὰ τὸτ' ἔσκεν Οὐνομὰ οἱ Μελιγουνίς*.

61. Ibid. *Antea Therasia*. . . quia sacra] Therasiam quidem in insulis Ægæi maris agnovimus: hanc vero Hieram qui Therasiam quoque appellavit, adhuc auctorem quærimus. *Thermissa* haud dubie scribi satius fuerit, si exemplaria ulla faverint: cum id ei nomen fuisse, *Θέρμισσαν*, Strabo fateatur, lib. vi. p. 275. et 276.

62. CAP. xv. *Carcines*] Verum huius amnis nomen, ex fide codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Paris. et Chiffi. restituiimus: subdititiumque *Cæcinos* expunximus, quod Hermolaus inculcarat, neglecta vetere lectione Parmensis etiam editionis: quoniam Cæcina amne apud Ælium, et Pan-

saniam, lib. vi. Eliac. post. pag. 354. dirimi Locros a Rhegino legerat. At procul ab hoc sinu, quem Plinius modo percurrit, Locri, Rheginique, in ipso ferme Siculo freto collocati.

63. Ibid. *Tiris, Eranusa, Meloëssa*] Sic totidem plane apicibus Mss. omnes. Et Meloëssa quidem a proventu pecoris haud dubie nomen accepit, ἀπὸ τῶν μῆλων. Verum loco priorum duarum, infeliciter admodum Hermolaus, *Tres Sirensæ* rescripsit, quos ab ora Pæstana, adversoque plane maris tractu, in Lacinium usque promontorium transtulit. Ibi enim Sirensas insulas, hoc est, ut Virgilius ait, Sirenum scopulos, Strabo lib. i. pag. 22. aliique collocant.

64. Ibid. *Et Pandosiam*. . . in qua Alexander] Mss. omnes, librique vulgati ante Hermolaum, *Mardoniam* constantissime retinent: *Pandosium* Barbarus rescripsit: quod in Pandosia oblisce Alexandrum scriptores omnes consentiant. Et Livius quidem, qui unus esse potest instar omnium, 'Alexanderum Epiri Regem' ait 'ab exule Lucano interfectum, sortes Dodonæi Jovis eventu affirmasse. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acherusiam aquam, Pandosiamque urbem: ibi fati ejus terminum dari: eoque ocys transmisit in Italiam, ut quam maxime procul abesset urbe Pandosia in Epiro, et Acheronte amni. . . . Ceterum (ut ferme fugiendo in media fata ruitur,) . . . haud procul Pandosia urbe imminentes Lucanis ac Brutiis finibus tres tumulos inedit. . . pervenit ad amnem . . . quem cum incerto vado transiret agmen, fessus metu ac labore miles, increpans nomen abominandum fluminis, Jure Acheron vocaris, inquit,' &c. Sic Acherontem fluvium, et Pandosiam in Lucanis diserte appellat: Strabo quoque, lib. vi. pag. 256. Suidas, verbo *Τόνον*, aliique. Verum cum circa Pandosiam, περὶ Πανδοσίαν, interiisse Alexandrum

Strabo affirmet, non in ipsa: circa Pandosiam letali vulnere affectus, concedere Mardoniam potuit, ubi ex vulnere obierit: et hanc urbem iuteriisse deinde Theopompus est auctor, cum staret interim Pandosia, quam hodie *Castro Franco* vocant.

65. CAP. XVI. *Ab eo Basta oppidum, et Hydruntum, decem ac novem mill. pass.*] Ita libri omnes. At locum hunc Martianus perperam interpretatus, lib. vi. pag. 209. quod esset angustiarum ejusce freti, qua Ionium mare in Adriaticum irrumpit, intervallum, signari a Plinio credidit: 'Hydruntum urbem,' inquit, 'ubi superum inferumque mare decem et novem millibus disparatur.'

66. Ibid. *Quinquaginta mill. non amplius*] *Centum* reposuit Barbarus: oblitus eundem Plinium, in describendo Italiæ situ, supra dixisse, cap. 6. 'Abest a circumdatis terris, Istria ac Liburnia, quibusdam locis centena millia pass. Ab Epiro et Illyrico, quinquaginta.' Satis enim superque constat, *centum* ibi etiam agnoscere non posse, cum *totidem, tantundemve* scripturus fuisset. Nec dubitare licet quin ad frontem hanc Salentinorum Hydruntinam id ipsum pertineat: cum non alia Italiæ ora magis Epiro vicina sit: atque hoc tempore etiam ab Hydrunte, vel ab ipso potius prope sito Leucarum (ut appellant) capite, ad oppositum Epiri littus tot fere millia passuum computentur: in quibus angustiis pontes ipsos jacere Pyrrhum, Varronemque, cogitasse, credere par est. Ad hæc, Epiri Orium ab Italiæ Salentino, LXXX. tantum, aut etiam LXX. pass. millibus discrevit idem Plinius, cap. 26. libri hujus, qui brevissimum in Græciam transitum ab Hydrunte, non a Salentino, nunc esse testatur. Ex quo exploratum est ac certum, lectionem vulgatam, non modo vetustiorum codicum fide, verum etiam indubitato Plinii testimonio confirmatam, qui-

busvis aliis reclamantibus, esse custodiendam. Quam sint enim erratis obnoxia Ptolemæi mensuræ, quam vitiosa Antonini, et Strabonis editio, norunt eruditi.

67. Ibid. *Statio Miltopæ: Lupia, &c.*] Scio in libris vulgatis legi, *Statio militum Lupia*. At Mss. omnes, Reg. 1. 2. Colbert. 1. 2. 3. Paris. *Statio Miltopæ, Lupia*: ut proprium sit stationis navium nomen *Miltopæ*: sequaturque deinde seorsim *Lupia*: utrumque in ora positum, quæ nunc illustratur a Plinio. Sic Virgilius de Tenedo, 'Statio malefida carinis.' Sic Plinius ipse in fine libri hujus, 'Salonia piratica statione nota.'

68. Ibid. *CCXXV. M. trajectu*] Ita Mss. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Paris. Chiffi. non, ut in editis, *CCXX*. Subscribit Strabo, lib. vi. p. 283. stadia MCCC. Brundisium a Dyrrachio abesse testatus.

69. Ibid. *Amnes: Iapyx, a Dædali filio rege*] Hæc sincera codicum proxime laudatorum scriptura est: quam sic vitiose interpolant: *Barion, ante Iapyx*: ut Barii oppidi cognomen *Iapyx* esse putaretur.

70. Ibid. *Apamestini*] Ex *'Ανεμόρα* Ptolemæi, III. 1. Hermolaus, et Pellicerius in notis Mss. *Apamestini* reponunt. At est illud oppidum et in Apulia Daunia prope Garganum montem, et in ora positum: hic Plinius Calabrorum oppida persequitur, et ea quidem quæ sint a mari longiuscule semota.

71. Ibid. *Sturnini, Tutini*] Aberrant a vero qui Sturninos ibi fuisse olim arbitrantur, ubi nunc *Sternaccio* oppidulum Hydruntini agri, hand procul Hydrunte: in eam scilicet adducti hæresim, affinitate quadam ac similitudine nominis. Verum id oppidum, ut planissime vel ex ipsis Tabulis constat, cum Salentinorum ditionis fuerit, quorum oppida populi que suo mox ordine digeruntur, in Calabrorum oppidia, quæ nunc Plinius

percurrit, locum habere non potest. Nec felicior in conjiciendo Pelicerius in notis Mss. qui pro Tutinis Tuticanos reponi putat oportere, ab Equo Tutico, quod non procul Benevento fuit: haud exigua terrarum intercapedine, populorumque interjacentium frequentia, divisa a Benevento Calabria.

72. Ibid. *Uxentini*] In libris vulgatis *Valentini*. At Mss. et R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. &c. *Ulentini*: nos ex indubitata conjectura, et Ptolemæi, ut diximus, fide, *Uxentini*.

73. CAP. XVIII. *Voto vere sacro*] Prius vero sacro legebatur. At Mss. omnes, *vere*. Veris sacri gemina apud antiquos acceptio fuit. Primum enim, ut Festus ait, 'Ver sacrum vovendi mos fuit Italii: magnis enim periculis adducti vovebant, quæcumque proximo vere nata essent apud se animalia, immolatueros.' Nempe ex caprino, suillo, ovillo, bovilloque grege, ut docet Plutarch. in Fabio, p. 176. Quod natum esset inter Kalendas Martias, et pridie Kalendas Maias, auctore Livio, lib. xxxiv. p. 416. De Sabinis ipsis Nonius, cap. 12. n. 18. 'Ver sacrum, religiosum, Sisenna historiarum libro quarto: Quondam Sabini feruntur vovisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos.' At ver sacrum vovere, non solum erat proventum unius anni consecrare, ut pecudes quidem immolarentur Diis: quorsum enim hoc loco hujusce moris ritusque sacri mentio, si re nulla alia continetur? sed juventutem etiam Diis consecratam in colonias mittere. Hunc morem edocet egregie Plinius, cum ait Picentes ortos a Sabinis, voto vere sacro: sed multo expressius Dionys. Halic. lib. 1. p. 13. et lib. III. p. 77. statim initio. Justinus quoque, xxiv. 4. 'Namque Galli abundanti multitudine, cum eos non caperent terræ quæ genuerant, trecenta millia hominum ad sedes novas

quærendas velut ver sacrum miserunt.' Hieronym. denique in Chron. ad Olymp. 89. an. 4. 'Lacedæmonii ver sacrum Heracliam destinantes urbem condunt.' Ver sacrum illi sacram juventutem vocant, e finibus suis pulsam a parentibus, ubi alimenta domi non suppetere, crescente in dies multitudine: voto Diis ante concepto, pro felici rei eventu. Inde illi in coloniam abeuntes, quicquid terrarum armis pararent, habebant pro patria.

74. Ibid. *Flumen Albulæ: Tercium quo finitur Prætutiana regio*] Ita plane totidem apicibus servatis, nec detracto uno, nec adjecto, Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiff. et Tolet. At Colb. 3. et Salmant. pro *Tercium* habent *Tessunium*. Ut ut est, oppidi id nomen fuit, ut ex ipsa Plinii oratione exploratum est. Unde Plinii editores hæc nomina hauserint, quæ hoc loco obruserunt, *Flumina, Albulates, Suinum Helvinum, quo finitur, &c.* non vacat inquirere.

75. CAP. XIX. *Mevaniolenses*] In libris vulgatis post Frobenium, *Mevanionenses*. At iidem sunt ii qui Mevanates proxime antea memorati, ut recte animadversum est ab Holstenio, in Ital. p. 92. In Mss. Reg. Colb. Paris. Chiff. et in edit. Parm. aliisque vetustis, *Mevanionenses*. Nos vetustam inscriptionem secuti sumus, quæ extat apud Gruter. p. 483. DECVRIONI. MEVANIOLÆ. Cluverius in Ital. Antiq. lib. II. p. 630. Mevaniolum putat easse *Galeata*, qui vicus Romanæ est, in valle Bedesis amnis.

75. CAP. XX. *Agris quamvis torrentior, nil tamen ex rapto sibi vindicans*] Ita restituimus ex Mss. codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Chiff. Paris. In libris editis perperam, *agris quam navigiis torrentior*. Salmas. in Solin. p. 84. *nil tamen ex rapto abjudicans*. Frustra. Mox vero ubi legitur, *atque ubi liquit agros*, ex eorundem Mss. fide delenda vox ea *agros* videtur, ceu spuria, a

superioribus agris mutuanda.

77. Ibid. *Sturam, Orgum, &c.*] Sic Mss. proxime laudati. Libri vulgati mendose *Morgum*. Ennodius in Carmine quo iter per Cottias Alpes describit: 'Duria nam, Sessis, torrens vel Stura, vel Orgus.'

78. CAP. XXII. *Adriatico mari apposita: cujus Venetia, fluvius Silis, &c.*] Sic libri omnes Mss. editique ante Hermolaum, qui omnium codicum fide sprete legit: *mari apposita, Venetia, cujus fluvius, &c.* præpostere scilicet translata Venetia. Secus enim Venetia tantum hac decima regione continebitur: id quod falsum esse constat, ex Carnorum et Iapydum regionibus, extra Venetiam quidem sitis, veruntamen huic decimæ regi-  
oni Italiæ mox attributis.

79. CAP. XXV. *Hymani*] Ita libri omnes. An potius tamen *Ismeni* legendum? Nam supra Venetos et Istros, Scymnus Chius, p. 16. Mentores locat et Ismenos: 'Ἐνετῶν ἔχοντες ὄρηδες Ἰστριοὶ λεγόμενοι, Ὑπὲρ δὲ τούτους Ἰσμενοὶ καὶ Μέτρες.

80. Ibid. *Olbonenses*] Ita Mss. omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. et Parm. edit. Barbarus *Albonenses* reposuit, ab Aluona Ptolemæi, II. 17. de qua cum mox locuturus sit Plinius, qui eam Alvonam vocat, et littoralem recte cum Ptolemæo facit; sint autem hi Olbonenses in mediterraneo positi; aut a vetere lectione minime recedendum arbitrati sumus: aut Olbianenses ab Olbia Stephani reponi posse: aut denique, quod culpiam forte probabitur, *Arbonenses*: nam eidem Stephano Ἀρβῶν πόλις Ἰλλυρίας dicitur.

81. Ibid. *Ex insulis, Fertinates, Curictæ*] Constans hæc librorum omnium lectio est, tum Mss. tum vero etiam Parm. edit. aliarumque ante Hermolaum, qui *Fulfinates* reposuit, quoniam unius insulæ Curictæ oppida duo appellat Ptolemæus, II. 17. Φουλφίνιον et Κορίκον. At non unam

modo signari a Plinio insulam, sed plures, tum ipse hoc loco prodit, cum ait *ex insulis*, tum paulo post, iterum repetens, 'Insulæ ejus sinus, præter supra significatas.'

82. CAP. XXVI. *Burnum, Andetrium*] Hactenus in libris vulgatis, *Burnum, Mandetrium*. At Ptolemæo, II. 17. est Ἀνδέκριον, pro Ἀνδέτριον, inter mediterraneas Dalmatiæ civitates. Dioni lib. LVI. p. 579. Ἀνδῆριον, pro Ἀνδῆτριον, φρούριον ἐστὶ αὐτῇ τῇ Σαλῶνῃ, castellum Salonis adjacens. Straboni lib. VII. p. 315. Ἀνδῆτριον ἐρυμνὸν χωρίον, castellum probe munitum: uti nunc quoque est, et Venetæ ditionis: vulgo *Clissa*. Vetus inscriptio allata a Sponio, p. 79. ITEM. VIAM. GABINIANAM. AB. SALONIS. ANDETRIVM. APERVIT. ET. MVNIT.

83. Ibid. *Melcomani*] Ex hoc Plinii loco Ptolemæum emendamus, apud quem Dalmatiæ populi sic recensentur, II. 17. Ἐντὸς δὲ τῆς Δαλματίας Δαούριοι, ὑπὲρ οὓς μὲν Κομένιοι. Interiora Dalmatiæ tenent Daurisii: (quos Daorizos Plinius et Strabo vocant:) *Supra quos Comenii*. Legimus enim ὑπὲρ οὓς Μελκομένιοι, *Melcomeni*.

84. Ibid. *Ozuæi*] Ita libri omnes tum Mss. tum editi ante Hermolaum, qui *Ænei* sive *Onei* ex Ptolemæo reposuit, ab Oneo urbe inter Pignentium et Naronem amnem. Verum *Ozuæi* retinemus: siquidem non tunc extantia oppida, quale fuisse Oneum satis constare potest, cum mentionem ejus fecerit Ptolemæus, qui Plinio est aliquanto recentior; sed gentes quæ jam defecissent procul dubio nunc recensentur.

85. Ibid. *Denda civium Rom. Epidamnum colonia*] Sic libri omnes, Mss. atque vulgati: quam lectionem probo, etsi ejus nominis oppidum prope Dyrrachium nondum invenerim: cum civium Romanorum oppida differre a coloniis non uno in loco auctor indicaverit. Quod non animadvertens Pintianus, vocem *Denda*, ne sibi

molestiam faceret, confidenter expunxit.

86. Ibid. *A quibusdam Eas*] A Pomponio Mela, ut diximus. A Scylace quoque: *Αλας ποταμός ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὅρους παρὰ τὴν Ἀπολλωνίαν παράρχει*. Lycophron, vs. 1015. et 1019. *Αλας, Αλαγρος* inflexit, qua forma Græci ipsius Ajacis, ducis inter Græcos notissimi, nomen inflectunt. Unde Valerii Maximi locus illustratur, ita scribentis 1. 5. p. 36. 'Atque illi flumen vicinorum mœnibus nomine Æantem in adjutorium sese mittere dixissent.' Apolloniæ scilicet ab Epidamniis suppetias postulabant: responderunt illi: Habetis *Αλαγρος*: ab eo subsidium petite. Ludebant homines Græci in fluminis et Ajacis affini atque adeo simili prorsus nomine.

87. CAP. XXVII. *Vianiomina*] Sic Mss. omnes, Reg. Colb. &c. Parm. edit. *Virana monnia*, Hermolaus ex Rhætia Ptolemæi, *Viana* primum, mox ex conjectura *Emonia* adjecit, quam in hoc tractu agnovit nemo. *Vianiomina* Plinii est, quæ Antonino Vindobona, a Scarabantia M. P. LIV. et alibi Vindomona dicitur, in itinere de Pannoniis in Gallias: apud Gruter. p. 540. *Vianna*.

88. Ibid. *Noricis junguntur lacus Peiso, deserta Boiorum*] Rectius forte *Lacu Speiso*: ut sit, lacu illo conjungi Noricis deserta Boiorum.

89. CAP. XXVIII. *Draus, &c.*] *Savus* et *Dravus* suo quisque alveo, ut Plinius tradit, Danubium intrat: contra quam perperam a Strabone proditum est, *Savum* in *Dravum*, *Dravum* juxta Segesticam in *Noarum*, *Noarum* accepto ex *Japydibus* *Colapi*, in *Danubium* influere, lib. VII. p. 314.

90. Ibid. *Iasos, Andizetes*] Prius legebatur *Sandrizetes*. At ex Strabone locum emendavimus, lib. VII. p.

314. *Pannonicas* inter gentes, cum *Breucis*, de quibus statim Plinius, *Andizetios* enumerante, *Βρεῦκοι, Ἀνδίζητιοι*. Unde etiam in Ptolemæi *Pannonia* superiore, II. 16. sequentibus *Breucis*, videntur *Andizetes* agnoscendi, non *Andiantes*.

91. Ibid. *Alter amnis Bacuntius*] Ita Mss. Reg. et Colb. Quid si legas, *Alteram Bisacuntius in Savum Sirmio oppido influens*: ut sit intellectus *Bisacuntium* amnem alteram efficere insulam, qua *Sirmienses* et *Amantini* continerentur?

92. CAP. XXIX. *Ionium*] In libris vulgatis hactenus, *inferum sive Ionium*. At has voces *Inferum sive* expungendas admonent Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Paris. &c. a quibus absunt. Diversum enim *Ionium* mare ab *Infero* est: nihilque magis alienum a vero, quam sinu hoc *Europæ* secundo mare *inferum* contineri.

93. CAP. XXX. *Contra Tragurium*] Prius *contra Surium* legebatur. Nos cum Pintiano, *contra Tragurium*, confidenter scripsimus: ultima præcedentis vocis syllaba in hac castigatione fere tantummodo repetita. Huic enim prope *Salonam Spalatnve* oppido, nunc etiam *Travv* dicto, opposita cernitur priscum retinens nomen *Brattia* insula.

94. Ibid. *Bavo, et capris laudata Brattia*] Prius legebatur, *bubus et capris*. At *bubus* carere *Brattiam* constat: et in Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. *Bavo* legitur, non *bubus*. In *Tabula Peutingeri* segm. 4. 'Insula Boa.' Et L. LIII. de hæreticis, L. XVI. Cod. Theod. tit. 5. jubet *Honorius Imp. Jovinianum hæreticum* in 'insulam Boam' deduci, quæ fuit ea tempestate exiliis famosa: quod et *Ammianus* docet, lib. XXII. 'Florentini,' inquit, 'contrusus in insulam Dalmatiæ Boas.'

# C. PLINII SECUNDI

## NATURALIS HISTORIÆ

### LIBER IV.

*Tertius et quartus Europæ sinus.*

I. TERTIUS Europæ sinus<sup>a</sup> Acrocerauniis<sup>b</sup> incipit montibus, finitur Hellesponto: amplectitur (præter minores sinus XIX.<sup>c</sup>) XXV. centena millia passuum.<sup>1</sup> In eo Epirus, Acarnania, Ætolia, Phocis, Locris, Achaia, Messenia, Laconica,<sup>2d</sup> Argolis,<sup>e</sup> Megaris, Attica, Bœotia: iterumque alio mari eadem Phocis et Locris, Doris, Phthiotis, Thessalia, Magnesia, Macedonia, Thracia. Omnis Græciæ fabulositas, sicut et literarum claritas, ex hoc primum sinu effulsit. Quapropter in eo paululum commorabimur.

CAP. I. 1 Chiffi. *amplectitur præter minores sinus XX. XXVI. M. passuum*; Gronov. et al. vett. *amplectitur præter minores sinus XIX. XXV. M. passuum*. Parentheses omittunt etiam Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—2<sup>a</sup> Ita bene Reg. 1. A Mela II. 3. appellatur *Laconice*.<sup>3</sup> Brotier. Editiones

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Tertius Europæ sinus*] Ionium mare Ægæumque complectitur.

<sup>b</sup> *Acrocerauniis*] De quibus dictum est, lib. sup. cap. 26. *Monti della Chimera*, prope Anlonem la Valonne.

<sup>c</sup> *Minores sinus XIX.*] Tertius sinus, inquit, universa adnavigatio, colligit vices quinque centena millia passuum, minoribus sinibus, qui sunt

numero undeviginti, non enumeratis. Vide Notas et Emend. num. 1.

<sup>d</sup> *Laconica* [*Laconia*] Rectius puto, cum Mela, II. 3. pag. 32. *Laconice*.

<sup>e</sup> *Argolis*] Argolis quoque Melæ, a quo hæc Plinius: et Martiano, qui a Plinio, lib. VI. cap. de tertio Europæ sinu, pag. 209. Græcis *Ἀργεῖα*.

Epiros<sup>f</sup> in universum appellata, Acrocerauniis incipit montibus. - In ea primi Chaones,<sup>g</sup> a quibus Chaonia: dein Thesproti,<sup>h</sup> Antigoneses:<sup>i</sup> locus Aornos,<sup>j</sup> et pestifera avibus exhalatio: Cestrini,<sup>k</sup> Perrhæbi,<sup>l</sup> quorum mons Pindus, Cassiopæi,<sup>m</sup> Dryopes,<sup>n</sup> Selli,<sup>o</sup> Hellopes,<sup>p</sup> Molossi,<sup>q</sup> apud

ante Brotier, *Laconia*.—3 *Sellæ* Vet. Dalec. Mox, pro *Hellopes*, margo edd. Dalec. et Gronov. *Helli*. Paulo post, Vet. Dalec. et Chiffi. *Talarus mons*.—

## NOTE

<sup>f</sup> *Epiros*] Hæc Martiauns iisdem verbis loc. cit. Hodie *Chimera* et *Larta*.

<sup>g</sup> *Chaones*] *Χάονες* Straboni, lib. vii. pag. 323. Hos ait Epiro toti primum imperitasse, deinde Molossos. Chaonum fuit castellum Chimera, in Acrocerauniis, de quo mox dicitur.

<sup>h</sup> *Thesproti*] *Θεσπρωτοί* Straboni, pag. 324. Horum oppidum Buthrotum, de quo statim.

<sup>i</sup> *Antigoneses*] Ab oppido, cujus meminit Ptolemæus, iii. 14. in Chaonia mediterraneo, *Ἀντιγόνηα*. Stephanus quoque: *Ἀντιγόνηα, πόλις Χάονας ἐν Ἠπείρῳ*, et Polyb. lib. ii. pag. 130.

<sup>j</sup> *Locus Aornos*] Familiaris Plinio locutio est, ut 'locum' vocet, ubi oppidi veteris ruinæ, ac vestigia supersint. Stephanus oppidi meminit, pag. 90. *Ἀορνος, πόλις*. Id porro loci nomen, quoniam tetrum ob halitum careret avibus, ex re factum. Sic Virgilius de Cumarum spelunca *Æneid*. vi. 239. 'Quam super haud ullæ poterant impune volantes Tendere iter pennis: talis sese halitus atris Faucibus effundens supera ad convexa ferebat: Unde locum Graii dixerunt nomine Aornon.'

<sup>k</sup> *Cestrini*] Ab oppido Cestria, de quo mox dicitur, regio Cestrine nomen habuit, Chaoniae portio: unde Cestrinici boves, apud Hesychium, pag. 522. *Κεστρινικοί βόες, οἱ ἐν Χάο*.

*νία, ἢ πρότερον Κεστρίνη προσηγορεύετο· ἔστι δὲ μοῖρα τῆς Ἠπείρου διαφόρους ἔχουσα βοῦς*. A Cestrino Heleni F. nomen accepisse *Κεστρινὴν*, auctor est Pausan. in Corinth. sive lib. ii. pag. 127.

<sup>l</sup> *Perrhæbi*] *Περρῆαιβοί*, Macedoniae confines, Pindi montis incolæ, apud Strabon. lib. ix. pag. 440.

<sup>m</sup> *Cassiopæi*] *Κασσιοπαῖοι*, quorum oppidum *Κασσιόπη*, apud Ptolem. iii. 4. et Pandosia, teste Strabone, lib. vii. pag. 324. qui *Κασσωπαίους* vocat: Stephanus, verbo *Χαονία, Κασσωπούς*. Scylax, pag. 11. *Μετὰ δὲ Θεσπρωτίαν Κασσωπία*. Et pag. 12. *Κασσωπῶν χώρα*.

<sup>n</sup> *Dryopes*] *Δρύορες*. His alias alii sedes attribnunt. In Peloponneso Strabo, lib. ix. pag. 434. alibique passim. Varias horum migrationes refert Pausan. lib. iv. in Messen. pag. 281.

<sup>o</sup> *Selli*] *Ἑλλοί* Pindaro, Homero *Ξελλοί*, teste Strabone, lib. vii. pag. 328. qui Dodonæi Jovis fanum apud eam gentem fuisse perhibet: a Pindaro tamen Dodonam Thesprotis adjudicari: post Molossorum dittonis ceptam haberi. Hesychius, *Ἑλλοί, Ἑλληνες οἱ ἐν Δωδώνῃ*.

<sup>p</sup> *Hellopes*] Hos vero Stephanus eosdem cum Helliis, sive Sellis facit. *Ἑλέγετο καὶ ἡ περὶ Δωδώνην χώρα Ἑλλοπῶν, ἧς οἱ οἰκῆτορες Ἑλλοί καὶ Ξελλοί*. Hesiodum sequitur, quem Strabo laudat, loc. cit.

<sup>q</sup> *Molossi*] *Μολοττοί* Straboni, lib.



quos<sup>r</sup> Dodonæi Jovis templum, oraculo illustre: Tomarus<sup>s</sup> mons, centum fontibus circa radices, Theopompo celebratus.

(1.) Epirus ipsa ad Magnesiam Macedoniamque tendens a tergo suo Dassaretas supra dictos,<sup>t</sup> liberam gentem: mox feram Dardanos habet. Dardanis lævo<sup>u</sup> Triballi prætenduntur latere, et Moesicæ gentes: a fronte<sup>v</sup> junguntur Medi<sup>w</sup> ac Denselatæ,<sup>4x</sup> quibus Thraces, ad Pontum usque pertinentes. Ita succincta<sup>y</sup> Rhodopes, mox et Hæmi vallatur excelsitas.

In Epiri ora castellum in Acrocerauniis Chimera,<sup>5z</sup> sub

~~~~~

4 Denselæti Vet. Dalec. *Denthelatæ* alii.—5 Chimerium Strabo lib. vii. Mox,

NOTÆ

vii. pag. 326. Horum oppidum, præter Dodonen, Ambracia fuit, de qua mox dicemus.

^r *Apud quos*] Stephanus: Δωδώνη, πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ, μεθ' ἣν Δωδωναῖος Ζεὺς ἐν Ἠπείρῳ. De quercu loquaci, quam Dodonæ fabulæ reponunt, et de ære Dodonæo, Mythologos consule.

^s *Tomarus*] Hæc Solinus iisdem verbis, cap. 7. pag. 22. In Mss. *Talurus*. Parm. edit. *Tomarus*. Stephano, Τόμαρος, ὅρος Δωδώνης, ὃ τινες Τομοῦρον, οἱ δὲ Τμάρος. Straboni, lib. vii. pag. 328. Τάμαρος.

^t *Supra dictos*] Libro sup. cap. 26. De Dardanis, Triballis, Mæsis, eodem libro, cap. 29.

^u *Lævo*] Ab ortu solstitiali.

^v *A fronte*] Ab australi parte.

^w *Medi*] Μεδῶν τινες, καὶ Δανθελιτῶν, Straboni lib. vii. p. 318. Rectius fortassis Μαιδῶν, cum diphthongo, scripseris, ut differant a Medis Asiæ. Sic enim Stephanus: Μαῖδοι, ἔθνος Ὀρφέκης, πλησίον Μακεδονίας. Sic Arist. Hist. Anim. ix. 45. Ptolemæo denique, iii. 11. regio ipsa Μαδικὴ appel-

latur.

^x *Denselatæ*] Ita Solinus, cap. 10. p. 27. 'Strymonem accollunt dextro latere Denselatæ.' Idem Denselæ Tullio, in Pison. n. 84. quorum opera C. Sentius Prætor reliquorum Thracum vires et arma clusit. Partem enim illi tenuere Thraciæ: quam τὴν Ὀρφέκην τὴν Δανθελιτῶν appellat Dio, lib. li. p. 461. Ptolemæus iii. 11. Δανθελιτικὴν ἐπαρχίαν, *Dantheleticam præfecturam*. Stephano, pag. 221. Δανθαλιτται, ἔθνος Ὀρκεκίων.

^y *Ita succincta*] Tot gentes, inquit primum Rhodopes, deinde Hæmi montis juga excelsa tenent, et a tergo, latere, fronte claudunt. Hoc Martianus, lib. vi. p. 209. non intellexit.

^z *Chimera*] Χειμέριον est Pausanias, in Thesprotide, lib. viii. sive Arcad. p. 465. et Thucydidi, lib. i. p. 22. et 32. Straboni quoque ejus nominis promontorium est lib. vii. p. 324. In Novella Leonis, apud Leuncl. p. 99. inter Ætolix Episcopos, δ Χιμῶρας legitur.

eo aquæ regiæ^a fons. Oppida: Mæandria, Cestria:^b flumen Thesprotiæ Thyamis:^c colonia Buthrotum:^d maximeque nobilitatus Ambracius^e sinus, D. pass. faucibus^f spatiosum æquor accipiens, longitudinis XXXIX. M. pass. latitudinis XV.^g M. In eum defertur^h amnis Acheron, e lacu Thesprotiæ Acherusiaⁱ profluens XXXVI. M. pass. inde,^j et mille pedum ponte mirabilis omnia sua mirantibus. In sinu oppidum Ambracia.^k Molossorum flumina, Aphas^l et Arachthus.^m Civitas Anactoria: 7ⁿ locus Pandosia.^o

Thesprotiæ Thymias Chiffi.—6 Gronov. et al. vett. *Amb. sinus, faucibus.* Mox, cod. Dalec. long. XXXVII. M. pass.—7 *Anactorica* Chiffi. Mox, pro *locus*, quod ex codd. suis et Chiffi. restituit Harduinus, edd. vett. et Gronov. habent *lacus*.

NOTÆ

^a *Aquæ regiæ*] Ut Romani aquas Sextias Statiliasque a Sextio Statilioque appellabant, qui balnea struxerant, sic Aquam Regem βασιλικὰ ὕδατα dictum hunc fontem puto, quo rex Epiri aliquis usus feliciter, thermas ibi ad publicos usus exstruxerit.

^b *Mæandria, Cestria*] De his duobus oppidis, ceteri scriptores, Græci pariter ac Latini, silent. Cestrinen tamen Thesprotidi vicinam Thucydides facit, lib. I. p. 32.

^c *Thyamis*] Pausaniæ quoque in Attic. lib. I. pag. 19. Thucydidi loc. cit. Athenæo, lib. III. p. 73. et Straboni, lib. VII. p. 324. Θάμης. Hodie Calama.

^d *Buthrotum*] Βουθρωτόν Straboni, loc. cit. qui et colonos habuisse Romanos docet, ἐνὸς τοῦ ἐχόντος Πομπηίου. Hodie Butrinto. Stephanus insulam vocat: sed familiæ Græcis nimirum est peninsulas ipsas appellare ῥήσους, insulas. Sic Pelopis insulam dixere Peloponnesum, quam esse peninsulam constat, et per Isthmum continenti copulari.

^e *Ambracius*] Hodie, Golfo de Larata, Actiaca Augusti victoria maxime nobilitatus.

Delph. et Var. Clas.

^f *D. pass. faucibus*] Vide Notas et Emend. num. 2.

^g *Latitudinis XV.*] In Mss. XII. Hæc porro latitudo, non faucium ipsarum est, sed admissi spatiosi æquoris, hoc est, interioris sinus.

^h *In eum defertur*] In Ambracium sinum. Ita Ptolemæus, III. 14. Martianus lib. VI. cap. de tertio sinu Europæ, pag. 209. 'Ambracius sinus faucibus angustis æquor accipiens, in quo defertur amnis Acheron, infernæ fabulæ errore famosus.' Strabo nihilominus non hunc Acherontem vocat, sed eum qui in Thesprotium sinum, Portumque cognomento dulcem, γλυκὴν λιμένα, longe ab Ambracio sinu versus septemtrionem, ex eadem Acherusia palude, delabitur, lib. VII. p. 324. Uterque forte ex eodem lacu manat, et qui in Dulcem, et qui in Ambracium sinum devolvitur. Pausaniæ, lib. I. p. 30. ceterisque, Ἀχερών.

ⁱ *Acherusia*] Ἀχερουσία λίμνη Straboni, loc. cit. et Thucyd. lib. I. p. 32.

^j XXXVI. ... inde] Hoc est, a sinu Ambracio, in quem defertur, ad Acherusium lacum, unde effluit. In Mss. XXII.

^k *Ambracia*] Pagus est milliari uno

2 Z

II. Acarnaniæ, quæ antea Curetis ^{1a} vocabatur, oppida : Heraclia, ^b Echinus, et in ore ipso colonia Augusti ^c Ac-

NOTE

a mari semotus, hodieque *Ambrakia* incolis nuncupatus : non *Larta*, ut Geographi plerique censent : cum a sinn mill. pass. xv. *Larta* distet, in Acherontis ripa. Dicæarcho, p. 164. et Scymno, p. 19. *Ἀμβρακία*. Cives *Ἀμβρακίωται* Æliano, Hist. Anim. xii. 40.

¹ *Aphas*] Is est quem Stephanus Æantem vocat, et ex eodem monte, quo Arachthum, sive Inachum, fluere ait : quam ob causam ambo a Plinio copulantur. *Ἀράκμων*, inquit Stephanus, *ἄκρα τοῦ Πίνδου ὄρους, ἐξ ἧς ὁ Ἰναχὸς καὶ Ἄλας ῥέει ποταμός*. Cave tamen Palmerio credas, qui in Græcia antiqua hunc Æantem cum Aoo eundem credit, de quo libro sup. dictum est, cap. 26.

² *Arachthus*] *Ἀραχθὸς* Ambraciam urbem præterlabitur, teste Strabone, lib. vii. p. 325. et Dicæarcho Messenio, p. 164. qui *Ἀραχθὸν* nominat. Meminit Arachthi Livius, lib. xliii. p. 556. et Ptolem. iii. 14.

³ *Anactoria*] Mss. Colb. 1. 2. Chiffi. *Anactorica*. Straboni, lib. x. p. 450. et Thucyd. lib. i. p. 37. *Ἀνακτόριον*, quam urbem prope Actium in Arcania statuit. Stephano, *Ἀνακτόρεια* et *Ἀνακτορία*.

⁴ *Locus Pandosia*] Locum appellat, quoniam, exciso oppido, solum tum nomen extabat. Hesychius : *Πανδοσία, πόλις τῆς Ἠπείρου, καὶ Ἰταλίας*. Cassopæorum oppidum fuisse ait Strabo lib. vii. p. 324. Vide quæ de Pandosia diximus, iii. 15.

⁵ *Quæ antea Curetis*] 'Hi sunt, ut arbitramur, Curetes, de quibus Virgil. Georg. iv. 151. 'Curetum sonitus, crepitantiaque æra secuta, Dictæo cæli regem pavere sub antro.' *Ed. sec.*—Scholiastes Pindari, p. 31.

Ἀτῶλδς ἔφυγεν εἰς τὴν πρότερον Κουρήτιν, Αἰτωλίαν δὲ ὕστερον ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν. Cur vero Curetis appellata sit, ex Strabone discas, lib. x. p. 463. Demetrius apud Steph. pag. 29. *τὴν γὰρ νῦν Ἀκαρνανίαν, Κουρήτιν ἀνόμεαζον*. Ipseque Stephanus, pag. 381. *Κούρης, δ' Ἀκαρνανίας*. Quam in rem adducit Homeri versum ex Iliad. i. 425. Subscribit et Pausan. lib. viii. sive Arcad. p. 492.—'Nummus antiquus apud D. Baudelot, et apud Patinum in Thes. p. 19. parte priore vir nudus aedens arcum tenet : quo significatur, pauperes in ea provincia victum sibi venatione parare. Epigraphe : *ΑΚΑΡΝΑΝΩΝ*. In altera parte vultus est virilis, cum collo bovino : Minotaurum vulgo vocant, falso. Rusticos in eo tractu significat patientes esse laboris, ut boves, quibus arant tellurem. Præsidis provinciæ nomen *ΑΥΚΟΥΡΓΟΣ*.' *Ed. sec.*

^b *Heraclia*] *Ἡράκλεια*, quæ ex urbibus ejus nominis apud Stephanum vigesima prima est, *καὶ Ἀκαρνανίας πόλις*. Et apud eundem, *Ἐχίνος, πόλις Ἀκαρνανίας*.

^c *Colonia Aug.*] *Ἀκτιον*, ejus oppidi ne vestigia quidem supersunt. De templo Apollinis Actii, Strabo, lib. vii. p. 325. Sueton. in Aug. cap. 18. &c.—'In nummis Augusti, quorum in infimo margine hæc literæ sunt insculptæ ACT. cave putes Actiacum Apollinem iis significari : quamvis Apollo ibi habitu musici cum cithara stat, et longa veste. Neque enim cum e prælio Actio victor discessit, non fuit jam tum Actiacus : nec potuit dici, quod in his nummis scribitur, ob illam expeditionem, IMP. x. vel IMP. xii. nedum simul esse Imp. x. vel Imp. xii. in Sicilia ; nam eos-

tium, cum templo Apollinis nobili, ac civitate libera Nicopolitana.^d Egressos sinu Ambracio in Ionium excipit Leucadium littus: promontorium Leucates.^e Dein sinus,^f ac Leucadia ipsa peninsula,^g quondam Neritis^h appellata, opere accolarum abscissa a continenti, ac redditaⁱ ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium, qui locus^j vocatur Dioryctos,^j stadiorum longitudine trium.^k Oppidum in ea Leucas,^l quondam Neritum^m dictum. Deinde

~~~~~

CAP. II. 1 Curetes Chiffi.—2 Vet. Dalec. ac edita.—3 Ita Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. qui lacus ceteræ editiones.

#### NOTÆ

dem numeros habent nummi inscripti, SICIL. Primæ hic sunt igitur totidem vocum literæ, 'Apollini Cæsaris Tutori.' *Ed. sec.*

<sup>d</sup> *Nicopolitana*] *Νικόπολις*, Straboni loc. cit. Hodie *la Prevenza*: unde Ambracio sinui nomen alterum, *Golfo di la Prevenza*. Ibi exstructa, ubi castra ad Actium Augustus habuerat. Dio lib. LI. p. 443. In Museo nostro Parisiensi, Augusti nummus insignis, ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ. Ex parte aversa, CEBACT. ΚΤΙΣΤ. Σεβαστὸς κτιστῆς, Augustus urbis conditor.—'Est et nummus inscriptus, 'Imp. Cæs. Hadrianus Aug.' capite laureato: .)(. COL. ΝΕΙΚ. PH.—COND. Colonus boves agens prope vexillum, coloniam militarem in agro illo collocatam significat. Sic isti nummo æreo inscripta verba representat Patinus in Thesaurio Mauroceni, p. 98. optime. Mediobarbus autem, p. 186. eadem sic exhibet ex schedis D. Bon Veneti: COLONIA NIC. PH. COND. At nuper Dominus Anselmus Bandouri Benedictinus Casinensis, Mediobarbo teste appellato, sed reclamatur certe, si viveret, scripsit, COLONIA NICEPH. CONS. exponitque 'Colonia Nicephorium Constantina,' addita scilicet litera E: et D mutata in S. Et exinde probat licuisse Stephano, in libro de Urbi-

bus, scribere, *Νικηφόριον, οὗτος ἡ Κωνσταντίνη*. Potuit id quidem scribere Stephanus, qui multis sæculis vixit post Constantinum. An fuit autem Constantinus aliquis Hadriani ævo, cujus nomen hic nummus et vultum exhibet? Legendum hic est, 'Colonia Νεῦκπολις Permissu Hadriani condita.' *Ed. sec.*

<sup>e</sup> *Leucates*] *Λευκάδας* Straboni, lib. x. p. 452. *Λευκάς ἄκρα* Ptolemæo III. 14. Hodie *Cabo Ducato*.

<sup>f</sup> *Dein sinus*] Ionius, qui et Leucadins.

<sup>g</sup> *Peninsula*] Vide quæ diximus ad II. 92.

<sup>h</sup> *Neritis*] *Νηπίρις*.

<sup>i</sup> *Ac reddita*] Continenti rursus annexa.

<sup>j</sup> *Qui locus... Dioryctos*] Appellationis causam prodidit Strabo, lib. x. p. 452. cum ait Corinthios *διорύκτας τὸν Ἴσθμὸν*, perfodientes Isthmum, insulam fecisse Leucadem. *Διорύκτες* itaque fossam, fretumve, hic sonat. Vide Dionys. Halic. Antiq. lib. i. p. 40.

<sup>k</sup> *Stadiorum... trium*] Hoc est, passuum CCCLXXV.

<sup>l</sup> *Leucas*] *Λευκάς* Græcis, hodieque vocant *Leucada*: arcu vero nomen fecere incolæ, *Santa Maura*.

<sup>m</sup> *Neritum*] Straboni lib. x. p. 454.

Acarnanum urbes, Alyzea,<sup>a</sup> Stratos,<sup>o</sup> Argos<sup>p</sup> Amphilo-  
cum cognominatum. Amnis Achelous<sup>q</sup> e Pindo fluens,  
atque Acarnaniam ab Ætolia dirimens, et Artemitam<sup>r</sup>  
insulam assiduo terræ invectu continenti annectens.

III. (II.) Ætolorum populi Athamanes,<sup>s</sup> Tymphæi, Ephy-  
ri, Ænienses, Perrhæbi, Dolopes, Maraces,<sup>t</sup> Atraces,<sup>b</sup> a  
quibus Atrax amnis Ionio mari infunditur. Ætoliæ oppi-  
dum Calydon<sup>c</sup> est septem millibus quingentis pass.<sup>2</sup> a

CAP. III. 1 *Marages* Chiffi. Mox, *Atrages* Vet. Dalec.—2 Gronov. et vett.

#### NOTÆ

*Nήρικος*. Eustathio in Iliad. B. p. 306. *Τὴν δὲ ῥηθεΐσαν Λευκάδα, Νήρικον ἐν Ὀδυσσεΐᾳ καλεῖσθαι φασί*. Stephano, p. 493. *Νήρικος* et *Νήριτος*.

<sup>a</sup> *Alyzea*] *Ἀλυζία* Thucyd. lib. VII. p. 511. et Straboni, lib. X. p. 450. quindecim a mari, stadiorum intervallo, hoc est, pass. MDCCCLXXV. Ptolemæo III. 14. syllabis permutatis *Ἀλύλεια* pro *Ἀλύζεια*.

<sup>o</sup> *Stratos*] *Στρατός*, πόλις *Ἀκαρνανίας*, Stephano: Polybio quoque agnita, Hist. lib. V. p. 496. *Στρατός πόλις μεγίστη τῆς Ἀκαρνανίας*, Thucyd. lib. II. pag. 153. Meminit et Livius, lib. XXXVIII. p. 469.

<sup>p</sup> *Argos*] *Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν* Ptolemæo, loc. cit. in oppidis Amphilocho-  
rum mediterraneis. Hinc regioni no-  
men inventum *Ἀμφιλοχία* apud Thu-  
cyd. lib. III. p. 241. *Ἄργος* Amphilo-  
lochum XXII. mill. ab Ambracia ab-  
est, inquit Livius, lib. XXXVII. pag. 471.

<sup>q</sup> *Achelous*] *Ἀχελῷος*, δὲ ὀρίων *Ἀκαρνανίας* καὶ *Αἰτωλῶς*, inquit Strabo, lib. VIII. pag. 335. Nunc *Aspropotami*. Vide Notas et Emend. num. 3.

<sup>r</sup> *Artemitam*] Stephanus, ex Artemidoro, Chersonesum ait esse quan-  
dam circa amnis Acheloi ostia: *Ἀρτεμίταν λεγομένην Ἀρτεμίαν* Strabo vo-  
cat, lib. I. p. 59. unamque esse pro-

didit Echinadum insularum, aggestis  
arenarum cumulis, continenti an-  
nexam.

<sup>s</sup> *Athamanes*] *Ἀθάμαντες* Diodoro, Bibl. lib. XIX. p. 595. *Ἀθάμανες* Pto-  
lemæo III. 14. Amphilochiis magis  
orientales. *Τυμφαῖοι* Stephano, p. 671. et 715. a *Τύμφη* monte, quem  
ille Thesprotis adjudicat. Ephyri  
item *Ἐφυριοι* Homero dicti, apud Pau-  
san. lib. IX. in Bæot. p. 597. ab urbe  
cognomine, quæ olim Thesprotorum  
fuit. Strabo, lib. VII. p. 324. *Κίχυ-  
ρος, ἡ πρότερον Ἐφύρα, πόλις Θεσπρω-  
τῶν*. Ænienses, ab Ænia oppido Per-  
rhæborum. Stephanus: *Αἰνία, πόλις  
Περραιβῶν... καὶ Αἰνῖανες οἱ οἰκούντες*.  
Apud Herod. lib. VII. p. 445. n. 185.  
*Περραιβοί, καὶ Αἰνῖανες, καὶ Δόλοπες*.  
*Περραιβία* regio apud Diod. Sicul.  
Bibl. lib. XIX. p. 681. Menelaïdem  
Dolopiæ civitatem ad Pindum mon-  
tem Livius collocat, lib. XXXIX. p.  
495. *Μαρακοὶ καὶ Δόλοπες* in Epiro  
simul copulantur a Xenophonte Hist.  
Græc. lib. VI. p. 580.

<sup>b</sup> *Atraces*] Ab oppido cognomine  
nomen traxerunt, quo de oppido dic-  
turi sumus cap. 15. in Thessalia, cui  
id contributum fuit.

<sup>c</sup> *Calydon*] *Καλυδὼν* Dicæarcho, in  
Ætolia. p. 165. et Thucyd. lib. III. p.  
241. Hic sylvā, aperque Calydonius,

mari, juxta Evenum<sup>d</sup> amnem. Dein Macynia,<sup>e</sup> Molycria: cujus<sup>f</sup> a tergo<sup>g</sup> Chalcis mons, et Taphiassus.<sup>3 h</sup> At in ora promontorium Antirrhium,<sup>i</sup> ubi ostium Corinthiaci sinus, minus mille<sup>j</sup> passuum latitudine influentis, Ætolosque dirimentis a Peloponneso. Promontorium, quod contra procedit, appellatur Rhion.<sup>k</sup> Sed in Corinthiaco sinu oppida Ætoliæ, Naupactum,<sup>4 l</sup> Pylene:<sup>m</sup> et in mediterraneo Pleuron, Halicyrna.<sup>n</sup> Montes clari: in Dodone, Tomarus:<sup>o</sup>

edd. septem millium quingentorum passuum.—3 Eædem edd. *Chalcis, et mons est Taphiassus*; Vet. Dalec. *Chalcis mons et Præsus*.—4 *Naupactos* Chiff. Mox, Gronov. et edd. vett. *Halysarna*.—5 *Talarus* Vet. Dalec. et Chiff. Mox, *Grania* pro *Crania* in Gronov.

## NOTE

appellatus, vatum carminibus decantatus. Nunc oppidulum est *Galata*, sive *Calata*, in provincia cui *Livadia* nomen est: a Naupacto Boream versus dissitum v. fere mill. pass.

<sup>d</sup> *Evenum*] *Εβνος*, qui prius Lycormas dicebatur. Strab. lib. vii. p. 327. De Calydone et Eveno, Lucanus lib. vi. p. 365. 'Et Meleagream maculatus sanguine Nessi Evenos Calydone secat.' E Pindo fluere admonet Dicæarchus, p. 165. Ποταμός τ' Εβνος εκ Πίνδου βέων.

<sup>e</sup> *Macynia*] Stephanus: Μακρόνεια, πόλις Αιτωλίας: sed ipsa series literarum suadet Μακρόνεια legi oportere. Apud eundem, et apud Diod. Bibl. lib. xii. p. 112. est Μολυκρία πόλις Αιτωλίας. Apud Scylacem, p. 14. Μολύκρεια. Alcæus in Anthol. i. 5. Epigr. 15. dixit Μακόνου τείχη.

<sup>f</sup> *Cujus*, &c.] Χαλκίς. Vide Notas et Emend. num. 4.

<sup>g</sup> *A tergo*] Versus septemtrionem.

<sup>h</sup> *Taphiassus*] Ταφιασος λόφος Strab. lib. ix. pag. 427. Ταφιασος lib. x. pag. 460.

<sup>i</sup> *Antirrhium*] Αντιρρίθιον ἕκρον Ptolem. iii. 15.

<sup>j</sup> *Minus mille*] Strab. lib. viii. p.

335. Rhion et Antirrhium quinque duntaxat stadiorum freto dispesci ait, hoc est pass. DCXXV. Septem stadia Thucydides habet, quæ mensura ad Plinianam accedit.

<sup>k</sup> *Rhion*] Ρήιον ἕκρον τὸ καὶ Δρέπανον Ptolem. iii. 16. Rhion et Antirrhimion arces sunt hac ætate duæ, faucibus Corinthiaci sinus ntrimque appositæ, quæ *Dardanelli* Italii appellantur, quo nomine notæ sunt et eæ quæ in Hellesponti angustiis excitatæ sunt.

<sup>l</sup> *Naupactum*] Ναύπακτος Ptolem. iii. 15. Hodie *Lepante*, unde et sinui Corinthiaco nomen, *le Golfe de Lepante*.

<sup>m</sup> *Pylene*] Stephano, Πυλήνη πόλις Αιτωλίας. Πλευρὼν πόλις Αιτωλίας. De utraque Papinius: 'Sensit scopulosa Pylene, Fletaque cognatis avibus Meleagrica Pleuron.' Meminit et Πυλῆνης Strab. lib. x. pag. 451. Πλευρῶνος Pausan. lib. vii. pag. 417. Thucyd. lib. iii. p. 241. Strab. lib. x. pag. 450. Pleuronem monti Aracyntho applicat.

<sup>n</sup> *Halicyrna*] Ἀλικυρνα. Vide Notas et Emend. num. 5.

<sup>o</sup> *Tomarus*] De quo cap. 1. In Mss. hoc loco, *Tmarus*.

in Ambracia, Crania:<sup>p</sup> in Acarnania, Aracynthus:<sup>q</sup> in Ætolia, Acanthon,<sup>r</sup> Panætolum,<sup>s</sup> Macynium.<sup>t</sup>

IV. (III.) Proximi Ætolis<sup>a</sup> Locri, qui cognominantur Ozolæ,<sup>b</sup> immunes. Oppidum Œanthe.<sup>c</sup> Portus Apollinis<sup>d</sup> Phæstii, sinus Crissæus.<sup>e</sup> Intus oppida: Argyna,<sup>f</sup> Eupalia,<sup>g</sup> Phæstum, Calamissus. Ultra Cirrhæi Phocidis campi,<sup>h</sup> oppidum Cirrha, portus Chalæon,<sup>i</sup> a quo VII. M.<sup>j</sup> pass.<sup>1</sup>

CAP. IV. 1 Chiffi. IV. M. pass. Mox, Parnassi et clarissimi codd. Dalec. et

#### NOTÆ

<sup>p</sup> Crania] Γράνεια. Atque ab eo monte regioni quoque inditum nomen videtur: qua de Theopompus apud Stephanum: Κράνεια, χωρίον Ἀμβρακιωτῶν.

<sup>q</sup> Aracynthus] Solinus, cap. 7. pag. 22. 'Acarnania Aracynthio eminent.' Martiannus quoque, lib. vi. pag. 210. Ἀράκυνθος Dionysio, vs. 431. et Strab. lib. x. pag. 450. Bæotiz Stephanus hunc montem adjudicat.

<sup>r</sup> Acanthon] Ἀκάνθων. Athamaniz urbem sic vocatam esse auctor est Stephanus: a monte fortasse cognomine.

<sup>s</sup> Panætolum] Crebra sane apud Liv. lib. xxxi. pag. 376. totoque passim opere, de bello Macedonico, Panætoli mentio est: sed pro concilio, conventuque Ætoliz populorum: non pro oppidi, montisve, aut loci nomine.

<sup>t</sup> Macynium] A quo nomen duxit sita in eo monte Macynia urbs Ætolorum, sicut a Chalcide monte oppidum Chalcis, ut diximus.

<sup>a</sup> Proximi Ætolis] Hæc totidem verbis Scylax, pag. 14.

<sup>b</sup> Ozolæ] Ὀζόλαι Straboni, lib. ix. pag. 416. qui et Occidui sive Hesperii cognominabantur: hos ab Opuntis, et Epicnemidiis, Epizephyriisque Locris Parnasso monte dispendente: cujus occidentum latus Ozolæ obtinebant.

<sup>c</sup> Œanthe] Οἰάνθη, πόλις Λοκρῶν, Stephano. Capella Plinium de more transcribit. Vide Notas et Emend. nrm. 6. Nomen oppido hodie Pen-tagii, in ipso sinus Crissæi aditu.

<sup>d</sup> Portus Apollinis] Et hujus mentio apud Martian. lib. vi. cap. de tertio sinu Europæ, pag. 210. Φαιστόν alioqui in Achaia et Peloponneso Stephanus agnoscit.

<sup>e</sup> Crissæus] Κρίσσαίος κόλπος, Thucyd. lib. ii. p. 157. et Straboni, lib. vi. pag. 259. Hodie Golfo di Salona. E Corinthiaco sinu effluit, versus septentrionem.

<sup>f</sup> Argyna] Ἀργύνα, cujus incolæ Ἀργύνιοι, uti ex Stephano colligimus, verbo Ἀργεννος eam regionem Bæotiz ascribente.

<sup>g</sup> Eupalia] Εὐπαλία, πόλις Λοκρῶν, Stephano, qui ab Artemidoro Εὐπαλίον ait appellari. Eupalinū quoque Liv. lib. xxviii. pag. 322. De Phæsto in Locris, et Calamisso, ceteri scriptores silent.

<sup>h</sup> Phocidis campi] Hic Martiannus Plinium de more transcribit, loc. cit. Sic Pausan. lib. x. pag. 684. Τὸ δὲ πεδῖον τὸ ἀπὸ τῆς Κίρρας. Fuit autem Cirrha Delphorum navale, inquit Pausan. lib. x. pag. 609. et Strab. lib. ix. pag. 418. Hodie Aspropiti vocant.

<sup>i</sup> Chalæon] Χάλαιον, πόλις Λοκρῶν, apud Steph.

introrsus liberum oppidum Delphi,<sup>k</sup> sub monte Parnasso, clarissimum in terris oraculo Apollinis. Fons Castalius,<sup>l</sup> amnis Cephissus<sup>m</sup> præfluens Delphos, ortus in Lilæa<sup>n</sup> quondam urbe.<sup>n</sup> Præterea oppidum Crissa<sup>o</sup> et cum Bulensibus<sup>p</sup> Anticyra,<sup>q</sup> Naulochum,<sup>r</sup> Pyrrha,<sup>s</sup> Amphissa<sup>t</sup> immunis, Tithrone, Tritea,<sup>t</sup> Ambrysus,<sup>u</sup> Drymæa<sup>v</sup> regio,

Chiffi.—2 *Libæa* Chiffi.—3 *Pyrrhonea*, et mox *Amphrysus* Vet. Dalec. Deinde,

## NOTÆ

<sup>j</sup> *A quo VII. M.*] Sic quoque Martianus.

<sup>k</sup> *Delphi*] Nunc Castri, ut ex inscriptionibus ibi repertis liquet. Martians quoque ex hoc Plinii loco, 'Oppidum Delphi,' inquit, 'sub monte Parnasso, clarum oraculis Apollinis.'

<sup>l</sup> *Castalius*] Fatidicis aquis celebratus. Unde nomen acceperit, disce ex Pausan. lib. x. pag. 623.

<sup>m</sup> *Cephissus*] Hausit hoc Plinius ab Homero, *Iliad*. B. 523. *Οἱ τε Λίλαιαν ἔχον πηγῆς ἐπὶ Κηφισσοῖο. Cephissi ad fontes et qui Lilæan habebant.* Laudat hunc Homeri versiculum Strabo in *Bæoticis*, lib. ix. pag. 407.

<sup>n</sup> *Quondam urbe*] Pausan. loc. cit. a Philippo deletam scribit. Scholiastes Lycophr. pag. 145. *Λίλαια, πόλις Φωκίδος.*

<sup>o</sup> *Crissa*] *Κρίσσα*, unde Crissæo sinui nomen. Strab. lib. ix. pag. 418. Hodie *Salona*. Nonn. Dionys. lib. xiii. pag. 358. *Κρίσαν ἀειδομένην.*

<sup>p</sup> *Bulensibus*] Ab oppido Phocidis mediterraneo *Βούλεια*, cujus meminit Ptolem. iii. 15. hi nomen habent. Pausaniæ, lib. x. p. 683. *Βούλις*, et Stephano. Vide Notas et Emend. num. 7.

<sup>q</sup> *Anticyra*] Quoniam Cirrhæ opposita fuit, *Ἀντικίρρα*, apud Strab. lib. ix. p. 418. dicebatur: Ptolem. iii. 15. *Ἀντικύρρα*. Mox neglecta ety-

mologiæ ratione, *Ἀντίκυρα*. Elleboro ibi nato percelebris: ut et altera Anticyra ad Maliacum sinum posita.

<sup>r</sup> *Naulochum, Pyrrha*] *Ναύλοχος, Πύρρα. Ναύλοχος navium stationem sonat.*

<sup>s</sup> *Amphissa*] *Ἀμφισσα* Ptolemæo iii. 15. Locrorum Ozolarum mediterraneum oppidum. Harpocrati quoque, p. 21. et Stephano.

<sup>t</sup> *Tithrone, Tritea*] *Τιθρώνη, Τριτεία*, vel cum Stephano, *Τριτεία, μεταξὺ Φωκίδος, καὶ Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν*. Vide Notas et Emend. num. 8.

<sup>u</sup> *Ambrysus*] Ita Livius, lib. xxxii. p. 388. Apud Pausan. lib. x. p. 681. *Ἀμβρυσος* et *Ἀμφρυσος*. Stephano quoque, *Ἀμφρυσος πόλις Φωκίδος· τινὲς διὰ τοῦ β' φασίν.* Straboni denique lib. ix. p. 423. *Ἀμβρυσος*. Permutant Græci sæpe has literas φ et β. Unde Bryges iidem qui postmodum Phryges appellati. Nunc pagus est, cui nomen *Arachoua*. Vide Notas et Emend. num. 9.

<sup>v</sup> *Drymæa*] Oppidi nomen est *Δρυμαία*, Pausan. lib. x. p. 677. Herodoto quoque, lib. viii. p. 473. n. 33. Daulis pariter Thucyd. lib. ii. p. 118. circumjacentis regionis nomen fuisse videtur: *ἐν Δαυλίᾳ*, inquit, *τῆς Φωκίδος*. Oppidum tamen ceteris appellatur, Homerum secutis, *Iliad*. B. *Κρίσσαν τε ζαθέην, καὶ Δαυλίδα, καὶ Πανοπήν.*



Daulis appellata. Dein in intimo sinu angulus Bœotiae alluitur cum oppidis, Siphis,<sup>4w</sup> Thebis, quæ Corsicæ<sup>x</sup> cognominatæ sunt, juxta Heliconem. Tertium ab hoc mari Bœotiae oppidum Pagæ,<sup>y</sup> unde Peloponnesi prosilit cervix.

v. (iv.) Peloponnesus, Apia ante<sup>a</sup> appellata, et Pelasgia, peninsula haud ulli<sup>b</sup> terræ nobilitate postferenda, inter duo maria, Ægæum et Ionium, platani folio<sup>c</sup> similis, propter angulosos recessus,<sup>1d</sup> circuitu DLXIII. M. pass.<sup>e</sup> colligit, auctore Isidoro. Eadem per sinus<sup>f</sup> pæne tantundem adjicit. Angustiae, unde procedit, Isthmos appellantur. In eo loco erumpentia e diverso, quæ dicta sunt, maria, a septentrione et exortu,<sup>2s</sup> ejus omnem ibi latitudinem vo-

pro *Drymæa regio*, Chiff. exhibet *Myrænauque regio*.—4 *Gymnis Vet. Dalec. et codex alter ejusdem. Paulo post, Heliconem montem. Tertium, &c. Chiff.*

CAP. v. 1 Vet. Dalec. *incessus*.—2 'Rhodig. XXI. 19. citato ad verbum

## NOTÆ

<sup>w</sup> *Siphis*] Stephano, Σίφαι, ἐπὶ νεῖον τῆς Θεσπιακῆς, Thespiarum navale. De Thespiis Bœotiae, cap. 12. Et Σίφαι in Bœotia, apud Ptolem. III. 15. Apud Pausan. lib. IX. p. 590. Τίφαι.

<sup>x</sup> *Quæ Corsicæ*] Quoniam oppido ei nomen alterum Κόρσεια fuit, teste Pansania, loc. cit. p. 577. unde cives deinde Thebas transducti, primum Bœotiae oppidum, de quo cap. 12. Stephanus: Κορσῖαι, πόλις Βοιωτίας. Scylax, p. 14. Μετὰ δὲ Φωκεῖς Βοιωτοὶ εἰσὶν ἔθνος· καὶ πόλεις αὐτῶν Κορσῖαι, κ. τ. λ.

<sup>y</sup> *Pagæ*] Πηγαί, Thucyd. lib. I. p. 67. et Ptolemæo III. 15.

<sup>a</sup> *Apia ante*] Scilicet ante Pelopis adventum, inquit Pausan. in Corinth. lib. II. p. 94. ab Api Telchinis F. tota regio Ἀπία cognominata est. Vide etiam Stephanum, verbo Ἀπία. Nicolaus Damasc. in Excerptis, p. 492. trifariam pariter appellatam scribit:

Api regnante, quem Phoronei filium facit, Apiam: Pelasgo indigena res tenente, Pelasgiam: sub Pelope, Peloponnesum, quo demum in nomine acquievit. Sic Eustathius quoque in Dionys. VA. 415. Didymus Schol. in Homeri Iliad. A. 30.—'Æschylus denique in Supp. vs. 123. Ἀπὶαν βοῶντιν vocat, et vs. 704. Ἀπὶαν χθόνα.' Ed. sec.

<sup>b</sup> *Peninsula haud ulli*] Transcribit hæc Capella a Plinio, lib. VI. cap. de tertio sinu Europæ, p. 210.

<sup>c</sup> *Platani folio*] Ita Strabo lib. VIII. p. 335. et Mela II. 3. p. 32.

<sup>d</sup> *Recessus*] Sinuum anfractus.

<sup>e</sup> *DLXIII. M. pass.*] Paululum ab Isidoro diversus abire Strabo videtur, loc. cit. et Agathemerus Geogr. I. 5.

<sup>f</sup> *Per sinus*] Si omnium sinuum angulosorumque recessuum oram interioriorem adnavigando legas.

<sup>s</sup> *A septentrione et exortu*] Ionium

rant, donec contrario incursu æquorum tantorum, in quinque *M. pass.*<sup>b</sup> intervallo exesis utrimque lateribus, angusta cervice Peloponnesum contineat Hellas.<sup>i</sup> Corinthiacus hinc, illinc Saronicus<sup>j</sup> appellatur sinus: Lecheæ<sup>k</sup> hinc, Cenchreæ<sup>l</sup> illinc, angustiarum termini, longo et ancipiti navium ambitu, quas magnitudo planstris transvehi prohibet: quam ob causam perfodere navigabili alveo angustias eas tentavere,<sup>4</sup> Demetrius rex,<sup>m</sup> dictator Cæsar,<sup>n</sup> Caius princeps,<sup>o</sup> Domitius Nero,<sup>p</sup> infausto (ut omnium patuit

~~~~~  
hoc loco, hæc verba: *quæ dicta sunt, a septentrione et ortu, non legit.* Dalec. Mox, pro *ejus*, margo edd. Dalec. et Gronov. *soli*. Paulo post, *ibid. tantum quinque M. pass.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *Lechæum*; 'quo pacto et a Strabone et Ptolemæo effertur.' Dalec.—4 Chiffi. *angustias eas tentavere*. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *infausto, omnium ut patuit exitu, incepto*;

NOTÆ

a septentrione: ab oriente, Myrtoon, sive Ægæum, Peloponnesi totam, quanta est, latitudinem vorant, lancinantque. Rursum de Peloponneso Plinius infra, c. 9. 'Tot sinus Peloponnesi oram lancinant, tot maria allatrant. Siquidem a septentrione Ionium irrumpit: ab occidente, Siculo pulsatur: a meridie, Cretico urgeitur: ab oriente brumali, Ægæo: ab oriente solstitiali, Myrtoo.'

^b *In quinque M. pass.*] Ita plane Mss. omnes. Solinus tamen cap. 7. pag. 23. 'quatuor non amplius mill. pass.' Totidem habet et Mela II. 3. pag. 34. Agathemerus tamen Geogr. I. 5. XL. stadiorum id esse intervalum ait, quæ omnino sunt quinque mill. pass. Nempe ea parte, ubi sunt angustiae maximæ: nam ad Corinthum sex millia obtinet: unde ei spatium nomen hodieque est *Examigia*.

ⁱ *Hellas*] Græcia proprie dicta, in qua Attica, ceteræque regiones, describendæ cap. 11. et subsequentibus. Vide Notas et Emend. num. 10.

^j *Saronicus*] De quo cap. 9.

^k *Lecheæ*] Pausaniæ lib. II. pag. 86. *Λέχαιον*. Item Straboni lib. VIII. p. 380. et Ptolemæo III. 16. Eidem Pausaniæ, pag. 88. *Λέχη*. Portus fuit, seu navale, *ἐπίλειον Κορινθίων*, nunc arenis obductus. Vide Hesychium, verbo *Διολκος*.

^l *Cenchreæ*] *Κενχρεά* Diodoro Sic. Bibl. lib. XIX. pag. 705. et Straboni, loc. cit. *Κενχρεάς* Thucydides vocat, lib. VIII. p. 569. Corinthiorum emporium Livio, lib. XXXII. p. 388. Etiam hodie *Kenchreai* vocant.

^m *Demetrius rex*] Is, cui cognomen ab exitio urbium Poliorcetes fuit, ut ait Seneca, Epist. 9. pag. 175. Asiæ rex, Antigoni F. qui Græciam fere totam suæ ditionis fecit. Vide etiam Strabonem, lib. I. p. 54.

ⁿ *Dictator Cæsar*] Ita Dio lib. XLIV. p. 242. Plutarchus in Cæsare, p. 135. Suetonius in Julio, cap. 44.

^o *Caius princeps*] Caius nempe Caligula. Vide Sueton. in ejus Vita, cap. 21.

^p *Nero*] Sueton. in Nerone, cap. 19. Dio lib. LXIII. p. 722. Quous-

exitu)^q incepto. Medio hoc intervallo,^r quod Isthmon appellavimus, applicata colli^s habitatur colonia Corinthus,^a antea Ephyra^t dicta, sexagenis ab utroque littore stadiis, e summa sua arce, quæ vocatur Acrocorinthus,^u in qua fons Pirene, diversa duo maria^v prospectans. LXXXVII. mill. pass.^{6w} ad Corinthiacum sinum trajectus est Patras a Leucade. Patræ, colonia^x in longissimo promontorio Pello-

Vet. Dalec. et Chiffi. *nefasto, ut omnium, &c.*—5 Vet. Dalec. *applicatu colli.*—6 Chiffi. *LXXXIX. millia pass.* Mox, Vet. Dalec. *per C. sinum.*—7 Chiffi.

NOTE

que perducta sit Isthmi perfossio a Nerone cæpta, docet Philostr. lib. iv. de Vita Apoll. cap. 8. pag. 181. Tentasse id etiam Alexandrum Macedonem, auctor est Pausanias lib. ii. pag. 86.

^q *Ut omnium patuit exitu*] Nam Demetrius quidem, a Seleuco genero victus, in custodia periit, ut refert Plutarchus, in Antonio, p. 957. Dictator Cæsar, Caligula, Nero, illata per vim nece obiere.—‘Animadvertimus hanc istius loci interpretationem displicuisse Spanhemio, Tom. ii. de Usu Numism. pag. 408, ibique eum contendere, *exitu* hic idem valere tantum, atque ‘irrito conatu.’ Nescit ‘exitum’ a Plinio poni pro exitio sive exitiali fato: idque hujus inprimis loci sententiam poscere, cum ‘infausto’ præcesperit. Sic idem Plinius lib. ix. 74. ‘usque ad Seiani exitum’ dixit, pro exitiali clade.’ *Ed. sec.*

^r *Medio hoc intervallo*] Martianns, qui hæc transcripsit, loc. cit. *In medio.*

^a *Colonia Corinthus*] ‘Olim,’ inquit Mela ii. 3. p. 34. ‘clara opibus, post clade notior, nunc Romana colonia, ex summa arce, quam Acrocorinthon appellant, maria utraque continens.’ Missos eo a Cæsare Dictatore colonos libertini generis, ipso quintum,

M. Antonio collega Coss. auctor est Dio, lib. xliii. p. 239. Plutarch. in Cæsare, p. 734. Hinc nummi Cæsaris, apud Patin. pag. 18. COL. IVLI. CORIN. et LAVS. IVLI. CORINT. ‘Colonia Julia Corinthus Augusta.’

^t *Ephyra*] ‘Εφύρα, usque ad Corinthum regem, a quo nomen accepit. Heraclid. de Polit. Corinth. ‘Εφύρα Stephano, verbo Κόρινθος.

^u *Acrocorinthus*] Montem editum fuisse auctor est Strabo, lib. viii. p. 379. cujus ascensus stadiorum esset omnino xxx. Sub ipso vertice fons Pirene, Πειρήνη.

^v *Duo maria*] Ionium et Ægæum. Quare ‘bimaris Corinthus’ ab Horatio appellatur i. Od. 7.

^w *LXXXVII. mill. pass.*] Plinius ii. 112. addit passus quingentos.

^x *Patræ, colonia*] Hodie *Patras*. Andreæ Apostoli martyrio nobilis. Primum Aroën vocatam, appellatione a terræ cultu petita, mox a Patreo Agenoris nepote Patras, auctor est Pausanias in Achaic. Coloniam eo deductam ab Augusto, Strabo lib. viii. p. 387. Atque id nummi testantur Claudio principe cusi, cujusmodi in Museo nostro Parisiensi asservantur, COL. PATR. et apud Erizzo, pag. 88. COL. A. A. PATR. ‘Colonia Augusta Aroë Patrensis.’

ponnesi condita, ex adverso Ætoliæ et fluminis Eveni, minus mill. pass. (ut dictum est) intervallo in ipsis faucibus, sinum Corinthiacum LXXXV. millia pass.⁷ in longitudinem usque ad Isthmon transmittunt.⁷

VI. (v.) Achaiæ nomen^a provinciæ ab Isthmo incipit : antea¹ Ægialos vocabatur, propter urbes in littore^b per ordinem dispositas. Primæ ibi, quas diximus, Lecheæ,^a Corinthiorum portus. Mox Oluros,^{3c} Pellenæorum castellum. Oppida: Helice, Bura:^d in quæ refugere,⁴ haustis prioribus, Sicyon, Ægira, Ægion, Erineos. Intus Cleonæ,^f Hysiaë.^g Panhormus^{5h} portus, demonstratum-

transmittunt. 'Perpetuo ita scribitur.' Dalec.

CAP. VI. 1 Ita Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ante Gronov. et edd. vett.—2 *Lechaum* margo edd. Dalec. et Gronov.—3 *Mox Olyrus* Chiffi.—4 'Melius, et in quæ refugere, ut intelligamus, Helice et Bura mari haustis incolas sese Sicyonem et Ægiran recepisse.' Dalec.—5 *Pa-*

NOTÆ

⁷ LXXXV. millia pass.] Vide quæ diximus de hac Corinthiaci sinus longitudine II. 112.

^a *Achaiæ nomen*] Transcribit hæc Martianus lib. VI. cap. de tertio sinu Enropæ, pag. 210. Achaia hæc porro proprie appellata, longe ab ea diversa est, quæ Hellas Ptolemæo cognominatur, hodie *Livadia*: qua Locrorum regio, Bœotia, Attica, continentur. *Αἰγιαλὸν* quondam, appellatam esse et Pausanias tradit, lib. V. pag. 287. et lib. VII. p. 396.

^b *Propter urbes in littore*] Est enim Græcis *αἰγιαλὸς* littus.

^c *Oluros*] Stephano, "Ολουργος, πολίχινον τῆς Ἀχαΐας, οὐ πόλις Πελλήνης. Fuit nimirum Oluros castellum propugnaculumque quoddam in ora conditum ab incolis Pellenes oppidi, LX. stadiis intus recedentis a mari: quo ipso in tractu Strabo lib. VIII. p. 386. Pellenen locavit. Vox "Ολουργος Græcis idem quod Πάνορμος sonat, de quo mox.

^d *Helice, Bura*] Ἑλική, Βούρα, Ptolemæo III. 16. De his egimus II. 94. Biennio ante Leuctricum prælium absumentam mari Helicen, auctor est Strab. lib. VIII. p. 384. Contigit autem id prælium anno 2. Olymp. cii. Diodoro teste.

^e *In quæ refugere*] Oppida deinde, inquit, in quæ incolæ priorum, quæ hausit mare, transmigrarunt, qui tantæ cladi superstites esse potuerunt, fuere ista: Sicyon, Ægira, &c. Σικυὼν, Ἀἰγείρα, Ἀἰγίον, Ἐρινεὸς λιμὴν, Herod. lib. I. n. 145. p. 62. et Ptolem. III. 16. Scylaci quoque, p. 16. Ægii meminit Homerus II. B. 574. Πελλήνην τ' εἶχον, ἥδ' Ἀἰγίον ἀμφενέμοντο. Ἐρινεοῦ λιμένος Pausan. lib. VII. p. 442. et Thucyd. lib. VII. pag. 513. Ἀἰγείρα etiam apud Pausan. pag. 440. Sicyon hodie *Vasilica*: ceterarum situs incertus.

^f *Intus Cleonæ*] Κλεωνά Homero II. B. 568. a Corintho stadiis LXXX. ut scribit Eustathius, pag. 291. No-

que jam Rhium : a quo promontorio quinque M. pass.ⁱ absunt Patræ, quas supra memoravimus : locus Pheræ.^j In Achaia, IX. montium^k Scioëssa notissimus, fons⁶ Cymothoë. Ultra Patras oppidum Olenum,^l colonia Dyme :^m loca,ⁿ Buprasium, Hyrmine : promontorium Araxum,⁷ ° Cylles sinus, promontorium Chelonates :^p unde Cylleen^q quinque M. pass.⁸ Castellum Phlius :^r quæ regio^s ab Homero Aræthyrea dicta, postea Asopis.⁹^t

~~~~~

*linhormus* Chiffi.—6 *Scioëssa*. Notissimus fons Vet. Dalec.—7 *Araxus* Chiffi.—8 Ita Chiffi. alique codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. duo *M. pass.* edd. vett. et Gronov.—9 *Asopis* edd. vett. et

#### NOTE

tæ etiam Ptolemæo Κλεωναί III. 16. et Strab. lib. VIII. pag. 377. ubi situm ejus describit.

<sup>i</sup> *Hysia*] Ὑσια Argolicæ, quarum meminere Strab. lib. IX. pag. 404. et Pausan. lib. VIII. pag. 464. et 542. Incolæ Hysiatæ.

<sup>b</sup> *Panhormus*] Hodieque *Porto Panormo*. Græcis Πάνορμος portum significat omnibus navibus excipiendis aptum. Meminit illius Pausan. lib. VII. pag. 442.

<sup>l</sup> *Quinque M. pass.*] Strab. lib. VIII. pag. 387. stadiis XL. eadem prorsus mensura. At Pausanias loc. cit. stad. L.

<sup>j</sup> *Locus Pheræ*] Modus hic loquendi Plinio familiaris oppidum plane deletum innuit, rudera modo ac vestigia superesse. Hæ sunt quæ Stephano Φαράλ et Φηρά Ἀχαίας. At Strab. lib. VIII. pag. 388. et Pausan. lib. VII. pag. 440. Φάρα, Dymæ coloniz contermina, de qua statim dicturi sumus.

<sup>k</sup> *In Achaia, IX. montium*] In Achaia, inquit, quæ regio montibus novem attollitur, Scioëssa mons notissimus est. Vide Notas et Emend. num. 11. Σκιοέσσα (subintellige, ὄρεα, vel ἀκρόρεα) umbrosum sylvarum opacitate montem significat: Κυμο-

θή, fontem aquarum incitato cursu rapidum.

<sup>l</sup> *Olenum*] Ὀλενος, πόλις Ἀχαίας Stephano. Straboni quoque lib. VIII. pag. 386. Dymen inter et Patras.

<sup>m</sup> *Dyme*] Δύμη Strabo. lib. VIII. pag. 341. et Ptolem. III. 16. Cives Δυμαῖοι. Regio ipsa Καυκωνίς, incolæ Καυκωνες appellati. Missos eo colonos a Pompeio Magno, idem Strabo admonet, pag. 387. et 388.

<sup>n</sup> *Loca*] Deletis oppidis manent vestigia, inquit, Buprasii et Hyrmynes. Meminit utriusque Homerus Iliad. B. 615. et ex eo Strab. lib. VIII. pag. 340. Stephanus quoque, et Hesychius : Οἱ δ' ἔρα Βουπράσιόν τε καὶ Ἥλιδα διὰν ἔλαιον, Ὅσσον ἔφ' ὕρμινη καὶ Μόρσιος ἔσχατόσσα.

<sup>o</sup> *Araxum*] Ἀραξος Strabo. lib. VIII. pag. 337. ceterisque Geographis : a Dyme, stadiis LX. Ex adverso Acarnaniæ respondere ait Agathemerus Geogr. I. 5. ἄκρον Ἀραξος, ἀντικρῶσπον Ἀκαρνανίᾳ.

<sup>p</sup> *Chelonates*] Ὁ Χελωνάτας Agathemero, loc. cit. et Strab. lib. VIII. pag. 337. Dorica dialecto : communi, Χελωνίτης ἄκρα Ptolem. III. 16. Hodie *Capo di Chiarenza*.

<sup>q</sup> *Cylleen*] Κυλλήνη Eleorum navale, apud Thucyd. lib. I. pag. 22.

Inde Eliorum ager,<sup>u</sup> qui antea Epei vocabantur: ipsa Elis in mediterraneo, et a Pylo<sup>v</sup> XII. M. passuum intus<sup>10</sup> delubrum Olympii Jovis,<sup>w</sup> ludorum claritate fastos Græciæ<sup>x</sup> complexum. Pisæorum<sup>11</sup> quondam oppidum, præfluente Alpheo amne. At in ora promontorium Ichthys.<sup>z</sup> Amnis Alpheus<sup>a</sup> navigatur VI. pass. mill. prope oppida, Aulona,<sup>12</sup> et Leprion. Promontorium Platanodes:<sup>13</sup> omnia hæc ad occasum versa.

Gronov.—10 Eædem edd. XII. M. pass. Intus, &c.—11 Pisa eorum cod. Dalec. et Vet. ejusdem; aliis, Pisa Enomani quondam, &c.—12 Vet. Dalec. navigabilis prope sex oppida, Aulos; Codd. Dalec. et Chiffi. navigatur sex prope o. Aulon; Gronov. et al. navigatur in oppida Aulos.—13 Platanistus Gronov. et al.

## NOTÆ

‘Mercurium ibi natum arbitrantur,’ inquit Mela II. 3. Hodie Chiarenza: agrumque finitimum Galli vocant, *le Duché de Clarence*.

<sup>r</sup> Phlius] Φλιὺς Ptolemæo, in mediterranea Sicyoniæ oppidis, III. 16. et Straboni, mox laudando.

<sup>s</sup> Quæ regio] Phliasia dicta, Φλιασία Strab. lib. VIII. pag. 382. quam et Aræthyream prius appellatam scribit. Homeri locus est Iliad. B. 571. quem et Pausanias refert, lib. II. p. 107. ‘Ορνειδὲς τ’ ἐνέμοντο, ‘Αραιθυρήν τ’ ἐρατεινήν.

<sup>t</sup> Asopis] Ἀσωπία, Pausan. lib. II. pag. 85. et Straboni loc. cit. *Asophis* prius perperam legebatur.

<sup>u</sup> Eliorum ager] Strab. lib. VIII. p. 340. ὕστερον δ’ ἀντ’ Ἑπειῶν Ἡλείοι ἐκλήθησαν. Hesychius, p. 349. Ἑπειοί, οἱ Ἡλείοι, καὶ οἱ πλεσιόχωροι. Ipsa urbs Ἡλὺς Ptolem. III. 16. ceterisque.

<sup>v</sup> A Pylo] Hæc Pyloῖς Eliaca, seu Triphylia appellata Straboni lib. VIII. p. 351. ὁ Πύλος Ἡλειακὸς, ἢ Τριφυλιακὸς, Nestoris patria.

<sup>w</sup> Olympii Jovis] Stadiis ab Elide trecentis, Strab. lib. VIII. p. 353. hoc est, pass. mill. XXXVII. et quingentis pass.

<sup>x</sup> Fastos Græciæ] Olympicorum

enim ludorum beneficio, exacta postmodum notitia temporum observata: per Olympiadas deinceps, quod spatium annorum quatuor fuit, compositi ordinatique fasti, in quibus res gestæ et insignia quæque notari consueverunt. Ludorum Hercules auctor: instaurator Iphitus existimatus. Olympias prima cæpit annis quatuor et viginti, ante Romam conditam.

<sup>y</sup> Pisæorum] Πίσα πόλις τῆς Ὀλυμπίας, Stephano. Ptolemæo, Ὀλυμπία Πίσα, III. 16. Deletæ urbis, situm causamque excidii, describit Pausan. lib. VI. p. 386. Regio Πισάτις Straboni lib. VIII. p. 356. qui urbis rudera inter duos montes Ossam et Olympum extare quibusdam creditum: Pisam ullam unquam extitisse negatum ab aliis tradit.

<sup>z</sup> Ichthys] Ἰχθὺς ἔκρα in Elide, juxta Alphei ostia, Ptolem. III. 16.

<sup>a</sup> Alpheus] Ἀλφειὸς Ptolemæo, loc. cit. ceterisque. Vide Notas et Emend. num. 12. Navigatur Alpheus, inquit, procul a mari, juxta ipsa Arcadiæ, quæ pars mediterranea Achaïæ est, oppida duo, Aulona et Leprion, ad sex usque millia passuum ab iis oppidis. Ἀδλὼν, πόλις Ἀρκαδίας, Stephano. De Leprio dicemus c. 10.

VII. Ad meridiem autem Cyparissius sinus cum urbe Cyparissa <sup>c</sup> LXXII. millium passuum circuitu. Oppida: Pylos,<sup>d</sup> Methone:<sup>e</sup> locus Helos,<sup>f</sup> promontorium Acritas:<sup>g</sup> sinus Asinæus,<sup>h</sup> ab oppido Asine, Coronæus<sup>i</sup> a Corone. Finiuntur Tænaro<sup>j</sup> promontorio. Ibi regio<sup>k</sup> Messenia duodeviginti montium. Amnis Pamisus.<sup>l</sup> Intus autem ipsa Messene,<sup>m</sup> Ithome, Cechalia, Arene, Pteleon,<sup>n</sup> Thryon,

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Platanodes*] Πλατανώδης Strab. lib. VIII. p. 348. Vide Notas et Emend. num. 13.

<sup>c</sup> *Cyparissa*] Κυπαρισσία Stephano: Ptolemæo III. 16. Κυπάρισσαι, in Messenia. Eustathio, in Iliad. B. p. 297. πόλις Μεσσηνίας. Hodie Arcadia. Incolæ, Straboni lib. VIII. p. 345. Κυπαρισσις. Hic porro ager Messeniacus incipit, Ptolemæo III. 16. oppida quæ sequuntur Messeniæ accensente. Cyparissio sinui ab oppido nomen, Golfo del Arcadia.

<sup>d</sup> *Pylos*] Πύλος in Messenia, prope Μεθώνην. Hæc Messeniaca Pylos, ab aliis diversa: fuit enim tergemina civitas ejus nominis, ut Strabo admonet, lib. VIII. p. 351. Frustra Meursio Tylos hoc loco, vel Cetylos scribente, in Miscell. Lacon. lib. IV. p. 274.

<sup>e</sup> *Methone*] Μεθώνην Messeniæ Ptolemæus, loc. cit. et Strab. lib. VIII. p. 359. Laconicæ Stephanus adjudicat, Thucydiden secutus, lib. II. p. 116. Hodie Modon.

<sup>f</sup> *Locus Helos*] Seu loci id nomen fuerit circa Alpheum, seu urbis jam dirutæ. Strab. lib. VIII. p. 350. Ἑλος δ' οἱ μὲν περὶ τὸν Ἀλφειὸν χώραν τινὰ φασιν οἱ δὲ καὶ πόλιν. At dirutam urbem a Spartanis, Pausanias prodidit lib. III. p. 162. atque ipse etiam Strabo ex Homero, p. 363.

<sup>g</sup> *Acritas*] Ἀκρίτας ἄκρα Ptolem. III. 16. et Pausan. lib. IV. pag. 282. juxta Methonem, Strab. lib. VIII. p. 359. Hodie Capo Venetico.

<sup>h</sup> *Asinæus*] Ἀσιναιῖος ἀπὸ τῆς Μεσσηνιακῆς Ἀσίνης, Straboni loc. cit. Exciderat id oppidum ætate Pausaniæ, ipso teste lib. II. p. 154. Sinui nomen alterum Messeniaco, a Messene fuit. Strabo, loc. cit.

<sup>i</sup> *Coronæus*] Ab oppido Κορώνη, quod oppidum Messenæ proximum est, apud Ptolem. III. 16. Sinus ipse Messeniaci pars quædam est, et recessus interior.

<sup>j</sup> *Tænaro*] Ταΰναρον Pausan. lib. III. p. 212. Ταυναρία ἄκρα Ptolemæo, loc. cit. Asinæum sinum a Coronæo determinat: Hodie Cap de Matapan, et Cap des Cailles, a coturnicum quæ illic est copia.

<sup>k</sup> *Ibi regio*] Hæc quæ diximus oppida, inquit, regio Messeniaca complectitur, et simul montes XVIII.

<sup>l</sup> *Pamisus*] Πάμισος, Pausan. lib. IV. p. 280. Eidem Πάμισος, p. 221. Mela II. 3. 'In Asinæo flumen Pamissum.'

<sup>m</sup> *Messene*] Μεσσήνη. Homero Iliad. B. 582. Μέσση. Hodie Mossenigo.—'In nummo ex ære mediocri in Museo nostro, caput turritum, idemque velatum est, argumento liberæ civitatis: titulus MECCHNION. Parte altera Æsculapii stantis effigies est, sine epigraphe: latere sinistro corona laurea.' Ed. sec.—Sequuntur deinde Ἰθώμη Μεσσήνης Stephano, et Pausan. lib. IV. p. 233. Arx ea Messenes fuit, ut Corinthi Acrocorinthus: auctor Strab. lib. VIII. p. 361. Οἰχάλα Strab. lib. VIII. p. 350. prope Messe-

Dorion, Zancle,<sup>1</sup> variis clara temporibus. Hujus sinus<sup>o</sup> circuitus LXXX. M. pass. trajectus vero XXX. M.

VIII. Dehinc a Tænaro ager Laconicus, liberæ gentis:<sup>a</sup> et sinus<sup>b</sup> circuitu CVI.<sup>c</sup> mill. trajectu XXXIX. mill. Oppida: Tænarum,<sup>d</sup> Amyclæ,<sup>e</sup> Pheræ,<sup>f</sup> Leuctra:<sup>g</sup> et intus Sparta,<sup>h</sup> Theramne:<sup>i</sup> atque ubi fuere Cardamyle,<sup>j</sup> Pitane, Anthane: Locus Thyrea,<sup>k</sup> Gerania.<sup>1</sup> Mons Taygetus,<sup>m</sup> am-

CAP. VII. 1 Codd. Dalec. Zande; Vet. ejusdem, *Thamiræ*.

CAP. VIII. 1 Ita codd. Harduin. Tolet. et Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CCVI. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. et Gronov.—2 *Therenæ* Vet. Dalec. Mox, *Antiane* Chiffi. *Anxiane* cod. Da-

## NOTÆ

nen, unde Μεσσηνίς Οίχαλλα, Stephano. 'Αρήνη eidem Stephano, de qua vide Notas et Emend. num. 14.

<sup>a</sup> *Pteleon*] Πτελεόν, Θέρων Homero Iliad. B. 592. Δώριον. Sola Zancle in hoc tractu ceteris scriptoribus neglecta: etsi variis singula temporibus, deinceps alia ex aliis, claruisse Plinius asseveret. Vide Notas et Emend. num. 15.

<sup>o</sup> *Hujus sinus*] Messeniaci: hodie *Golfe de Coron*.

<sup>a</sup> *Liberæ gentis*] Strabo, de Sparta-nis seu Lacedæmoniis, lib. VIII. p. 365. eos in eximio honore habitos a Romanis ait, libertatemque retinuisse: præter socias operas nihil quicquam Romanis pendisse: Καὶ ἔμειναν ἐλεύθεροι, πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλα συντελοῦντες οὐδέν. Hodie hujus tractus incolæ *les Mainotes* vulgo appellantur: a Turcarum quoque etiamnum tyrannide liberi.

<sup>b</sup> *Et sinus*] Laconicus: hodie *Golfo de Colochina*.

<sup>c</sup> *CVI. mill.*] Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Tolet. &c. non CCVI.

<sup>d</sup> *Tænarum*] Solin. cap. 7. p. 22. 'Est et oppidum Tænaron, nobili vetustate.' Τάλναρον, a promontorio ejusdem nominis, stadiis XL. dissitum, teste Pausan. lib. III. p. 212.

<sup>e</sup> *Amyclæ*] Ἀμύκλαι Strab. lib. VIII. p. 363. 'Silentio quondam suo pessumdatæ,' inquit Solinus, loc. cit.

<sup>f</sup> *Pheræ*] Φεραί Ptolem. III. 16. Φηραι Strab. lib. VIII. p. 367. et Homero Iliad. B. Φαραί Messeniace Stephano, cujus oppidi civis Φαραίτης: apud Pausan. lib. III. p. 161. Φαρείτης.

<sup>g</sup> *Leuctra*] Λεῦκτρον τὸ Λακωνικόν, Strab. lib. VIII. p. 361. longe diversum oppidum a Leuctris Bœotiæ, Lacedæmoniorum clade nobilitatis.

<sup>h</sup> *Sparta*] Quæ et Λακεδαίμων. Quatuor circiter mill. pass. a rudieribus antiquæ Lacedæmonis excitatum est oppidum *Misithra*, facto ei nomine a minuto caseo, quem sic indigenæ vocant. Rudieribus nomen hodie est *Paleochori*, quasi παλαιὰ χώρα, vetus ager.

<sup>i</sup> *Theramne*] Θεράμναι Stephano, pag. 303. Θεράπνη Pausaniæ, juxta Spartam, lib. III. p. 187. Harpocrat. Θεράπνη, τόπος ἐστὶν ἐν Λακεδαίμονι.

<sup>j</sup> *Cardamyle*] Καρδαμύλη Homero Iliad. I. 150. Πιτάνη, Pausan. lib. III. p. 192. Pindaro quoque, Olymp. Ode VI. juxta Eurotam amnem 'Ἀνθήνα, vel 'Ἀνθεΐα, de qua vide Notas et Emendationes num. 16.

<sup>k</sup> *Locus Thyrea*] Θουπρά Straboni



nis Eurotas,<sup>n</sup> sinus Ægilodes,<sup>o</sup> oppidum Psammathus.<sup>p</sup> Sinus Gytheates<sup>q</sup> ab oppido: ex quo Cretam insulam certissimus cursus.<sup>3</sup> Omnes autem<sup>r</sup> Maleæ<sup>4</sup> promontorio includuntur.

IX. Qui sequitur sinus ad Scyllæum,<sup>a</sup> Argolicus<sup>b</sup> appellatur, trajectu quinquaginta M. pass. idem ambitu CLXII.<sup>c</sup> millium.<sup>1</sup> Oppida: Boæ,<sup>d</sup> Epidaurus Limera cognomine,

lec. Anteia Strab. Ἀνθήη Thucyd.—3 Margo Dalec. et Gronov. brevissimus cursus.—4 Omnia autem Maleo Gronov. et al. vett.

CAP. IX. 1 Vet. Dalec. C duo millia; cod. Dalec. C. LII. millium; edd. vett.

## NOTÆ

lib. viii. p. 360. Meminit Herod. lib. i. n. 82. p. 34. loci, sive agri, qui Thyrea vocatur, χώραν καλεομένην Θυρέης, in confinio Laconicæ, Argolicæque, Diodoro teste in Bibl. lib. xii. pag. 116. Vastatam incensamque urbem, docet Thucyd. lib. iv. p. 289. Solinus cap. 7. p. 22. 'Ubi quondam fuere Thyreæ, nunc locus dicitur: in quo anno xvii. regni Romuli, inter Laconas et Argivos memorabile bellum fuit.' Statius Theb. iv. 47. 'Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.'

<sup>1</sup> Gerania] Γερηνία Pausan. lib. iii. pag. 204. Hanc ab Homero dictam esse Ἐρσην, Iliad. i. 160. tum ipse prodidit, p. 214. tum etiam Strab. lib. viii. p. 360. Messeniæ a Stephano accensetur.

<sup>n</sup> Taygetus] Ταΰγετον ὄρος Strab. lib. viii. p. 362. Les Montagnes des Mainotes.

<sup>n</sup> Eurotas] Εὐρώτας, hodie Basilipotamo. Multa de eo Strab. lib. viii. p. 343.

<sup>o</sup> Ægilodes] Αἰγυλώδης. Vide Notas et Emend. num. 17.

<sup>p</sup> Psammathus] Ψαμμαθοῦς, πόλις Λακωνική, Stephanus: Portus est Scylaci Ψαμθοῦς, p. 16.

<sup>q</sup> Gytheates] Ab oppido, quod Stra-

bo Γόθειον, loc. cit. Plinius ipse vi. 39. Gythium vocat. Pausan. lib. iii. p. 203. Γόθειον. Stephanus quoque: cui gentile nomen est Γυθείτης. Livius 'Gythium,' lib. xxxiv. p. 412.

<sup>r</sup> Omnes autem] Sinus videlicet, Laconicus, Ægilodes, Gytheatesque. Μαλέα ἄκρα ei promontorio nomen est apud Scylacem, p. 16. et Ptolem. iii. 16. Μαλέαι apud Strabon. lib. viii. p. 363. ἄκρα τῆς Μαλέας, apud Pausan. loc. cit. p. 207. Hactenus perperam editum, omnia, et mox Maleo pro Maleæ. Hodie est Capo di S. Angelo.

<sup>a</sup> Scyllæum] Σκύλλαιον, Strab. lib. viii. p. 368. et Scylaci, p. 19. Σκύλλιον ἄκρον Ptolem. iii. 16. Nunc Capo de Schilli.

<sup>b</sup> Argolicus] Golfo di Napoli.

<sup>c</sup> CLXII.] Ita Mss. R. 1. 2. Colb. &c. non, ut editi, CLXXII.

<sup>d</sup> Boæ] Βολα πόλις Scylaci, p. 16. Apud Pausan. lib. iii. p. 204. inter oppida Eleutherolaconum ista numerantur: Βοιαί, Ζάραξ, Ἐπίδαυρος ἡ Λυμπερά, κ. τ. λ. Illius incolæ Βοιασταί appellati. Ζάραξ Stephano πόλις Λακωνική. Pausaniæ quoque, lib. i. p. 71. a Zarece Musico. Epidaurio id cognomen inditum, a commoditate portuum, ait Schol. Thucyd. Διὰ τὸ

Zarax, Cyphanta<sup>e</sup> portus. Amnes :<sup>f</sup> Inachus, Erasinus, inter quos Argos Hippium<sup>g</sup> cognominatum, supra locum<sup>a</sup> Lerne<sup>n</sup>,<sup>h</sup> a mari duobus m. pass. novemque additis millibus, Mycenæ<sup>i</sup> et ubi fuisse<sup>j</sup> Tiryntha tradunt : et locus Mantinea.<sup>k</sup> Montes :<sup>l</sup> Artemius, Apesantus, Asterion; Parparus, aliique<sup>m</sup> undecim numero. Fontes : Niobe,<sup>n</sup>

et Gronov. *centum septuaginta duorum millium*.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. item edd. Harduini 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *lacum* edd. vett. et Gro-

## NOTÆ

πολλοὺς ἔχειν λιμένας ἀπὸ τοῦ Λιμενη-  
ρά. Nunc quoque *Epedaura* vocant :  
non, ut quidam volunt, *Malvasia*,  
*Monembasiave*.

<sup>e</sup> *Cyphanta*] Κυφάντα λιμὴν in Ar-  
golico sinu, apud Ptolem. lib. III. c.  
16. Et Κυφάντων inde oppidum stadiis  
derem a mari, teste Pausan. lib.  
III. in Lacon. p. 209.

<sup>f</sup> *Amnes*] Ἰναχὸς Argos Hippium  
allnit, apud Strabon. lib. VIII. p. 370.  
quamobrem et Inachium mox appel-  
latur. Eodem Argiæ agro labi dicitur  
Ἐρασίωπος, p. 371. ubi de ejus ortu,  
cursuque, multa.

<sup>g</sup> *Argos Hippium*] Sive quod idem  
est, Ἰππόβοτον, ut Homerus cecinit,  
*Iliad.* Γ. 75. quod pascendis equis  
campos haberet optimos. Vide Var-  
ron. de Re Rust. I. 1. p. 75. Hujus  
navale ac portus Nauplia fuit, ut ex  
iis Scylacis verbis confici potest, p.  
19. Μετὰ δὲ Λακεδαίμονα πόλις ἐστὶν  
Ἄργος, καὶ ἐν αὐτῇ Ναυπλία πόλις καὶ  
λιμὴν. Et Strab. lib. VIII. p. 368. ἡ  
Ναυπλία τὸ τῶν Ἀργείων ναύσταθμον.  
Hodie *Napli de Romanie*, vel *Napoli* :  
unde sinui nomen.

<sup>h</sup> *Locum Lerne*] Ita libri Mss. om-  
nes : ut non de palude illa hæc acci-  
pienda sint, quam hydra, Herculis-  
que labor nobilitavit, sed de loco, qui  
multo propior mari, anni paludique  
Lernæ, cognominis fuerit. Λέρνην op-

*Delph. et Var. Clas.*

pidum in Laconica Ptolemæus locat,  
III. 16. situ præpostero. Rectius  
Mela II. 3. p. 34. 'In Argolico sinu  
sunt noti amnes, Erasinus atque Ina-  
chus : et notum oppidum Lerne.'

<sup>i</sup> *Mycenæ*] Μυκῆναι. Negat has jam  
tum ævo suo superfuisse Strab. lib.  
VIII. p. 377.

<sup>j</sup> *Ubi fuisse*] Intercidisse innuit.  
Τίρυνθα Strabo quoque nominat, p.  
372. Excisam ab Argivis docet Pau-  
san, lib. II. p. 115. et 131.

<sup>k</sup> *Mantinea*] Diversa hæc est ab  
Arcadica, de qua cap. 10. Illam  
enim superstitem, hanc deletam, fa-  
miliari illo suo Atticismo, locus, ad-  
monet.

<sup>l</sup> *Montes*] Artemius est, qui Pau-  
sanias lib. II. p. 130. et lib. VIII. Arc-  
cad. p. 464. Ἀρτεμῖος dicitur, ab  
Ἀρτέμιδος, hoc est, *Diana templo*, istic  
dedicato. Apesantus, Ἀπέσας Pau-  
sanias eidem, lib. II. p. 111. Sic  
'elephas' et 'elephantus' dicimus.  
Mons Nemeæ dicitur ex Pindaro et  
Callimacho, apud Stephan. Ἀστερίων  
amni cognominis videtur, qui ex eo  
monte manat, quem in Argivo agro  
labi Pausanias prodidit, lib. II. De  
Parparo ceteri scriptores silent.

<sup>m</sup> *Aliique*] Ut Λυκῶνη, ex quo Era-  
sinum erumpere Pausanias ait, loc.  
cit. p. 129. Et Neris apud Statium,  
Theb. IV. 46. quod montis Argivi no-

3 A

Amymone,<sup>o</sup> Psamathe.<sup>p</sup> A Scyllæo ad Isthmum CLXXVII. m. pass. Oppida: Hermione,<sup>q</sup> Trœzen,<sup>r</sup> Coryphasium:<sup>s</sup> appellatumque alias Inachium,<sup>t</sup> alias Dipsium Argos. Portus Schoenitas,<sup>u</sup> sinus Saronicus<sup>v</sup> olim, querno nemore redimitus, unde nomen, ita Græcia<sup>w</sup> antiqua appellante quercum. In eo<sup>x</sup> Epidaurum oppidum, Æsculapii delubro celebre: Spiræum<sup>y</sup> promontorium, portus Anthedon,<sup>z</sup>

nov.—3 *Chenitas* Tolet. *Chænites* edd. vett. et Gronov. *Schanites* Harduin. 1.

## NOTÆ

men esse Placidus Lactantius ex Callimacho refert, &c.

<sup>n</sup> *Niobe*] A Niobe Pelopis sorore, Amphionis conjuge, nomen habet. Vide Strab. lib. viii. p. 360.

<sup>o</sup> *Amymone*] Ἀμυμώνη prope Lernæ paludem, teste Strab. p. 371. Ovid. Metamorph. ii. 239. 'Quærit Bœotia Dirçen, Argos Amymonen.' Idem Anymonius, idem postea Lernæus fons appellatus, inquit Hygin. fab. 169. fol. 37. A Danaï filia nomen accepisse, auctor est Pausan. lib. ii. p. 166.

<sup>p</sup> *Psamathe*] Ψαμδθη. Meminit fontis hujus Valerius Argon. i. 'Qui tenet undisonam Psamathen.'

<sup>q</sup> *Hermione*] Ἑρμιόνη Pausan. lib. ii. p. 149. et Strab. lib. viii. p. 373. Ptolemæo quoque iii. 16. prope Scyllæum.

<sup>r</sup> *Trœzen*] Τροιζήν. Mela ii. 3. 'Trœzenii fide societatis Atticæ illustres.'

<sup>s</sup> *Coryphasium*] Id promontorio nomen est in hoc ipso tractu, apud Pausan. lib. iv. in Messen. pag. 284. Κορυφάσιον.

<sup>t</sup> *Alias Inachium*] Et præter memorata proxime oppida, inquit, Argos etiam est Hippium cognominatum, appellatumque idem alias Inachium, ab Inacho amne quo alluitur, alias Dipsium, ab amœnitate. Vide No-

tas et Emend. num. 18.

<sup>u</sup> *Portus Schoenitas*] Σχοινίτης λιμήν. Vide Notas et Emend. num. 19.

<sup>v</sup> *Saronicus*] Σαρωνικός κόλπος, Ptolem. iii. 16. Hodie, Golfo di Egina, ab insula Ægina in eo sinu posita.

<sup>w</sup> *Ita Græcia*] Id confirmat Callimachi Scholiastes, ad illum Poëtæ versum 22. hymni in Jovem: Ἡ πολλὰς ἐφύπερθε σαρωνίδας. Σαρωνίδας, inquit, δρύς διὰ τὸ σεσηρότα καὶ συνεστραμμένον τὸν φλοῖον ἔχειν. Hesychius: Σαρωνίδες, αἱ διὰ παλαιότητα κεχρυσίαι δρύες. Aliter tamen Pausanias, et Eustath. in Dionys.

<sup>x</sup> *In eo*] Meridionali sinus Saronici littore. Ἐπίδαυρος Strab. lib. viii. p. 374. in medio sinu, contra Æginam insulam. De Æsculapii illic delubro fuse Pausanias disserit, lib. ii. Strab. lib. viii. pag. 374. alique.

<sup>y</sup> *Spiræum*] Hanc oram similiter Saronici sinus Ptolemæus describit: Ἐπίδαυρος, Σπείραιον ἕκρον, Ἀθηναίων λιμήν, (pro Ἀνθηδὸν λιμήν,) Βουκέφαλον λιμήν.

<sup>z</sup> *Anthedon*] Diversa hæc plane ab Anthedone Bœotiæ, ut situs ipse admonet, cum sit in opposito Saronici sinus littore, meridionali scilicet: illa, Boreali, extra Peloponnesum et Achaïam. In Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffli. *Anthedus*.

et Bucephalus: et quas supra<sup>a</sup> dixeramus, Cenchreæ, Isthmi pars altera<sup>b</sup> cum delubro Neptuni<sup>c</sup> quinquennialibus<sup>d</sup> inclyto ludis. Tot sinus<sup>e</sup> Peloponnesi<sup>f</sup> oram<sup>g</sup> lancinant, tot maria allatrant. Siquidem a septemtrione Ionium irrumpit: ab occidente, Siculo pulsatur: a meridie, Cretico urgetur: ab oriente brumali,<sup>h</sup> Ægæo: ab oriente solstitiali, Myrtoo,<sup>i</sup> quod a Megarico incipiens sinu, totam Atticam alluit.

x. (vi.) Mediterranea ejus<sup>a</sup> Arcadia maxime tenet, undique a mari remota: initio Drymodes,<sup>b</sup> mox Pelasgis<sup>c</sup> appellata. Oppida ejus:<sup>d</sup> Psophis, Mantinea,<sup>e</sup> Stymphalum,<sup>f</sup>

\*\*\*\*\*

in Not.—4 *Anthedus* Chiffi.—5 *Peloponnensem oram* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Quas supra] Cap. 5.

<sup>b</sup> *Isthmi pars altera*] Hæc Solinus totidem plane verbis exscripsit, cap. 7. pag. 22.

<sup>c</sup> *Neptuni*] Qui ex eo ΠΟΣΕΙΔΩΝ ΙΣΤΜΙΟΣ, appellatur, in nummo Neronis Augusti e Gaza Regia.' *Ed. sec.*

<sup>d</sup> *Quinquennialibus*] Ansonius sic etiam locutus, Idyll. xxv. 'Hæc quoque temporibus quinquennia sacra notandis Isthmia Neptuno data sunt.' At Isthmia tamen, non pentaëterica, sed trieterica fuerunt, ut ex Pindaro liquet, Nemeor. Ode vi. vs. 69. et ejus Scholiaste: hoc est, post tres annos completos ea edebantur: ita ut pentaëterica, sen quinquennalia dici quoque potnerint: quod quinto post anno quo primum erant edita, repeti consueverant: tribus tantum interjectis annis integris intermitteri.

<sup>e</sup> *Tot sinus*] Omnino decem, tam exiguum Peloponnesi oram undequaque lancinant, vel, ut Pomponius loquitur, II. 3. pag. 34. lacerant. Vide Notas et Emend. num. 20.

<sup>f</sup> *Peloponnesi*] Ita Mss. omnes: editi perperam *Peloponnensem*, id quod neque Grammaticæ leges ipsæ ferre possunt.

<sup>g</sup> *Ab oriente brumali, Ægæo*] Insititia hæc verba videntur: carent enim iis Mss. plerique: habet ea tamen Solinus, lib. vii. cap. 22. qui hæc transcripsit a Plinio.

<sup>h</sup> *Myrtoo*] Τὸ Μυρτώον Straboni, lib. vii. pag. 323. pars est Ægæi maris.

<sup>i</sup> *Mediterranea ejus*] Peloponnesi scilicet Arcadia umbilicum tenet.

<sup>b</sup> *Drymodes*] Ita Mss. omnes. Δρυμόδης, *syleosa*, nemorosa, stirpibus arboribusque conferta. Prius *Drymodis* perperam legebatur.

<sup>c</sup> *Pelasgis*] Nicolao Damasc. in Excerptis, pag. 494. Pausaniæ lib. viii. pag. 459. et Stephano, Πελασγία.

<sup>d</sup> *Oppida ejus*] Ψοφίς, πόλις Ἀρκαδίας Stephano, et Pausaniæ loc. cit. pag. 491. Ptolemæo quoque iii. 16.

<sup>e</sup> *Mantinea*] Μαντίνεια Straboni, lib. viii. pag. 388. Pausaniæ, pag. 467. Plutarcho in Agide, pag. 808. et Xenoph. Hist. Græc. lib. v. pag. 551. Poëtica licentia, Nonno Dionys. lib.

Tegea,<sup>s</sup> Antigonea,<sup>2h</sup> Orchomenum,<sup>i</sup> Pheneum, Palantium,<sup>j</sup> unde Palatium Romæ: Megalopolis,<sup>k</sup> Gortyna,<sup>1</sup> Bucolium, Carnion,<sup>m</sup> Parrhasie,<sup>n</sup> Thelpusa,<sup>o</sup> Melænæ,<sup>p</sup> Heræa,<sup>q</sup> Pylæ,<sup>4r</sup>

//////////

CAP. X. 1 *Drimodis* Ald. Junt. Basil. et Lugd. Erasmi. *Drymodis* Elz. et Gronov.—2 *Antigonia* Vet. Dalec.—3 Ita codd. Laet, Chiffi. et Harduin. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Cartina* codd. Dalec. et Laet. *Catina* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. Mox, *Bocalium* edd. vett. et Gronov. *Balium* codd. Dalec. *Buphagium* margo edd. Dalec. et Gronov. Deinde, pro *Carnion*, ibid. *Carnon*; Chiffi. aliique *Cramnon*; Gronov. et edd. vett. *Carmon*; cod. Dalec. *Charnon*. Paulo post, pro *Thelpusa*, Vet. Dalec. *Telpusa*; et pro *Melænæ*, Gronov. et edd. vett. *Melanæa*.—4 'Corrupte quidem cod. Reg. 1. *Filæ*; sed probat emendandum, *Pylæ*.' Brotier. Edd. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Pyle*. Mox *Pallena* Chiffi. *Pellana* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec.

#### NOTÆ

xiii. pag. 368. *Μαντινέη*. Hic pugna ad Mantineam dicta, ubi Epaminondas cum Lacedæmoniis et Arcadibus postremo prælio confixit, in quo victor ex vulnere paulo post occubuit, anno 2. Olymp. cv.

<sup>i</sup> *Stymphalum*] *Στύμφαλον* est etiam Stephano: Pausaniæ, pag. 460. a fonte cognomine, *Στύμφηλος*. a monte, Hesychio: *Στύμφηλος, πόλις ἢ ὄρος Ἀρκαδίας*, mallet, *καὶ ὄρος*.

<sup>s</sup> *Tegea*] *Τεγέα* vocat Plutarchus in Agide, pag. 811. Incolæ, *Τεγεᾶται*, Thucyd. lib. v. pag. 388. Vide Notas et Emend. num. 21.

<sup>h</sup> *Antigonea*] In locum veteris Mantinæ excitata urbs, atque in ejus vicino: unde pro eadem a plebisque habita. Ptolem. iii. 16. *Ἀντιγόμεια, ἢ καὶ Μαντινεία*. In gratiam Antigoni Regis id nomen Mantinæ factum, auctor est Pausan. lib. viii. pag. 468.

<sup>i</sup> *Orchomenum, Pheneum*] Utriusque meminit Homerus, Iliad. B. *Ὁ φένεδν τ' ἐνέμοντο, καὶ Ὀρχόμενον πολύμηλον*. Herodoto, lib. vii. pag. 451. n. 202. *Ὀρχόμενος τῆς Ἀρκαδίας*, ut a Thessalico Orchomeno distinguatur,

de quo cap. 15.

<sup>j</sup> *Palantium*] *Παλάντιον πόλις Ἀρκαδίας*, Stephano. Romæ Palatium, de Arcadici oppidi *Παλλαντίου* nomine, ab Evandro Rege appellatum esse, quod nomen consecuta ætas duabus summotis literis *l* et *n* extulerit, auctor est etiam Pausan. lib. viii. pag. 525. et Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. i. pag. 25. Virgilius 'Pallanteum' oppido nomen fecit: Solinus quoque, c. 1. p. 2. et c. 7. p. 22.

<sup>k</sup> *Megalopolis*] Polybii historici Megalopolitani patria: de qua Comicus, apud Strab. lib. viii. pag. 388. *Ἐρημία μεγάλη ἐστὶν ἡ Μεγαλόπολις. Est solitudo magna nunc Megalopolis*.

<sup>1</sup> *Gortyna, Bucolium*] *Γορτίνα, Βουκόλιον*. Vide Notas et Emendationes num. 22.

<sup>m</sup> *Carnion*] Ab amne, ut videtur, cognomine, qui *Καρπών* a Pausania appellatur, lib. viii. p. 510. In libris hactenus editis, *Carmon*. Forte etiam *Κρόμων* esse possit, cujus idem Pausanias meminit loc. cit.

<sup>n</sup> *Parrhasie*] *Παρρᾶσιοι* incolæ appellati a Pausan. p. 498. et Strabone, lib. viii. p. 336. Oppidum ipsum

Pallene,<sup>a</sup> Agræ,<sup>t</sup> Epium, Cynætha, Lepreon Arcadiæ, Parthenium, Alea,<sup>u</sup> Methydrium,<sup>v</sup> Enispe, Macistum, Lampe,<sup>s</sup> Clitorium, Cleonæ, inter quæ duo oppida, regio Nemea,<sup>w</sup> Bembinadia vocitata. Montes<sup>x</sup> in Arcadia, Pholoë cum<sup>y</sup> oppido: item Cyllene,<sup>z</sup> Lycæus,<sup>a</sup> in quo Lycæi Jovis delubrum: Mænalus,<sup>b</sup> Artemisius,<sup>c</sup> Parthenius,<sup>d</sup> Lampeus,<sup>e</sup>

Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—5 *Lampes* Vet. Dalec.—6 Vet.

## NOTÆ

Πάρθασή Homero II. B. 608. Stephanus quoque: Scholiastæ Apollonii, ad Argon. II. 523. Πάρθασια.

<sup>o</sup> *Thelrusa*] Θέλρυσσα. Vide Notas et Emend. num. 23.

<sup>p</sup> *Melæna*] Stephanus: Μέλαιναι, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Μελαινέως, κ. τ. λ. Ovidio, Papinioque, 'virides Melænæ.' Pausaniæ, p. 497. Μελαιναι, ἀπὸ τοῦ Μελαινέως.

<sup>q</sup> *Heraia*] Ἡραία, Pausaniæ, loc. cit. et Stephanus.

<sup>r</sup> *Pylæ* [*Pyle*] Forte rectius *Pylæ*, ex Stephano: Πύλαι, τόπος Ἀρκαδίας, καὶ Πυλαία.

<sup>s</sup> *Pallene*] Παλλήνη. Vide Notas et Emend. num. 24.

<sup>t</sup> *Agræ*] De Agris Arcadiæ, præter Plinium, nemo: Ἔπιον Herodoto memoratur, lib. IV. n. 148. p. 271. Κόναθα Strab. lib. VIII. p. 388. et Pausan. lib. VIII. p. 485. Λέπρεον Arcadiæ Cic. ad Attic. VI. 2. et Herod. loc. cit. Parthenium videtur a monte cognomine appellatum, de quo mox.

<sup>u</sup> *Alea*] Ἀλέα, Pausaniæ, p. 489. Ab Arcadiæ rege dicta, cui nomen Ἄλεως apud Diodor. Sic. Bibl. lib. IV. p. 239.

<sup>v</sup> *Methydrium*] Μεθύδριον, Pausaniæ, p. 512. Ἐνίσπη Homero II. B. 606. Μάκιστος Stephanus. Ἀάπη a monte ejusdem nominis, de quo postea. Κλεῖτωρ, Ptolem. III. 16. et Pausaniæ p. 487. Κλεωναί Strab. lib. VIII. p. 377.

<sup>w</sup> *Nemea*] Νέμεια eo ipso situ sta-

tuitur a Pausan. lib. VIII. p. 477. et a Strab. loc. cit. Ibi et vicus Bembina, apud eundem Strab. ἡ Βέμβινα κόμη, unde regioni, ut arbitror, Bembinadiæ cognomen. Βελβίναν χωρίον haud procul Megalopoli agnoscit Plutarchus in Agide, p. 806. Hic sacra Græciæ certamina fieri consueverunt, Nemeæa appellata.

<sup>x</sup> *Montes*] Accepta hæc a Mela II. 3. p. 33.

<sup>y</sup> *Pholoë cum*] Stephano, Φολόη, πόλις Ἀρκαδίας. Pausan. lib. VI. p. 385. Φολόη ὄρος.

<sup>z</sup> *Cyllene*] Κυλλήνη ὄρος Pausan. lib. VIII. p. 482. cujus in summo vertice ædes est Mercurii Cyllenii. Κυλλήνη ὄρος pariter Strab. lib. VIII. p. 388. et Scholiastæ Pindari, p. 55. Μελæ, 'Cyllenius.'

<sup>a</sup> *Lycæus*] Ubi Λυκαίων Διὸς ἱερὸν, et Λυκαίτης χώρα, circumjacens ager a Pausania appellatur, p. 504. et 541. Item Straboni loc. cit.

<sup>b</sup> *Mænalus*] Schol. Pindari, p. 89. Μαίναλον ὄρος Ἀρκαδίας, καὶ πόλις. Cives Μαινάλιοι, apud Thucyd. lib. V. p. 391.

<sup>c</sup> *Artemisius*] De quo cap. 9. Ἀρτεμίσιος Apollodoro lib. II. de Diis, p. 111.

<sup>d</sup> *Parthenius*] Παρθένιον ὄρος Diodoro Sic. Bibl. lib. IV. p. 239. Scholiastæ Pindari, p. 56. aliisque. Livius lib. XXXIV. p. 411. 'Parthenio monte superato, præter Tegeam,' &c.

<sup>e</sup> *Lampeus*] Scholiastes Apollonii

Nonacris: f præterque, ignobiles octo.<sup>s</sup> Amnes: Ladon,<sup>a</sup> e paludibus Phenei: l Erymanthus<sup>j</sup> e monte ejusdem nominis, in Alpheum defluentes.<sup>6 k</sup>

Reliquæ civitates in Achaia<sup>l</sup> dicendæ; Aliphiræi,<sup>7 m</sup> Abeatæ,<sup>n</sup> Pyrgenses,<sup>o</sup> Paroreatæ,<sup>p</sup> Paragenitæ, Tortuni, Typanei,<sup>q</sup> Thriasii,<sup>r</sup> Tritiensens.<sup>s</sup> Universæ Achaïæ liber-

-----

Dalec. ejusdem cod. et Chiffi. *defluens*.—7 *Alithræi* Chiffi. Mox, pro *Paro*

#### NOTÆ

ad Argon. i. 127. *Ἀδμυρία, ὅρος Ἀρκαδίας, ἀφ' οὗ καὶ ποταμὸς βεῖ Ἐρύμανθος*. Partem esse Erymanthi montis auctor est Pausan. lib. viii. p. 491.

[Nonacris] Nonacrin Arcadiæ urbem, haud procul Pheneo, ad Stygis aquam, *Νώνακριν* appellat Herod. lib. vi. n. 74. p. 358. a monte, ut apparet, cognomine. Stephanus quoque, et Hesych. *Περτέλεια*, eidem Hesychio: unde Ladon amnis fuit.—Ejusdem oppidi nummus est singularis argenteus magni moduli: apud D. Abbatem de Fontenay. Ex parte una Dianæ caput cum pharetra exhibet: argumentum venationis ibi celebratissimæ. Ex altera intra coronam lauream aquila est: supra *ΔΗ. δῆμος, populus*: ante os aquilæ, *ΝΩΝ. Νωνακριτῶν, Nonacritarum*. Infra *ἈΝΑΞΑΓΟΡΟΤ, Anaxagoræ* Archontis. At mons est Plinio *Nonacris*, unde forsitan et oppidulo adjacenti nomen.' *Ed. sec.*

[Octo] E quibus *Στρυμφίλος* Hesychio: *Καῦκων*, Scholiastæ Callimachi, p. 3. *Ἀκακῆσιον* eidem, p. 19. *Κάρνειος* vel *Κερώνειος λόφος*, eidem, p. 17. aliique.

[Ladon] *Ἀδων* Pausan. lib. viii. pag. 494. et Dionysio, vs. 417. Huic amni celeritatem poetæ, tarditatemque promiscue, ut metri ratio, non ut res ipsa postulat, attribuunt. Ovid. Fast. v. 89. Arcades huc, Ladonque rapax.' Idem Met. i. 702. 'Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem

Venerit.'

[Phenei] Oppidi superius memorati. Vide Notas et Emend. num. 25.

[Erymanthus] Ita Pausan. lib. v. p. 298. *Ἐκ δὲ Ἐρυμάνθου τοῦ ὄρους δμῶνυμος τῷ ὄρει ποταμός*. Stephanus quoque, pag. 273. Quin et Hesychius urbem ait fuisse amni montique cognominem.

[Defluentes] Vide Notas et Emend. num. 26.

[In Achaia] Non in Arcadia solum, de qua dictum est proxime: sed in Achaia, seu Peloponneso tota.

[Aliphiræi] Stephano, *Ἀλιφείρα, πόλις Ἀρκαδίας*. Pausan. lib. viii. p. 497. *Ἀλιφύρα*. Livius lib. xxviii. p. 322. et Cic. ad Attic. vi. 2. Alipheram vocant.

[Abeatæ] Ab oppido, *Ἀβέα*, in Messenia apud Ptolem. iii. 16.

[Pyrgenses] Quorum oppidum *Πύργος*, in Arcadia, apud Herod. lib. iv. n. 148.

[Paroreatæ] *Παρορεάται*. Vide Notas et Emend. num. 27. De Paragenitis et Tortunis, nihil compertum adhuc.

[Typanei] Ab oppido Elidis, de quo Stephanus: *Τυπανέαι, πόλις Τριφυλίας*. Ptolem. iii. 16. in mediterraneis Elidis urbibus habet *Τυπάλαν* et *Τυμπάνειαν*, unam, ut sæpe solet, in duas civitates distrahens.

[Thriasii] Libentibus *Θῆρυσii* sane

tatem Domitius Nero dedit.<sup>1</sup> Peloponnesus in latitudine<sup>9</sup> a promontorio Maleæ, ad oppidum Ægium<sup>v</sup> Corinthiaci sinus CXC. M. pass. patet. At in transversum ab Elide Epidaurum,<sup>w</sup> CXXV. M. ab Olympia<sup>x</sup> Argos per Arcadiam LXIX. mill.<sup>10</sup> Ab eodem loco ad Phliunta dicta mensura<sup>z</sup> est. Universa autem, velut pensante<sup>a</sup> æquorum incursus natura, in montes VI. atque LXX. attollitur.<sup>11</sup>

XI. (VII.) Ab Isthmi<sup>b</sup> angustiis Hellas<sup>c</sup> incipit, nostris<sup>1</sup>

\*\*\*\*\*

reatæ, Gronov. et edd. vett. *Parreatæ*. Paulo post, *Typhanæi* Chiffi.—8 Ita bene cod. Reg. 1.<sup>1</sup> *Brotier*. *Trittenses* edd. ante Brotier.—9 Margo edd. Dalec. et Gronov. in *latitudinem*. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *oppidum Ægium*; Chiffi. et cod. Dalec. o. *Rhegium*; Gronov. et edd. vett. o. *Lechæum*. Deinde, pro CXC. Gronov. et edd. vett. CLX.—10 Ita cod. Reg. 1. et Editio princeps, LXVIII. Harduin. 1. 2. 3. Müller. Bipont. et Franz, CLXIII. edd. vett. et Gronov.—11 Margo edd. Dalec. et Gronov. *attollitur*, quod recepit Brotier. *extollitur* in ceteris edd.

CAP. XI. 1 Vet. Dalec. a nostris.—2 *Pagæi* CLII. *passibus et amplius* in

#### NOTÆ

agnoverim: eosque, nisi me conjectura fallit, Plinius intelligit, quos Stephanus Ὠριουσίους vocat, ab oppido Elidis et Achaïæ, juxta Patras: Ὠριούζ, πόλις πάλαι τῆς Ἀχαιῶν, νῦν δὲ τῆς Ἠλείας. . . τὸ ἐθνικόν, Ὠριουσίους.

<sup>1</sup> *Tritienses* [*Trittenses*] Vel *Tritienses*, ab oppido Arcadiæ Tritia, cujus Cicero cum Aliphera meminit, ad Attic. VI. 2. quæ et Τρίτεια, Achaïæ civitas, Arcadiæ contributa, ut Pausanias ait, lib. VI. p. 366. unde et Τριταεῖς lidem, seu Tritæenses appellati.

<sup>2</sup> *Nero dedit*] Ita Plutarchus, in T. Flaminio, p. 376. Philostr. lib. V. sub finem. Dio, lib. LXIII. p. 720. Suetonius, in Nerone, cap. 24.—<sup>3</sup> Res ea consignata in nummo perraro est, quem Seguinus descripsit, p. 200. secundæ editionis. Caput Neronis pars anterior exhibet: in parte aversa stat Dea, cum hac epigraphe: PAVLLIN. in hanc nempe sententiam: ‘Perpetuam Achaïæ Universæ Libertatem Lubens Indulsit Nero.’ Ed. sec.

<sup>9</sup> *In latitudine*] Sive latitudinem, sive longitudinem dixeris, perinde est: est enim utraque propemodum æqualis, ut ait Strab. lib. VIII. p. 335.

<sup>v</sup> *Ad oppidum Ægium*] Ἀχίων Homero II. B. 574. Vide Notas et Emend. num. 28.

<sup>w</sup> *Epidaurum*] Illud Æsculapii delubro celebre oppidum, de quocap. 9.

<sup>x</sup> *Ab Olympia*] Pisa Olympia, de qua nos egimus ad cap. 6.

<sup>y</sup> *LXIX. [LXVIII.] mill.*] Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. non, ut editi, LXIII.

<sup>z</sup> *Dicta mensura*] Cap. 6.

<sup>a</sup> *Velut pensante*] Terrarum quam fecit jacturam, lacerata ora tot sinibus, ingressuque æquorum, multitudine montium compensante natura.

<sup>b</sup> *Ab Isthmi*] Hæc totidem verbis Solinus, cap. 7. p. 23. et Martiannus, lib. VI. cap. de tertio Europæ sinu, p. 210.

<sup>c</sup> *Hellas*] Igitur Peloponnesus extra Helladis fines: alii etiam eo no-



Græcia appellata. In ea prima Attica, antiquitus Acte vocata.<sup>d</sup> Attingit Isthmum parte sui, quæ appellatur Megaris,<sup>e</sup> a colonia Megara,<sup>f</sup> e regione Pagarum.<sup>g</sup> Duo hæc oppida excurrente Peloponneso sita sunt, utraque ex parte velut in humeris Helladis. Pagæi, et amplius <sup>2</sup> Ægosthenienses<sup>h</sup> contributi Megarensibus. In ora autem,<sup>i</sup> portus Schoenus. Oppida: Sidus,<sup>j</sup> Cremmyon,<sup>k</sup> Scironia saxa<sup>l</sup> vi. mill. longitudine, Geranea,<sup>m</sup> Megara,<sup>n</sup> Eleusin.<sup>o</sup> Fuere

eodem codice.—3 Cremmyon Gronov. et al. vett. Mox, pro VI. mill. quod exhibent Chiffi. alique codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller.

## NOTÆ

mine Peloponnesum complexi. Helladis nomen vagum certas sedes et fixas nullas habuit: modo angustis limitibus coarctatum, modo dilatatum longius.

<sup>d</sup> *Acte vocata*] Ἀκτὴ et Ἀκτιχῆ, teste Eustathio in Dionys. vs. 413. p. 60. Id ei nomen hæsit, inquit Harpocratio, quod maxima pars Atticæ littoralis sit: est enim Ἀκτὴ, *littus*, et maritima regio. Harpocr. verbo, Ἀκτὴ. Vide et A. Gell. xiv. 6. p. 777. Stephanus ab Ἀκταῖ quodam eam appellationem derivatam nugatur. Hodie le Duché de Setines.

<sup>e</sup> *Megaris*] Μεγαρίς τῆς Ἀττικῆς μέγας, Strab. lib. ix. p. 392.

<sup>f</sup> *Colonia Megara*] Nunc etiam retinet nomen *Megara*.—<sup>g</sup> Nummus cum clypeo et amphora apud Goltzium, Tab. xvii. 3. qua parte amphora sive cantharus est. Hinc H12, inde MEN sic interpretamur: Ἡρακλῆς 12-χρὶ Μεγαρεῖς Νικηταί. Herculeo robore Megarenses sunt victores: vel Μεγαρεῖς Ἐνίκησαν. Ed. sec.

<sup>h</sup> *Pagarum*] Quas in intimo recessu sinus Corinthiaci prope Isthmum positas vidimus, cap. 4. Παγὰ Μεγαρικὰ Straboni in Epitome lib. vii.

<sup>i</sup> *Ægosthenienses*] Stephanus: Αἰγούσθυνα, πόλις Μεγαρίδος τὸ ἐθνικὸν, Αἰγούσθενες, κ. τ. λ. Pagæi, inquit Pli-

nus, et præterea Ægosthenienses additi Megarensibus, Megaridem regionem constituunt. Ita Pausan. lib. i. p. 82.

<sup>j</sup> *In ora autem*] Saronici sinus litore, prope Isthmum, Corinthum, et Cenchreas. Σχοινὸς λιμὴν Strab. lib. viii. p. 369.

<sup>k</sup> *Sidus*] Σίδους, Megarensium navale. Vide Notas et Emendat. num. 29.

<sup>l</sup> *Cremmyon*] Τεῖχος Κρεμμύων, oppidulum, Scylaci p. 20.

<sup>m</sup> *Scironia saxa*] Mela ii. 3. 'Scironia saxa, sævo quondam Scironis hospitio etiamnunc infamia.' Quod hanc regionem montanam latrocinii infestam prædo habuerit, cui Σκίρων nomen fuit, teste Strab. lib. ix. p. 391. et Ovid. Met. vii. 445. aliisque: inde Σκίρωνες πέτραι, Zephyrique inde spirantes, Σκίρωνες appellati sunt. Hodie Caki scala, locus adhuc infestus prædonibus. Vide Notas et Emendat. num. 30.

<sup>n</sup> *Geranea*] Γεράνεια Thucyd. lib. i. p. 70. Inter Corinthum et Megara, μεταξὺ Μεγάρων καὶ Κορίνθου, inquit Stephanus.

<sup>o</sup> *Megara*] Paulo ante obiter memorata: nunc suo loco iterum redita.

<sup>p</sup> *Eleusin*] Ἐλεῦσιν πόλις, Straboni

et CEnoa,<sup>p</sup> Probalinthos : nunc sunt<sup>4</sup> ab Isthmo LV.<sup>3</sup> millia pass. Piræeus,<sup>r</sup> et Phalera<sup>s</sup> portus, quinque millia<sup>t</sup> pass. muro recedentibus Athenis juncti. Libera hæc civitas,<sup>u</sup> nec indiga ullius præconii amplius: tanta claritas superfluit. In Attica fontes, Cephissia,<sup>v</sup> Larine, Callirhoë Enneacrunos.<sup>w</sup> Montes : Brilessus,<sup>x</sup> Ægialeus, Icarius, Hymettus,

Bipont. et Franz. III. mill. habent edd. vett. et Gronov.—4 Vet. Dalec. et Probalinthos, quæ nunc non sunt. Mox, ab Isthmo IV. millia pass. Chiff. ab I. quinginta duo M. pass. Gronov. et ceteræ vett. Mox, duorum mill. muro Vet. Dalec.—5 Enneacros Chiff. Paulo post, pro locus Ilisos, quam lectionem firmant codd. Tolet. Salmant. Chiff. alii ap. Harduin. et Pintian. lacus Selinos habent codd. Dalec. et Vet. ejusdem, cum Venett. Parm. et Rom. amnis Ilisos Herm. Barb. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd.

## NOTE

lib. ix. p. 395. ubi Cereris Eleusiniæ fanum. Rudera oppidi supersunt, quibus hodieque nomen est Elefsin.

<sup>p</sup> CEnoa] Fuit Atticæ pars Tetrapolis appellata, a quatuor urbibus, quarum hæc nomina: Οἰνών, Προβάλινθος, Τρικόνυθος, Μαράθων. Auctor Strab. lib. viii. p. 383. Fuit CEnoë præsertim bello Peloponnesiaco clara. Vide Thucyd. lib. viii. p. 624. et lib. ii. p. 112.

<sup>q</sup> Ab Isthmo LV.] Ita Mss. A Schoenunte tamen, unde Isthmus inchoat, distat Piræeus Straboni, stadiis circiter ccccl. lib. ix. pag. 391. hoc est, pass. fere xlv. mill.

<sup>r</sup> Piræeus] Πειραιεύς Straboni, loc. cit. Statius: 'Munychia, et trepidis stabilem Piræea nautis.' Hodie Porto Draco incolis: nautis Porto Leone: appellatione sumta ab eximia leonis effigie, quæ in ipso portus aditu spectatur.

<sup>s</sup> Phalera] Stephano, et Harpocr. φαληρόν. Herod. φαληρός, lib. v. pag. 315. Hinc Demetrio Phalereo cognomen. Hodie Tripirghi, quasi a turri tergemina.

<sup>t</sup> Quinque millia] Hic iis hodie muris est nomen, Μακρά τίχι, μακρά

τελχη. Vide Notas et Emendationes num. 81.

<sup>u</sup> Libera hæc civitas] Concessum a Romanis ut suis legibus uterentur, ac libertatis jus datum, etiam Strabo prodidit, lib. ix. p. 398. ἐφύλαξαν τὴν αὐτονομίαν αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐλευθερίαν. Hodie Atina, sive Ἀθῆνα incolis: nautis Satines, ex geminis vocibus εἰς Ἀθήνας, una conflata.

<sup>v</sup> Cephissia] Κηφισία Laërtio, in Platone: subintellige, κρήνη. A. Gell. xviii. 10. 'In Herodis C. V. villam, quæ est in agro Attico, loco qui appellatur Cephissia, aquis, et lucis, et nemoribus frequentem, æstu anni medio concesseram.' De Larine nihil compertum.

<sup>w</sup> Callirhoë Enneacrunos] Καλλιρρόη ἐννεακρουνός, ab amœnitate aquæ nomine altero ei fonti indito, altero a fistulis sive siphonibus novem aquam fundentibus. Vide Notas et Emendationes num. 32.

<sup>x</sup> Brilessus] Ex his ii Straboni memorantur, lib. ix. p. 399. Βριλησσός, Τμηττός, unde mel Hymettium, et Λυκαβηττός. Hymetto nomen hodie Lamprobouni, quasi Λαμπρός Βουνός. Sunt et qui corrupte vocent, Monte-

Lycabettus: locus Ilissos.<sup>y</sup> A Piræeo XLV. mill. pass.<sup>6</sup> Sunium<sup>z</sup> promontorium, Thoricos<sup>a</sup> promontorium. Potamos,<sup>b</sup> Steria, Brauron,<sup>c</sup> quondam oppida. Rhamnus<sup>d</sup> pagus, locus<sup>7</sup> Marathon,<sup>e</sup> campus Thriasius,<sup>f</sup> oppidum Melita,<sup>g</sup> et Oropus,<sup>h</sup> in confinio Bœotiæ.

Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—6 Ita codd. Hardnini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XLII. edd. vett. et Gronov. Mox, *Doriscos promontorium* Regg. Hard. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffi. *Doriscum promontorium* Ed. pr. Venett. Rom. Brix. Parm. Tarvis. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *Thoricos* p. emend. Harduin. eumque secuti recentt. Deinde, pro *Potamos*, *Steria*, *Brauron*, quod ex Strab. restituit Dalec. et receperunt Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Potamos Sterebrauron* exhibent codd. Hardnini, *Potamos*, *Brauron* Ed. pr. Venett. Rom. Parm. Brix. Tarvis. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—7 In cod. Dalec. et Vet. ejusdem locus deletur.—8 *Miletum* Vet. Dalec.

## NOTE

*Matto*, pro *Monte Hymetto*. Lycabettum a luporum multitudine appellatum putat Hesych. De *Ægialeo* et *Icario*, vide Notas et Emend. num. 33.

<sup>y</sup> *Locus Ilissos*] *Ἰλισσὸν* oppidum dirutum ait, rudera tantum et vestigia superesse. Vide Notas et Emend. num. 34.

<sup>z</sup> *Sunium*] *Σούριον ἕκρον* Ptolem. III. 15. Scymno, pag. 23. aliisque. Nunc *le Cap des Colonnes*: Græcis, *Cavo Colonnaia*.

<sup>a</sup> *Thoricos*] *Θόρικος*. Vide Notas et Emend. num. 35.

<sup>b</sup> *Potamos*] *Ποταμὸς δῆμος*, Strab. lib. ix. p. 399. Diogenis Laërtii patria. Hodie *Porto de Rafty*: inter Sunium et Euripum. Sequitur apud Strabonem, *Στερία*, cuius et Stephanus meminit: eam hoc loco restitui, cum in Mss. legatur, *Stereabrauron*. In libris hactenus vulgatis desideratur.

<sup>c</sup> *Brauron*] *Βραύρων*, ubi Dianæ Brauronis sacellum. Strabo lib. ix. pag. 399. Mela II. 33. 'Thoricos et Brauronia, olim urbes, nunc tantum

nomina.' Hodie *Urana*. Ibi sepulcrum Iphigeniæ, inquit Nonnus Dionys. lib. XIII. p. 362.

<sup>d</sup> *Rhamnus*] *Ραμνοῦς* Straboni, loc. cit. ad Euripi oram. De eo rursum XXXVI. 4. Hodie *Tauro-castro*, vel *Ebreo-castro*.

<sup>e</sup> *Marathon*] *Μαραθὼν* Persica maxime clade pernotus, inquit Mela II. 3. pag. 33. Contigit ea, dace Miltiade, anno tertio Olymp. LXXII.

<sup>f</sup> *Thriasius*] *Θυριάσιον πεδῖον* Stephano, et Strab. lib. ix. p. 395.

<sup>g</sup> *Melita*] Sic Mss. omnes, editionesque castigatissimæ. *Μελίτη Ἀττικῆς*, unde Gelades oriundus, Phidias Magister, apud Jo. Tzetzen, Chilliad. VIII. Hist. 192. vs. 326. Frustra Miletum hoc loco Sponius obtrudit, hoc est, Athenarum urbis regionem, pro Atticæ oppido. Signat hunc Atticæ locum et vetus inscriptio ab eodem Sponio relata, p. 107. *ΛΕΩΝΙΔΗΣ ΑΕΩΝΙΑΟΤ ΜΕΛΑΙΤΕΥΣ*.

<sup>h</sup> *Oropus*] *Ὀρωπὸς* Bœotiæ a Stephano adjudicatur. Hodie *Ropo*. Distat a mari, duobus pass. mill. De eo Livius, lib. XLV. p. 580.

XII. Cujus Anthedon,<sup>a</sup> Onchestos,<sup>b</sup> Thespiæ<sup>c</sup> liberum oppidum, Lebadea:<sup>d</sup> nec cedentes Athenis claritate, quæ cognominantur Bœotiae Thebæ, duorum<sup>e</sup> numinum Liberi atque Herculis (ut volunt) patria. Et Musis natale in nemore Heliconis assignant. Datur et his Thebis saltus Cithæron,<sup>f</sup> amnis Ismenus.<sup>g</sup> Præterea fontes<sup>h</sup> in Bœotia, Œdipodia, Psamathe,<sup>i</sup> Dirce, Epicrane, Arethusa, Hippo-

~~~~~

CAP. XII. 1 *Psammathe* Gronov. et al. vett. *Psammate* Lugd. Erasmi. Mox,

NOTÆ

^a *Anthedon*] Ἀνθηδών πόλις Βοιωτίας, Stephano: in Bœotico littore, contra Eubœam, Strab. lib. ix. p. 404.

^b *Onchestos*] Ὀγχηστός Homero in Il. B. 506. Ὀγχηστὸς Strab. lib. ix. p. 410. Nunc *Diminia*, Δμινία, quod ibi sementes bimestri spatio vix tellus ferat; nam, ob exundantes aquas vicini lacus, ante Aprilis exitum fieri satio non potest.

^c *Thespiæ*] Θεσπία Strab. lib. ix. p. 409. sub Helicone monte: ubi rudera oppidi superesse modo jam tam ævo suo ipse prodidit: testantur etiam inscriptiones ibi repertæ nuper, a vice *Neochori* pass. mille. Homero Il. B. 498. Θέσπεια.

^d *Lebadea*] Λεβαδία Straboni, pag. 414. Λεβάδεια Pausan. lib. ix. p. 601. Λεμβάδεια Harpocrationi, p. 185. In inscriptione nuper reperta, ΛΕΒΑΔΕΙΕΩΝ. Hodie *Livadia*. Hic Jovis Trophonii fanum, de quo Liv. lib. xlv. p. 580.

^e *Thebæ, duorum*] Exscripsit hæc Solinus, cap. 7. p. 23. Θῆβαι Βοιωτία. Incolis *Tiva*, non, ut vulgo efferunt, *Stiva*, vel *Stivæ*: dictione ab his vocibus confata els Θήβας.—'In nummis antiquis est ΘΕ. Θήβα Ἑπταπόλις, *Thebe septempartis*, et ΘΕΒΗ Θήβα Ἑπταπόλις, Βοιωτῶν ἥβα, *Thebe septempartis, Bœotorum flos et decus et robur est*. Et in alio pariter e Gaza regia

KABI. Καμειών Ἄστυ, Βοιωτῶν Ἰσχύς. Civitas *Cadmeorum*, robur *Bæotorum*. Cadmei, Thebani: quoniam Thebæ sunt a Cadmo conditæ. Et HIKE, Ἡρακλεῖς Ἰσχύι Καμειῶν Ἐπιφανέις, *Herculeo robore Cadmei percelebres*. Ed. sec.

^f *Cithæron*] Κίθαρων Straboni, pag. 409. juxta Thebas.

^g *Ismenus*] Ἰσμηνὸς, ποταμὸς Βοιωτίας, Stephano. Ἰσμενὸς Dicæarcho, p. 167. Ἰσμήνιος. Pausan. lib. ix. p. 556.

^h *Præterea fontes*] Œdipodiam, Psamathem, Arethusam, Dircen, Hippocrenen, et Aganippen, Solinus appellat, cap. 7. p. 23. Scholiastes Nicandri in Theriac. p. 40. Ψαμδὴν, κρήνη ἐν Βοιωτίᾳ. Pausaniæ hi memorantur lib. ix. Οἰδιποδία κρήνη, p. 569. sic nuncupato fonte, quod in eo paternæ cædis cruorem Œdipus abluerit. Δίρκη, p. 758. a Lyci uxore. Schol. Pindari, p. 104. Δίρκη, πηγή ἐν Θήβαις. Ἀγανίπη, in Helicone monte, p. 584. Γαργαφία κρήνη, p. 548. De Gargaphie, Herod. lib. ix. n. 19. et Ovid. Met. iii. 155. Ἐπικρήνη, Dorice Ἐπικρῖνα, a Capella memoratur lib. vi. cap. de tertio sinu Europæ, p. 210. In Plinianis libris hactenus editis, perperam *Epi-granea*.

crene, Aganippe, Gargaphie. Montes extra prædictos,ⁱ Mycalessus,^j Hadylius,^k Acontius.²¹ Reliqua oppida, inter Megaram et Thebas: Eleutheræ,^m Haliartus, Plataeæ, Pheræ, Aspledon, Hyle,³ Thisbe, Erythræ, Glissas, Copæ: juxta Cephissum amnem Larymna, et Anchoa:ⁿ Medeon,^o Phlygone, Acræphia,^{4p} Coronea,^q Chæronea. In ora autem infra Thebas,^r Ocalee,^s Heleon,^t Scolus, Schoenos, Pe-

//////////

Epigranea edd. vett. et Gronov.—2 *Adylus* edd. vett. et Gronov.—3 *Hile* edd. vett. et Gronov. Paulo post, juxta C. a. *Lamia* et *Anichia* in iisdem.—4 *Grepis* Gronov. et edd. vett.—5 *Ocale*, *Elæon* in iisdem edd. et mox, *Scaenos*,

NOTÆ

ⁱ *Extra prædictos*] Præter Heliconem et Cithæronem.

^j *Mycalessus*] Μυκαλησσός, ab urbe cognominis, de qua mox.

^k *Hadylius*] Ἀδύλιος Dorica lingua, pro Ἠδύλιος. Vide Notas et Emend. num. 36.

^l *Acontius*] Ἀκόντιον ὄρος Strab. lib. ix. p. 416. et Plutarcho in Sylla, p. 464.

^m *Eleutheræ*] Ἐλευθεραὶ Stephano. Ἀλιάρτος Pausan. lib. ix. p. 590. Πλάταια Homero Iliad. B. 504. ubi Didymus Schol. τὰς Πλαταίας vocat: incolas Πλαταιεῖς Pausanias, initio lib. ix. Φαραὶ Straboni, in Tanagrica Bæotiae regione, prope Mycalessum lib. ix. p. 405. Ἀσπληδὼν Stephano, et Straboni, p. 414. Ἴλη Homero Il. B. 500. et Straboni, p. 407. Θίσβη, Stephano, et Homero Il. B. 502. Ἐρυθραὶ Homero Il. B. 499. et Strab. p. 409. Γλίσσας Homero Il. B. 504. ubi Eustathius, p. 269. Γλίσσας, Γλίσσαντος. Κῶπαι Stephano, et Dicæarcho, p. 166. Hodie *Topoglia*, juxta Copaidem lacum, quem alii Cephissidem vocant, cum Strabone, pag. 406. quod Cephissus amnis hunc impleat: cui lacui nomen hodie est, non *Lago Stivo*, ut quibusdam creditum, sed *Linni tis Livadias*, Δίμνη τῆς Λιβαδίας, et *Lago di Topoglia*.

ⁿ *Larymna, et Anchoa*] Λάρυμνα et Ἀγχόν, juxta Cephissum amnem, Straboni, lib. ix. p. 406. Vide Notas et Emend. num. 37.

^o *Medeon*] Μεδεὼν Stephano, et Homero Iliad. B. 501. Φλυγόνιον in Phocide, Stephano, et Pausaniæ, lib. x. p. 613.

^p *Acræphia*] Ἀκραίφια. Vide Notas et Emend. num. 38.

^q *Coronea*] Κορώνεια et Χαϊρώνεια, in oppidis Bæotiae mediterraneis, apud Ptolem. iii. 15. Hæc Plutarchi natalibus clara.

^r *Infra Thebas*] An infra Bæotias Thebas? an vero etiam illud *infra Thebas* nomen oppidi est in ora positi, quod Ἰπποθῆβας Homerus vocat, Iliad. B. 505. Οἱ τε Πλάταιαν ἔχον, ἢ οἱ Γλίσσαν ἐνέμοντο, Οἱ θ' Ἰπποθῆβας ἔχον ἐνκτίμενον πολλίεθρον.

^s *Ocalee*] Ὠκαλέη Homero Iliad. B. 501. ubi Didymus postea vocatam ait Ὠκάλειαν. Ἐλεὼν pagus Tanagricus, Straboni lib. ix. p. 404. cui a paludibus nomen est. Homerus Il. B. 597. Σχοῖνόν τε, Σκῶλόν τε laudat: Σχοῖνος Thebis distat stadiis L. ut auctor Strab. lib. ix. p. 408. Σκῶλος sub Cithærone est: Πετρῶν agri Thebani pagus, prope viam quæ ducit Authedona, eis τὴν Ἀνθηδόνα. Strab.

teon, Hyrie, Mycalessus, Hilesion,[†] Pteleon, Olyros,^u Tanagra^v liber populus : et in ipsis faucibus Euripi, quem facit objectu insulæ Eubœæ,⁶ Aulis^w capaci nobilis portu. Bœotos Hyantas^x antiquitus dixere.

Locri deinde Epicnemidii cognominantur, olim Leleges^y appellati, per quos amnis Cephissus^z defertur in mare. Oppida : Opus,^a unde et sinus Opuntius,⁷ Cynos. Phocidis in littore unum Daphnus.^b Introrsus in Locris, Elatea,^c et in rip Cephissi (ut diximus)^d Lilæa, Delphosque versus : Cnemis,^e et Hyampolis. Rursus Locrorum ora, in

P. Hyria, M. Hyrescon. Deinde, pro *Olyros*, Chiffi. *Ollarum*.—6 Codd. *Dalec. objecta insula Eubœa*.—7 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Opus, unde Opuntius sinus* edd. vett. et Gronov.

NOTE

p. 410. *Ἦρις*, Homero Il. B. 496. et Suidæ : Stephano, *Ἦρία, πρὸς τὸν Ἐβρικόν*. Eædem *Hyria*, *Ἦρία* appellatæ a Pausan. lib. ix. p. 545. et Strab. p. 404. ubi et *Μυκαλήσος* pagus Tanagricus dicitur, in via qua Thebis Chalcidem Eubœæ itur.

[†] *Hilesion*] *Εἰλέσιον*. Vide Notas et Emend. num. 39.

^u *Pteleon, Olyros*] In Mss. *Pteleon, ollarum*.

^v *Tanagra*] Ab Aulide stadiis xxx. dissitum *Ταναγραίων πολίχνην*, Strab. lib. ix. p. 403.

^w *Aulis*] *Ἀλλίς*, portus inclytus statione quondam mille navium Agamemnoniæ classis, inquit Liv. lib. xlv. p. 580. et Mela II. 3. Ne rudera quidem hodie Aulidis supersunt. Solinus, cap. 7. p. 23. 'Eubœa insula laterum objectu efficit Aulidis portum.'

^x *Hyantas*] *Ἥαντας* Strab. lib. ix. p. 401. iidem et Leleges olim appellati, ex eodem Strabone, Scymno, p. 24. et Solino, cap. 7. p. 23. De Hyantibus multa Pindari Schol. p. 56. et 155.

^y *Olim Leleges*] Testis Hesiodi versus, quem Strabo recitat, lib. vii. p. 322. 'Ἦτοι γὰρ Λοκρὸς Δελέγων ἡγήσατο λαὸν. Pars hi fuere Bœotix : Solinus, loc. cit. 'Bœoti iidem sunt qui Leleges fuerunt, per quos defluens Cephissos amnis in maria conditur.' *Ἐπικνημιδιοι* porro a Cnemide monte oppidoque ejus oræ cognominantur : Strab. lib. ix. p. 425.

^z *Cephissus*] De quo dictum est, cap. 4.

^a *Opus*] *Ὀποῦς, Ὀποῦντος* Straboni, p. 425. ubi et *Ὀποντίος κόλπος*, et *Κύνος* Opuntiorum navale. *Κύνος* Homero Il. B. 536. Cynum Locridis, emporium Opuntiorum, vocat Liv. lib. xxviii. p. 321.

^b *Daphnus*] *Δαφνοῦς* Straboni p. 416. et 424.

^c *Elatea*] *Ἐλάτεια* Stephano, et Appiano in Syriac. p. 98. Straboni p. 407. et Ptolem. III. 15.

^d *Ut diximus*] Cap. 4.

^e *Cnemis*] *Κνημιδες χωρίον ἐρυμνόν*, munitum oppidum, apud Strabon. p. 226. *Ἰάμπολις*, Homero Il. B. 521. et Pausan. lib. x. p. 609. Straboni, p.

qua Larymna,^f Thronium,^g juxta quod Boagrius amnis deferitur in mare. Oppida : Narycion,^h Alope, Scarphia. Postea Maliacus sinus ab incolisⁱ dictus : in quo oppida, Halcyone, Econia,^j Phalara.^k

XIII. Doris deinde, in qua Sperchios,^l Erineon,^m Boion, Pindus, Cytinum. Doridis a tergo mons est Ceta.ⁿ

XIV. Sequitur^a mutatis sæpe nominibus Æmonia : eadem Pelasgicum Argos, Hellas, eadem Thessalia, et Dryopis, semper a regibus cognominata. Ibi genitus rex no-

NOTE

416. Livio quoque, lib. xxxii. p. 388. Utraque versus Opuntem, et Eubœam posita, procul et Delphis. Quamobrem hæc verba, *versusque Delphos*, ad Lilæam, mutata interpunctione, retulimus.

^f *Larymna*] Hæc Locridis Larymna, inferior appellata, ad ostia Cephiis amnis. Strabo, p. 405. *Λάρυμνα*.

^g *Thronium*] Id acceptum ex Homero, Iliad. B. 533. *Θρόνιον τε, Βοαγρίον ἀμφὶ βέεθρα*.

^h *Narycion*] *Νάρυξ* et *Ναρίκιον* Stephano. *Ἀλόπη* deinde Straboni, p. 426. et Diodoro Sic. Bibl. lib. xii. p. 101. *Ἀλόπη* Thucyd. lib. ii. p. 117. Denique *Σκάρφεια Λοκρίδος*, prope Thermopylas, Stephano, et Appiano in Syriac. p. 98.

ⁱ *Ab incolis*] Ab incolis, inquit, sinus hic nomen traxit. Ii Straboni *Μαλιεῖς* appellantur lib. ix. p. 416.

^j *Halcyone, Econia*] Halcyonensium unicum, quod quidem sciam, monumentum extat in nummo Severi Imp. ex ære minore, qui in Parisiensi nostro Cimelio asservatur, ejus epigraphæ *ΑΛΚΥΟΝΙΩΝ*. De Econia nihil compertum. At qui pro utraque voce *Alalcomenen, Itoniamque* substituant, confidenter nimium libris derogant fidem, ut indulgeant conjecturæ.

^k *Phalara*] *Φάλαρα* a Stephano, *πόλις*

Θερραλλας dicitur, ejus in confinio posita. In sinu Maliaco a Livio collocatur, lib. xxxvi. prope Lamiam, Phthioticæ Thessaliæ oppidum, de quo mox. *Φαλαριῆς* Lycophr. vs. 1147.

^l *Sperchios*] Ab amne cognomine, de quo statim dicemus. *Σπέρχεια* Ptolem. iii. 13. inter Echinum, et Sperchii amnis ostia, in Phthiotide.

^m *Erineon*] Dorienses, inquit Strab. lib. ix. p. 427. regionem incolnere, a quatuor arribus Tetrapolim appellatam. Urbium hæc nomina, *Ἐρίνεον, Βόιον, Πίνδος, Κυρίνιον*.

ⁿ *Ceta*] Mela ii. 3. 'Novissime calcatum Graio Herculi solum, Cæteus saltus.' A Thermopylis et ortu Solis, ad occasum Ambraciumque sinum porrigitur.

^a *Sequitur*] Transcripsit hæc Solinus, cap. 8. p. 24. et Martian. lib. vi. cap. de Thessalia, p. 210. *Αἰμονίαν* ab Æmone rege Thessaliam appellatam esse, Strabo docet, lib. ix. p. 443. et Dionys. Halic. lib. i. p. 49. et Hesych. et Stephanus : *Πελασγίαν* idem Stephanus, et Eustath. in Dionys. vs. 427. p. 61. Hellas, teste Pausan. lib. iii. p. 201. ab Hellene rege dicta est : a Thessalo, Thessalia, ex eodem Strabone, et ex Velleio, lib. i. p. 3. *Δρυοῖς* Herod. lib. i. n. 56. p. 21. De Dryope, vide Strab. lib. viii. p. 373.

mine Græcus, a quo Græcia :^b ibi Hellen,^c a quo Hellenes. Hos eosdem Homerus^d tribus nominibus appellavit, Myrmidonas, et Hellenas, et Achæos.

Ex his Phthiotæ^e nominantur Dorida accolentes. Eorum oppida, Echinus^f in faucibus Sperchii^g fluminis, Thermopylarum^h angustiae : quo argumentoⁱ ¹ IV. millia pass. inde Heraclea, Trachin dicta est. Mons ibi Callidromus : oppida celebria,^j Hellas, Halos,^k Lamia, Phthia, Arne.

CAP. XIV. 1 Pro quo argumento margo edd. Dalec. et Gronov. aquarum argumento.—2 Palmerius legendum putat: oppida celebria Hallos, Halos.

NOTE

^b A quo Græcia] Stephanus: Γραικός, ὁ Ἑλλην, ὁ Θεσσαλὸς υἱός, ἀφ' οὗ Γραικοὶ οἱ Ἕλληνες. Vide Notas et Emendat. num. 40.

^c Hellen] De Hellene, Thessaliæ rege Pausan. lib. vii. p. 396. Denalcionis filium facit Thucyd. lib. i. p. 3. et Strab. lib. ix. p. 432. Euseb. quoque in Chron. p. 96. Ἑλλήν υἱὸς Δευκαλίωνος, ἀφ' οὗ Ἕλληνες οἱ Γραικοὶ μετεκλήθησαν.

^d Homerus] Iliad. B. 684. ubi de Phthiæ et Helladis incolis: Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο, καὶ Ἕλληνες, καὶ Ἀχαιοί. Vide etiam Strabonem p. 433.

^e Phthiotæ] Φθιώται, regioque ipsa Φθιώτις Straboni, p. 433. Hos Thessaliæ contributos esse jussit Augustus, ut refert Pausan. lib. x. p. 622.

^f Echinus] Ἐχῶνος Phthiotiæ ditio- nis, apud Strab. loc. cit. in intimo Maliaci sinus recessu, apud Scymnum, p. 25. Κολπὸς δὲ καλεῖται Μαλιακὸς, ἐν τῇ μυχῷ Ἐχῶνος. In Conc. Calched. 'Petrus Echiniensis.'

^g Sperchii] Σπερχεῖδος Straboni, loc. cit. et Ptolem. iii. 13.

^h Thermopylarum] Liv. l. xxxvi. p. 441. 'Extremos ad orientem montes Cētam vocant: quorum quod altissimum est, Callidromon appellatur: in cuius valle ad Maliacum sinum ver-

gente iter est non latius quam sexaginta passus: hæc una militaris via, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possint. Ideo Pylæ, et ab aliis, quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt, Thermopylæ locus appellatur: nobilis Lacedæmoniorum adversus Persas morte magis memorabili, quam pugna.' Vide etiam Strab. p. 428.

ⁱ Quo argumento] Ob viarum asperitatem: est enim τραχὺς, asper. Hinc Ἡράκλειον Τραχίνα dixerunt. Strabo, p. 429. Ab Hercule conditam Stephanus ait, et Eustathius, in Iliad. B. p. 320.

^j Oppida celebria] Fuere, inquit, oppida hæc quondam celebria, Ἑλλάς, Ἄλος, Λαμία, Φθία, Ἀργη. Vide Notas et Emend. num. 41. Φθία porro non regionis modo Phthiotidis nomen est, sed et oppidi: Eustath. in Iliad. B. p. 320. Φθία πόλις καὶ μοῖρα Θεσσαλίας. Ita etiam Stephanus.—'At non est regionis, sed reginæ nomen illud in nummo, quem Seguinus vulgavit p. 85. secundæ editionis. Caput est muliebre velatum. ΦΘΙΑΣ.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΥΡΡΟΥ. Fulmen. Extincto rege Pyrrho, vidua ejus regnum suscepit administrandum, pupilli tutrix (ut videtur) a marito constituta. Nam, ut Plotina Trajani, Sabina Ha-

xv. (VIII.) In Thessalia autem Orchomenus, Minyeus^a antea dictus: et oppidum Almon,^b ab aliis Salmon, Atrax,^c Pelinna:^d fons Hyperia.^e Oppida, Pheræ,^f quarum a tergo Pieris^g ad Macedoniam protenditur, Larissa,^h Gomphi,ⁱ Thebæ^j Thessaliæ, nemus Pteleon:^k sinus Pagasicus.

//////////

CAP. xv. 1 *Mynilus* Chiffi. *Mynyeus* Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. In *T. autem amnis O. Minyeus* Parm. Mox, ab aliis *Elmon* Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. ab aliis *Salmon* omnes codd. Harduini, item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—2 *Pierus* edd. ante Harduin.—3 *Nymphæus* edd. ante Brotier.—

NOTÆ

driani, similiaque cum dicuntur, non mater, sed conjux intelligitur, sic Phthia non Pyrrhi mater, sed conjux agnoscenda est: et vidua quidem, quod caput velatum docet. *Ed. sec.* Λαμία Straboni, lib. ix. p. 433. unde Lamiaco bello nomen impositum est, quod anno proximo ab Alexandri obitu cæptum. In Notitia Eccles. Prov. Thessalonica, p. 23. Λαμία. Lamiam Livius vocat, lib. xxvii. p. 310. Ἀρρη denique Stephano Thessaliæ urbs dicitur, Bæotorum colonia, Ἀρρη πόλις Θεσσαλίας, ἄποικος τῆς Βοιωτίας.

^a *Minyeus*] Ὀρχομενὸς Μινυεύς, oppidum, de quo Pausan. lib. ix. p. 597. ab Orchomeno Minyæ F. unde Minyæ Orchomenii appellati cives, ut ab Orchomeniis Arcadicis distinguerentur. Thucyd. lib. iv. p. 303. Ὀρχομενὸν τὸν Μινυέον πρότερον καλούμενον, νῦν δὲ Βοιωτίον. De oppido loquitur. Vide Notas et Emend. num. 42.

^b *Almon*] Eadem Μινύα dicta quondam, si Stephano fides. Μινύα, inquit, πόλις Θεσσαλίας, ἢ πρότερον Ἀλμωνία. Vide Notas et Emend. num. 43.

^c *Atrax*] Ἀτραξ, et Ἀτρακία, πόλις Θεσσαλίας, Stephano. Vicina Peneo amni, apud Strab. lib. ix. p. 440.

^d *Pelinna*] Πελλινναίον Strab. lib. ix. p. 438. Pelinnæum Liv. l. xxxvi. p. 439. Vide Notas et Emend. num. 44.

^e *Hyperia*] Ὑπέρεια Strab. lib. ix. p. 432. in media Pheræorum civitate, ex eodem, p. 439. atque ex Eustath. in Iliad. B. p. 332.—^f Falli Hesychium putamus, qui Ὑπέρειαν ait esse τῶν Φαιάκων πόλιν καὶ κρήνην, cum nemo alius ejus oppidi meminerit in eo tractu, ac Φερῶν κρήνην dicere tantummodo debuisse videatur. *Ed. sec.*

^f *Pheræ*] Φεραι, in mediterraneo Thessaliæ, ἐν μεσογείᾳ Θεσσαλίας, p. 24. Harum meminit etiam Pausan. lib. ii. p. 127. Φερῶν τῶν ἐν Θεσσαλίᾳ.

^g *Pieris*] Vel Pieria regio, de qua cap. 17. Male in libris editis: *Pierus*, quod montis nomen, de quo mox Plinius.

^h *Larissa*] Λάρισσα, Thessaliæ oppidum, juxta Penenum, Stephano. 'Larissa Thessala' Solino, c. 8. p. 24.

ⁱ *Gomphi*] Γόμφοι, in Estiotis Thessaliæ gente, apud Ptolem. iii. 13. et in Notitia Eccles. p. 23. Apud Scylacem, p. 24. Ἀμφίναϊον, pro Γόμφοι νέον.

^j *Thebæ*] Θήβη Θεσσαλίας τῆς Φθιώτιδος Stephano, et Scylaci, p. 24. In Conc. Sardic. 'Modestus a Thessalia de Thebis.' Maritimum emporium Thessalorum Livius vocat, l. xxxix. p. 495.

^k *Nemus Pteleon*] Juxta urbem cognominem, quæ Straboni lib. ix. p.

Oppidum Pagasæ,¹ idem postea Demetrias dictum,^m Tricca,ⁿ Pharsalici campi cum civitate ° libera, Cranon,^p Iletia,^q Montes Phthiotidis, Nymphæus,³ r quodam topiario naturæ opere spectabilis: Buzigæus, Donacesa, Bermius, Daphissa, Chimerion, Athamas, Stephane. In Thessalia sunt quatuor atque triginta, quorum nobilissimi, Cerceti,⁴ s Olympus,^t Pierus,^u Ossa: cujus ex adverso v Pindus et Othrys, Lapitharum sedes: hi ad occasum vergentes: ad ortus,⁵ Pelios: omnes theatralli modo inflexi, caveatis

4 Ceræi Chiffi. et mox, *Pierus* in edd. ante Harduin.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ad Ortum*. Mox, pro *caveatis*, quod testantur omnes codd. Harduini et Chiffi. omnesque edd. antiq. ante Frobenium, *cuneatis* exhibent Basil.

NOTÆ

433. et 435. Πτελεδν dicitur.

¹ *Pagasæ*] Παγασαί Straboni Phæorum navale, lib. ix. p. 436. a Pheris dissitæ stadiis xc. seu pass. xi. m. ccl. Sinui nomen hodie est *Golphe d'Armira*.

^m *Demetrias dictum*] Exhansta civibus urbe Pagasica, et Demetriadem transductis, a novi oppidi conditore Demetrio Poliorceta, Pagasarum nomen antiquatum, Demetriadis appellatio invaluit. Strabo loc. cit.

ⁿ *Tricca*] Τρίκκα Ptolem. iii. 13. in Estiotis, Thessaliæ gente. Τρίκκη Homero Il. B. 729. et Hesych.

^o *Cum civitate*] Φάρσαλος Scylaci, p. 24. inter urbes Thessaliæ mediterraneas. Hanc Enipeus amnis præterlabitur, ut auctor est Strab. lib. ix. p. 432.

^p *Cranon*] Κρανών Straboni, p. 441. et Stephano, in iis campis, quæ Tempe nominantur.

^q *Iletia*] Ptolem. iii. 13. in Pelasgiotide. Thessaliæ regione, Ἰλέγιον pro Ἰλέτιον.

³ *Nymphæus*] Ἀν Τυμφρορηστὸς Thessaliæ mons, cujus Strabo meminit lib.

Delph. et Var. Clas.

ix. p. 433. Βεργίον ὄρος meminere Ptolem. iii. 13. et Strab. lib. vii. p. 338. Pro *Daphissa*, forte *Delphusa* legendum. De ceteris adhuc nihil compertum.

^s *Cerceti*] Qui Ptolemæo iii. 13. Κερκερήσιος dicitur: Livio Cercetius in Thessalia, lib. xxxii. p. 387. Hinc corrigendus liber missorum Theodosii, qui Cercerium vocant: 'Epirus, Achaia, Attica, Thessalia. Hæ finiuntur, ab oriente, mari Ægæo: ab occidente, mari Adriatico: a septentrione, montibus Cercerio, Olympo, Pelio,' &c.

^t *Olympus*] Mela ii. 3. 'Olympus, Pelion, Ossa, montes gigantum fama, belloque memorati. Hic Musarum parens domusque Pieria,' &c.

^u *Pierus*] Πίερος et Πιέριον ὄρος Scholiastæ Thucyd. ad lib. v. p. 352.

^v *Cujus ex adverso*] Hic Plinium pro suo more transcribunt Solinus cap. 8. p. 24. et Capella, lib. vi. cap. de Thessalia, p. 211. Πίνδος et Ὀθρυς simul ab Herodoto quoque copulantur, lib. vii. n. 129. De Lapithis, vide Diod. Sic. Bibl. lib. iv. p. 271.

Plinius.

3 B

ante eos^w septuaginta quinque urbibus. Flumina Thessaliæ: Apidanus,^x Phoenix, Enipeus, Onochonus, Pamisus.⁶ Fons Messeis.^{7y} Lacus Boebei.^z Et ante cunctos claritate Peneus,^a ortus juxta Gomphos: interque Ossam^b et Olympum nemorosa convalle defluens quingentis stadiis, dimidio ejus spatii navigabilis. In eo⁸ cursu Tempe^c vocantur quinque mill. pass. longitudine, et ferme sesquijugeri latitudine, ultra visum hominis attollentibus se dextera lævaque leniter convexis jugis. Intus⁹ sua luce viridante^d allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus avium concentu. Accipit amnem Orcon,^{10e} nec recipit, sed olei modo supernatantem (ut

//////////

Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—6 *Lam-missus* codd. Dalec. et Chiff.—7 *Fons Nesson* Vet. Dalec.—8 Cod. Dalec. *dimidio navigabilis. Spatia ejus in eo, &c.* et mox in eodem *vocant pro vocantur*. —9 Margo edd. Dalec. et Gronov. *jugis, intusve*. Vide Not. et Emend. et Not. Var.—10 Ita omnes codd. Harduin, et edd. ante Herm. Barb. *Eurotam* omnes deinceps edd. ante Harduin. *Eurotam* margo edd. Dalec. et Gronov.

NOTÆ

^w *Caveatis ante eos*] Hoc est, in interjacenti campo clausis. A theatri cavea metaphora sumta. Vide Notæ et Emend. num. 45.

^x *Apidanus, &c.*] *Ἀριδανός, Φολιγέ*, Stephano: *Ἐνιπεὺς* Straboni, p. 432. Pharsalum præterlabitur: in Apidanum influit, Apidanus in Peneum. *Ὀνόχωνος*, Tzetæ Chiliad. ix. vs. 706. Herod. lib. vii. p. 423. n. 129. *Ἀριδανός, Ὀνόχωνος, Ἐνιπεὺς, καὶ Πάμισος*. Phœnicem in Apidanum fluere, ait Vibius Sequester, p. 336. Ex Olympo labi Enipeum, Livius, lib. xlv. p. 559. Horum plerisque carmine complexus Ovid. Met. i. 579. 'Populifer Sperchios, et irrequietus Enipeus, Apidanusque senex,' &c.

^y *Messeis*] *Μεσσηΐς* Straboni lib. ix. p. 432. Val. Flac. lib. iv. 'Flevit Amynone, flerunt Messeides undæ: Flevit et effusus revocans Hyperia lacertis.' De Hyperia diximus initio

hujus cap.

^z *Boebei*] *Βοιβηΐς* palus Straboni, p. 436. Pheris vicina, et oppidulo, cui *Βοιβη* nomen fuit. Meminit oppidi, lacusque, Stephanus. Ovid. Met. vii. 'Juncosaque littora Boebes.'

^a *Peneus*] *Πηνειὸς* Græcis: Hodie *Salampria*.

^b *Interque Ossam*] Ita Strabo, pag. 430.

^c *Tempe*] A religione loci nomen hoc primum inditum est. *Τέμπος* Æolibus idem est quod *τέμενος*, et *lucum fanumque* significat. Unde Mela ii. 3. 'Hic sacro nemore nobilia Tempe.' Sequior deinde ætas amœna quælibet loca Tempe appellavit.

^d *Sua luce viridante*] Ita Mss. Alii *residente* malunt. Pintianus, *Peneus vero luco viridante*. Salmasius, p. 153. *sub luco viridante*.

^e *Accipit amnem Orcon*] Quem alii *Titaresium*, alii *Eurotam* vocant. Vide

dictum est Homero)^f brevi spatio portatum abdicat: pœnales aquas, dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans.

XVI. (IX.) Thessaliæ annexa Magnesia est, cujus fons Libethra.^g Oppida: Iolcus,^h Hormenium, Pyrrha, Methone, Olizon. Promontorium Sepias.ⁱ Oppida: Casthanæa,^j Spalathra.^k Promontorium Æantium.^l Oppida: Melibœa,^m Rhizus, Erymnæ: Ostium Penei.ⁿ Oppida: Homolium,^o Orthe,^p Thespiæ,^q Phalanna,^r Thau-

ut ap. Strabonem; *Horcon* codd. Chiff. et Dalec. 'Europum Strab. Epit. vid. Delr. super Senec. Trag. par. ult. pag. 469.' Dalec.

CAP. XVI. 1 *Castana* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *Castanea* Vet. Dalec. *Casiana* cod. Dalec. Mox *Rhisus*, *Erymne* Gronov. et al. vett. *Rhisus*, *Erymne* Lugd. Erasmi.—2 *Palinna* Chiff. *Palanna Thome* Vet. Dalec. Mox, *Thaumaciæ* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. et Gronov. Deinde, pro *Dotion*, Chiff. *Dorion*. Gronov. et vett. edd. exhibent. *Dotion*, *Melitea*, *Phylace*, *Potniæ*, *Epiri*, &c. Vide Not. et

NOTÆ

Notas et Emend. num. 46.

^f Homero] Iliad. B. 755.

^g Libethra] Fons Libethrins, Magnesiæ est, inquit Solinus, cap. 8. p. 24. Τὰ Λιβηθρα Cononi, apud Phot. in Bibl. cod. 186. p. 452. Martiano, lib. vi. p. 211. 'Libetris:' Melæ II. 3. p. 32. 'Hic Libethra, carminum fontes.' Λιβηθριδες Νύμφαι hinc dictæ Straboni lib. IX. p. 410.

^h Iolcus] Ἰωλκός Straboni, p. 436. 'Ορμένιον eidem, et 'Ορύνιον, p. 438. Hesychio, 'Ορμηρος. Πύρρα Phthiotidis promontorium est, p. 435. An pro Pyrrha, Πειρεσσία locum hic habere possit, quam πόλιν Μαγνησίας vocat Scholiastes Apoll. ad Argon. II. 584. amplius considerandum. Μηδώνη Homero Iliad. B. 716. 'Ολζων Straboni, p. 436. unus e pagis Demetriadi contributis.

ⁱ Sepias] Σηπιάς ἄκρα, Ptolem. III. 13. Eustathio, in Iliad. B. p. 327. Σηπιάς, ἄκρωτήριον ἐν τῇ Ἰωλκῇ.

^j Casthanæa] Ita scripsi, pro Cas-

tana. Κασθάναια Herod. lib. VII. p. 444. n. 173. Κασθάναια Strab. lib. IX. p. 443. Lycophroni tamen Κασθάναια, et Stephano, et Melæ II. 3. *Castanæa*. Sub Pelio monte.

^k Spalathra] Urbs maritima Magnesiæ Σπάλαθρα, Scylaci, p. 24. Stephanus: Σπαλέθρη, πόλις Θεσσαλίας. 'Ελληνικός δὲ Σπάλαθραν αὐτὴν φησίν.

^l Æantium] Αἰάντιον Ptolem. III. 13.

^m Melibœa, &c.] Μελίβοια, πόλις Θερταλίας Stephano: 'Ριζοῦς, πόλις Θερταλίας, eidem: 'Ερυμναί Strab. lib. IX. pag. 443. quæ Scylaci, p. 24. et Stephano Εὔρυμναί. In radicibus Ossæ montis sitam, ac super Demetriadem imminere Melibœam auctor est Livius lib. XLIV. p. 561. Idem p. 395. Enrymenen alteram vocat.

ⁿ Ostium Penei] In Theraicis sinum excurrentis. Melæ II. 3.

^o Homolium] Ὁμόλιον Straboni loc. cit. ad Ossam, sive ad Ossæ montis partem quam Ὁμόλον vocat: Scho-

macie,^a Gyrton, Cranon,^t Acharne,^u Dotion, Melitæa, Phylace. Porro Epiri, Achaïæ,^v Atticæ, Thessaliæ in porrectum longitudo quadringentorum octoginta mill. pass.³ traditur, latitudo centum nonaginta septem millium.

XVII. (X.) Macedonia^a postea centum quinquaginta populorum, duobus^b incluta regibus, quondamque terrarum imperio, Emathia^c antea dicta. Hæc ad Epiroticas

Emend.—3 Chiffi. CCIX. mill. pass. Mox, pro centum nonaginta septem, quod testantur codd. Regg. Brot. 1. 2. et Editio princeps, ducentorum nonaginta septem extat in Reg. Brot. 5. ducentorum octoginta septem in edd. aute Brotier.

NOTE

liastes Theocriti Idyll. vi. 103. Di-cæarchus, p. 164. 'Ομόλην. Ultra Peneum a Scylace quoque locatur: 'Ομόλου Μαγνητικῆς πόλεως, ἥ ἐστὶ παρὰ ποταμόν.

^p Orthe] 'Ορθὴν Homerus vocat II. B. 739. et Strabo, p. 440.

^q Thespiæ] Thespiarum Thessaliæ, (nam et Bæotiæ fuerunt) meminit Stephanus. At Mss. non Thespiæ, sed Iresia habent.

^r Phalanna] Orthen ipsam, inquit Strabo loc. cit. quidam pro Phalanæorum arce accipiunt. Est autem Φάλασσα urbs ad Peneum prope Tempe, Perrhæbicæ quondam ditionis: sed inde ad Dolopas Athamanasque Perrhæbi a Lapithis relegati. Hæc Phalanna est, quam prope Gyrtonem Livius collocat, lib. XLII. p. 546.

^s Thaumacie] Θαυμακοῦς Straboni, p. 434. Θαυμακία Stephano. Homero II. B. 716. Θαυμακίη. Situm urbis, causamque nominis, Livius eleganter describit lib. XXXII. p. 384.

^t Gyrton, Cranon] De Cranoniis Gyrtoniisque Thucyd. lib. II. p. 115. Γυρτόνιοι, Κρανώνιοι. Oppida, Γυρτόν, Κρανών Straboni, p. 442.

^u Acharne] Ita Mss. 'Αχάρινη Græcis. Δώριον Stephano Thessaliæ urbs dicitur: Μελίταια quoque, quam et

Μελίταιαν a Theopompo appellari ait. Denique et Φυλάκη, πόλιν Θερραλίας, quam Thebis Phthioticis proximam Strabo, p. 435. in ipso Othrye monte positam, auctor est Theocriti Scholiastes ad Idyll. III. 45.

^v Porro Epiri, Achaïæ] Vide Notas et Emend. num. 47.

^a Macedonia] Hic pro suo more Plinium Solinus et Capella transcribunt; ille cap. 9. p. 25. iste lib. VI. cap. de Macedonia, p. 211. Sic Mela II. 3. pag. 31.—'Macedoniam in quatuor provincias fuisse divisam numeri testantur inscripti, ΠΡΩΤΗΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ: ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ, et ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. Macedonum primæ, secundæ, et quartæ provinciæ, cum clava Herculis.)(Herculis caput in altera nummorum parte est. Primus est apud Goltzium, Tab. XXII. Alter apud D. de Boze, unum ex Academia Gallica, eundemque Academiæ Inscriptionum Secretarium perpetuum. Tertius apud D. Sherard, qui fuit Smyrnæ Consul Anglicus.' Ed. sec.

^b Duobus] Philippo Græciæ domitore, et Alexandro etiam Asiæ. Mela, loc. cit.

^c Emathia] Stephanus: 'Ημαθία.... ἡ νῦν Μακεδονία.

gentes in Solis occasum recedens, post terga Magnesiae atque Thessaliae, infestatur a Dardanis. Partem ejus septemtrionalem Pæonia ac Pelagonia¹ protegunt a Tribal-
lis.^d Oppida : Æge,² in quo mos sepeliri reges : Berœa,^f
et³ in regione quæ Pieria appellatur, a nemore,^g Æginium.^h
In ora Heraclea,ⁱ flumen Apilas. Oppida : Pydna,^j Alo-
ros.⁴ Amnis Aliacmon.^k Intus Aloritæ,^l Vallæi, Phyla-
cæi,^m Cyrrhestæ, Tyrissei.ⁿ Pella colonia.^o Oppidum Sto-

CAP. XVII. 1 *Paflagonia* cod. Dalec.—2 *Ægia* Chiffi. Mox pro *sepeliri*, quod testantur codd. Chiffi. et Harduin. *sepelire* habent edd. vett. et Gronov.—3 *Conjunctio et non habetur* in cod. Dalec.—4 *Cinna, Eloros* Vet. Dalec. *Phina Oloros* edd. vett. et Gronov. Mox, *Vallæi, et Phylacæi* Harduin. 1. in

NOTÆ

^d *Triballis*] Mæsiæ populis, de quibus libro sup. cap. 29.

^e *Æge*] Solinus quoque, cap. 9. p. 26. 'Urbem quoque condidit, quam dixit Ægan, in qua sepeliri reges mos erat.' De hoc more Athenæus lib. iv. p. 155. Diodorus in Excerptis, p. 267. Justinus vii. 1. et 2. alique. Oppidum *Αἰγά* Athenæo et Stephano appellatur. In Mss. *Ægia*. *Αἰγά* quoque Theophrasto de Ventis. *Αἰγά* Ptolem. iii. 13.

^f *Berœa*] *Βέρροια* Ptolemæo, in Emathia, iii. 13. Stephano *Βέροια*. In Notitia Eccles. p. 21. *Βέρβα* pro *Βέροια*, vel *Βέρροια* potius. In radicibus Bermii montis a Strabone collocatur, lib. vii. p. 330.

^g *A nemore*] De Pieria sylvæ, in quam Perseus a Paulo victus aufugit, Livius lib. xlv. p. 571.

^h *Æginium*] Meminere hujus oppidi Livius lib. xxxii. p. 387. et Strabo lib. vii. p. 327. *Αἰγίνιον*.

ⁱ *Heraclea*] *Ἡράκλεια Μακεδονίας*, Stephano: Scylaci, p. 25. *Ἡράκλειον*. Fuit hæc olim juris Etolici. Describitur a Livio lib. xxxvi. p. 443. 'Sita est Heraclea,' inquit, 'in radicibus Etæ montis: ipsa in campo,' &c.

Flumine Asopo allui deinde subjungit, quem Plinii esse Apilam credimus.

^j *Pydna*] *Πύδνα*. Vide Notas et Emend. num. 48. *Ἀλαρος* deinde Stephano, *πόλις Μακεδονίας*.

^k *Aliacmon*] *Ἀλιάκμων* Herod. lib. vii. n. 127. et Ptolemæo iii. 13. in Pieria.

^l *Intus Aloritæ*] Ab oppido, ut quidem videtur, Aloro, de quo modo dictum est: horum regione, a mari introrsus recedente, atque in pagos aliquot distributa.

^m *Vallæi, Phylacæi*] A gemino Pieriæ regionis oppido hi nomen habent: alterum *Φυλακά*, Ptolem. iii. 13. *Οὐάλλα* alterum appellatur.

ⁿ *Cyrrhestæ, Tyrissei*] Et his nomen dedere oppida duo Emathiæ regionis apud Ptolem. loc. cit. *Κυρίδς*, (pro *Κυρρὸς*), et *Τύρισσα*. *Κύρρος*, est Thucyd. lib. ii. p. 169. A Cyrrho Syriæ oppido, ejusdem nominis cum hoc Macedonico, Cyrrhestæ quoque derivantur.

^o *Pella colonia*] In nummo Hadriani, apud Patin. pag. 195. COL. IVL. AVG. PELL. *Colonia Julia Augusta Pella*. Vetus fuit Macedonum regia,

bi^p civium Rom. Mox Antigonea,^s ^a Europus^r ad Axium amnem, eodemque nomine,^s per⁶ quod Rhœdias^t fluit. Eordeæ,⁷ ^u Scydra,^v Mieza,^w Gordyniæ.^x Mox in ora Ichnæ:^y fluvius Axius.^z Ad hunc finem Dardani,^a Tre-res,^b Pieres, Macedoniam accolunt. Ab hoc amne Pæo-niæ gentes :^c Paroræi,⁸ ^d Eordenses, Almopii,^f Pelagones,^g

Not.—5 *Antigone* Vet. Dalec. *Antigonia* edd. vett. et Gronov.—6 Vet. Dalec. aliud per.—7 *Phorbæ* in eodem codice.—8 *Parocci* Chiffi.—9 *Dobores, Estrien-*

NOTE

ubi Philippus et Alexander nati et educati. Hujus situm describit accurate Livius lib. XLIV. p. 571. Hodie τὰ Παλατρία, hoc est, parva palatia, Berœnsium ditionis.

^p *Stobi*] Στόβοι Ptolem. III. 13. in Pelagonia. Stobos Pelagoniæ Livius quoque nuncupat, lib. XXXIII. pag. 396. In Vespasiani nummo, apud Patin. p. 142. M.V.N.I.C.I.P.I. STOBEN-SIVM. Ulpianus, lib. L. Dig. tit. 15. de Censibus, 'Stobenses juris Italici sunt.'

^a *Antigonea*] Stephanus quoque Ἀντιγόρνεϊαν Macedoniæ adjudicat, aitque ab Antigono Gonatæ F. conditam. In Mygdonia a Ptolemæo collocatur, III. 13.

^r *Europus*] Ἐβρωτος Ptolemæo, loc. cit. in Matia, sive Macetia: et Stephano.

^s *Eodemque nomine*] Hoc est, eodem aliud nomine, scilicet *Europus*, in Almopiorum regione, apud Ptolem. III. 13.

^t *Rhœdias*] Mss. *Rhodias*. Ἀνδρίας, *Ludias*, quem Strab. lib. VII. p. 330. ex palude fluere ait, quam Axius amnis implet, juxta Pellam? Et Ἀνδρίας prope Axium Ptolemæus agnoscit.

^u *Eordeæ*] Ἐορδαίαι geminæ sunt Stephano, ambæ Mygdoniæ regionis, quæ Macedoniæ pars fuit. Eordeam urbem appellat Liv. lib. XLII. p. 545.

In Notitia Eccles. p. 21. Ἐορδαία.

^v *Scydra*] Σκύδρα, Μακεδονικὴ πόλις, Stephano, et Ptolem. III. 13. in Emathia.

^w *Mieza*] Μίεζα Stephano, ubi Aristotelis ludus Philosophicus, teste Plutarcho, in Alex. p. 668. Apud Ptolem. in Emathia, Μίεζα pro Μίεζα.

^x *Gordyniæ*] Γορδύνια Stephano urbs Macedoniæ. Ptolemæo Γορδηνία. Thucyd. lib. II. p. 169. Γορτυνία. Utrique corrupte.

^y *Ichnæ*] Ἰχναί, πόλις Μακεδονίας, Stephano. Ἰχναί, Herod. lib. VII. p. 421. n. 123.

^z *Axius*] Ἀξιὸς ποταμὸς Strab. lib. VII. p. 330. In Thermaicum sinum exit.

^a *Dardani*] Etiam Dardanorum urbis in Macedonia positæ meminit Livius lib. XXVI. p. 288.

^b *Treeres*] Τρήρες Thucyd. lib. II. pag. 166. et Πίερες, p. 168. Herodoto quoque Πίερες memorantur, lib. VII. n. 112. Scomium Treeres incolunt, quo de monte dicemus inferius.

^c *Pæoniæ gentes*] Quarum nomina mox recensentur. Regio hæc latissime patuit, contigitque Mæsiæ et Triballo, ubi nunc Bulgaria est: quamobrem et pro Bulgaris nonnunquam accepti: Παίονες δὲ οἱ Βούλγαροι, inquit Tzetzes, Chiliad. x. vs. 186.

^d *Paroræi*] Παρορῶται Strab. lib. VII.

Mygdones. Montes,^h Rhodope, Scopius,ⁱ Orbelus,^j Dein præjacentē^k gremio terrarum, Arethusii,^l Antiochienses,^m Idomenenses,ⁿ Doberi, Æstræenses,^o Allantenses,^p Audaristenses,^q Morylli,^r Garesci,^s Lyncestæ,^t Othryonei,^u et

ses Vet. Dalec. et Herm. Barb. *Doberienses*, *Trienses* edd. vett. et Gronov.

NOTE

p. 326. Παρώρεια et Παρωπαία Stephanos, Macedoniæ urbs.

^e *Eordenses*] Ἑορδοὶ Herod. lib. vii. n. 185. p. 445. Ἑορδοὶ ἐκ τῆς Ἑορδίας, καὶ ἐξ Ἀλμωπίας Ἀλμωπες, Thucydidi appellantur, lib. ii. p. 168.

^f *Altoprii*] Ita Mss. omnes, non *Artoprii*. Stephanus quoque, Ἀλμωπία, χώρα τῆς Μακεδονίας, κ. τ. λ. ejus incolæ Ἀλμωπες et Ἀλμώπιοι. Et in Notitia Eccles. Prov. Macedoniæ primæ, Ἀλμοιπία pro Ἀλμωπία, p. 21.

^g *Pelagones*] Πελαγονίαι, quorum regio Πελαγονία, et Mygdonum Μυγδονία. De priore Livius lib. xlv. p. 582. 'Quartam Macedoniæ regionem Eordei, et Lyncestæ, et Pelagones incolunt: juncta his Atintania, et Stymphalis,' &c. Eadem Tripolis est appellata, a tribus oppidis, Azoro, Pythoo, Doliche. Idem Liv. lib. xlii. p. 545. De posteriore, Stephanus: Μυγδονία, μοῖρα Μακεδονίας. Mygdonum ditionis fuit Antigonea, de qua supra.

^h *Montes*] Ῥοδόπη τὸ ὄρος, Ptolem. iii. 11.

ⁱ *Scopius*] Scomium Thucydides vocat, lib. ii. p. 166. et est monti Rhodopæ annexus: Σκόμιον, ὄρος, ἔρημον καὶ μέγα, ἐχόμενον τῆς Ῥοδόπης. Hic Treres habitant, de quibus supra.

^j *Orbelus*] Ὀρβηλος Macedoniæ mons, Tzetzæ, Chil. xi. vs. 905. et Straboni in Epitome lib. vii. p. 329.

^k *Dein præjacentē*] In medietullo Macedoniæ, ab ortu versus occasum fusi.

^l *Arethusii*] Ab Arethusa dicti, de

qua inferius hac cap.

^m *Antiochienses*] Ab urbe Mygdoniæ Antiochia, ad ejus similitudinem in Adiabene Nisibin Macedones Mygdoniæ quoque Antiochiam cognominarunt, ut dicitur vi. 16.

ⁿ *Idomenenses*] Stephanus: Εἰδομένη, πόλις Μακεδονίας. In Notitia Eccles. Prov. Macedon. p. 21. Ἰδομένη.

^o *Doberi, Æstræenses*] Ab oppidis, quæ Δόβηρος et Ἀστραίων Græcis. Vide Notas et Emend. num. 49.

^p *Allantenses*] Ἀλλάντη Stephanos urbs Macedoniæ est, ejus cives Ἀλλάντιοι.

^q *Audaristenses*] Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. *Adaristenses*. Ptolem. iii. 13. in Pelagonia, prope Stobos, Ἀνδάριστον oppidum collocat.

^r *Morylli*] Ab oppido Paraxiæ regionis in Macedonia, apud Ptolem. iii. 13. quod Μόρυλλος dicitur.

^s *Garesci*] Quorum oppidum in Orbelia Macedoniæ regione, apud Ptolem. loc. cit. Γαρίσκος.

^t *Lyncestæ*] Quorum regio Λυγκηστis Ptolemæo, loc. cit. ipsi Λυγκιστάλ Strab. lib. vii. p. 323. et Stephano appellati: Pelagonibus proximi. Λυγκιστάλ Diodoro Sic. Bibl. lib. xvi. p. 533. Λυγκησταί Thucyd. lib. ii. p. 168. et eorum oppidum Λόγκος, lib. iv. p. 307.

^u *Othryonei*] Forte ii qui montis Ὀθρυος, de quo cap. 15. aversa, seu partem borealem incoherent, ita nuncupati.

liberi Amantini^v atque Orestæ:^w coloniæ, Bullidensis,^x et Diensis:^{10y} Xylopolitæ,^z Scotussæi^a liberi, Heraclea Sin-
tica, Tymphæi,^b Toronæi.^c

In ora sinus Macedonici,^d oppida¹¹ Chalastra,^e et intus Phileros,^f Lete:^g medioque flexu littoris Thessalonica,^h

~~~~~

Mox, Garesti Chiffi. Othrionei Gronov. et edd. vett.—10 Xylopolitæ, et mox, Tymphæi Gronov. et edd. vett.—11 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Macedonica oppida Tolet. Macedonici oppidum

#### NOTE

<sup>v</sup> Amantini] Sive Amantes, sive Amantiani, ut Cæsar appellat Bell. Civil. lib. III. De his egimus III. 26. Amantiam urbem Orestiadæ regioni Ptolemæus attribuit.

<sup>w</sup> Orestæ] Proxime hi Epirum contingunt, Molossis etiam genti Epiroticæ a Stephano contributi: 'Ορέσται, Μολοσσικόν ἔθνος. Macedoniæ, a Livio lib. XXXIII. p. 400. ubi de libertate iis a T. Quintio Flaminio concessæ, 'Orestis,' inquit, 'Macedonum ea gens est, quod primi ab rēge (Philippo) defecissent, suæ leges reddidit.' Ab Oreste matricida nomen Orestiadæ regioni factum ait Strab. lib. VII. p. 326. Horum præcipuum oppidum Λαοδίκειαν vocat Thucyd. lib. IV. p. 342.

<sup>x</sup> Bullidensis] Βουλῖς Ptolemæo, in Elimiotarum regione, prope Dyrrhachium: maritimum oppidum est in Macedoniæ sinibus, quamobrem Illyrico plerumque accensetur: Stephanus: Βύλλις, πόλις 'Ιλλυρίδος παραθαλάσσια. Vide quæ diximus III. 26.

<sup>y</sup> Diensis] Δίων κολώνια, Ptolemæo III. 13. in Pieria Macedoniæ regione. Item Stephano. Ulpianus, I. L. Digest. tit. 15. de censibus: 'Dienses juris Italici sunt.'

<sup>z</sup> Xylopolitæ] Ξυλόπολις in Mygdonia, Ptolem. loc. cit.

<sup>a</sup> Scotussæi] Σκότουσσα Ptolem. III. 13. prope Ἡράκλειαν Σκωτικήν, a regione in qua posita est sic cognomina-

tam. Haud procul amne Strymone collocatur Heraclea Sintice a Livio lib. XLV. p. 581. Quamobrem in Notitia Eccles. p. 21. Ἡράκλεια Στρυμνοῦ vocatur. Incolæ Σκωτῆες ἄνδρες Homero, ut refert Strabo in Epit. lib. VII. p. 331.

<sup>b</sup> Tymphæi] Diversi hi plane a Tymphæis Ætolorum populis, de quibus dictum est cap. 3. In Bisaltarum regione, aut certe inter Strymonem et Axium, sedes hi habuerunt.

<sup>c</sup> Toronæi] A Torone oppido, de quo inferius hoc cap. Sic populos gentesque uno veluti orationis ductu perstringit, quorum deinde oppida singulatim, suo quæque situ, appellat. Vide Notas et Emend. num. 50.

<sup>d</sup> Sinus Macedonici] Antonomasticus hic sinus Macedonicus appellatur, quoniam e Macedonico mari effluit, ut ait Strab. lib. VII. p. 323. Eum alii, et ipse Plinius alias, ac plane modo, Thermaicum nominat, e Therme oppido: nunc vocant, le Golfe de Salonichi.

<sup>e</sup> Chalastra] Stephanus, Χάλαστρα πόλις Θράκης, περὶ τὸν Θερμαῖον κόλπον, in Thermaico sinu.

<sup>f</sup> Et intus Phileros] Hoc est, longius a mari. Mss. R. 1. 2. &c. Pylos, quod multo sincerius videtur, Πυλωρός.

<sup>g</sup> Lete] Stephano Λήτη, πόλις Μακεδονίας. Harpocratiον Λιτή. Plinio XXXI. 46. Λίτα.

liberæ conditionis. Ad hanc a Dyrrhachio CCLXVII.<sup>12</sup> millia passuum. Therme.<sup>j</sup> In Thermaico sinu oppida, Dicæa, Pydna,<sup>k</sup> Derrha,<sup>l</sup> Scione.<sup>l</sup> Promontorium Canastræum.<sup>m</sup> Oppida: Pallene, Phlegra.<sup>n</sup> Qua in regione<sup>o</sup> montes, Hypsizorus, Epitus, Halcyone, Leoomne.<sup>14</sup> Oppida: Nyssos, Phinelon,<sup>p</sup> Mendæ:<sup>q</sup> et in Pallenensi Isthmo quondam Potidæa,<sup>r</sup> nunc Cassandria colonia:

edd. vett. et Gronov.—12 'Pessime in libris scriptis et editis, CXIV. Id absurdum est, ut patet ex ipso locorum situ. Emendandum fuit, CCLXVII. Hanc enim esse distantiam inter Dyrrhachium et Thessalonicam docet accuratissimus scriptor Polybius apud Strab. lib. vii. pag. 323. Id etiam constat auctoritate ipsius Plinii infra cap. 18. ubi consentientibus scriptis et editis libris: 'Philippi colonia: absunt a Dyrrhachio CCCXXV. mill. pass.' *Bro-tier*.—13 *Deris* Vet. Mox, pro *Scione*, margo edd. Dalec. et Gronov. *Crestone*.—14 Ita codd. Harduin. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Alchione Leronne* edd. vett. et Gronov. Mox, *Nyssos, Brygion, Eleon, Mendæ* in iisdem vett. *Nyssos, Phrix, Eleon, Mendæ* Chiff. Deinde, Pintian. in *Pal-*

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Thessalonica*] Hodie *Saloniki*.

<sup>1</sup> CCLXVII. [CXIV.] Polybius apud Strabon. lib. vii. pag. 323. CCLXVII. per diverticula, ut opinor, et anfractus viarum.

<sup>j</sup> *Therme*] Θέρμη Stephano, unde Thermaico sinui nomen. Ab hac transducti cives fuere Thessalonicam, unde a quibusdam ipsa Therme Thessalonica credita, ut a Strabone lib. vii. in Excerptis, pag. 330. Tzetzes Chiliad. x. vs. 175. vicum fuisse Thermen putat, ex quo deinde Thessalonica creverit.

<sup>k</sup> *Dicæa, Pydna*] Vide Notas et Emend. num. 51.

<sup>l</sup> *Derrha, Scione*] Ita libri omnes. In Notitia Eccles. Prov. primæ Macedoniæ, pag. 21. Σερβαί pro Δερβαί. Incolæ apud Thucyd. lib. ii. p. 169. Δερβαῖοι. Forte huc pertinet et promontorium ejusdem nominis, quod prope Toronem, et Canastræum a Ptolemæo collocatur, iii. 13. Δερβίς ἄκρα. De Scione in hoc tractu Mela ii. 2. Σκιώνη a Stephano Thraciæ assigna-

tur, quemadmodum et ipsa Therme et Pallene, de qua mox: quod ea loca diu Thraces tenuerint. In Pallenensi Isthmo, cum Potidæa Scione locatur a Thucyd. lib. iv. p. 334.

<sup>m</sup> *Canastræum*] Καναστραίων ἄκρον Ptolemæo, loc. cit. et Herod. lib. vii. n. 123.

<sup>n</sup> *Pallene, Phlegra*] In Phlegræ locum Pallene successit: quare a multis pro eadem habita. Herod. lib. vii. n. 123. τὴν νῦν Παλλήνην, πρότερον δὲ Φλέγγην καλεομένην. Eadem habet et Stephanus.

<sup>o</sup> *Qua in regione*] In ora sinus Macedonici.

<sup>p</sup> *Nyssos, Phinelon*] Vide Notas et Emend. num. 52.

<sup>q</sup> *Mendæ*] Μένδαι, πόλις Θράκης, Stephano. Thucyd. quoque, lib. iv. pag. 334. Incolæ Μενδαῖοι apud Athen. lib. i. pag. 29. et vinum Mendæum. Melæ ii. 2. *Mende*. At Pausaniæ lib. v. p. 343. Μένδαι, in Thracia.

<sup>r</sup> *Potidæa*] Strabo in Excerptis, lib. vii. pag. 330. ἡ πρὶν μὲν Ποτιδαία, νῦν

Anthemus,<sup>a</sup> Olophyxos:<sup>t</sup> Sinus Mecybernæus.<sup>15 u</sup> Oppida: Physcella,<sup>16 v</sup> Ampelos,<sup>w</sup> Torone, Singos: fretum, quo montem Athon Xerxes<sup>x</sup> rex Persarum continenti abscidit, in longitudine passuum M. D. Mons ipse a planitie excurrit in mare LXXV. mill. pass. Ambitus radicis centum quinquaginta mill.<sup>17</sup> colligit. Oppidum in cacumine fuit<sup>y</sup> Acrothion,<sup>18</sup> nunc sunt Uranopolis,<sup>z</sup> Palæorium,<sup>a</sup>

//////////

*lentes.*—15 *Holophyxos sinus Mecyberna* edd. vett. et Gronov.—16 *Phiscella* in iisdem vett. *Mycella* Chiff. Mox, pro *Singos*, Vet. Dalec. *Soggestedes*; Chiff. *Soggestolos*.—17 'Georgerinus, Archiepiscopus Samius, ait ambitum esse CLXX. mill. passuum. Tantæ autem altitudinis est mons Athos, ut Lemnon insulam, nunc *Stalimene*, quadraginta millibus passuum distantem, umbra sua, cum Sol occidit, aliquando tegat, teste eodem Georgerino.' *Brotier*.—18 'Acroathon Pomponio. Quidam legunt *Acrothion*, cujus incolæ Macrobbii cognominantur.' Dalec. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *nunc sunt Uranopolis, Palæo. Thys. Cleo oppida Cassera*. Pro *Palæorium*, quod ex codd. recepit Brotier, *Palæotrium* habent Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd.

#### NOTÆ

δὲ Κασσάνδρεια. A Cassandro Antipatri F. Nummus Neronis, apud Patin. p. 115. COL. IVL. AVG. CASSANDRENS. Ulpianus, lib. L. Digest. tit. 15. de Censibus. 'Cassandrenses juris Italici sunt.' De Pallenensi Isthmo, Mela eleganter admodum, II. 2. 'Pallene,' inquit, 'soli tam patentis, ut quinque urbium sedes sit atque ager. Tota in altum abit: angusta satis unde incipit. Ibi est Potidæa. At ubi laxius patet, Mende, Scioneque referendæ.'

<sup>a</sup> *Anthemus*] Harpocration, pag. 28. 'Ἀνθεμοῦς, πόλις Μακεδονική, καὶ οἱ ἀπ' αὐτῆς, Ἀνθεμόντιοι. Item Stephano, et prius Herodoto, lib. v. n. 94. pag. 325.

<sup>t</sup> *Olophyxos*] Ὀλόφυξος πόλις ἐν Θράκη, circa montem Athon, Stephano, et Thucyd. lib. IV. pag. 325.

<sup>u</sup> *Sinus Mecybernæus*] Idem postea Toronicus, a Torone oppido, appellatus: hodie *le Golfe d'Aiomana*. Vide Notas et Emend. num. 53. Μηκυβέρνη oppidum fuit Scymno, p. 25. et Herod. lib. VII. p. 421.

<sup>v</sup> *Physcella*] Hæc Melæ pariter memorata, II. 3. p. 31.

<sup>w</sup> *Ampelos*] Eodem prorsus ordine Herod. lib. VII. n. 122. p. 421. Ἀμπελος, Τορόνη, Σίγγος, in Singitico sinu, quo hodie *le Golfe de Contessa*. Sic etiam Ptolem. III. 13. Hujus Singi incolæ Σίγγαιοι apud Thucyd. lib. V. p. 356.

<sup>x</sup> *Xerxes*] Hæc Solinus a Plinio, cap. 9. p. 25. Plinius ab Herodoto lib. VII. n. 24. p. 394. a quo et Mela, II. 2. 'Qua continenti Athos adhæret, Xerxe in Graios tendente, perfossus transjugatusque est, factus fretum navigabili pervius.' Fossam, qua montem a continenti sejunxit, fretum vocant, quoniam ibi mare immissum ferbeat. Athon hodie *Monte Santo* nominant.

<sup>y</sup> *Oppidum* . . . *fuit*] Interiisse significat, atque in ejus locum Apolloniam esse suffectam, cujus incolæ, ut prius Acrothoi, Macrobbii cognominantur. Mela loc. cit. 'In summo fuit oppidum Acroathon: in quo, ut ferunt, dimidio longior, quam in aliis

Thyssus, Cleonæ,<sup>b</sup> Apollonia,<sup>c</sup> cujus incolæ Macrobii cognominantur. Oppidum Cassera, faucesque alteræ Isthmi,<sup>d</sup> Acanthus, Stagira,<sup>e</sup> Sithone,<sup>19</sup> Heraclea,<sup>f</sup> et regio Mygdoniæ subjacens, in qua recedentes a mari Apollonia,<sup>h</sup> Arethusia. In ora rursus Posidium,<sup>i</sup> et sinus<sup>j</sup> cum oppido Cermoro,<sup>k</sup> Amphipolis liberum,<sup>l</sup> gens Bisaltæ.<sup>20</sup> Dein

1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—19 'Quidam legunt: *Acanthus, Singus, Snagyra, Sitone.*' Dalec. *Sithonia* Pintian. Paulo post, Chiiff. *a mari A. Erechisa.*—20 Vet. Dalec. *libera gens Bisaltæ.*

## NOTÆ

terris ætas habitantium erat.' Acrothion contracte pro *Acroathion* dicitur; cives 'Ακρόθιοι, aut ipsum etiam oppidum a Thucyde appellatur, lib. iv. p. 325. Acrothion Solino, cap. 11. p. 31. Herod. lib. vii. n. 22. p. 394. 'Ακρόθιον, Θύσος, Κλεωναί.

<sup>a</sup> *Uranopolis*] Ab Alexarcho condita, Cassandri Macedoniæ regis fratres, ut refert Heraclides Lembus, apud Athen. lib. iii. p. 98.

<sup>b</sup> *Palæorium* [*Palæotrium*] In Mss. *Palæorium*, Παλαιόριον, rectius.

<sup>c</sup> *Thyssus, Cleonæ*] Habet hæc oppida, præter Herod. loc. cit. Thucyd. lib. iv. p. 325. Θύσσον, καὶ Κλεωνάς, καὶ 'Ακροθάους, κ. τ. λ. Cleonas in Atho monte condita a Chalcidensibus refert Heraclides in Polit. Chalcid.—'In nummo argenteo Alexandri M. eoque maximi moduli apud D. de Boze scriptum est ΚΛΕ Κλεωναίων.' Ed. sec.

<sup>d</sup> *Apollonia*] Quæ, ut diximus, e ruinis Acrothoi crevit.

<sup>e</sup> *Isthmi*] Quem duo sinus efficiunt, Singiticus, et Strymonicus, in radicibus montis Atho.

<sup>f</sup> *Acanthus, Stagira*] 'Ακανθος καὶ Στάγειρος Herod. lib. vii. n. 115. p. 419. et Thucyd. lib. v. p. 356. 'Ακανθος καὶ Στάγειρα Stephano, et Eusebio in Chron. ad Olymp. 31. Acanthos a fossa montis Atho stadiis septem dis-

sita, teste Scymno, pag. 27. Στάγειρα Philosophi patria.

<sup>g</sup> *Sithone*] Circumjecta regio Σιθωνίη appellata, Mecybernam quoque, Olynthum, Toronenque complexa, ut auctor est Herod. lib. vii. n. 123.

<sup>h</sup> *Heraclea*] Diversa, credo, ab ea quæ superius Sintica appellata est.

<sup>i</sup> *Apollonia*] Recedens a mari, sinuque Thermaico, versus occasum, 'Απολλωνία et 'Αρέθουσα, πόλεις 'Ελληνίδες, apud Scylac. p. 25. Stephano, 'Απολλωνία Μακεδονίας et 'Αρέθουσα Θράκης. Hinc Arethusii superius memorati. In Amphaxitide, hoc est, in regione circa Axium annum 'Αρέθουσα collocatur.

<sup>j</sup> *Posidium*] Ποσειδῆιον, Neptuni fanum.

<sup>k</sup> *Et sinus*] Qui ab influente amne olim Strymonicus apud Strabonem lib. vii. p. 331. a vicino monte Atho, nunc *Golfo di monte Santo* dicitur: aliis tamen Saronicus *Golfo di Contesad* dicitur: Singiticus ei proximus, *Golfo di Monte Santo*.

<sup>l</sup> *Cermoro*] Ita libri omnes.

<sup>m</sup> *Amphipolis liberum*] Subintellige, oppidum. Circumjacentis agri incolæ Bisaltæ appellati. Hinc apud Athen. lib. iii. p. 77. in codicibus emendatis legitur, περὶ τὴν Βισαλτίαν 'Αμφίπολιν. Diodoro Bibl. lib. xii. p. 118. Βισσαλτικοί. In Museo nostro

Macedoniæ terminus<sup>m</sup> amnis Strymon, ortus in Hæmo. Memorandum, in septem lacus eum fundi, priusquam dirigat cursum.

Hæc est Macedonia, terrarum imperio potita quondam : hæc Asiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Caucasum transgressa : hæc in Bactris, Medis, Persis dominata, toto Oriente possesso : hæc etiam Indiæ victrix, per vestigia Liberi patris atque Herculis vagata : hæc eadem est Macedonia, cujus uno die Paulus<sup>n</sup> Æmiliius imperator noster septuaginta duas urbes direptas vendidit. Tantam differentiam sortis præstitere duo homines.<sup>o</sup>

XVIII. (XI.) Thracia sequitur, inter validissimas Europæ gentes, in strategias<sup>a</sup> quinquaginta divisa. Populorum ejus, quos nominare non pigeat, amnem Strymonem accollunt dextro latere.<sup>b</sup> Denseletæ et Medi,<sup>c</sup> ad Bisaltas usque<sup>d</sup> supra dictos : lævo, Digeri,<sup>d</sup> Bessorumque<sup>e</sup> multa nomina

//////////

CAP. XVIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. *Medi, Bisaltas usque*. Ald. Junt.

#### NOTÆ

Parisiensi nummus ex ære: ΘΕΟΚ ΚΑΙCΑΡ CEBACTOC. In aversa parte Europa tauro insidet : cum epigraphæ, ΑΜΦΙΠΟΛΙΤ.

<sup>m</sup> Macedonia terminus] Ita Scylax, p. 26. et Martian. lib. vi. cap. de Macedonia, p. 211. *Στρυμόν, Στρυμόνος* Græce.

<sup>n</sup> Paulus] Devicto Perseo Macedoniæ rege. Vide Liv. lib. XLIV. sub finem, et initio lib. XLV. A Paulo Æmilio has urbes una hora direptas ait Plutarchus in ejus Vita, p. 271. *Ἐν ἑρᾷ μὲν . . . ἐβδμήκοντα πόλεις πορθηθῆναι.*

<sup>o</sup> Duo homines] Alexander M. et Paulus Æmiliius.

<sup>a</sup> In strategias] *Στρατηγίας*, Præfecturas.

<sup>b</sup> Dextro latere] Meridionali.

<sup>c</sup> Denseletæ et Medi] De his egimus cap. 1. Plinium hic de more transcribunt Solinus, cap. 10. p. 27. et Martian. lib. vi. cap. de Thracia, p. 211.

<sup>d</sup> Digeri] Stephano, *Δίγγοι, ἔθνος Θράκιον*, ex Polybii lib. XIII.

<sup>e</sup> Bessorumque] *Βεσσική στρατηγία, Bessica* Thraciæ præfectura, supra Mædicam, apud Ptolem. III. 11. Horum urbs primaria Philippopolis : alias Cæletis, quæ gens Bessorum fuit, attributa.—'Eadem Bessa fortassis vetusta nomenclatione appellata : Bessæ enim in Thracia mentio, non in Itinerario modo Antonini, sed et in lege 30. de Decurion. Cod. Theod.' *Ed. sec.*

ad Nestum<sup>f</sup> amnem Pangæi montis ima<sup>a</sup> ambientem, inter Elethos,<sup>g</sup> Diobessos, Carbilesos: inde Brysas,<sup>h</sup> Sapæos,<sup>i</sup> Odomantes,<sup>j</sup> Odrysarum<sup>k</sup> gens fundit Hebrum,<sup>k</sup> accolentibus Cabyletis, Pyrogeris,<sup>l</sup> Drugeris, Cænicis,<sup>m</sup> Hypsaltis,<sup>n</sup> Benis,<sup>o</sup> Corpillis,<sup>p</sup> Bottiæis,<sup>q</sup> Edonis.<sup>r</sup> Eodem sunt in tractu<sup>s</sup> Selletæ,<sup>t</sup> Priantæ,<sup>u</sup> Doloncæ,<sup>v</sup> Thyni,<sup>w</sup> Cœletæ<sup>x</sup>

Basil. Lugd. Erasmii, Dalec. Elz. et Gronov.—2 Chiffi. *ima Pangæi montis*. Vet. Dalec. *Pangæi montis Orbeliæ ima*, &c. Mox, Gronov. et edd. vett. *Diobessos*.—3 Vet. Dalec. *Othrysarum*. Mox, pro *fundit*, quod exhibent Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. Miller, Bipont. et Franz. *infundit* habent Ald. Junt. Basil.

## NOTE

<sup>f</sup> *Ad Nestum*] Νεστός, Νεσός, Μεσρός. Vide Notas et Emend. num.

54. Græcis hodie *Mestvo* appellatur.

<sup>g</sup> *Elethos*] Ἐλεθός videtur hos appellasse Thucyd. lib. i. p. 166. Diobessos vero Δίοις, pag. 165. qui Diobessi nunc cognominantur, quoniam Bessorum, ut dictum est, plura sunt nomina. Carbilei qui fuerint, non liquet. Nisi Κάρβιλος, quam Thraciæ urbem fuisse Hesychius prodidit locum hic habere possit.

<sup>h</sup> *Inde Brysas*] Qui Stephano Βρύσαι, ἔθνος Θράκης. Vide Notas et Emend. num. 55.

<sup>i</sup> *Sapæos*] Qui Σάπαι et Σάπαιο Stephano. Horum urbes, Ἄνος, Cypselæ, Bisanthe, &c. Σαπῆται Appiano Bel. Civ. lib. iv. p. 650.

<sup>j</sup> *Odomantes*] Ὀδομάντιοι, ἔθνος Θράκης Stephano. Ὀδρύσαι quoque, quorum et Dio meminit, lib. li. p. 462. Martianus, pag. 212. 'Hebrum Odrysiæ nives complent.' Odomanticæ regioni Amphipolim Ptolemæus assignat, iii. 13. quam Bisalticæ ditio- nis esse diximus: Bisalticæ eidem Odrysas Tzetzes ascribit, Chiliad. i. vs. 303. ἔξ Ὀδρυσῶν παρὰ τοὺς Βισαλτίας.

<sup>k</sup> *Hebrum*] Ἑσπρος amnis, Ptolem. iii. 11. Nunc Mariza.

<sup>l</sup> *Cabyletis, Pyrogeris*] Vide Notas

et Emend. num. 56.

<sup>m</sup> *Cænicis*] Quorum Κανική στρατηγία, Cænica Thraciæ præfectura, apud Ptolem. iii. 11. Oppidum Bizya, de quo inferius. Stephanus ex Apollodoro, Κανὼν, ἔθνος Θράκιον. Cæni Livio, lib. xxxviii. p. 481.

<sup>n</sup> *Hypsaltis*] Qui Stephano, Ὑψηλῆται, κατοικία Θράκης, Thraciæ præfectura, verbo Ὑψηλῆς.

<sup>o</sup> *Benis*] Horum Βεννική στρατηγία, Bennica Thraciæ præfectura, Ptolem. loc. cit. Oppidum Βέννα sive Βένα Stephano.

<sup>p</sup> *Corpillis*] Κορπιλλική præfectura Thraciæ, apud Ptolem. loc. cit. Vide Notas et Emend. num. 57. Horum urbs Perinthus fuit, et Ganos, et Apros.

<sup>q</sup> *Bottiæis*] Βοττιαῖοι dicuntur Herod. lib. vii. n. 185. p. 445. et Thucyd. lib. i. p. 38. Landatur Aristotelis opus de Politia Βοττιαίων a Pintarcho in Theseo, p. 6.

<sup>r</sup> *Edonis*] Ἑδωνοὶ Stephano, ἔθνος Θράκης. Regio Ἑδωνική, oppidum Δράβησκος Thucyd. lib. i. p. 66. Horum urbes apud Ptolem. iii. 13. Ἐσυμα, et Neapolis, de quibus inferius.

<sup>s</sup> *Eodem sunt in tractu*] Hoc est, Hebrum perinde accolunt.

<sup>t</sup> *Selletæ*] Πραῖfectura Σελλητική

maiores Hæmo, minores Rhodopæ subditi. Inter quos Hebrus amnis: Oppidum <sup>y</sup> sub Rhodope Poneropolis <sup>z</sup> antea, mox a conditore Philippopolis, nunc a situ Trimontium <sup>4</sup> dicta. Hæmi <sup>a</sup> excelsitas sex mill. pass. subitur. Aversa ejus <sup>b</sup> et in Istrum devexa Mœsi, Getæ, Aorsi, <sup>f</sup> Gaudæ, Clariæque, <sup>c</sup> et sub iis Arræi Sarmatæ, <sup>d</sup> quos Area-tas <sup>e</sup> vocant, Scythæque: et circa Ponti littora Moriseni, <sup>f</sup> Sithoniique <sup>g</sup> Orphei vatis <sup>h</sup> genitores obtinent.

Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. et Gronov.—4 *Termonium* Vet. Dalec.—5 *Aoti*

## NOTÆ

Ptolem. III. 11. Horum oppidum fuit colonia Deultum, de qua inferius. Neque Dionis Σαλέραι, lib. LIV. p. 545. neque Stephani Σαλίται, huc pertinent, sed supra Byzantium rejiciendi.

<sup>y</sup> *Priantæ*] Solino quoque Priantæ dicti. Hæc Βριαντική regio appellata ab Herod. lib. VII. p. 418. ubi Xerxis iter a campo Dorisco, de quo mox, describitur.

<sup>z</sup> *Doloncæ*] Δόλωναί Stephano, Solino *Dolenci*, cap. 10. p. 27. A Dolonco rege nomen factum ait Eustathius, in Dionys. vs. 323. p. 46.

<sup>w</sup> *Thyni*] De his dicemus ad VI. 41.

<sup>x</sup> *Cæletæ*] Cæletæ quoque Livio appellati, lib. XXXVIII. p. 481. Idem *Cælaletæ* Tacito Annal. III. pag. 82. sed corrupte, Κοιλητική στρατηγία, seu *præfectura* Ptolem. III. 11.

<sup>y</sup> *Oppidum*] Cæletarum scilicet.

<sup>z</sup> *Poneropolis*] Sic ante Plinium Theopompus Philippic. lib. XIII. teste Suida, verbo Δούλων πόλις. Sic appellata, quod *pessimi* quique (πονηρός Græci dicunt) in eam transducti. A Philippo Macedone nomen habet, ut auctor est Stephanus: non a Philippo Cæsare, ut quibusdam visum. Commodi nummus in Museo Parisiensi, ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nunc *Philippoli*. A triplici monte cui insi-

det, etiam Ptolemæo, III. 11. Τριμόντιον.

<sup>a</sup> *Hæmi*] Αἶμος Ptolem. v. 11. aliis Αἶμος. Paremei monti excelsitatem tribuit Solinus, cap. 10. p. 27. et Martianus, lib. VI. cap. de Thracia, pag. 212. Vide quæ diximus ad II. 65. Plerisque nunc *Cadena del mondo* nuncupatur.

<sup>b</sup> *Aversa ejus*] Terga dixit Marti-anus, hoc est, partem montis borealem, et quæ in Istrum vergit. De Mœsis diximus ad III. 29. De Getis et Aorsis dicemus libri hujus cap. 25.

<sup>c</sup> *Gaudæ, Clariæque*] Mss. omnes, *Dariæque*.

<sup>d</sup> *Arræi Sarmatæ*] Ubi nunc Bulgaria est.

<sup>e</sup> *Areatas*] Forte pro *Areotas*, Ἀπειώτας, *Martios, bellicosos*. Vel potius *Aroteres*, ut sit illud Scytharum genus, quod Tomos olim Calatinque tenuisse paulo post dicitur.

<sup>f</sup> *Moriseni*] In Notitia Ecclesiastica Hieroclis, ut appellant, inter civitates episcopales Thraciæ Μόριζος scribitur. *Ed. sec.*

<sup>g</sup> *Sithoniique*] Regio Σιθωνία Stephanano. Sed longe hæc disjuncta a Sithonia Herodoti, de qua superius diximus. Hæc, in qua versamur, montuosa, et Ponto proxima, ostiisque Danubii, in Bulgariæ finibus. De hæc

Ita finit<sup>1</sup> Ister a septemtrione. Ab ortu Pontus ac Propontis. A meridie Ægæum mare, cujus in ora a Strymone, Apollonia,<sup>2</sup> Œsymba,<sup>3</sup> Neapolis, Datus.<sup>6</sup> Intus Philippi colonia,<sup>4</sup> absunt a Dyrrhachio cccxxv. mill. pass. Scotusa,<sup>7</sup> Topiris,<sup>8</sup> Nesti amnis ostium. Mons Pangæus.<sup>9</sup>

Gronov. et edd. vett. et mox in iisdem: *Arræi, Sarmatæ* distinctim.—6 *Batos* Chiffi. *Pastos* Gronov. et edd. vett. *Datos* Herm. Barbarus.—7 *Scotusa* civi-

## NOTÆ

cecinit Maro, Eclog. x. 66. 'Nec si frigoribus mediis Hebrumque bibamus, Sithoniasque nives hyemis subeamus aquosæ.'

<sup>1</sup> *Orphei vatis*] Quem Ciconum regem, Rhodopesque montis incolam fuisse ferunt, circa Hebrum amnem. Plinius Solinus, hoc etiam loco, et Capella describunt.

<sup>2</sup> *Ita finit*] Hi Thraciæ limites, inquit. Nunc enim, perstrictis antea cursim raptimque populis ac gentibus, singula deinceps oppida designare aggreditur.

<sup>3</sup> *Apollonia*] Inter amnes Neston et Strymona positam fuisse in ora, Me-la prodit II. 2.—'Hæc Apollonia Ionum in Thracia videtur esse, quam Stephanus appellat, Ἀπολλωνίαν τῶν ἐπὶ Θράκης ἰώνων.' Ed. sec.

<sup>4</sup> *Œsymba*] Οἰσὺμη ἐν Θράκῃ πόλις, Scylaci, p. 26. et Harpocrati, ex Antiphonte. Νέαν πόλιν haud procul Philippis sitam agnoscit Dio lib. XLVII. pag. 348. Utramque locat in Edonide, quam Macedoniæ ascribit, Ptolem. III. 13. Notitia Eccles. antiqua, in provincia primæ Macedoniæ, pag. 21. Νέα πόλις. Memoratur in Actis, xvi. 11.

<sup>5</sup> *Datos*] Δατός. Vide Notas et Emend. num. 58.

<sup>6</sup> *Philippi colonia*] 'Philippus, quæ est primæ partis Macedoniæ civitas, colonia,' dixit Lucas in Act. xvi. 12. Hi sunt Philippenses, Pauli Epistola

nobilitati. Hic campi Philippici, ubi Cassius et Brutus devicti. Dio, lib. XLVII. Virg. Georg. I. 489. 'Ergo inter sese paribus concurrere telis Romanas acies iterum, videre Philippi.' Hoc est, secundo eas Philippi configere viderunt, uti jam viderat eas inter sese concurrere primum Pharsalia. Pergit enim idem: 'Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro Emathiam et lætos Hæmi pinguescere campos.' Hoc est, semel Emathiam, sive Macedoniam, ubi Pharsalia est, semel Thraciam, ubi campi montis Hæmi et Philippi. Easdem enim Tabulas Geographicas Virgilius et Plinius ubique sequuntur: et Philippi Thraciæ ambo ascribunt. Lucas autem in Macedonia, sed extrema, quæ prius Thraciæ fuit, usque ad amnem Strymonem: et unde iter Apostolo fuit Amphipolim et Apolloniam, et inde Thessalonicam, Act. XVII. quod cum Pliniana descriptione mirifice convenit. Ed. sec.—Celsus, lib. L. Dig. tit. 15. de censibus: 'Colonia Philippensis juris Italici est.' Nummus Clandii apud Patin. p. 99. COL. AVG. IVL. PHILIP. DIVVS. AVG.

<sup>7</sup> *Scotusa*] Ab ea diversam esse necesse est, de qua egimus sup. cap.

<sup>8</sup> *Topiris*] Τοπίρις Ptolem. III. 11. Aliis Τοπηρός: in nummis quos citat Holstenius, p. 114. ΤΟΠΙΡΟΤ et ΤΟΠΕΙΡΟΤ. In Notitia Eccles. Prov. Rhodopes. p. 21. Τὸ πυρὸς, (divulsa



Heraclea,<sup>1</sup> Olynthos.<sup>2</sup> Abdera<sup>3</sup> libera civitas, stagnum Bistonum<sup>4</sup> et gens. Oppidum fuit Tirida,<sup>5</sup> Diomedis equorum stabulis dirum. Nunc sunt Dicææ,<sup>6</sup> Ismaron:<sup>7</sup> locus Parthenion,<sup>8</sup> Phalesina, Maronea<sup>9</sup> prius Ortageurea<sup>10</sup> dicta. mons, Serrium:<sup>11</sup> et Zone:<sup>12</sup> tum locus Doriscus<sup>13</sup> decem<sup>14</sup> mill. hominum capax. Ita Xerxes ibi dinumeravit exercitum. Os Hebri.<sup>15</sup> Portus Stentoris.<sup>16</sup> Oppidum

//////////

tas Vet. Dalec.—8 Tyrida Chiff. Tinda edd. vett. et Gronov. Tirida testantur codd. Harduini.—9 Doriscus centum viginti Vet. Dalec.—10 Chiff. a Me-

### NOTÆ

perperam voce, pro *Τουρπός*,) *νὺν* 'Πούσιον.

<sup>1</sup> *Pangæus*] *Παγγαῖον ὕδρος*.

<sup>2</sup> *Heraclea*] *Σιντὰ* appellata sup. cap. sub monte Pangæo.

<sup>3</sup> *Olynthos*] *Ὀλυνθος* Græcis ad Sithoniam regionem pertinens, de qua egimus sup. cap. Herod. lib. vii. n. 123.

<sup>4</sup> *Abdera*] *τὰ Ἀβδηρα*, Ad Nestum amnem, Herod. lib. vii. p. 422. Democriti patria. Incolæ, stupori mentis obnoxii, locum dedere paræmiæ, 'Abderitica mens.' Unde Martialis: 'Abderitanæ pectora plebis habes.' Libertatem Abderitis restitutam narrat Liv. lib. xliii. p. 551.

<sup>5</sup> *Bistonum*] *Βιστονίς λίμνη* Ptolem. iii. 11. Accolæ *Βιστονες* Stephano, et Herod. lib. vii. p. 418. n. 110.

<sup>6</sup> *Fuit Tirida*] Interiisse id oppidum hac loquendi forma innuit. Vide Notas et Emend. num. 59.

<sup>7</sup> *Dicææ*] *Δικαῖα*, πόλις *Θράκης*, Stephano. *Δικαῖοπολις* dicitur ab Harpocrate prope Abdera.

<sup>8</sup> *Ismaron*] *Ἰσμάρος* Thraciæ oppidum in Ciconum regione, Scymno teste, et Stephano. Ibi et mons oppido cognominis, de quo Maro Georg. ii. 'Juvat Ismara Baccho Conserere.'

<sup>9</sup> *Parthenion*] *Παρθένιον*, Stephanus: *Παρθένιον*, πόλις *Θράκης*.

<sup>10</sup> *Maronea*] *Μαρόνεα*, Thraciæ oppidum Harpocrati. Mela ii. 2. p. 30. 'Tum Nestos fluvijs, et ripis ejus adjacens Maronea.' Hinc vinum Maroneum, de quo xiv. 6.

<sup>11</sup> *Ortageurea*] Forte *Orthagorea*, ab 'Ορθαγόρας Bacchi comite, quem Aristophanes appellat in 'Εκκλησίᾳ. pag. 751.

<sup>12</sup> *Serrium*] *Σέρρειον ὕδρος* Appiano, Bell. Civ. iv. pag. 648. *Σέρρειον ἕκρη* Herod. lib. vii. pag. 406. et Stephano. Hic Ciconas idem Herodotus, Serreum castellum Livius statuit, lib. xxxi. pag. 372.

<sup>13</sup> *Zone*] *Ζώνη*, Ciconum oppidum, Stephano. Mela ii. 2. 'Serrium, et, quo canentem Orpheus secuta narrantur nemora, Zone.'

<sup>14</sup> *Doriscus*] *Δορίσκος*, Herodoto, loc. cit. et Harpocr. Mela, loc. cit. 'Trans Hebrum Doriscos, ubi Xerxes copias suas, quia numero non poterat, spatio mensum ferunt.' Vide Notas et Emend. n. 60.

<sup>15</sup> *Os Hebri*] Juxta Ænum urbem, de qua mox. Sic Herod. lib. iv. pag. 254. n. 90. 'Εβρος ἐς θάλασσαν τὴν παρ' Αἰῶνός ποταμῶν.

<sup>16</sup> *Stentoris*] *Στέντροπος*. Quare apud Ovid. Trist. i. 9. perperam reponunt: 'Saltus ab hac terra brevis est Stentora petenti,' pro 'Tempyra.' Et *Στεντορίδα λίμνην* prope Ænum habet

Ænos<sup>f</sup> liberum cum Polydori tumulo, Ciconum<sup>g</sup> quondam regio. A Dorisco incurvatur ora ad Macron Tichos centum viginti duorum mill. pass. Circa quem locum fluvius Melas,<sup>h</sup> a quo sinus appellatur. Oppida: Cypsella,<sup>i</sup> Bisanthe,<sup>j</sup> Macron Tichos dictum, qua a Propontide ad Melanem<sup>10</sup> sinum inter duo maria porrectus murus<sup>k</sup> procurrentem excludit Cherronesum.

Jamque Thracia<sup>11</sup> altero latere a Pontico littore incipiens, ubi Ister amnis immergitur, vel pulcherrimas in ea parte<sup>m</sup> urbes habet, Istropolin Milesiorum,<sup>n</sup> Tomos,<sup>o</sup> Ca-

\*\*\*\*\*

team. Mox, pro *porrectus murus*, quod habent codd. Harduini et Chiffi. item Harduin. Bipont. Miller. et Franz. *porrectis muris* præferunt edd. vett. et Gronov.—11 *Namque Thracia* Gronov. et edd. vett.—12 *Crumon* Vet. Dalec.

## NOTÆ

Herod. lib. vii. n. 58.

<sup>f</sup> *Ænos*] *Alvos* Straboni, lib. vii. p. 319. et Scylaci, pag. 26. Mela ii. 2. 'Eximia est Ænos, ab Ænea profugo condita. Circa Hebrum Cicones,' &c. Prius idcirco *Αἰνείας* dictam Conon ait apud Phot. in Bibl. cod. 186. p. 453. Negant alii ab Ænea id oppidum potuisse condi. Ænum et Maroneam liberas civitates appellat Liv. lib. xxxix. p. 495. De Polydori tumulo, Solinus, cap. 10. p. 28.

<sup>g</sup> *Ciconum*] *Κίκονας* Græci vocant, Herod. lib. vii. alique.

<sup>h</sup> *Fluvius Melas*] Hæc totidem verbis Pomponius ii. 2. *Μέλας κόλπος*, sic appellatus, teste Oppiano Halieut. iv. 517. quia profundissimus. *Μέλας nigrum* sonat. Eam ob causam Pontum Euxinum a nostris vocari crediderim, *la Mer Noire*. Huic sinui nomen est hodie ab Æno oppido, *Golfe d'Éno*. *Μέλανος ποταμοῦ καὶ κόλπου* meminit Herod. lib. vii. p. 405.

<sup>i</sup> *Cypsella*] *Κύψελλα* Ptolem. iii. 11. *Τὰ Κύψελα* Thucyd. lib. v. p. 367. Stephano, et Appiano in Mithrid. p. 207. Cypsela Liv. lib. xxxi. p. 372. Mela ii. 2. p. 29. 'Tum Bisdelyph. et Var. Clus.

santhe Samiorum, et ingens aliquando Cypsela. Post locus quem Graii *Μακρὸν Τείχος* appellant, et in radice magnæ peninsulæ sedens Lysimachia.'

<sup>j</sup> *Bisanthe*] *Βισάνθη* Ptolem. iii. 11. et Plutarcho in Alcibiade, p. 211.

<sup>k</sup> *Porrectus murus*] Porrectus per totam Isthmi longitudinem murus a reliqua Thracia separat ingentem peninsulam, quam Thraciæ Cherronesum appellant, longissime procurrentem in mare.

<sup>l</sup> *Jamque Thracia*] Vide Notas et Emend. num. 61.

<sup>m</sup> *Vel pulcherrimas in ea parte*] In Thracia universa. Vossius in Melam, p. 125. *tres pulcherrimas* invitis Mss. reponit.

<sup>n</sup> *Istropolin Milesiorum*] A Milesiis conditam. *Ἰστρον πόλιν Μιλήσιοι κτίσαντες*. Auctor Periplus Ponti Euxini, p. xi.

<sup>o</sup> *Tomos*] Tomi, Ovidii exilio celebrati. Unde Trist. iii. 9. 'Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sui.' Et Trist. iv. 10. 97. 'Cum maris Euxini positos ad læva Tomitas

Plinius.

3 C

latinqe,<sup>p</sup> quæ antea Acervetis<sup>q</sup> vocabatur. Heracleam habuit, et Bizonem<sup>r</sup> terræ hiatu raptam : nunc habet Dionysopolin, Crunos<sup>12</sup> antea<sup>s</sup> dictam. Alluit Ziras amnis. Totum eum tractum Scythæ Aroteres<sup>t</sup> cognominati<sup>13</sup> tenere. Eorum oppida : Aphrodisias,<sup>u</sup> Libistos, Zigere, Borcobe, Eumenia, Parthenopolis,<sup>v</sup> Gerania,<sup>w</sup> ubi Pygmæorum gens fuisse proditur, Cattuzos<sup>14</sup> x Barbari vocant,



et Chiffi.—18 *Aroteres dioti* Vet. Dalec. et mox, *Recobe* in eodem pro *Borcobe*.—14 Ita Chiffi. omnes codd. Harduini et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. quos *Catizos* edd. vett. et Gronov.—15

## NOTE

Quærere me læsi Principis ira jubet.' In Notitia Eccles. Provinciæ Scythiæ ascribitur. Nummus Caracallæ in Museo nostro Parisiensis, ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ. ΤΟΜΕΩΣ.

<sup>p</sup> *Calatinqe*] Κάλαις in ipso Ponti littore, ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ Πόντου, Stephanus. Scylaci, p. 26. et aliis, Κάλαις. geminato λλ. Et in nummo Gordiani Pii, apud Patin. pag. 372. ΚΑΛΛΑΤΙΑΝΩΝ. Heracleotarum colonia dicitur Memnoni, in Bibl. Photii, cod. 224. p. 721.

<sup>q</sup> *Acervetis*] Mss. quæ antea *Cerbatia*. Vossius in Melam, pag. 125. Cerastis, a loco sacro qui Mileti fuit, Κεραστὶς appellatus, ut auctor Etymologici prodidit, quod ibi fixa arietum cornua ab Apolline fuissent.

<sup>r</sup> *Bizonem*] Βιζώνη, cujus pars maximo terræ motu hausta, teste Strab. lib. vii. p. 319. Pagus superfuit, Βιζώνη πολίχριον apud auctorem Peripli Ponti Euxini, p. 12. Mela, a quo Plinius, ii. 2. p. 9. 'Fuit hic Bizonem : motu terræ intercidit : est portus Crunos : urbes, Dionysopolis,' &c.

<sup>s</sup> *Crunos antea*] Ob fontes in agro circumjacente scaturlentes. Auctor Peripli, loc. cit. Διονυσόπολις πρῶτον ὠνομάζετο Κροννολ, διὰ τὰς τῶν ἐγγύς

ὁδῶν ἐκρῶσει. Eadem et Stephanus habet. In Notitia Eccles. Provinciæ Scythiæ tribuitur.

<sup>t</sup> *Aroteres*] Ἀρορῆς, hoc est, *aratores*.

<sup>u</sup> *Aphrodisias*] Scythiæ quoque accensetur a Stephano in Ponti littore : Ἀφροδισιάς Σκυθίας, παραλία, κ. τ. λ. Notitia Eccles. antiqua, in provincia Thraciæ Europæ, pag. 21. Ἀφροδισία. Cetera oppida, vel nomina potius Scythica, ceteris neglecta scriptoribus, ipsaque etiam Εὐμέρεια, quam Græca appellatione gaudet.

<sup>v</sup> *Parthenopolis*] Inter devicta a Lucullo oppida in hac parte terrarum ab Eutropio memoratur, lib. vi. p. 788, 'Inde multas,' inquit, 'super Pontum positas civitates aggressus est. Illic Apolloniam evertit, Calatim, Parthenopolim, Tomos, Istrum, Bizyam omnem cepit.'

<sup>w</sup> *Gerania*] Γεράνεια. Solinus, cap. 10. p. 28. 'Quondam urbem Geraniam Cattuzam barbari vocant, unde a gruibz Pygmæos ferunt pullos. Manifestum sane in septentrionalem plagam hyeme grues frequentissime convolare.' Factum nomen inde oppido : sunt enim αἱ γέρανοι, grues.

<sup>x</sup> *Cattuzos*] Vide Notas et Emend. num. 62.

creduntque a gruibus fugatos. In ora a Dionysopoli est Odessus Milesiorum.<sup>7</sup> Flumen Panysus.<sup>15</sup> Oppidum Tetranaulochus.<sup>a</sup> Mons Hæmus vasto jugo procumbens in Pontum, oppidum habuit in vertice Aristæum.<sup>b</sup> Nunc in ora Mesembria,<sup>c</sup> Anchialum, ubi Messa fuerat. Astice regio<sup>d</sup> habuit<sup>16</sup> oppidum Anthium: nunc est Apollonia.

\*\*\*\*\*

*Flumen Panisus* edd. vett. ante Harduin. *Flumen Pannisus* in quibusdam codd. —16 Ita codd. Harduini et Chiff. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Astice regio. Fuit oppidum, &c.* Gronov. et edd. vett. Paulo post,

#### NOTÆ

<sup>7</sup> *Odessus Milesiorum*] A Milesiis conditam, Ὀδησσὸν κλιζουσι Μιλήσιοι, inquit Auctor Periplus Ponti Euxini, p. 12. Strabo quoque lib. vii. p. 319. Inter Calatim et Apolloniam. Caracallæ nummus, apud Patin. pag. 304. ΟΔΗCCEITΩΝ.

<sup>a</sup> *Panysus*] Πάνυσος. Vide Notas et Emend. num. 63.

<sup>a</sup> *Tetranaulochus*] Ναύλοχος idem a Strabone appellatur, loc. cit. Mesembrianorum oppidum, juxta montem Hæmum, ibi incumbens mari. *Tetranαύλοχος* ei a quatergemina statione navium nomen est. Locum hic *Terta* non habet, etsi habere oportere censuit Hermolaus; cum sit id oppidum Thraciæ mediterraneum Ptolemæo iii. 11.

<sup>b</sup> *Aristæum*] Ab Aristæo Apollinis F. conditum, cum in montem Hæmum ad Bacchum ibi degentem se contulit. Diodor. Sic. Bibl. lib. iv. p. 282.

<sup>c</sup> *Mesembria*] Μεσημβρία Scylaci, p. 27. ceterisque Geographis.—Olim Menembria quasi Menæ oppidum, ut ait Strabo, lib. vii. p. 319. Ἀρχιλαος deinde Ptolem. iii. 11. et Melæ ii. 2. Hic obiter exponendus est ludus Martialis in verbo simili, xi. 95. 'Ecce negas, jurasque mihi per templa Tonantis: non credo: jura, verpe, per ANCHIALUM.' Vel, ut alii

libri habent, 'per Anchialem.' Cur juras, inquit, Judæe Hierosolymitane, per Templum Dei? Non sic impetrabis fidem: quippe scio te nihil a templo timere, etiamsi pejeres. (Matth. xxiii. 'Væ vobis, duces cæci, qui dicitis: Quicumque juraverit PER TEMPLUM, nihil est.') Jura, Judæe, Hebræo tuo idiomate, quod ego quoque calleo. Jura, Per Deum ipsum. Utere hac formula אֵלֹהֵינוּ יְהוָה: *Strangulet me Deus*, si istud patravi scelus quod objicis: certe non ausis. Juras per templa Tonantis; jura, sodes, per Tonantem ipsum. Ex his Hebræis literis fictum nomen a Martiale *Anchialus* est; sive *Anchial*, *Anchialis*. Aiebat Scaliger, sed infelici conjectura, esse hic *Anchialum* ab אֵלֹהֵינוּ יְהוָה: quod est, ut quidem interpretatur, *Certe vivit Deus*. An vero etiam *Anchialum* vates scripsisset, pro *Anchialum*? Ed. sec.

<sup>d</sup> *Astice regio*] Quæ Ptolemæo loc. cit. Ἀστική σπαρτηρία, *Astica* seu *Urbana Prefectura*, quæ ab Apollonia ad Perinthum usque pertinuit. Ἀπολλωνία quoque post Mesembriam a Scylace nominatur, p. 27. Mela, loc. cit. 'Mesembria, Anchialos, et intimo in sinu (Ponti Euxini), atque ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit magno, Apollonia.' Anthium vero Ἀνθία Stephano dicitur: Apol-

Flumina : Panissa, Rira,\* Tearus,<sup>f</sup> Orosines. Oppida : Thynias,<sup>e</sup> Halmydessos,<sup>17h</sup> Develton cum stagno, quod nunc Deultum vocatur, veteranorum :<sup>i</sup> Phinopolis,<sup>j</sup> juxta. quam Bosporus. Ab Istri ostio ad os Ponti pass. DLV. mill. alii fecere. Agrippa adjecit LX.<sup>18k</sup> Inde ad murum<sup>l</sup> supra dictum centum quinquaginta : ab eo Cherronesus CXXV.<sup>19m</sup> mill.

Sed a Bosporo, sinus Casthenes.<sup>20n</sup> Portus Senum : et

*Panyssas, Rysas* in quibusdam codd.—17 *Thynnias, Almedessos* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *Thynnias Salmydessos* emend. Herm. Barbarus ex Stephano et Strabone.—18 *Agrippa adjecit quadragesima* Gronov. et al. vett.—19 Ita Editio princeps et codd. Reg. Colb. et Paris. ap. Brotier. CXXVI. edd. vett. item Gronov. Harduin. Miller. Bipont. et Franz.—20 *Costhenes* Franzius ; *Leosthenes* Vet. Dalec. *Gasthenes* Gronov. *Sosthenes* Harduinus in Addend. ad Ed. 1. Mox, *Portus Ceron* Tolet.

## NOTE

lonia Milesiorum Rhodiorumque colonia.

<sup>e</sup> *Panissa, Rira*] Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. *Panyssas, Rysas*. Panysum, credo, adhuc intelligit, de quo proxime antea dictum est.

<sup>f</sup> *Tearus*] *Τέαρως* Herod. lib. iv. n. 90. ubi de eo amne multa.

<sup>g</sup> *Thynias*] *Θυνιάς* Græcis, in Astice præfectura, prope Apolloniam et Halmydesson. Scymnus Chius, p. 30. *Θυνιάς τῆς Ἀστικῆς Θράκης ὑπάρχουσα* ἑσχατῇ, Μεθ' ἣν πόλις ἐστὶν σύνορος ἡ Ἀπολλωνία. Et anchor Peripli Ponti Euxini, p. 14. *Θυνιάς εὐλλόμενος ἄκρα τῆς Ἀστικῆς Θράκης ὑπάρχουσα* ἀπὸ δὲ *Θυνίδος* εἰς Ἀλμυδησσὸν, κ. τ. λ. Describit hujus oræ oppida Ovid. Trist. 1. 9. 35.

<sup>h</sup> *Halmydessos*] Ἀλμυδησσὸς plerisque Græcorum : Herodoto lib. iv. n. 90. et Stephano, *Χαλμυδησσός*.

<sup>i</sup> *Veteranorum*] Subintellige, colonia. Ptolem. lib. iii. 13. in mediterraneis Thraciæ civitatibus, *Δεοβελτος κολωνία*, Caracallæ nummus, apud Patin. p. 301. et Mamææ, p. 343.

COL. FL. PAC. DEULT. 'Colonia Flavia Pacensis Deulton,' non 'Pacifera,' ut Patinus interpretatur. Ad Panysum amnem. In Novella Leonis, *Δέβελτος*.

<sup>j</sup> *Phinopolis*] *Φινόπολις, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ* Stephano, et Ptolem. iii. 11. in ipso ore Ponti.

<sup>k</sup> *Adjecit LX.*] Ita Mss. at editi XL.

<sup>l</sup> *Ad murum*] *Μακρὸν τεῖχος*.

<sup>m</sup> CXXV. [CXXVI.] Hoc est, a muro longo procurrit in mare Cherronesus, per CXXVI. millia passuum, quæ Cherronesi longitudo est. In Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. CXXV.

<sup>n</sup> *Casthenes*] 'Ita constanter libri omnes, *Casthenes*. Nos olim cum eruditus viris *Lasthenes* suspicabamur satius fore, ut esset pro *Λεωσθένους*, vel *Λεωσθένιος*. *Sosthenes* rescribere contra fidem codicum Mss. non audeamus; tametsi meminit portus *Sostheni* prope Byzantium Nicephorus CP. in historiæ breviario, ad annum DCCXVII. 'Ὁ δὲ λοιπὸς ἄρας στόλος τῷ

alter, qui Mulierum cognominatur. Promontorium Chrysoceras,<sup>o</sup> in quo oppidum Byzantium liberæ conditionis, antea Lygos<sup>21 p</sup> dictum. Abest<sup>q</sup> a Dyrrhachio septingentis undecim millibus pass. Tantum patet longitudo terrarum inter Adriaticum mare et Propontidem. Amnes: Bathynias,<sup>r</sup> Pydaras, sive Atyras.<sup>22</sup> Oppida, Selymbria,<sup>s</sup> Perinthus<sup>t</sup> latitudine cc. pedum<sup>23 u</sup> continenti annexa. Intus Bizya,<sup>24 v</sup>

//////////

*Portus Serium* Pintian.—21 *Longos* Vet. Dalec.—22 *Pidas et Atyras, sive Thydas* in eodem.—23 'Ita bene omnes codd. et Editio princeps. Male recentiores editiones, *ducentorum passuum*.' Brotier.—24 *Byzia* Gronov.—25

## NOTE

Θρακικῇ προσπλεύσας Βοσπόρῳ, τῇ λι-  
μένι τῇ καλουμένῃ Σωσθενείῳ προσορμίζ-  
εται, καὶ αὐτοῦ διεχειμαίεν. Ceteræ  
naves ad Thracium Bosphorum advectæ  
ad Sosthenium portum applicant, et ibi-  
dem hyemant. Extat et in Anthologia  
Græca, iv. 25. Leontii Scholastici  
Epigramma in imaginem saltatricis  
stantis in Sosthenio: Λεοντίου Σχο-  
λαστικού εἰς εἰκόνα ὀρχηστρίδος ἱσταμέ-  
νης ἐν τῇ Σωσθενείῳ. Εἰμὶ μὲν Ἑλλαδίῃ  
Βυζαντίας, ἐνθάδε δ' ἔστην Ἡχίχοροστα-  
σίην εἰσι δῆμος ἔγει· Ὀκρόθι πορθμῷ  
γαῖα μερίζεται· ἀμφότεραι γὰρ Ἀντιγες  
ὀρχηθμοὺς ᾄδουσιν ἡμετέροισιν. *Helladie*  
dicor Byzantia: visor ibidem Suetit ubi  
populus ducere vere choros: Terrarum  
facit æquor ubi divortia: quippe Lau-  
dabat numeros orbis uterque meos.' Ed.  
sec.

<sup>o</sup> *Chrysoceras*] Χρυσοῦ κέρατος pro-  
montorium, hoc est aurei cornus, de  
quo ix. 20. Plinium Solinus cap. 10. p.  
28. et Capella lib. vi. cap. de Thracia  
p. 212. de more transcribunt: et  
Missi Theodosii, quorum verba re-  
citabimus in Notis et Emend. num.  
64.

<sup>p</sup> *Antea Lygos*] Vide Notas et E-  
mend. num. 64.

<sup>q</sup> *Abest*] Ita Solinus, et Martianus,

locis cit.

<sup>r</sup> *Bathynias*] Βαθύνιας pariter et  
'Αθύρας, inter Byzantium et Selym-  
briam, apud Ptolem. iii. 11. 'Αθύρας  
quoque Stephano memoratur.

<sup>s</sup> *Selymbria*] Σηλυμβρία Stephano:  
a Selye sic appellata: Bria enim, in-  
quit, Thracibus oppidum sonat: ut  
Selymbria, vel Σηλυβρία, (sic enim  
Ptolemæus scribit, loc. cit.) sit quasi  
Selyos oppidum. De vi vocis Bria ea-  
dem tradidere Strab. lib. vii. p. 319.  
et Nicol. Damasc. in Excerpt. p. 494.

<sup>t</sup> *Perinthus*] Eadem Heraclea Thra-  
ciæ Perinthus cognominata. Sozo-  
menus iv. 7. Hypatianum Heracleæ  
Perinthis Episcopum vocat. Procop.  
lib. iv. de Ædif. Justin. vicinam By-  
zantio Heracleam Perinthum, Ἡρά-  
κλειαν Πέρινθον, olim Provinciæ Eu-  
ropæ metropolin ait fuisse: tunc vero  
locum post Constantinopolim proxi-  
mum obtinere. Hodie *Pantiro*.

<sup>u</sup> *CC. pedum [passuum]* Mæs. om-  
nes, CC. pedum.

<sup>v</sup> *Intus Bizya*] In Astice regione  
sive præfectura, arx regum Astarum.  
Stephanus: Βιζύη, πόλις Θράκης, τὸ  
τῶν Ἀστῶν βασίλειον. Hæc a Plinio  
Solinus exscripsit, cap. 10. p. 28.

arx regum Thraciæ, a Terei<sup>w</sup> nefasto crimine invisa hirundinibus. Regio Cænica,<sup>x</sup> colonia Flaviopolis,<sup>y</sup> ubi antea Zela oppidum<sup>z</sup> vocabatur. Et a Bizya quinquaginta millia passuum Apros colonia,<sup>z</sup> quæ a Philippis abest centum octoginta octo mill. pass. At in ora amnis Erginus:<sup>26</sup> a oppidum fuit Ganos:<sup>b</sup> deseritur et Lysimachia jam in Cherroneso.

Alius namque<sup>c</sup> ibi Isthmos angustia simili est,<sup>27</sup> eodem nomine, et pari latitudine. Illustrant duæ urbes utrimque littora, quæ haud dissimili modo<sup>d</sup> tenuere, Pactye<sup>28</sup> e a Pro-



Voc. *oppidum* deest in cod. Dalec.—26 *Eginus* margo edd. Dalec. et Gronov. Mox, Vet. Dalec. *oppidum Ganos. Fuisse fertur et Lysimachia in, &c.*—27 Chiffi. *similis est.*—28 *Pactia* Gronov. Mox, Vet. Dalec. *sinu. Hæ ex, &c.*—

#### NOTE

<sup>w</sup> *A Terei*] Nota fabula, de qua consulendus Ovid. *Metam.* vi. 647. maxime vero Hyginus, fab. 45. 'Philomela.' Vide Notas et Emend. num. 65. Neque nullo habenda in pretio, quæ de hac re tota habet Aldrouandus Ornithol. xvii. 6. p. 684. ubi hunc locum aversari hirundines putat, ob eam potius causam, quod Boreæ magis violentiæ pateat: cujus venti flatum perhorrescere id avium genus constat.

<sup>x</sup> *Cænica*] Ubi Cæni incolæ appellati, vel Cænici, de quibus dictum est initio hujus capituli.

<sup>y</sup> *Flaviopolis*] Colonia quoque dicitur, loc. cit. Et in *Thes. Goltzii*, pag. 239. Nummus Titi Imp. COL. FLAVIOPOLIS.

<sup>z</sup> *Apros colonia*] Ptolemæo, inter urbes Thraciæ mediterraneas, Ἀπρος κολώνια. Et Stephano, Ἀπρος, et in *Notitia Eccles.* p. 21.

<sup>a</sup> *Erginus*] Meminit hujus amnis Mela ii. 2.

<sup>b</sup> *Fuit Ganos*] Hoc est, defecit jam Ganos: deficit vero et Lysimachia, quæ in Cherroneso est: hujus enim,

ut nondum dirutæ ac deletæ meminit Plinio recentior Ptolemæus iii. 11. Λοσιμαχία. Instauratam denuo ex *Notitia Antiqua* colligimus: nam in Provincia Thraciæ Europæ, pag. 21. Γάνος censetur. Γάνος vero (sic enim habent Mss. non *Gonos*;) Scylaci memoratur inter Thraciæ oppida, pag. 27. Γάνος juxta Bisanthem apud Xenoph. de *Exped. Cyri*, lib. vii. p. 411.

<sup>c</sup> *Alius namque*] Hinc Cherronesi descriptionem auspicatur. Alterum ait esse in Cherronesi angustii Isthmon Corinthiaco similem et nomine, Isthmos enim appellatur: et latitudine pari, intervallo nempe quinque millium passuum, ut dictum est cap. 5. Transcribit hæc Solinus iisdem fere verbis, cap. 10. p. 28.

<sup>d</sup> *Haud dissimili modo*] Ut Corinthiacarum angustiarum termini sunt Lecheæ hinc, illinc Cenchrææ, sic Propontidi Pactye, Melani sinui Cardia insidet, Isthmique latera duo obsident.

<sup>e</sup> *Pactye*] Πακτόνη Pausan. lib. i. p. 19. ceterisque Geographis. Καρδία

pontide, Cardia a Melane sinu, hæc ex facie loci <sup>f</sup> nomine accepto : utræque <sup>g</sup> comprehensæ postea Lysimachia quinque mill. pass. a Longis muris. Cherronesos a Propontide habuit Tiristasin, <sup>h</sup> Crithotem : <sup>i</sup> Cissam <sup>j</sup> flumini Ægos <sup>29</sup> appositam : nunc habet a colonia Apro xxii. mill. <sup>k</sup> passuum, Resiston ex adverso coloniae Parianæ. <sup>l</sup> Et Hellespontus, <sup>m</sup> septem (ut diximus) <sup>n</sup> stadiis Europam ab Asia dividens, quatuor inter se <sup>30</sup> contrarias urbes habet, in Europa Calli-

29 Cissam et flumini Ægo Vet. Dalec. Mox, alius codex ap. Dalec. nunc a colonia, omissa habet. Deinde, pro XXII. quod omnes codd. exhibent, XXXII. legitur in edd. vett. et Gronov.—30 Ita codd. Harduini, Chiffi. et Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. quatuor illic inter se edd. vett. cum Bipont. et Franz.

## NOTE

quoque eidem, p. 17. De utraque Strab. lib. vii. p. 331.

<sup>f</sup> *Ex facie loci*] Quod in cordis faciem sita sit, inquit Solinus, loc. cit. dicta Cardia est. Alias hujus appellationis causas Stephanus affert, verbo Καρδία.

<sup>g</sup> *Utræque*] Cum eversa deletaque Cardia, pro ea Lysimachiam, de qua jam dictum est, condidit Lysimachus, ut Pausanias refert, lib. i. p. 17. Pactyen similiter exhaustam vicinitate Lysimachiae Plinius quoque nunc auctor est. Λυσισμαχία fuit in Cherroneso, a Longo Muro, quinque millibus passuum, quanta ipsius Isthmi longitudo est, dissita.

<sup>h</sup> *Tiristasin*] Τειπλοτᾶσις Scylaci, p. 27.

<sup>i</sup> *Crithoten*] Κριθότῃ Scymno Chio, p. 29. urbs Cherronesi Hellanico, apud Harpocrat. p. 178. Scylaci loc. cit. Κριθότῃ.

<sup>j</sup> *Cissam*] Crissam, vel Cressam potius, juxta aliud oppidum, cui Ægos fluminis nomen fuit, positam : quo de oppido egimus pluribus, II. 59. Scylax, in Periplo, p. 27. hæc oppida sic enumerat : ἐν τῷ δὲ Αἰγὸς ποταμῷ, Κρήσσα, Κριθότῃ, Παιρόν. Quæ omnia Plinius interiisse significat.—

<sup>k</sup> Nummus est perrarus ex ære mediodcri, in cimelio P. Chamillart, cuius nummi pars antica Cereris caput exhibet, canistro frugibus pleno onustum : in altera superficie scriptum est, literis ætatem Alexandri M. referentibus ΑΙΓΟΠΟ. hoc est, Αἰγοποταμῶν : cum effigie capræ, quæ Græce est αἰγ, αἰγός, unde urbi nomen. <sup>Ed. sec.</sup>

<sup>l</sup> *XXII. mill.*] Ita Mss. forte pro XXV. Nam ab Apro Resiston distare xxvi. mill. pass. auctor est Antoninus, quem unum ex omnibus scriptoribus invenio hujus oppidi fecisse mentionem, in itinere ab Apollonia per Macedoniam usque Constantinopolim. Nam quod Rhædeston Ptolemæi existimat Pintianus locum hic habere oportere, errat sane graviter, cum Rhædestos extra Cherronesum sit, ac pro ipsa Bisanthe habeatur ; Resistos in medietullio regionis sit posita.

<sup>m</sup> *Parianæ*] De qua v. 40.

<sup>n</sup> *Et Hellespontus*] Solin. cap. 10. pag. 28. Hodie, le Détroit de Gallipoli.

<sup>o</sup> *Ut diximus*] Lib. II. cap. 92. Stadia septem sunt passus DCCCLXXV. Consentit Strabo, lib. II.



polin<sup>o</sup> et Seston, et in Asia Lampsacum et Abydon. Dein promontorium Cherronesi Mastusia<sup>p</sup> adversum Sigeo : cuius in fronte obliqua Cynossema,<sup>q</sup> ita appellatur Hecubæ tumulus, statio Achæorum. Turris et delubrum Protesilai.<sup>r</sup> Et in extrema Cherronesi fronte, quæ vocatur Æolium,<sup>s</sup> oppidum Elæus.<sup>t</sup> Dein petenti Melanem sinum portus Cælos,<sup>u</sup> et Panhormus,<sup>v</sup> et supra dicta Cardia. Tertius Europæ sinus ad hunc modum clauditur. Montes extra prædictos<sup>w</sup> Thraciæ Edonus,<sup>x</sup> Gigemoros, Meritus, Melamphyllus.<sup>31</sup> Flumina in Hebrum cadentia, Bargus, Suemus.<sup>y</sup> Macedoniæ, Thraciæ, Hellesponti longitudo est<sup>32</sup> supra dicta.<sup>z</sup> Quidam septingentorum viginti millium faciunt. Latitudo CCLXXXIV.<sup>33</sup> a millium est.

////////

—31 Ita Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Melamphyllon* edd. vett. et Gronov.—32 Ita Chiff. cum edd. Harduin. Miller. Bipont. et Franz. τὸ ἐστὶν non habetur in edd. ante Harduin.—33 Gronov. et edd.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Callipolin*] Hodieque *Callipoli*, freto nomen dedit. Σηπὸς Straboni præcipua urbium dicitur, quæ sunt in Cherroneso, Abydo opposita, quæ in Asiæ littore est, lib. XIII. pag. 591.

<sup>p</sup> *Mastusia*] Μαστρούσια ἑκρά, Ptolem. III. 12. Hic rursum Solinus cap. 10. pag. 28. et Capella lib. VI. cap. de Thracia, p. 212. Plinium de more transcribunt.

<sup>q</sup> *Cynossema*] Κυνὸς σῆμα. Mela II. 2. 'Est Cynossema, tumulus Hecubæ, sive ex figura canis, in quam conversa traditur, sive ex fortuna in quam deciderat, humili nomine accepto.' Pollux v. 5. non Hecubæ, sed insignis cuiuspiam canis sepulcrum eo nomine indigitari ait. Vide Ovid. Met. XIII. 569.

<sup>r</sup> *Protesilai*] Mela, loc. cit. 'Sunt Protesilai ossa consecrata delubro.'

<sup>s</sup> *Æolium*] Stephanus, ex Theopompo: Αἰόλιον, τῆς Θράκης Χερρόνησου

πόλις, Thraciæ Cherronesi oppidum, 'Elæus'] Ἐλαίους apud Ptolem. III. 12. et Harpocr. pag. 98. Straboni, lib. VII. pag. 331. Ἐλεούς, et Scylaci, pag. 27. Elæunta in Cherroneso agnoscit etiam Livius lib. XXXI. pag. 372.

<sup>u</sup> *Cælos*] Κοῖλος λιμὴν. Mela II. 2. 'Est et portus Cælos, Atheniensibus et Lacedæmoniis navali acie decernentibus, Laconicæ classis signatus excidio.'

<sup>v</sup> *Panhormus*] Portum hæc vox sonat omnibus navibus excipiendis aptum: πανόρμος.

<sup>w</sup> *Extra prædictos*] Hoc est, præter Hæmum, Rhodopen, Pangæum.

<sup>x</sup> *Edonus*] Pars Hæmi, Edonis Thraciæ populi vicina.

<sup>y</sup> *Suemus*] Colb. 1. *Syrmus*. Colb. 2. *Sermus*.

<sup>z</sup> *Supra dicta*] Hoc ipso cap. ubi Byzantium dixit abesse a Dyrrhachio, septingentis undecim millibus pas-

Ægæo mari nomen dedit scopulus inter Tenum et Chium <sup>34</sup> <sup>b</sup> verius, quam insula, Æx nomine <sup>c</sup> a specie capræ, quæ ita Græcis appellatur, repente e medio <sup>35</sup> mari exsiliens. Cernunt eum a dextra parte Andrum navigantes ab Achaia, dirum ac pestiferum. Ægæi pars Myrtoo datur <sup>d</sup> appellatur <sup>36</sup> ab insula parva, quæ cernitur Macedoniam a Geræsto <sup>e</sup> petentibus, haud procul Eubœæ Carysto. Romani omnia hæc maria duobus nominibus appellant: Macedonicum, quacumque <sup>37</sup> Macedoniam aut Thraciam attingit: Graciense, qua Græciam alluit. Nam Græci et Ionium dividunt in Siculum, ac Creticum, ab insulis. Item Icarium, quod est inter Samum et Myconum. <sup>38</sup> Cetera nomina sinus dedere, quos diximus. <sup>f</sup> Et maria quidem gentesque in tertio Europæ sinu ad hunc modum se habent.

vett. CCCLXXXIII.—34 Ita Tolet. Salmant. omnes codd. Harduini et Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *inter Tenedum et Chium* Gronov. et edd. vett.—35 Edd. vett. et Gronov. *in medio*; codd. Chiffi. Harduini et Salmasii, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *e medio*.—36 *Myrtoum appellatur* Vet. Dalec. Mox, *Geræsto* Gronov. Paulo post, in eadem ed. *Charysto*.—37 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quodcumque* edd. vett. ante Harduinum.—38 Vet. Dalec. *Myconem*.

## NOTE

sum. Missi Theodosii: 'Macedonia, Thracia, Hellespontus, et pars sinistrior Ponti. Hæc finiuntur ab oriente, mari Pontico: ab occidente, desertis Dardaniæ: (Candaviæ, credo, voluere dicere, de quibus actum est III. 26.) a septemtrione, flumine Istro. Patent in longitudinem, M. passuum DCCXX. in latitudinem CCCLXXXI. juxta Plinium Secundum in eodem.'

<sup>a</sup> CCCLXXXIV.] Ita Mss. omnes: editi, CCCLXXXIII. Nisi Theod. CCCLXXXI.

<sup>b</sup> *Inter Tenum et Chium*] Vide Notæ et Emend. num. 66.

<sup>c</sup> *Æx nomine*] Αἶξ, quæ vox capram sonat. Plinio astipulatur Apollonii

Scholiastes, ad Argon. I. 831. Τὸ Αἰγαῖον πέλαγος, ἐκλήθη ἀπὸ νῆσου Αἰγῶν καλουμένης. Aliter Festus: 'Ægæum mare appellatur, quod crebræ in eo sint insulæ, ut procul aspicientibus species Caprarum videantur: sive, quod in eo Ægæa Amazonum regina perierit: sive quod in eo Ægeus pater Thesei se præcipitaverit.' Suidas ab Ægeo Thesei patre appellationis causam petit. Vide Eustath. in Iliad. B. 41.

<sup>d</sup> *Myrtoo datur*] Hoc est, Ægæi pars quædam est Myrtoum mare.

<sup>e</sup> *Geræsto*] Eubœæ sunt hæc oppida, de quibus cap. 21.

<sup>f</sup> *Quos diximus*] Ut Corinthiacus, Saronicus, Laconicus, ceterique.

XIX. (XII.) Insulæ autem ex adverso Thesprotiæ, Corcyra<sup>1a</sup> a Buthroto duodecim millia passuum: eadem ab Acrocerauniis quinquaginta mill. cum urbe ejusdem nominis Corcyra, liberæ civitatis,<sup>b</sup> et oppido Cassiope,<sup>c</sup> temploque Cassii Jovis, passuum nonaginta septem millia in longitudinem patens: Homero<sup>d</sup> dicta Scheria et Phæacia, Callimacho etiam Drepane. Circa eam aliquot, sed ad Italiam vergens Thoronos:<sup>e</sup> ad Leucadiam Paxos<sup>f</sup> duæ<sup>g</sup> quinque m. discretæ a Corcyra. Nec procul ab iis ante Corcyram Ericusa,<sup>h</sup> Marathe,<sup>i</sup> Elaphusa, Malthace, Tra-

CAP. XIX. 1 *Thesprotia*, a *Buthroto* ex codd. emend. Harduinus, eumque secuti Miller. Bipont. et Franz. T. *Corcyra* a *Buthroto* Ed. pr. Venett. aliæque edd. ante Harduin. idque revocavit Brotier. Paulo post, *liberæ conditionis* Cujac. Obs. x. 35. ut et postea. Mox, pro *Cassiope*, Strabo et Steph. *Cassope*. Deinde *Cassiopei Jovis* margo edd. Dalec. et Gronov.—2 *Paxæ* edd. vett. *Paxos* Vet. Dalec.—3 *Marathe* Gronov. et edd. vett.—4 *Pythionia* in iisdem.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Corcyra*] *Corfu*, ab arce quæ Κορυφή apud Nicetam, lib. III. ἀπὸ τῆς κορυφῆς, est enim in loco perquam edito.

<sup>b</sup> *Liberæ civitatis*] Ita libri omnes: hoc est, cujus cives liberæ conditionis sunt. Refert Strabo lib. VII. p. 329. venisse in paræmiam sane peridiculam Corcyraeorum libertatem: ἐπὶ Ῥωμαίων ἐλευθερωθεῖσα, inquit, οὐκ ἐπὶ νῆσθι· ἀλλ' ἐπὶ λοιδορίᾳ, παροιμίαν ἔλαβεν· Ἐλευθέρᾳ Κόρκυρα, χέξ' ὅπου θέλεις.

<sup>c</sup> *Cassiope*] Gellio XIX. 1. p. 1051. 'Cassopeia.' Hodie *S. Maria di Cassope*. A Jove Cassio nomen ille portus accepit, *Κασίου θῆκη*, ceu Cassii Jovis foramen. Meminit ejus fani Sueton. in Nerone, cap. 22. In Nummis quos refert Andreas Marmora Hist. Corcyr. lib. I. ex una parte ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ, ex aversa, ΖΕΥΣ ΚΑΙΟΚ.—'Nummi sunt ii ficti, vel adulterini.' Ed. sec.

<sup>d</sup> *Homero*] *Odyssey*. E. 34. Σχερίην ἐρίβωλον Ἰκοίτο Φαιάκων ἐς γαίαν. Ubi

Didymus Scholiastes: Σχερία ἐκαλεῖτο ἡ νῆσος τῶν Φαιάκων, τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἐκλήθη Κέρκυρα· τὸ δὲ ἀρχαῖοτατον ἐκαλεῖτο Δρεπάνη. Scheriam et Drepanen Stephanns quoque appellat. Cur Drepane sit vocata, varias causas affert Scholiastes Apollon. ad Argon. IV. 983. ex Aristotele et Timæo petitas.

<sup>e</sup> *Thoronos*] Hodie, *Isola Melere*. Vide Notas et Emend. num. 67.

<sup>f</sup> *Paxæ duæ*] Πάξοι Dioni lib. L. p. 546. Παξὸν Polybio lib. II. p. 136. Hodie *Paxo* et *Antipaxo*. *Leucadia* est *Leucada*, ut diximus cap. 2.

<sup>g</sup> *Ericusa*] Nomine proprio nunc eas carent. Ἐρικοῦσα νῆσος: nota etiam Ptolemæo III. 14. Μαρόθη, Ἐλαφούσα, Μάλθακη, Τραχία Πιτυωρία, vel Πυθωνία, Ταραχία, ceteris scriptoribus incognitæ. Πιτυχία Stephano memoratur, prope Corcyram, παρὰ τῇ Κερκύρᾳ. Pro Μαρόθῃ rectius forte Μαρόθουσα, a fœniculis, ut ab erice *Ericusa*. Et pro *Tarachie* forsitan *Tarichias* vel *Ταρίχισαι*, a cetariis, et ab iis

chie, Pythionia,<sup>4</sup> Ptychia, Tarachie. Et a Phalacro<sup>b</sup> Corcyrae promontorio scopulus, in quem mutatam Ulyssis navem a simili specie fabula est. Ante Leucimnam,<sup>i</sup> Sybota.<sup>j</sup> Inter Leucadiam autem et Achaïam permultæ, quarum Teleboides eademque<sup>j</sup> Taphiæ, ab incolis ante Leucadiam appellantur, Taphias,<sup>k</sup> Oxia, Prinoëssa, et ante Ætoliā<sup>6</sup> Echinades,<sup>l</sup> Ægialia,<sup>m</sup> Cotonis, Thyatira, Geoaris, Dionysia, Cynus, Chalcis, Pinara, Mystus.

Ante eas in alto Cephalenia,<sup>n</sup> Zacynthus, utraque libera :

~~~~~

Mox, *Tarachia*. Et a *Phalario*, &c. Chiff. — 5 *Ante Leucadiam Sybota* edd. vett. et Gronov. — 6 *Taphiæ* ab incolis appellantur. *Ante Leucadiam Taphias* (*Taphiosis* cod. Dalec.) *Sifarna Oxia*, *Prinoëssa*: et ante *Ætoliā*, &c. Pintian. eademque *Taphiæ* . . . *Prinoëssa*: et ante, &c. edd. vett. et Gronov. eademque *T. . . . Zapiotis, Arnoxiæ Prinoëssa*: et ante, &c. Chiff. Mox, *Nystrus* pro

NOTE

qui illic condirentur piscibus.

^b *Phalacro*] Ptolem. III. 14. et ex Artemidoro Stephanus, *Φαλακρον, ἀκρωτήριον Κερκύρας*.

ⁱ *Ante Leucimnam*] *Λευκιμνα ἄκρα* Corcyrae promontorium orientale est, Ptolemæo loc. cit. Hodie *Cabo Bianco*. Contra id promontorium *Σύβοτα νήσος* Straboni lib. VII. p. 324. et Stephano. Vide Notas et Emend. num. 68.

^j *Teleboides eademque*] Quare totus ille numerus insularum, qui sequitur, Echinadibus etiam comprehensis, Telebous ditio appellata, contributaque Acarnaniæ est, quæ in continente ex adverso objacet. Stephanus: *Τηλεβοῖς, μοῖρα τῆς Ἀκαρνανίας; ἢ πρότερον Ταφίων ἐκαλεῖτο*. Scholiast. Apoll. ad Argon. I. 750. *Τηλεβοῖς, οἱ Τάφιοι*. Tzetzes in Lycophr. vs. 134. *Τηλεβοῖς καὶ Τάφιοι, οἱ ἐν ταῖς Ἐχινάδαι νήσοις*. Telebous appellati, inquit Eustath. in Odys. A. quod boves furto sublatos procul abigerent: *διότι λεγόμενοι τῆς τὰς βόας ἀπῆγον*.

^k *Taphias*] E Teleboidibus, Ta-

phiisve insulis, hæ tres ante Leucadiam jacent: ceteræ ante Ætoliā, etsi Teleboidibus pariter accensendæ, communiore vocabulo Echinades appellantur. *Ταφιάς* a Cephalenia distat omnino stadiis xxx. auctore Stephano. *Τάφος* est Scholiastæ Apoll. loc. cit. aliisque. *Ταφιοὺς* Straboni lib. x. p. 456. Sequuntur *Ὀξείαι* et *Πρινόεσσα*. *Ὀξείων*, hoc est, *acutarum*, meminit Stephanus, verbo *Ἀπρέμτα*. Eadem *Θοαί* appellatæ ab Homero Strabone teste, lib. x. pag. 458.

^l *Echinades*] Desertæ insulæ, quarum pleræque annexæ jam continenti, aggerente limum Acheloo amne, ut ait Strab. lib. x. p. 458. et Thucyd. lib. II. p. 170. Ceteræ fere sine nomine, præter quinque, quibus est commune vocabulum, *Curzolari*. *Ἐχινάδες ἔρημοι νήσοι*, Scylaci, p. 13. Nobis, *les Curzolaïres*.

^m *Ægialia*, &c.] Vide Notas et Emend. num. 69.

ⁿ *Cephalenia*] *Cefalogna*: *Zacynthus*, *Zante*.

Ithaca,^o Dulichium,^p Same, Crocylea.^q A Paxo Cephale-
nia, quondam Melæna dicta, undecim millibus pass. abest,
circuitu patet XCIII.^r Same diruta a Romanis,⁷ adhuc ta-
men oppida tria^s habet. Inter hanc et Achaiam, cum op-
pido magnifica^t et fertilitate præcipua, Zacynthus, aliquan-
do appellata Hyrie,^u Cephaleniae a meridiana parte xxv.

Mystus cod. Dalec.—7 'Sic legendum: Ante eas in alto Cephalenia, qua et ab oppido dicta: Zachynthus, utraque libera Ithaca, Dulichium; Crocylea, Paxos, Corcyra quondam Melæna dicta. In Cephalenia Same diruta a Romanis.' Dalec. utraque libera: edd. ante Harduin. 'Circuitu patet XCIII.] Ita Ms. Reg. 1. In Ms. Laet, XCI. In editione principe, LXXXIV. Pessime Mss. Reg. 2. 5. et recentiores editiones, XLIV. Errat quoque Strabo lib. x. pag. 456. cum ait ambitum Cephaleniae esse stadiorum prope ccc. Id est xxxvii. m. d. pass. Majorem numerum sum secutus, qui veritati propior est. Incolæ asseverant hanc insulam circuitu patere clx. mill. Cl. Galland, *Voyage Ms. du Levant*. Attendendum semper brevius esse recentiorum Græcorum milliarium, quam fuit Romanorum.' Brotier. Crocylea, Paxos, Cephelenia, &c. edd. ante Har-

NOTE

^o *Ithaca*] Ulyssæ alumno inelyta. Nunc *Thiachi*: Nautis, *Cefalognia* piccola.

^p *Dulichium, Same*] Virgilium sequitur scribentem, 'Dulichium, Sameque, et Neritos ardua Saxia.' Et Pomponium Melam II. 7. p. 44. cui Dulichium, Cephalenia, Neritos, Same, diversæ sunt insulæ. Prævit illis Homerus, qui *Σάμω* insulam vocat *Iliad.* B. 141. quam ipsam esse Cephaleniam a quibusdam existimatum Eustathius ibidem refert, p. 407. Errare Hesychius videtur, qui *Δουλίχιον, πάλιν Κεφαλληνίας* vocet.

^q *Crocylea*] Τὰ Κροκύλεια plurium numero, apud Homer. *Iliad.* B. 632. Ὅς β' ἰθάκην εἶχον, καὶ Νήριτον εἰσοῖ-φυλλον, καὶ Κροκύλει ἐνέμοντο, καὶ Αἰγί-λιπα τρηχέαν. Ut Ithacam, sic etiam Crocylea apud Homerum insulæ nomen esse visum est Plinio: Stephano quoque, ex Thucydide, quem intellexisse non videtur: est enim Crocylion Thucydidī Ætoliae oppidum, non insula. Contra vero Straboni lib. viii. p. 376. Crocylia Homeri oppi-

dum esse Acarnaniæ continentis existimatum est. Heracleon vero apud Stephan. verbo *Κροκύλειον*, quadrifariam divisa Ithaca, tertiam ejus partem *Crocylion* appellavit. Vide Notas et Emend. num. 70.

^r *Patet XCIII. [XLIV.] R. 1. XLIII.* Straboni lib. x. p. 456. Cephaleniæ ambitus est stadiorum prope ccc. hoc est, XXXVII. M. D. pass.

^s *Oppida tria*] Cum olim haberet quaterna: unde *Τετράπολις* Eustathio, p. 307. et Straboni, p. 455. appellata est. Horum quatuor oppidorum cives a Livio nominantur Nesiotæ, Cranonii, Pallenses, Samæi, lib. xxxviii. p. 477. atque ita fere a Thucyd. lib. II. p. 119. Direpta Same a Romanis, M. Fulvio Cos. Imperatore, Samæos omnes sub corona venisse, idem est auctor, p. 478. Contigit hæc clades anno U. C. DLXV.

^t *Cum oppido magnifica*] Libentius agnovेरим cum oppido magnifico, vel oppido magnifica.

^u *Appellata Hyrie*] Vide Notas et

millia⁸ v abest. Mons Elatus^w ibi nobilis. Ipsa circuitu colligit xxxv. millia.⁹ Ab ea Ithaca xv. millia¹⁰ distat, in qua mons Neritus.^x Tota vero circuitu patet xxv. mill.^y pass. Ab ea Araxum^a Peloponnesi promontorium xii. millia pass. Ante hanc^a in alto Asteris, Prote: ante Zacynthus xxxv. mill. pass. in Eurum ventum Strophades^b duæ, ab aliis Plotæ dictæ. Ante Cephaleniam Letoia.^c Ante Pylum tres Sphagiæ:^d et totidem ante Mesenen Cenusæ.^e¹¹

In Asinæo sinu, tres Thyrides: f in Laconico, Teganusa,^g

~~~~~

duin.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. cum antea legeretur XXII. millia.—9 Ita Regg. Brot. 1. 2. cod. Dalec. et Editio princeps. Vulgatæ edd. ante Brotier exhibent XXXVI. millia.—10 Ita codd. Harduini, Chiffi. et Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XII. millia edd. vett.—11 Vet. Dalec. totidem in la-

#### NOTE

Emend. num. 71.

<sup>v</sup> XXV. millia] Strabo lib. x. p. 458. stadiis lx. tantum insulæ ambitum circumscribit, quæ sunt VII. M. D. pass. Sed manifesto errore.

<sup>w</sup> Mons Elatus] Ab abietibus inditum monti nomen: cui monti nunc arx præcipua cum oppido insidet.

<sup>x</sup> Mons Neritus] Homer. Iliad. B. 682. proxime a nobis citato: quem ad locum Eustathius, p. 307. Νήριον, inquit, ὅρος ἐστὶν ἐνικαπὲς ἐν Ἰθάκῃ.

<sup>y</sup> Patet XXV. mill.] Dissidet rursum a Strabone, qui Ithacæ ambitum stadia colligere lxxx. ait, hoc est, X. mill. pass.

<sup>a</sup> Araxum] De quo cap. 6.

<sup>a</sup> Ante hanc] Ante Ithacam. Ἀστερίς Homero nota, Odys. Δ. 484. Stephano, Πρωτή, insula prope Sphagiam et Pylum. Prote nunc Prodeno dicitur.

<sup>b</sup> Strophades] Hodie Strofadi et Strivadi. Olim Στροφάδες, quasi eæ circummagi aliquando, ac circumverti visæ fuerint: et Πλωταί, ut Mela ait II. 7. sive fluctuantes. Στροφάδες νῆ-

σοι πρὸς τῇ Ζακύνθῳ, Steph. Antoninus in Itiner. Marit. et Strophadas eas et Plotas vocat.

<sup>c</sup> Letoia] Ptolemæo III. 14. Λατοία νῆσος.

<sup>d</sup> Sphagiæ] Quarum maxima Σφαγία et Σφακτηρία dicta, Pausaniæ lib. III. p. 167. et Straboni lib. VIII. pag. 369. προσκειμένη πηλῶν τοῦ Πύλου. Hodie Sapienza: reliquæ scopulis, quam insulis propiores.

<sup>e</sup> Cenusæ] Οἰνοῦσαι Pausaniæ lib. IV. p. 282. Harum maximæ Caprera nomen est: ceteræ, scopuli. A vini fertilitate vetus petita appellatio est.

<sup>f</sup> Thyrides] Θυρίδες Strab. lib. VIII. p. 360. in Asinæo pariter sinu. Nunc Venetico communi nomenclatione eæ appellantur, a promontorio Acrita, quod in continenti objacet, Capo Venetico. De Asinæo sinu diximus c. 7.

<sup>g</sup> Teganusa] Θηγανόσα Pausaniæ, loc. cit. Nunc Isola di Cervi. Κόθων hand procul Cytheris Stephano: nunc sine nomine. Κόθωνα denique omnium maxima, ante Tænarum promontorium, Straboni lib. VIII. p. 363.

Cothon, Cythera <sup>12</sup> cum oppido, antea Porphyris appellata. Hæc sita est <sup>b</sup> a Maleæ promontorio v. millia <sup>13</sup> pass. ancipiti propter angustias ibi navium ambitu. In Argolico, Pityusa, <sup>1</sup> Irine, Ephyre : contra Hermionium agrum Tiparenius, <sup>j</sup> Aperopia, <sup>14</sup> Colonis, Aristera : contra Troezenium Calauria, <sup>k</sup> quingentos passus distans : <sup>1</sup> Plateis, <sup>m</sup> Belbina, Lasia, Baucidias. Contra Epidaurum, Cecryphalos, <sup>n</sup> Pityonesos <sup>15</sup> ° vi. millibus passuum a continente. Ab hac Ægina <sup>p</sup> liberæ conditionis xvi. millia pass. cuius xix. mill. pass. <sup>16</sup> præternavigatio est. Eadem autem a Piræeo Athe-



tere Septentrionali: dextera in Messenen Cænussa.—12 Cynthera Gronov.—13 Ita edd. vett. et Gronov. V. millibus Harduin. Miller. Bipont. et Franz.—14 Eperopia Chiffi. Epiropia edd. vett. et Gronov. Mox, quinquaginta millia pass. distans a Plateis Vet. Dalec. distans Plateis Gronov. Deinde, pro Belbina Chiffi. Bellina.—15 Sitionnesos Vet. Dalec.—16 Ita Regg. Brot. 1. 2. et Editio princeps. XVII. millibus pass. cuius XX. mill. pass. edd. vett. item Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XVII. millibus pass. cuius

#### NOTÆ

nunc Cérigo. Olim etiam Πορφύρας Solino cap. 11. p. 29. et Πορφύρονσσα dicta Eustathio in Dionys. vs. 500. p. 71. a copia quæ ibi est, præstantiaque purpurarum.

<sup>b</sup> Hæc sita est] Solinus cap. 11. p. 29.

<sup>1</sup> Pityusa] Hoc est, pinaria, πιτυούσα, a pinuum copia. Ἰρίνη deinde sit, an Εἰρήνη, quo nomine et ipsam Calauriam, quæ haud procul hinc abest, invenio nominatam apud Plutarch. in Quæst. Græc. pag. 295. obscurum est. Ἐφόρη Stephano inter insulas haud procul Melo memoratur. Tres illæ mihi esse videntur, quas hodie nautæ appellant, Falionera, Caravi, Bella pola.

<sup>j</sup> Tiparenius] De Tipareno, et Colonide, ceteri silent. Ἀπεροπία et Ἀριστερὰ Pausaniæ memorantur lib. II. p. 150. Hæc etiamnum Aristeri nomen habet.

<sup>k</sup> Calauria] Καλαύρεια Stephano, nunc Sidra. Alii tamen Poros vocant.

Mela II. 7. 'Calauria inter ignobiles, alias leto Demosthenis nobilis.'

<sup>1</sup> Quingentos passus distans] Ab agro Troezenio. Vide Notas et Emend. num. 72.

<sup>m</sup> Plateis] Ex his sola Belbina Scylaci nota, pag. 19. Κατὰ δὲ τὸ Σκύλαιον ἀκρωτήριον τῆς Τροιζηνίας ἐστὶ νῆσος Βέλβινα, καὶ πόλις, contra Scylæum Troezenii agri promontorium. Straboni quoque lib. VIII. pag. 375. et Stephano.

<sup>n</sup> Cecryphalos] Κεκρυφάλια Aristidi, apud Photium in Bibl. cod. 246. pag. 1221. prope Æginam : hodie Schilla. Diodoro quoque Bibl. lib. XI. p. 69. et Thucyd. lib. I. p. 70.

<sup>o</sup> Pityonesos] Πιτυόνησος, insula pinaria. In Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Scinthionesos. Hodie, ut ex situ liquet, Damala.

<sup>p</sup> Ægina] Ἀγίνα, hodieque Egina, non Engia, ut vulgus Geographorum existimat. Ab ea sinui Saronico nomen. Pauli Medici Æginetæ patria.

niensium portu xxx. mill. pass.<sup>17</sup> abest, ante Cēnone<sup>a</sup> vocitata. Spiræo<sup>r</sup> promontorio objacent Eleusa, Adendros,<sup>18</sup> Craugiæ duæ, Cæciæ duæ, Selachusa, Cenchreis, Aspis. Sunt et in Megarico sinu Methurides<sup>s</sup> quatuor. Ægila<sup>19</sup> autem xv. mill. pass. a Cythera, eademque a Cretæ Phalasarna oppido xxv. mill. pass.

xx. Ipsa Creta altero latere ad austrum, altero ad septentrionem versa, inter ortum occasumque porrigitur, centum urbium<sup>a</sup> clara fama. Dosiades eam<sup>b</sup> a Crete nym-

XIX. mill. pass. Chiffi.—17 Ita Reg. Brot. 1. et Editio princeps. XX. mill. pass. codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XII. mill. pass. edd. vett. et Gronov. Mox, Cēnopia vocitata Vet. Dalec. et Pintian.—18 Ita Reg. Brot. 1. 'Adendros dicta videtur, quod esset sine arboribus. Nunc Pentenesia.' Brotier. Dendros Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, Accæciæ duæ Chiffi. Methuriades quatuor St. ap. Dalec. Ethurides quatuor alius codex ap. eund.—19 Ægilia et pro V. l. Ægila Vet. Dalec. Ægialum Chiffi. Æglia Gronov. et edd. vett.

## NOTE

Hanc Agathemerus Geogr. i. 5. porrectam ait esse stadiis clx. hoc est, XX. mill. pass. ut recte Plinius.

<sup>a</sup> [Cēnone] Οἰκίστη Stephano, Scymno Chio, p. 23. Eustathio in Dionys. vs. 512. p. 73. Tzetza in Lycophr. vs. 175. p. 26. Apollodoro lib. iii. de Diis, p. 229. et ante eos Herod. lib. viii. pag. 477. n. 46.

<sup>r</sup> Spiræo] De quo cap. 9. Ex his insulis 'Ελεούσα Straboni memoratur lib. ix. p. 398. 'Ασπίς Stephano. De ceteris auctores desidero. Scopalos modo ignobiles in hoc tractu maris Tabulæ Nauticæ, et qui ea maria nuper instrarunt, nobis representant. Vide Notas et Emend. num. 73.

<sup>s</sup> Methurides] Quarum, ut quidem videtur, maxima Μεθούπια Stephano appellata est, inter Æginam et Atticam, juxta Træzenem: ἡ ἄσος μετὰ τὸ Ἀβύρην καὶ Ἀττικῆς, πλησίον Τροιζή-  
ρος.

<sup>a</sup> Ægila] Quæ Herodoto lib. vi. p. 366. n. 97. Ἀβύλην, vel Ἀβύλεια, variant enim ibi codices. Hodie Cerigotto. Vide Notas et Emend. num. 74.

<sup>a</sup> Centum urbium] Virgil. Æneid. iii. 106. 'Centum urbes habitant magnas.' Et Horat. iii. Od. 27. 'Centum tetigit potentem Oppidis Creten.'—'Belli Trojani temporibus urbes nonaginta duntaxat ibi fuisse prodit Ulysses, Odyss. T. 174. At ætate sua centum fuisse refert Homer. II. B. 649.' Ed. sec.—Nunc vero quæ sint alicujus nominis, vix quatuor omnino extant: Castro metropolis, quæ Italis Candia dicitur: Canéa, Rétimo, Sítia.

<sup>b</sup> Dosiades eam] Hæc Solinus cap. 11. pag. 29. et Martianus lib. vi. pag. 212. iisdem fere verbis a Plinio. Vide Notas et Emendat. num. 75. Hodie l'Isle de Candie,



pha: Hesperidis filia, Anaximander: a rege Curetum, Philistides Mallotes: Cartes primum Aëriam<sup>c</sup> dictam: deinde postea Curetin, et Macaron<sup>d</sup> nonnulli temperie cœli appellatam existimavere.<sup>1</sup> Latitudine nusquam quinquaginta millia pass. excedens, et circa mediam sui partem maxime patens, longitudinem<sup>2</sup> implet CCLXX. millium passuum, circuitum DLXXXIX.<sup>3</sup> flectensque se in Creticum pelagus ab ea dictum, qua longissima est ad orientem Sammonium<sup>e</sup> promontorium adversum Rhodo: ad occidentem Criumetopon<sup>f</sup> Cyrenas versus expellit. Oppida ejus insignia, Phalasarne,<sup>g</sup> Etea,<sup>h</sup> Cysamum,<sup>i</sup> Pergamum,<sup>j</sup> Cydon,<sup>k</sup> Minoum,<sup>l</sup> Apteron,<sup>1</sup> Pantomatrium,<sup>m</sup> Amphimalla,

CAP. XX. 1 Vet. Dalec. *appellavere*.—2 Ita ex codd. suis et Chiffi. emendavit Harduin. ita etiam edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *longitudine* edd. vett. et Gronov. Mox, CCLXXXVII. et octavas quatuor margo edd. Dalec. ex Apollodoro.—3 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *circuitu* DLXXXIX. edd. vett. et Gronov. *circuitu* mille quingentos LXXXIX. cod. Dalec. *circuitu* DXX. recentiores ap. eun-

## NOTÆ

<sup>c</sup> Aëriam] 'Aepia Stephano: Gellio quoque XIV. 6. p. 777.

<sup>d</sup> Macaron] Hoc est, τῶν Μακάρων, subintellige insulam. Solinus et Martianus, Μακάρων νῆσον, insulam beatorum.

<sup>e</sup> Sammonium] In Tabulis Nauticis Capo Salamon. In Act. Apost. cap. XXVII. 'Salmone.' Ptolemæo, lib. III. 17. Σαμόνιον ἕκρον.

<sup>f</sup> Criumetopon] Κρίον μέτωπον ἕκρον, Ptolem. loc. cit. ceu Fons Arietis. Nunc Capo Crio: juxta pagus est, S. Zuan di Capo Crio.

<sup>g</sup> Phalasarne]. φάλασαρνα, Scylaci, p. 17. Ptolemæo, et Stephano.

<sup>h</sup> Etea] Ἠτέα. Vide Notas et Emendationes num. 76.

<sup>i</sup> Cysamum] Κίσαμος Ptolemæo, loc. cit. Apteri oppidi navale, Ἀπτέρας ἐπὶ νεῖον ἔστι Κίσαμος, inquit Strab. lib. X. p. 479. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 25. sedes Episcopalis. Ho-

die Chisamo.

<sup>j</sup> Pergamum] Pergameam Maro appellavit Æneid. III. 133. 'Et tandem antiquis Curetum allabimur oris. Ergo avidus muros optatæ molior urbis, Pergameamque voco.' Scylaci quoque, Περγαμία, in Κρήτη.

<sup>k</sup> Cydon] Straboni loc. cit. Κυδωνία. Italis Canæa: nobis, la Canée.

<sup>l</sup> Minoum] Μινώα, Ptolem. loc. cit. Nunc Minolo.

<sup>1</sup> Apteron] Ἀπτέρα Stephano, πληστον τῆς θαλάττης. Nomen, si fabulis fides, ex eo datum oppido, quod Sirenes ibi a Musis victæ, τὰ πτερὰ, hoc est alas, abjecerint. Stephanus, Suidas, et Etymologici auctor.

<sup>m</sup> Pantomatrium] Παντομήτριον Ptolemæo et Stephano. Ἀμφιμάλλον Stephano: nunc la Suda: hinc Ἀμφιμαλῆς κόλπος, apud Ptolem. III. 17. Golfo de la Suda. Ἐπιθυμία Stephano, Ptolemæo Ἐπιθυμία, hodie

Rhithymna, Panhormum, Cytæum, Apollonia,<sup>n</sup> Matium,<sup>o</sup> Heraclea,<sup>p</sup> Miletos,<sup>q</sup> Ampelos,<sup>r</sup> Hierapytna,<sup>s</sup> Lebena,<sup>t</sup> Hierapolis:<sup>u</sup> et in mediterraneo, Gortyna,<sup>4</sup> Phæstum, Gnossus, Polyrrhenium, Myryna, Lycastus,<sup>v</sup> Rhamnus, Lyctus,<sup>w</sup> Dium, Asum,<sup>x</sup> Pyloros,<sup>y</sup> Rhytion, Elatos, Pharæ,<sup>z</sup>

dem.—4 *Cortyna* edd. vett. et Gronov. Mox, *Asium* Vet. Dalec. et codex ejusdem; *Phileros* Vet. Dalec. *Elatos* codd. Harduin. et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Clatos* edd. vett. et Gronov. Deinde Vet. Dalec. *Alos* pro *Lasos*. Chiffi. *Gyltyos* pro *Cyltissos*; edd. vett. et

## NOTE

*Rétimo.* Πάνορμος Ptolemæo, nunc etiam *Panormo*, in territorio, ut loquuntur, Sitiaë. Nam Κότταιον, ut Stephanus habet, vel Κυρταίον, ut Ptolemæus, *Sitia* nunc dicitur: circumjectus ager, il territorio di *Sitia*. In Leonis Novella, sedes Episcopalis, Σίτεια, apud Leuclavium, p. 96.

<sup>n</sup> *Apollonia*] Stephanus juxta Gnossium locat: Ἀπολλωνία ἐν Κρήτῃ πρὸς τῇ Κνώσσῳ.

<sup>o</sup> *Matium*] Matium paulo post a Plinio contra Diam insulam statuitur, quæ *Standia* hodie appellatur, septemtrionali Cretæ lateri opposita: quamobrem ex eo situ intelligimus Matium esse hodierno die totius insulæ primarium oppidum *Candie*.

<sup>p</sup> *Heraclea*] Ἡράκλεια Κρήτης, Stephano: Gnossiorum navale Straboni lib. x. p. 476. ἔχει δὲ ἐπίκειον τὸ Ἡράκλειον ἢ Γνωσσός.

<sup>q</sup> *Miletos*] Μίλητος, quæ Ionicæ Mileto ortum dedit. Strab. lib. xiv. p. 634. et lib. x. p. 479. Μίλυτος pro Μίλητος. Homer. Iliad. B. 647. Λύκτον, Μίλητόν τε, καὶ ἀργινόντα Λύκαστον, Φαιστόν τε, Ῥύτιόν τε. Nonnus Dionys. lib. xiii. p. 364. Μιλήτου στρατήσιν συνήλδους.

<sup>r</sup> *Ampelos*] Ἀμπελος ἄκρα Ptolemæo promontorium est, unde jam ad oppida australi latere posita cursum Plinius orationemque flectit.

*Delph. et Var. Clas.*

*Plinius.*

<sup>s</sup> *Hierapytna*] Ἱερὰ Πύτνα, πόλις Κρήτης Stephano. Τὰ Ἱεράπυτνα Dionii lib. xxxvi. p. 8. Apud Gruter. p. 595. Ἱερὰ Πύτνα. Hodie *Giera petra*. In Notit. Eccles. Hieroclis, sedes Episcopalis.

<sup>t</sup> *Lebena*] Λεβήν Straboni lib. x. p. 478. Gortynæ navale, a qua dissidet stadiis xc. Nunc *Lionda*.

<sup>u</sup> *Hierapolis*] Ἱερὰ πόλις Κρήτης, Stephano. In Novella Leonis, sedes Episcopalis. Gortyna quoque, Γορτύνα μητρόπολις, hodie *Chetina*. Φαιστός πόλις Κρήτης Stephano agnita: Γνωσσός fere omnibus. Πολυρρήνιοι Cydoniatarum vicini dicuntur, apud Strab. p. 479. ab ovium, quas alunt, numero appellati, ut auctor est Stephanus. In nummo vetere apud Spanhem. p. 902. ΠΟΛΥΡΗΝΙΩΝ. De Myrina vide Notas et Emend. num. 77.

<sup>v</sup> *Lycastus*] Homero superius laudato, et Stephano, aliisque, Λύκαστος. De Rhamunte quid sentiamus, in Notis et Emend. dicemus num. cit.

<sup>w</sup> *Lyctus*] Λύκτος Stephano: Scylaci, ἐν μεσογείῳ Λύκτος, p. 18. Dium in mediterraneis insulæ urbibus qui statuerit, auctorem adhuc requiro.

<sup>x</sup> *Asum*] Ἄσος Stephano, unde Jupiter Asius appellatus.

<sup>y</sup> *Pyloros*] Forte *Elyros*. Vide Notas et Emend. num. 78. Ῥύτιον Home-

3 D

Holopyxos, Lasos, Eleuthernæ,<sup>a</sup> Therapne, Marathusa, Cylissos : et aliorum<sup>b</sup> circiter LX. oppidorum memoria extat. Montes:<sup>c</sup> Cadistus,<sup>d</sup> Idæus, Dictynnæus,<sup>d</sup> Corycus.

\*\*\*\*\*

Gronov. *Mytinos*.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Cadiscus* edd. vett. Mox pro *Dictynnæus*, quod exhibent omnes codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Dictinnæus* præfert Vet. Dalec. *Dictæus* Ald. Junt. Basil. Lugd.

#### NOTÆ

ro, loc. cit. Stephanoque: *Ῥόρειον* Suidæ est. Rhytion cum Rhitymna confundit Ferrarius in Lexico. De Elato dicemus in Notis et Emendationibus num. cit.

<sup>a</sup> *Phara*, &c.] *Φαρα* colonia Messeniorum est, Stephano teste. Holopyxos etiam Melæ cognita, II. 7. Lasos ignota omnibus.

<sup>a</sup> *Eleuthernæ*] *Ἐλευθέρνα* Stephano: Scylaci *Ἐλεθέρνα*, in *Κρήνη*. Est in Thesaurio Regio argenteus nummus ære mixtus, cum epigraphe, ΕΛΕΥΘΕΡΝΑ. Therapnes etiam meminit Solinus, Marathusæ Mela II. 7. p. 44. Cylissi Solinus. Vide Notas et Emendationes num. 79.

<sup>b</sup> *Et aliorum*] Quorum nomina Meursius recitat, in libro de Creta insula.

<sup>c</sup> *Montes*] Solinus cap. 11. p. 29. 'Albet Creta jugis montium Dictynnæi et Cadisti: qui ita excauescunt, ut eminens navigantes magis putent nubila.' Albos montes Plinius vocat, XVI. 60. et XXXI. 26. Item Ptolem. III. 17. quod eorum jnga nivibus semper albeant.

<sup>d</sup> *Dictynnæus*] Idem qui Dictæus Callimacho, quanquam id Strabo negat, lib. XVIII. p. 479. Sed *Dictynnæum* hoc loco habent Mss. Pliniani omnes: Solinus quoque, et Martianus: nomen ex ea re habet, quod Dictynna inde se præcipitem egit. Ptolemæo, loc. cit. ἡ Δικτὴ ὄρος, et Κάρυκος ἄκρα, quæ nautis hodie *Punta di Co-*

*raca*.—'Cave interim huc referas nummum argenteum a Seguino delineatum, p. 126. secundæ editionis, IMP. CÆS. NERVÆ TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. PARTH: 'Augusto Germanico Dacico Parthico.' Caput laureatum. Fœmina rupibus seu petris insidet; dextra pateram tenet, lævo brachio gestat infantem: hinc et inde stat miles armatus. Supra ΔΙΚΤΥΝΝΑ. Infra, ΚΡΗΤ. Cave, inquam, hic te 'Dictynnæ' videre et 'Cretam' putes; quamvis hic sit communis error, non facit jus. Nullus Curetibus, aut Pyrrhicæ saltationi, aut Dianæ Dictynnæ hic locus est. Voluit ingeniosus et eruditus nummi hujus opifex uno verbo, quod Latinum Græcumve esset, hanc exprimere sententiam: 'Bis Cæsar Trajanus subegit Nomadas Arabiæ: uno, inquam, verbo, quod ex primis singularum vocum literis constaret, si fieri posset. Cum illa autem NECTNA non satisfaceret, quoniam vox nihili est, ad Græcam ὄλις se convertit, et occurrit illi Dictynnæus mons in Creta apud Plinium: statuitque Græcam sententiam conficere, quoniam ὄλις commode hanc inchoaret, nec Latina vox ulla sit, quæ incipiat a litera T. Scripsit ergo ΔΙΚΤΥΝΝΑ: invenitque ex singulis ferme literis existere hanc sententiam picturæ et argumento eximie congruentem: ὄλις Καίσαρ Τραιανὸς Τρετράκις Νόμαδας Ἀραβίας. Bis Cæsar Trajanus subiecit No-

Ipsa abest promontorio suo, quod vocatur Criumetopon, ut prodit Agrippa, a Cyrenarum promontorio Phycunte, CCXXV. millia<sup>6</sup> passuum. Item Cadisto a Malea Peloponnesi LXXV.<sup>7</sup> A Carpatho insula, promontorio Sammonio LX. mill. in Favonium<sup>f</sup> ventum. Hæc inter eam et Rhodum interjacet.

Reliquæ circa eam ante Peloponnesum duæ Coricæ, totidem Mylæ:<sup>g</sup> et latere septemtrionali, dextra Cretam habenti contra Cydoniam<sup>h</sup> Leuce, et duæ Budroæ.<sup>8</sup> Contra Matium, Dia.<sup>9</sup> Contra Itanum<sup>j</sup> promontorium,

~~~~~  
 Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—6 ' Recte emendavit Frobenius CCXXV. millia. Tanta est enim locorum distantia. Immo Strabo lib. x. pag. 475. distantiam illam prodidit stadiorum bis mille, id est ccl. mill. pass. Male Mss. editio princeps, et recentiores, CXXV. mill.' Brotier. CXXV. omnes codd. Harduini, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. —7 A M. P. LXX. Chiffi. A M. P. LXXX. Gronov. non vero LXXII. ut citat Franz.—8 Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. et duæ Budroæ edd. vett. et Gronov. et duæ Buto Steph. et al.—9 Dria Vet. Dalec. Cia Gronov. et edd. vett. Mox, pro Onisia, quod habent codd. Harduini, Chiffi. et Dalec. Onisa legitur in edd. ante Harduin.

NOTE

madas Arabiæ: primum Consulatu suo quinto, cum ARABIA ADQVISITA in nummis scriptum est: deinde in expeditione Parthica: nam in nummis Trajani jam Optimi et Parthici, et Consulis vi. legitur apud Oeconem, ARABIA CAPTA. Ad hanc geminam expeditionem Arabicam significandam et geminus miles armatus in hoc nummo pingitur, et ipsa Arabia Petræa, quippe in petris insidens, et eadem Nomadum regio, ubi vagæ cum viris fœminæ puerulos gestare coguntur, et viri se tulo defendunt. Nihil est in pictura superfluum, nihil quod non bis captam castigatamve Arabiam Petræam significet. Litera N geminatur ob numerum pluralem, *Nomadas*. Ejus moris sexcenta sunt in nummis exempla. Addidit ingeniosus opifex in imo numismate syllabam KRHT. ubi KPHTH certe scriberet integre, si Cretam vellet intelligi. Sed vidit

acute scribi posse KPHT. in hanc sententiam: *Kp̄ht̄oros 'Ρωμαίων 'Ηγεμὼν Τραιανὸς, Fortissimus Romanorum Imperator Trajanus*. Nihil certius. Prorsus absurde vel ipse opifex hic KPHTH scriberet, vel alii in KPHT. Cretam intelligerent.' *Ed. sec.*

^e CCXXV. [CXXV.] millia] Vide Notas et Emend. num. 80.

^f In Favonium] Occasum versus, inquit, a Carpatho Creta recedit LX. millibus passuum.

^g Coricæ... Mylæ] De his ceteri scriptores silent. Scopuli verius, quam insulæ.

^h Contra Cydoniam] Sive Cydonem, de qua paulo ante. Nam et Cydonia Latinis interdum, ut Solino: Græcis semper est appellata. Ipsa vero Leuce hodie est *Scoglio di S. Theodoro*, cum arce munitissima. *Budroæ*, (sic enim Mss. habent, non *Budoræ*.) nunc *Turluru*.

Onisia, Leuce:^k contra Hierapytnam, Chrysa, Gaudos.^l Eodem tractu Ophiussa, Butoa, Aradus:¹⁰ circumvectisque Criumetopon, tres Musagoresⁿ appellatæ. Ante Sammonium promontorium, Phoce,^o Platiæ, Sirnides,¹¹ Naulochos, Armedon, Zephyre.

At in Hellade, etiamnum in Ægæo, Lichades,^p Scarphia, Careza,¹² Phocaria, compluresque aliæ ex adverso Atticæ sine oppidis, et ideo ignobiles. Sed contra Eleusina,^q

—10 *Rhamnus* pro *Aradus* margo ed. Dalec. *Aranus* vet. codex ap. Pintian. Mox, *tres Musagores* Vet. Dalec.—11 *Plachiæ*, *Syrindes* Vet. Dalec. Mox, pro *Armedon*, quod servant codd. ap. Brotier et Ed. pr. alii habent *Armenodon*, et sic Ald. Junt. Basil. Lngd. Erasmi, Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—12 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin.

NOTÆ

ⁱ *Dia*] Ita R. 1. &c. non *Cia*. Et Ptolemæo III. 17. ac Straboni lib. x. p. 484. *Δία νήσος*, nunc *Standia*, conflata appellatione pravo harum vocum sono, *eis τὴν Δίαν*.

^j *Contra Itanum*] Orientale Cretæ promontorium illud est, ubi se insula in austrum flectere incipit: hodie *Cupo Xacro* nantis. Ibi et oppidum *Ἰτῶν* fuit, cujus Ptolemæus meminit III. 17. et Notitia Eccles. Hieroclis: at non est *Paleocastro*, prope Candiam positum, ut visum est erudito viro; cum hæ civitates in media fere ora illius parte sint quæ Boreæ obvertitur.

^k *Onisia, Leuce*] Prior *Cofonisi*: altera sine nomine est: ejus tamen meminit Antoninus in Itiner. Marit.

^l *Chrysa, Gaudos*] Utriusque Mela meminit, II. 7. p. 44. Posterior Ptolemæo dicta, ut arbitror, *Κλαύδος νήσος*, III. 17. adjacens Cretæ, *παράκειται τῇ Κρήτῃ*: et in Notitia Eccl. Hieroclis, p. 25. Harum major hodie *Gaidurognissa*.

^m *Aradus*] *Ἀράδος* circa Cretam insula Stephano. In Mss. et edit. Parm. *Aranus*. Libri vulgati perperam, auc-

tore Frobenio, *Rhamnus*.

ⁿ *Musagores*] Mela II. 7. p. 44. 'Et quas Musagoras numero tres, uno tamen vocabulo appellant.'

^o *Phoce*] De Phoce Antoninus in Itiner. Marit. *Πλατεία* insula Libyæ a Stephano ascribitur. Sirnides, vel ut Mss. *Syrnides* nusquam compertæ nobis: at *Σέρυνθος* Stephano urbs Cretæ dicitur, forte pro insula Creticæ ditionis. Naulochos, ea est quæ Naumachos a Mela, una cum Zephyre, appellatur, loc. cit. Armedon (sic enim Mss.) vel Armenodon, quæ sit, penitus obscurum. Et scopulis omnes, quam insulis, propiores.

^p *Lichades*] De his Strab. lib. ix. p. 426. *Ἐνταῦθα καὶ αἱ Λιχάδες καλοῦμεναι τρεῖς νῆσοι, κ. τ. λ.* Harum complures idem Strabo refert lib. i. p. 60. terræ motu esse demersas. *Σκάρφεια* ex adverso in continente urbem habet cognominem, in Locrorum ora, de qua cap. 12. diximus. Careza, in Mss. *Coreza*. *Phocaria* a phocis seu vitulis marinis accepisse nomen videtur. In Mss. *Phocasias*.

^q *Contra Eleusina*] De qua egimus, cap. 11. Ipsam vero *Σαλαμίνα* hodie

clara Salamis: ante eam Psytalia: a Sunio^r vero Helene quinque mill. pass. distans. Dein Ceos ab ea^a totidem, quam nostri quidam dixere Ceam, Græci et Hydrussam. Avulsa Eubœæ, quingentis¹³ longa stadiis fuit quondam: mox quatuor fere partibus, quæ ad Bœotiam vergebant, eodem mari devoratis, oppida habet reliqua, Iulida,^u Carthæam: intercidere Coressus, Pœcessa. Ex hac profectam^v delicatorem¹⁴ fœminis vestem, auctor est Varro.

xxi. Eubœa^a et ipsa avulsa Bœotiæ, tam modico interfluente Euripo, ut ponte^b jungatur: a meridie¹ promontorii duobus, Geræsto^c ad Atticam vergente, ad Hellespontum Caphareo insignis: a septemtrione, Cenæo: nus-

1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Maresa* edd. vett.—13 *Hydrussam avulsam Eubœæ. Quinquagintis*, &c. Vet. Dalec.—14 Cod. Dalec. *delectationis*.

CAP. xxi. 1 Ita Vet. Dalec. alii ap. Harduin. edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller.

NOTE

Coluri, in Saronico sinu: Psytaliam *Lypsocoutalia* incolæ vocant. De hac Pausan. lib. i. pag. 67. *Νῆσος δὲ πρὸ Σαλαμῖνός ἐστι καλουμένη Ψυττάλεια*, κ. τ. λ.

^r *A Sunio*] De Sunio, cap. 11. De Helene, Mela ii. 4. p. 43. 'In Atthide Helene est, nota stupro Helenæ: et Salamis excidio classis Persicæ notior.' Helene, ut olim *Μακρῆς*, Stephano teste, dicebatur, quod est in longum porrecta, sic hodie *Macronisi*, hoc est, *μακρὰ νῆσος*, vocatur.

^a *Ceos ab ea*] Ab Helene totidem, hoc est, quinque pass. mill. distans *Kéws* Strab. lib. x. p. 486. aliisque. *Κία νῆσος* Ptolem. iii. 15. Hydrussæ cognomen a copia aquarum petittum, Heraclides, cap. de Politia Coorum, insulæ Coö attribuit, non Cœ: sed Ceon et Coon ab ipso confundi, sequentia ejus verba declarant. Nunc *Cia*, vel *Zea*.

¹ *Quingentis*] LXII. M. D. pass.

^u *Iulida*] *Ἰουλῖς, Καρθαία, Ποιήεσσα, Κορησσία* Straboni lib. x. p. 486. *Κορησσός* Ptolemæo iii. 15. De Carthæa Ovid. Met. vii. 369. 'Transit et antiquæ Carthæia mœnia Cœæ.'

^v *Ex hac profectam*] Hæc iisdem verbis Solinus, cap. 7. p. 23. Vide quæ dicturi sumus in Notis et Emend. ad librum undecimum, num. 42.

^a *Eubœa*] Nostris *Negrepont*: *Egrip-
pos* olim, voce ab *Euripos*, ut arbitror, deflexa. Hunc porro Plinii locum de more transcribunt Solinus, cap. 11. p. 30. et Martian. lib. vi. cap. de Thracia, pag. 213. Accepit a Pomponio Plinius ex ii. 7. p. 43.

^b *Ut ponte*] Qui pons hodieque exstat, longitudine ccl. pass.

^c *Geræsto*] *Γεραστόν, Καφαρεὺς, Κή-
ναιον*, promontoria Eubœæ terna, Straboni lib. x. pag. 444. et Ptolemæo iii. 15.

quam latitudinem ultra XL. millia passuum extendit nusquam intra duo millia^d contrahit :² sed in longitudinem universæ Bœotiæ, ab Attica Thessaliam usque, prætenta in CL.^e mill. pass. circuitu vero trecenta sexaginta quinque. Abest ab Hellesponto parte Capharei, CCXXV. mill. passuum, urbibus clara quondam, Pyrrha,^f Porthmo, Neso,³ Cerintho, Oreo, Dio, Ædepso, Ocha, Œchalia : nunc Chalcide,^g cujus ex adverso in continenti Aulis est : Geræsto,^h Eretria, Carysto, Oritano,⁴ Artemisio, fonte Arethusa,ⁱ flumine Lelanto,^j aquisque calidis, quæ Ellopia^k vocantur,

Bipont. et Franz. ad meridiem edd. ante Harduin.—2 ^d Nusquam latitudinem ultra XX. M. pass. extendit, nusquam intra II. M. contrahit Vet. astipulantibus Strabone et Pomponio. Ms. legit: nusquam infra, &c. non intra. Dalec. intra XX. millia Gronov. et edd. vett. Mox, universa Bœotia margo edd. Dalec. et Gronov. et paulo post, CX. mill. pass. ibid. ex recentt. libris.—3 Neside Vet. Dalec. Meso edd. vett. et Gronov. Mox, Ceritho Vet. Dalec.—4

NOTÆ

^d Intra duo millia] Vide Notas et Emend. num. 81.

^e Prætenta in CL.] In longitudinem CL. mill. pass. toti Bœotiæ apposita.

^f Pyrrha] Pyrrhæ meminit Mela, loc. cit. Πορθηῶν Snidas. De Neso, (sic enim ex Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. pro Meso rescripsimus,) idem Mela : hodieque Neso vocatur, in parte insulæ boreali. Κήρυθος Homero cognita Iliad. B. 538. et Ptolemæo III. 15. Ὀρεὶς, πόλις Ἐθβολῆς Stephano. Hinc Oritæ populi, quos Dalecamp. in Athen. lib. 1. p. 14. ad Indos Oritas perperam refert. Δίων Homero rursum loc. cit. et Straboni lib. x. p. 446. Αἰθῆρος eidem Straboni, pag. 445. cum thermis Herculeis, aquisve calidis. Ὀχη Eustathio in Iliad. p. 279. et montis nomen et vetusta Eubææ totius appellatio fuit, ab oppido, ut apparet cognomine. Οἰχαλία denique et apud Stephanum Eubææ oppidum est.

^g Nunc Chalcide] Χαλκίς Eustathio loc. cit. aliisque. Hodie ab Euripo af-

fluente Negrepoint, quasi ἐν Εὐπείῃ, quam vocem sequior usus in Negripo primum transformavit. De Aulide diximus cap. 12.

^h Geræsto] Γεραῖος κόμη, contra Sinium, Atticæ promontorium, ut auctor est Strab. lib. x. p. 446. Hodie Iastura. Ἐπερπία Straboni quoque loc. cit. nunc Trocco. Κάρυστος Stephano, de quo oppido ille multa : nunc Castel Rosso. Ὀπulentissimæ Carystos et Chalcis, inquit Mela II. 7. p. 43. De Oritano nihil comperit. De Artemisio Ptolemæus III. 15. Ἀρτέμιδος ἱερὸν. Stephano Ἀρτεμῖον.

ⁱ Fonte Arethusa] De quo Strabo consulendus, lib. 1. p. 58.

^j Lelanto] Fluvium igniti luti terræ hiatu erupisse in Lelanto campo idem Strabo narrat loc. cit. Et prope Oream Κάλλαντα ποταμὸν idem collocat, lib. x. p. 445. quem pro Plinii Lelanto accipi si quis velit, non admodum reluctabor.

^k Quæ Ellopia] Ab Ellopia Eubææ regione, de qua Strabo, p. 446.

nobilis : notior tamen marmore Carystio. Antea vocitata est Chalcodotis,¹ aut Macris, ut Dionysius et Ephorus tradunt : ut Aristides, Macra : ut Callidemus, Chalcis, ære ibi primum reperto : ut Menæchmus, Abantias : ut poetæ vulgo, Asopis.

XXII. Extra eam in Myrtoo^a multæ, sed maxime illustres Glauconnesos,^b et Ægilia.¹ Et a promontorio Geræsto, circa Delum in orbem sitæ (unde et nomen^c traxere) Cyclades. Prima earum Andrus^d cum oppido, abest a Geræsto, x. mill. pass. a Ceo XXXIX. mill. Ipsam Myrsilus Cauron, deinde Antandron cognominatam tradit : Callimachus Lasiam, alii Nonagriam, Hydrussam, Epagrin. Patet circuitu xcvi. mill. pass.² Ab eadem Andro

Orostane Vet. Dalec.—5 *Chalcodontis* edd. vett. et Gronov.

CAP. XXII. 1 *Ægilia* Chiffi. *Begialis* Ptolemæo.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XC. mill. pass. re-

NOTE

¹ *Chalcodotis*] Quod æs prima dederit, ære ibi, ut mox subicitur, primum reperto. Ita scribi porro id vocabulum, tum Mss. monent, R. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. tum Græci sermonis proprietates exigunt : non, ut hactenus editum, *Chalcodontis*. Sic *Μακρίς* a longitudine Stephano dicta est, vel *Μακρῆς*. Ab Abantibus, qui eam diutius tennere, *Ἀβαντίς*. *Ἀβαντίς* Pausan. lib. v. p. 332. Unde *ἑρὸν οὐδας Ἀβαντῶν* a Nonno appellatur, Dionys. XIII. p. 361. Nomen utrumque Hymno in Delum Callimachus vs. 20. complexus : *Μακρίς Ἀβαντίας Ἑλλοπήμων*. et Dionys. Perieg. vs. 520. Ab Asopide deinde, hoc est, a Danaë, vel Ægina Asopi filia postremum ei nomen est inditum : Scymnus Chius, p. 23. de variis Eubææ appellationibus : *Διὰ τὴν φύσιν, τὸ πρότερον, ὡς φησὶν, Μακρίς, Ἐπειτερον ἀπὸ τῆς λεγομένης Ἀσάπιδος, Χρόνῳ λαβοῦσα τοῦνομα, Ἐββοία πάλιν*.

^a *In Myrtoo*] Deceptus est Pintianus ancipiti ac gemina Myrtoi maris appellatione. Aliud enim est Myrtoum pelagus Plinio, Straboni, Pausaniæ, Melæ : aliud Ptolemæo. Huic circa Cariam est : illis a Creta ad Atticam. Vide Strab. lib. II. p. 124.

^b *Glauconnesos*] *Γλαύκου νήσος* Pausaniæ lib. vi. *Ægiliam* Plinii cum Begiali Ptolemæi eodem errore Pintianus aliique eandem esse existimarunt, quo is putavit idem esse Ptolemæo Plinioque Myrtoum mare. Illa *Pondico* hodie, ista *Spitilus* : reliquæ *Micronisia*, hoc est, parvæ insulæ, communi vocabulo nuncupantur.

^c *Unde et nomen*] ‘*Orbem enim κύκλον,*’ inquit Solinus c. 11. p. 30. ‘*Graii loquuntur.*’ Expressit id Græco carmine Dionysius Perieg. *Δῆλον ἐκυκλώσαντο, καὶ ὄνομα Κυκλάδες εἰσιν*.

^d *Andrus*] *Andro*.

passus mille, et a Delo quindecim mill.³ Tenos,^e cum oppido in xv. mill. pass. porrecta, quam propter aquarum abundantiam, Aristoteles^f Hydrussam appellatam ait, aliqui Ophiussam. Ceteræ: Myconos^{4g} cum monte Dimasto: a Delo quindecim mill.⁵ passuum. Siphnus,^h ante Meropia, et Acis appellata, circuitu viginti octo mill.⁶ pass. Seriphusⁱ xv.⁷ Prepesinthus,^j Cythnos. Ipsaque longe clarissima, et Cycladum media, ac templo⁸ Apollinis et mercatu celebrata, Delos:^k quæ diu fluctuata, ut proditur, sola motum¹

centiores codd. ap. Dalec. *XCIII. mill. pass.* edd. vett. et Gronov.—³ Recentt. codd. ap. Dalec. *et a Delo X. mill.* Mox, cum o. *XV. mill. pass.* edd. ante Brotier. *cum o. in XV. &c.* Chiff. —⁴ *Mycone* Vet. Dalec.—⁵ 'Ita libri omnes scripti et editi. At Cl. Tournefort, *Voyage du Levant*, tom. i. pag. 312. Plinium arguit, quod *XV. mill.* scripserit; cum a portu Myconi insulæ, nunc *Myconi*, ad parvum portum Deli, quo vulgo appellitur, sint tantum *VI. millia passuum.*' Brotier. *XVII. mill.* Vet. Dalec. *X. mill.* alii codd. Dalecampii. Mox, *antea Meropia* Chiff.—⁶ 'Tournefort, l. c. pag. 205. ait numerari *XL. mill.*' Brotier.—⁷ 'Ita Ms. Reg. 1. et editio princeps. Male recentiores *duodecim.* Sed exilior adhuc est numerus, *XV.* Cl. Tournefort, ibid. p. 214. ait eam patere circuitu amplius *XXXVI. mill. pass.*' Idem. *Seriphus duodecim* etiam Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—⁸ Edd. vett. et Gronov. *clarissima, Cycladum media, templo*; Chiff. alii codd. ap. Harduin. edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *cl. et Cycl. m. ac templo.*—⁹

NOTE

^e Tenos] Τήνος. Nunc Teno.

^f Aristoteles] Et ex Aristotele, vel quisquis is est Auctor libri de Mirab. Auscult. Stephanus, verbo Τήνος, ἐκλήθη δὲ Ἰδρούσσα, quod nempe irrigetur aquis, καὶ Ὀφιοῦσσα, quod anguibz scateat. Aristoph. Schol. in Plut. ἔχιδνα ἐν τῇ Τήνῃ μὲν τῶν Κυκλάδων νῆσος ὄφεις καὶ σκορπιοὶ δεινὸν ἐγίνοντο. Ac forte etiam inde Hydrussa ab hydrys, non ab aquis, est vocitata. Quin et vox ipsa Τηρία Hesychio ἐχιδνα est, hoc est, *vipera*: ut eodem spectare nomina hæc omnia videantur.

^g Myconos] Μύκονος μία τῶν Κυκλάδων Stephano. Mons ibi Δίμαστος appellatus, quod duarum instar mammarum gemino vertice eminet.—'In Itinerario Georgii Wheleri, p. 191.

dicitur Myconos a Delo non abesse amplius tribus passuum millibus. Nunc Turcis paret.' *Ed. sec.*

^h Siphnus] Σίφνος Stephano, et eadem Μερόπη prius, ut auctor est etiam Nicol Damasc. in Excerptis, pag. 494. appellata. Vide Notas et Emend. num. 82. Hodie *Sifano*.

ⁱ Seriphus] Σέριφος Straboni lib. x. pag. 487. Nunc *Serfino*. Deserta insula, quo soutes Romani relegabant. Tacitus Annal. iv. de Cassio Severo: 'In Seriphio saxo consenuit.' Juvenal. Sat. vi. 562. 'Et parva tandem caruisse Seripho.'

^j Prepesinthus] Πρεπέσιθος et Κίθνος Straboni lib. x. p. 485. Hæc hodie *Fermina* dici existimatur.

^k Delos] Δήλος. Nobis, *les Sâilles*. a corrupta voce Græca, eis Δήλους.

terræ non sensit. Ad M. Varronis ætatem, Mucianus⁹ prodidit bis concussam. Hanc Aristoteles ita appellatam prodidit: quoniam repente apparuerit^m enata. Æglosthenes Cynthiam,ⁿ alii Ortygiam,^o Asteriam,^p Lagiam,¹⁰ Chlamydiam, Cynæthum, Pyrpilum igne ibi primum reperto. Cingitur quinque mill. passuum:¹¹ assurgit Cynthio monte.^q Proxima ei Rhene,^r quam Anticlidēs Celadussam^s vocat:

Tolet. sensit. At M. Varronis ætate Mutianus; Gronov. et edd. vett. sensit ad M. Varronis ætatem, &c.—10 Pelasgiam Vet. Dalec. Mox, Cynthum Pyrpilon codd. ap. Dalec. Cynthum etiam Steph.—11 'Ita libri omnes scripti et editi. Cl. Tournefort, ibid. pag. 342. perperam Plinium arguit, quasi quindecim millia passuum scripserit.' Brotier. Mox, Cynthio monte edd. vett. cum Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Cynthio monte Chiffi. Cynthio

NOTÆ

Incolæ Megadīi vocant. Adjacet ei Rhene, de qua mox Plinius, et minor Delos a civibus appellatur, non *Fermina*, ut quibusdam visum est, quæ longe hinc abest.

¹ *Solamotum*] Seneca Natur. Quæst. vi. 26. pag. 912. 'Sed movetur et Ægyptus, et Delos, quam Virgilius stare jussit, 'Immotamque coli dedit, et contemnere ventos.' Hanc Philosophi quoque, credula natio, dixerunt non moveri, auctore Pindaro. Thucydides ait antea quidem immotam fuisse: sed circa Peloponnesiacum bellum tremuisse. Callisthenes et alio tempore ait hoc accidisse,' &c. En quod Mucianus prodidit, bis ante Varronis ætatem terræ motu Delon concussam. Vide Callimachum Hym. in Delum. Thucyd. lib. ii. pag. 104. belli Peloponnesiaci anno primo tremuisse ait, Olympiad. LXXXVIII. Ante Marathoniam pugnam, Herod. lib. vi. n. 98. pag. 366.

^m *Apparuerit*] Παρά τὸ δῆλον. Servius ad Æneid. iii. 76. 'Delos dicitur, quia diu latuit, et postea apparuit. Nam δῆλον Græci manifesta dicunt. Vel quod verius est, quia cum ubique Apollinis responsa obscura sint, manifesta illic dabantur

oracula.'

ⁿ *Cynthiam*] A Cynthio monte, de quo mox Stephanus, verbo Δήλος, ἐκαλεῖτο δὲ Κύνθος, . . . καὶ Ἀστερία, καὶ Πελασγία, καὶ Χλαμυδία.

^o *Ortygiam*] A copia coturnicum, τῶν ὀρτύγων, quæ illic sunt, ut auctor est Phanodemus Rerum Atticar. lib. ii. apud Athen. lib. ix. pag. 392. Aliam causam affert Schol. Apollonii ad Argon. i. 308.

^p *Asteriam*] Solinus, cap. 11. pag. 30. de Delo: 'Eadem est Ortygia,' inquit, 'nunc Asteria, a cultura Apollinis: nunc a venatibus Lagia, vel Cynæthus: Pyrpilum etiam, quoniam et ignitabula ibi, et ignis inventa sunt. In hac primum visæ coturnices aves, quas ὀρνύγας Græci vocant.' Lagia, seu leporaria, a leporum frequentia, λαγὼς Græci nuncupant: Cynæthus ab ardore canum venaticorum dicta est, ἀπὸ τοῦ κύνος et αἰῶς.

^q *Cynthio* [Cynthio monte] Κύνθος ὅρος τῆς Δήλου, Schol. Callim. p. 9. Nunc monte Cintio. Non ille quidem excelsus, ut Strabo mentitur, sed vix altior Capitolino Romæ, teste αὐτόπτη Georgio Whelero in Itinerario pag. 176.

item Artemin¹³ Hellanicus. Syros,¹ quam circuitu patere viginti millia pass. prodidere veteres, Mucianus centum sexaginta. Oliaros,² Paros³ cum oppido, ab Delo XXXVIII. mill. marmore nobilis, quam primo Platean,¹³ postea Minoida vocarunt. Ab ea septem mill. quingentis Naxos, a Delo⁴ XVIII.¹⁴ cum oppido, quam Strongylen,⁵ dein Dian, mox Dionysiada a vinearum⁶ fertilitate, alii Siciliam⁷ mi-

monte codd. Regg. Brot. et Ed. pr.—12 *Artemiten* edd. ante Harduin. Mox, *Scyros* Vet. Dalec.—13 *Plateam* cod. Dalec. *Pactiam* edd. vett. et Gronov. Mox, *Minoam*, pro *Minoida*, Steph.—14¹ Ita libri omnes. At certe error est. Naxos enim, nunc *Naxie*, magis distat a Delo, quam Paros; et ipse Plinius XXXVIII. mill. inter Paron et Delon modo supra numeravit. Cl. Tournefort, ibid. pag. 343. ait esse XL. mill. pass. inter Delon et Naxos. Oppidum autem

NOTÆ

¹ *Rhene*] *Ῥήνη*, νῆσος μικρά, πλησίον Δήλου, exiguo a majore Delo freto dispescitur. Plutarch. in Nicia, p. 525. *Ῥηναίη* νῆσος Herod. lib. vi. p. 366. n. 97.

² *Celadussam*] A strepitu undarum, id enim est proprie *κελαδεῖν*. A Dianæ nomine *Ἀρτεμιον*.

³ *Syros*] *Σύρος* Straboni lib. x. p. 486. aliisque. Juxta Delum : ἡ *Σύρα* νῆσος μία τῶν Κυκλάδων πλησίον Δήλου. Suidas, verbo *Φερεκύδης*. Fuit enim Pherecydes Syrius. Nunc *Sira*.—⁴ Meminit Homerus insulæ hujus in *Odyss.* O. 402. *Νῆσός τις Σύριη κυκλήσκειται, εἶπω ἄκούεις, Ὀρτυγίης καθέπερθεν, ὅθι τροπὰν ἡέλοιο*. Suarius Ulyssis, qui erat in Ithaca, nihil aliud his verbis significat, quam Syron insulam ultra Ortygiam sive Delum esse; et quando in ea insula sol exoritur, tunc reverti eum simul ad Ithacam illustrandam, sive mox cum Ithacensibus apparere. *Syros* ad Eurum Peloponnesi est, ad occasum Ithaca. Non plus sapere certe Suarius potuit. Ed. sec.

⁵ *Oliaros*] Et hæc inter Cycladas Stephano, *Ὀλίαντος νῆσος τῶν Κυκλάδων μία*, quam et a Paro distare ait ex

Heraclide, stadiis LVIII. seu VII. M. CCL. P. Nunc *Rocchi*. Straboni lib. x. p. 485. *Ὀλίαντος*.

⁶ *Paros*] *Πάρος*, quæ et *Μινώα* Stephano : Solino cap. 11. p. 31. et Isidoro, Orig. xiv. 6. *‘Minoia’*; quod a Minoë subacta. Hodie *Paris*.

⁷ *Quam primo Platean*] Hoc est, *Πλατείαν*, a planitie. Vide Notas et Emend. num. 83.

⁸ *Naxos, a Delo*] Ita Solinus cap. 11. p. 31. Sed corruptus tamen numerus, ut omnia rite perspicienti constabit. *Nāfos* olim, hodie *Naxi*.

⁹ *Strongylen*] A rotunditate: nec tamen est absolute rotunda, sed vitis folio similis, ut ait Eustath. *Δίαν* quoque appellatam esse tradunt Diodorus Sic. Bibl. lib. iv. p. 264. et ex Callimacho Schol. Apollonii, ad Argon. iv. 426. Hæc *Dia* est, de qua Ovid. Met. viii. 174. Strongylen oppidum in Naxo falso credit Solinus, loc. cit. nam ipsa Naxos Strongyle est.

¹⁰ *A vinearum*] Vel quod hospita fuerit Libero Patri, ut ait Solinus.

¹¹ *Siciliam*] Quod pari cum majore Sicilia fertilitate sit: vel, ut Agathemerus ait Geogr. i. 5. quod inter Cy-

norem, aut Callipolin appellarunt. Patet circuitu septuaginta quinque mill. pass.¹⁵ dimidioque major est quam Paros.

XXIII. Et hactenus quidem Cycladas servant: ceteras, quæ sequuntur, Sporadas.^b Sunt autem Helene, Phacussa, Nicasia,^c Schinussa,^d Pholegandros:¹⁶ et a Naxo XXXVIII. mill. passuum,² Icaros:^f quæ nomen mari dedit, tantundem^g ipsa in longitudinem patens, cum oppidis^h duobus, tertio amisso: ante vocata Doliche, et Macris, et Ichthyoëssa. Sita est ab exortu solstitiali Deli,ⁱ LII. mill. pass.³

Naxi insulæ dicitur quoque *Naxia*.⁷ Brotier.—15 Cod. Dalec. LXXX. mill. pass.

CAP. XXIII. 1 *Phacussa* margo edd. Dalec. et Gronov. *Phocussa*, *Hecaria*, *Schinussa*, *Phalegandros* Vet. Dalec. *Phocussa*, *Hæcosia*, *S. Phalegandros* codex alter ejusdem; *Phocussa*, *Phacasia*, *S. Polegrados* Chiffi. *Phocussa*, *Phacusia*, *Schinussa*, *Phalegandros* edd. vett. et Gronov.—2 ¹ Ita optime Ms. Reg. 1. et editio princeps. At si Plinius accurate Icarum insulæ distantiam a Naxo determinavit, ejus longitudinem majorem, quam par est, fecit. Juxta Cl. Tournefort, tom. II. pag. 94. Icaros insula habet circuitu 60. millia passuum.⁷ Brotier. a Naxo decem et septem mill. pass. edd. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—3 Ita Editio princeps. a Delo quinquaginta mill. pass. edd. vett. et Gronov. *Deli quinquaginta mill. pass.* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, ⁴ a Samo triginta quinque mill. Ita libri omnes. At fretum in-

NOTE

cladas magnitudine præcipua.

^b *Sporadas*] *Σποράδες* Dicæarcho p. 181. aliisque: ita dictæ quod sparsim jaceant, ac veluti temere dissipatæ.

^c *Helene*, *Phacussa*, *Nicasia*] *Ἑλένη*, *Φακούσα*, *Νικασία*, *Σχινοῦσα*. Vide Notas et Emend. num. 84. *Helene* nunc *Pira*. *Nicasia* *Rachia*: *Phacusa* *Fecussa* est, Marco Boschini.

^d *Schinussa*] Cui est a lentisco nomen. *Σχινοῦσα* Hesychio *νήσος ἐστὶ Φουλῖος*. Hodieque *Schinusa* dicitur, et Naxo ad Boream adjacet.

^e *Pholegandros*] Stephanus: *Φολέγανδρος*, *νήσος τῶν Σποράδων, ἀπὸ Φολέγανδρου τοῦ Μίνως, κ. τ. λ.* Hæc Stephanus ex Strab. lib. x. p. 484. Ptolem. III. 15. est *Φιλόκωανδρος*. Hesychio *Φλέγανδρος*. Hodie *Policandro*, ad ortum Melo Sicinoque opposita.

^f *Icaros*] Straboni et Ptolemæo *Ἰκαρία*: unde nunc *Nicaria* dicitur, factitia voce ex duabus, *ἐν Ἰκαρία*. Eadem *Μακρίς*, et *Δολιχὴ* a longitudine: eadem a piscium copia *Ἰχθυόεσσα* Stephano, Heraclidi lib. de politis *Ἰχθυόεσσα* appellatur. *Μακρίς* rursum Schol. Aristoph. in Nub. pag. 135. *Ἰχθυόεσσα* et Eustathio, p. 306. Utroque nomine ab Agathemero Geogr. I. 5. agnominatur.

^g *Tantundem*] Hoc est, XVII. M. P. Circuitus vero, Strabone teste, lib. XIV. p. 639. stadia trecenta complectitur, hoc est, XXXVII. M. D. P.

^h *Cum oppidis*] Unde Scylaci vocatur *Ἰκαρος διπολις*, p. 22. Horum alterum *Οινόη* Athenæo lib. I. p. 30.

ⁱ *Solstitiali Deli*] Abest Icarus ab ea Deli parte, quæ ad exortum sol-

Eadem a Samo triginta quinque mill. Inter Eubœam et Andrum decem mill. pass.⁴ freto, ab ea Geræstum^j centum duodecim mill. quingenti pass. Nec deinde servari potest ordo.

Acervatim ergo ponentur reliquæ. Scyros:^k Ios^l a Naxo viginti quatuor mill. pass.⁵ Homeri sepulcro veneranda, longitudinis viginti quinque mill. ante Phœnice^m appellata. Odia, Letandros,^{6a} Gyaros^o cum oppido, circuitu duodecim mill. passuum. Abest ab Andro sexaginta duobus mill. pass. Ab ea Syrnos^p octoginta mill. pass. Cynæthus:^{7q} Telos^r unguento nobilis, a Callimacho Aga-

~~~~~

ter Icarum et Samum, quod nunc dicitur *le grand Bogaz*, est tantum XVIII. mill. passuum latitudine, ut constat ex Cl. Tournefort, *ibid.* Brotier.—4 Chiffi. XX. mill. pass.—5 Edd. vett. et Gronov. *reliquæ. Ios a Naxo viginti quatuor mill. pass.* Chiffi. *reliquæ. Scyros. Ios a N. XVIII. mill. pass.* Tolet. *reliquæ. Scyros. Ios a N. viginti quatuor, &c.*—6 Vet. *Telandros.* Mox, cod. Dalec. *circuitu XV. m. p. prope.* Chiffi. XXV. Paulo post, edd. vett. et Gronov. *ab Anero*; Vet. Dalec. et codex ejusdem, *ab Andro.*—7 *Cynethus* cod. Dalec.

#### NOTÆ

stitialem vergit. Vide Notas et Emend. num. 85.

<sup>j</sup> *Ab ea Geræstum*] Ab Icaro scilicet, Geræstum Eubœæ promontorium insulam Andrum respiciens, CXII. M. D. pass. medio inter Andrum et Genestum freto, quod non ultra decem millia pass. se porrigit, comprehenso.

<sup>k</sup> *Scyros*] Hodie *S. Georgio di Scyro.* Σκύρος olim, Neoptolemi Achilles F. natalibus clara. Vide Notas et Emend. num. 86.

<sup>l</sup> *Ios*] Hanc Cycladibus Stephanus adjudicat: hodie *Nio*, ex gemina voce ἐν Ἴω. Homeri manibus illustrata. Scylax, p. 21. *Ἴος, ἐν ταύτῃ Ὀμηρος τέθαρται.* Strabo similiter, lib. x. p. 484. et oraculum vetus apud Stephan.

<sup>m</sup> *Ante Phœnice*] Quod ea palmifera sit, Φωίκη Stephano.

<sup>n</sup> *Odia, Letrandos*] Mss. *Odia, Olenrandos*: quæ mihi nomina alibi

nusquam audita.

<sup>o</sup> *Gyaros*] Γῶρος Straboni lib. x. p. 485. Huc Romani noxios ablegabant. Juvenal. Sat. i. 73. *‘Ande aliquid brevibus Gyaris, et carcere dignum.’* Et Sat. x. 170. *‘Ut Gyari clausus scopulis, parvaque Seripho.’* Holstenius nunc putat esse *Caloïro* vel *Caloiera*: verius alii *Jouira*, inter Andrum et Ceam insulam. Apud Philostr. de Vita Apoll. vii. 8. p. 341. *Τόαρα* pro *Γῶαρα*.

<sup>p</sup> *Ab ea Syrnos*] Vide Notas et Emend. num. cit.

<sup>q</sup> *Cynæthus*] Quo nomine Delon ipsam olim nuncupatam diximus cap. 22.

<sup>r</sup> *Telos*] Τῆλος, Stephano, ἀπὸ τῆς τήλεως, a *fernigræci* copia, quod in *τηλίνου μύρον* compositione partes præcipuas obtinet, ut dicemus XIII. 2. Hodie *Piscopia*.

thussa<sup>a</sup> appellata. Donusa,<sup>8t</sup> Patmos<sup>u</sup> circuitu triginta mill. pass. Corasiæ,<sup>v</sup> Lebinthus,<sup>w</sup> Leros, Cinara : Sicinus,<sup>x</sup> quæ antea Cenoë:<sup>y</sup> Hieracia,<sup>9</sup> quæ Onus : Casus,<sup>z</sup> quæ Astrabe:<sup>10</sup> Cimolus,<sup>a</sup> quæ Echinussa : Melos<sup>b</sup> cum oppido, quam Aristides Byblida appellat, Aristoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides Siphnum,<sup>c</sup> et Acyton.

*Cynethussa* Gronov. et edd. vett.—8 *Dionysa* Gronov. Mox, *Pathmos* Vet. Dalec. et Harduin. 1. *Patmos circuitu* L. mill. pass. nonnulli ap. Dalec. Deinde, *Sicenus* Strab. *Sicinus* Ptolem.—9 Ita ex codd. emendavit Harduin. Græce, 'Ιερασία' Gronov. et edd. vett. *Heratia*.—10 *Casos*, quæ *Actrabe* margo edd. Dalec. et Gronov. Mox, *Cimolus*, quæ *Chinussa* Vet. Dalec. Paulo post, in

## NOTE

<sup>a</sup> *Agathussa*] Stephano quoque, Τῆλος, quam inter Cycladas reponit, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀργάθουσσα. Et Hesychio, apud quem Δῆλος pro Τῆλος legitur.

<sup>t</sup> *Donusa*] Ita libri omnes. Melæ II. 7. *Donyssa*. Stephano, Δονουσία, et a Dionysio Διονυσία. Viridi marmore nobilis : unde 'viridem Donnusam' appellat Maro. Ut Gyaros, reorum olim exilio infamis. Vide Tacit. Annal. IV. p. 108.

<sup>u</sup> *Patmos*] Solo D. Joannis Apostoli secessu clara. Straboni lib. X. p. 488. Πάτμος. At in nummo Severi, apud Patin. p. 285. EN ΠΑΘΜΩ. Hodie *Palmosa*.

<sup>v</sup> *Corasiæ*] Straboni, loc. cit. Κορασίαι, ab Icaria versus occasum paulum disjunctæ. Scopuli sunt, quos hodie *Dragonisi* vocant, teste Marco Boschini.

<sup>w</sup> *Lebinthus*] Λέβινθος Straboni lib. X. pag. 487. Ovid. Met. VIII. 222. 'Dextra Lebinthos erat, sæcundaque melle Calymne.' Hodie *Levita*. Mox Leros eidem Straboni, pag. 488. Λέρος. Κίραρα Athenæo memoratur, lib. II. p. 71.

<sup>x</sup> *Sicinus*] Juxta Pholegandrum, auctore Strabone I. X. pag. 484. apud quem Σικινος pro Σίκινος, perperam

appellatur. Nunc *Sicino*. De ea Solon apud Laërt. Εἶπεν δὲ τὸν ἑγὼ Φολεγάνδριος, ἢ Σικινίτης, κ. τ. λ.

<sup>y</sup> *Cenoë*] Οἶνὸς Stephano, et Etymologici auctori, quia consita vitibus est, διὰ τὸ εἶναι ἀμπελόφυτον. Item Scholiastæ Apollonii ad Argon. I. 623.

<sup>z</sup> *Casus*] Stephanus, inter Cycladas : Κάσος, μία τῶν Κυκλάδων ἐκαλεῖτο δ' Ἀμφη, καὶ Ἀστράβη. Nunc *Casos*, auctore M. Boschini. Diversa ab altera, quæ Achne cognominatur, v. 36.

<sup>a</sup> *Cimolus*] Κίμωλος Straboni lib. X. pag. 484. Incolis hodieque *Kimolo* : Venetis *Argentiera* : non *Sicandro*, ut vulgo Geographi putant.

<sup>b</sup> *Melos*] Μῆλος Straboni, loc. cit. A Melo duce Phœnicum nomen accepisse Festus existimat : alii a rotunditate mali. A Bybliis Phœnicibus Βύβλον appellatam esse auctor est etiam Stephanus : et Ζεφυρία. Eadem Μίμαλις et Μεμβλῖς Hesychio nominatur, p. 630. et 642. Pro *Byblida*, Mss. *Memblida*. In Gaza Regia nummus est ex ære mediocri, habens ΜΗΛΙΩΝ in corona laurea.

<sup>c</sup> *Heraclides Siphnum*] Mss. *Siphin* : quos libenter sequimur : ne Siphnum inter Cycladas supra citatam cum

Hæc insularum<sup>d</sup> rotundissima est. Post Machia :<sup>e</sup> Hypere,<sup>f</sup> quondam Patage, ut alii<sup>11</sup> Platage, nunc Amorgos : Polyægos,<sup>g</sup> Phyle,<sup>h</sup> Thera,<sup>i</sup> cum primum emersit, Calliste dicta. Ex ea avulsa postea Therasia :<sup>j</sup> atque inter duas enata mox Automate, eadem Hiera : et in nostro ævo Thia juxta eandem Hieram nata. Distat Ios a Thera viginti quinque mill. pass.

Sequuntur Lea,<sup>k</sup> Ascania, Anaphe, Hippuris.<sup>12 1</sup> Astypalæa liberæ civitatis,<sup>13 m</sup> circuitu LXXXIX. mill. passuum : abest a Cadisto Cretæ CXXV. mill. Ab ea Pla-

eodem, *Mimblada* appellat ; Chiff. *Mymblida*, &c.—11 *Hypæne*, quondam *Panacie*, et ut alii Vet. Dalec.—12 *Canaphe*, *Hippuris*, *Hippurissusa* Chiff. *Anaphe*, *Hippuris*, *Hippurissusa* Gronov. et edd. vett.—13 *Margo* edd. Dalec. et Gronov. liberæ conditionis. Mox, edd. ante Brotier LXXXVIII. Deinde, pro

## NOTÆ

Melo confundat eadem nomenclaturam.—‘Ab altero nomine ejusdem insulæ, Græcis scriptoribus, Theophani et Cedreno, de funere Anastasii Augusti, est marmor ‘Ακυράν. Ed. sec.

<sup>d</sup> *Hæc insularum*] Solinus, cap. 11. p. 31.

<sup>e</sup> *Post Machia*] In Mss. *Buporth-machia*, R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris.

<sup>f</sup> *Hypere*] Hæc varia videntur esse insulæ Amorgi nomina. ‘Αμοργος Straboni lib. x. pag. 487. inter Sporadas. Nunc *Morgo*. Quondam et Παγκάλη vocitata, Stephano teste.

<sup>g</sup> *Polyægos*] A Mela quoque agnoscitur, II. 7. In Thesaurο Goltzii nummus extat, cum epigraphe ΠΟΛΥΑΙΓΙΩΝ. Nunc est *Polegasa*, juxta Diam, quam *Standiam* esse diximus.

<sup>h</sup> *Phyle*] In Mss. *Saphyle*, vel *Aphile*.

<sup>i</sup> *Thera*] Hesych. p. 486. Καλλιστή, ἢ Θήρα τὸ πρότερον. Contra Scholiastes Apollonii, ad Argon. IV. 1763. vetustius Callistæ nomen esse existimat : ἡλλαξε τὸ ὄνομα ἢ Καλλίστην νῆσος, καὶ ὠνομάσθη Θήρα. Cui et Hero-

dotus concinit, lib. IV. pag. 271. et Pausan. lib. III. p. 159. Forte quæ aliis scriptoribus Θήρα, eadem Plinio *Philethera* dicitur. Hodie *Santerini*.

<sup>j</sup> *Therasia*] Θηρασία Ptolem. III. 15. Nunc quoque *Tiresia*. De Hiera, II. 89. Hodie *Cammeni*, ut ab iis accepimus, qui ea loca nuper contemplati sunt. Thia vero ignobilis est sine nomine scopulus.

<sup>k</sup> *Sequuntur Lea*] Λεῖα, nunc *Piana*, et *Pianosa*. Ἀνάφη, πλησίον Θήρας, inquit Steph. (de qua jam diximus, II. 89.) hodie *Namfio*, ad exortum solstitialem Theræ, sive *Santerini*. Ascania, quantum conjicere licet, Anaphæ ad ortum objecta, *Giera*.

<sup>1</sup> *Hippuris*] Ἰππουρίδης νῆσος πλησίον Θήρας, inquit Scholiastes Apoll. ad Argon. IV. 1712. Vide Notas et Emend. num. 87.

<sup>m</sup> *Astypalæa liberæ civitatis*] Sic idem cap. 19. Corcyram esse liberæ civitatis dixit, hoc est, civibus constare qui suis libere, non alienis legibus vivant. Ἀστυπάλαια Straboni lib. X. p. 488. Hodie *Stampalia*.

tea<sup>n</sup> sexaginta mill. Unde Camina<sup>14</sup> triginta octo mill. Azibintha, Lanise, Tragia, Pharmacusa, Techedia, Chalcia: Calydna,<sup>o</sup> in qua oppidum Coos: Calymna,<sup>15</sup> p a qua Carpathum, quæ nomen Carpathio mari dedit, xxv. mill. passuum. Inde Rhodum Africo vento quinquaginta m. pass. A Carpatho Cason<sup>16</sup> vii. m. A Caso Sammonium Cretæ promontorium xxx. mill. In Euripo autem Euboico, primo fere introitu, Petaliæ<sup>q</sup> quatuor insulæ, et in exitu Atalante.<sup>r</sup> Cyclades, et Sporades, ab oriente littoribus Icaris Asiæ, ab occidente Myrtois Atticæ, a septemtrione Ægæo mari, a meridie Cretico et Carpathio inclusæ, per dcc. m.<sup>s</sup> in longitudinem, et per cc. in latitudinem jacent.<sup>17</sup>

Pagasicus sinus<sup>t</sup> ante se habet Eutychiam, Cicynethum,<sup>18</sup> et Scyrum supradictam,<sup>u</sup> sed Cycladum et Spora-



Calisto Chiffi. habet Cisto.—14 Unde Caminia Vet. Dalec.—15 Idem codex, in qua oppida tria duæ Calymna et Olymnos; Gronov. et edd. vett. in qua oppidum Coos, et Olymna. Aqua, &c.—16 Ita codd. Harduini, edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. a Carpatho ad Cason Gronov. et edd. vett.—17 Ita codd. Tolet. Chiffi. et Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. inclusæ, per CC. mill. in longitudinem jacent edd. vett. ante Harduin.—18 Tinetum cod. Dalec. Paulo post, edd. vett. et Gronov. Scadiram, Ther-

## NOTE

<sup>n</sup> Ab ea Platea] Hæ feræ deinceps ab aliis scriptoribus prætermisæ. Χαλκίαις tamen meminit Strabo, loc. cit. Τρωγυλίας inter Cycladas, quo nomine etiam Sporadas comprehendit, Stephanus: apud quem et Φαρμακοῦσσα supra Miletum insula legitur: ubi a prædonibus captum Cæsarem Dictatorem narrat Suetonius in Julio, cap. 4. Illam vero priorem Τρωγυλιν vocat Plutarchus in Pericle, p. 166.

<sup>o</sup> Calydna] Καλύδνα. Vide Notas et Emend. num. 88.

<sup>p</sup> Calymna] E Calydnis seu Calymnis insulis una, commune ceteris nomen peculiari sibi jure vindicans. Hæc fecunda est melle Calymne, ut cecinit Ovid. Met. viii. 222.

<sup>q</sup> Petaliæ] Traxere nomen iis scopuli, insulæve, ex oppido in continenti Enbææ opposito, contra Sunium promontorium: Περαλλία Straboni dicitur, lib. x. p. 444.

<sup>r</sup> Atalante] Hodie Talanta. De ea egimus ii. 90.

<sup>s</sup> Per DCC. M.] Vide Notas et Emend. num. 89.

<sup>t</sup> Pagasicus sinus] De quo cap. 15. Prævit Plinio Mela ii. 7. pag. 43. 'Pagasæus sinus Scyron prospicit: Cicynethum amplectitur.' Et Scylax, p. 24. ἐν δὲ τῇ Παγασσητικῇ κόλπῃ ἐστὶ νῆσος Κυκωνήσος, καὶ πόλις. De Eutychia nihil dum comperi. Mss. Euthiam habent, Εὐθείαν.

<sup>u</sup> Scyrum supradictam] Hoc ipso cap. his verbis: 'Scyros, Ios,' &c. eadem-



dum extimam: Gerontiam, Scandilam: <sup>v</sup> Thermæus, <sup>w</sup> Irhesiam, Solimniam, Eudemiam, <sup>x</sup> Neam, <sup>y</sup> quæ Minervæ sacra est. Athos ante se quatuor: Peparethum cum oppido, quondam Evœnum <sup>a</sup> dictam, <sup>19</sup> novem mill. passuum. Sciathum <sup>a</sup> xv. mill. <sup>20</sup> Imbrum <sup>b</sup> cum oppido LXXXVIII. millia passuum. Eadem abest a Mastusia Cherronesi, xxv. mill. pass. <sup>21</sup> Ipsa circuitu LXXII. mill. pass. perfunditur amne Ilisso. Ab ea Lemnos <sup>c</sup> viginti duo mill. quæ ab Atho LXXXVII. <sup>d</sup> mill. passuum. Circuitu patet CXII. M. D. pass. <sup>22</sup> Oppida habet, <sup>f</sup> Hephæstiam, et My-

//////////

meusin, Irhesiam, &c. Vet. Dalec. Scadiram, Thermeusin, Irrhesiam, Elymniam, Eudeipnam, Neam, &c.—19 Cod. Dalec. dicto.—20 Margo edd. Dalec. et Gronov. XII. M. pass. Mox, pro millia, Harduin. 2. et Franz. millibus.—21 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. LXXV. mill. pass. Gronov. et edd. vett.—22 Ita Tolet. Vet. Dalec. alique ap. Harduin. cum edd. Harduin. Miller. Bipont. et Franz. XXII.

#### NOTE

que Cycladum ac Sporadum postrema versus septemtrionem, novissimaque est: ceteræ deinceps extra eum ordinem ac nomen illud censentur. De Gerontia ceteri scriptores silent.

<sup>v</sup> Scandilam] Ita Mela II. 7. p. 43. Hodie Scandole.

<sup>w</sup> Thermæus] Sinus scilicet, ut supra Pagasicus. Θερμαῖος κόλπος Stephano. De Thermæo egimus cap. 17. Vide Notas et Emend. num. 90.

<sup>x</sup> Solimniam, Eudemiam] Mallet Hermolaus Ἐλύμνιον, et Εὐδεῖαν, quæ insularum nomina apud Stephanum extant: sed sunt illæ alterius longe situs ac loci, non hujus in quo versamur.

<sup>y</sup> Neam] Νέα, numero multitudinis, insula Stephano dicitur haud procul Lemno, νήσος πλεσίον Δήμου. Meminit et Antonin. Liberalis insularum Lemnicæ ditionis, quæ Neæ vocantur.

<sup>z</sup> Evœnum] Εβόων, vino fertilem.

Heracrides, de Polit. Πειράρηθος... Ἀθῆναι ἡ νήσος εὐβοῖός ἐστι, καὶ εὐδενδρος, κ. τ. λ. Ovidius et ab olivæ fertilitate commendat, Met. VII. 'Nitidæque ferax Peparethos olivæ.' Hodie Piperi.

<sup>a</sup> Sciathum] Scymnus Chius, eodem ordine, p. 24. Κεῖνται δὲ καὶ νησιδες, Ζκυρος, Πειράρηθος, Σκίθος: scribe Σκίθος, cum Strabone lib. IX. p. 436. Schol. Apoll. ad Argon. I. 583. Σκίθος νήσος τῆς Θεσσαλίας, ἐγγὺς Εὐβοίας.

<sup>b</sup> Imbrum] Ἰμβρος Strab. lib. X. p. 457. Hodie Lembro.

<sup>c</sup> Lemnos] Δήμου, hodie Stalimene, voce conflata ex iis tribus, εἰς τὴν Δήμον.

<sup>d</sup> LXXXVII.] Solinus cap. 11. p. 31. 'Athos a Lemno sex et LXXX. millibus passuum separatur.'

<sup>e</sup> CXII. M. D. pass.] Ita rescripsimus ex Mss. omnium fide, pro XXII. Est enim ampla et populosa.

<sup>f</sup> Oppida habet] Ἡφαίστεια, ac Μύρια Stephano, et Ptolemæo III. 13.

rinam, in cujus forum<sup>s</sup> solstitio Athos ejaculatur umbram. Ab ea Thassos libera quinque mill. passuum, olim Aëria,<sup>23</sup> h vel Æthria dicta. Inde Abdera<sup>i</sup> continentis, XXII. mill.<sup>24</sup> passuum. Athos sexaginta duo mill. D.† Tantundem<sup>j</sup> insula Samothrace, quæ libera, ante Hebrum,<sup>k</sup> ab Imbro XII. mill.<sup>25</sup> a Lemno viginti duo M. D. a Thraciæ ora triginta octo mill. circuitu triginta duo mill.<sup>26</sup> attollitur monte Saoce<sup>l</sup> decem mill. passuum altitudinis, vel importuosissima<sup>27</sup> omnium. Callimachus eam antiquo nomine Dardaniam<sup>m</sup> vocat.<sup>28</sup> Inter Cherronesum et Samothracen, utrimque fere quindecim mill. Halonesos:<sup>n</sup> ul-

*M. D. p. edd. vett.*—23 *Aëraria* cod. Dalec.—24 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. post Harduin. XX. mill. in ceteris.—† Ita Brotier edidit ex codd. Regg. et Ed. pr. D. non habetur in ceteris edd. Mox, *ad insulam Samothracen* Vet. Dalec.—25 Chiffi. XXXV. mill. ‘Pessime in libris scriptis et editis, *triginta duo millia*. Quasi Samothrace magis distaret ab Imbro, quam a Lemno. Contra Imbrus, nunc Imbro, est inter Samothracen, nunc Samothraci, et Lemnon, nunc Lemno, vel Stalimene. Irrepsit error ex triplicata denarii numeri nota. Nec Samothrace distat amplius XII. mill. ab Imbro.’ Brotier. *triginta duo mill.* etiam Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—26 ‘*A Thraciæ ora triginta octo, circuitu triginta duo mill.*’ Hæc suspecta mihi videntur, et forte a sciolo addita. Desunt enim in Ms. Reg. 1. et editione principe. Sunt autem absurda. Samothrace vix distat XVIII. mill. ab ora Thraciæ.’ Brotier. Mox, *monte Sao* Vet. Dalec.—27 Ita codd. Dalec. Chiffi. Tolet. omnesque Harduini, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *passuum portuosissima* edd. vett. et Gronov.—28 Ita Harduin. ex codd. suis et Chiffi. ita quoque edd. recentt. *nominat* Ald. Junt.

## NOTÆ

<sup>s</sup> *In cujus forum*] Solinus, loc. cit. Quo pertinet et illud Sophoclis, quod refert Scholiastes Theocr. Idyll. vi. 76. Ἄθως σκιδέει νῶτα Λημνίας ἁλός.

<sup>h</sup> *Olim Aëria*] Stephanus: ὅτι δὲ καὶ Ἀερία ἡ Θάσος δὴλον, idque ex veteri oraculo confirmat: Νήσῳ ἐν Ἑρρίῃ κτίζειν εὐδείλον ἔστω. Hesychius quoque: Ἀερία . . . Θάσον τε τὴν νῆσον οὕτως ἐκάλου. Hodie Thaso.—<sup>i</sup> In nummis antiquis, ΘΑΣΙΩΝ. Ed. sec.

<sup>j</sup> *Inde Abdera*] Abest, inquit, Thassos ab Abderis, quod est in continente seu littore opposito oppidum, XXII. M. P. Ab Atho monte, LXII. De Abderis diximus cap. 18.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>j</sup> *Tantundem*] A Thasso abest LXII. M. P. Σαμοθράκη, nunc Samandraci. Σαμοθράκη porro insulam sacram Græce sonare scribit Diodor. Sic. Bibl. lib. III. p. 189. et lib. v. p. 322.

<sup>k</sup> *Ante Hebrum*] Thraciæ amnem, de quo cap. 18.

<sup>l</sup> *Saoce*] Σαώκη. Vide Notas et Emend. num. 90. Hodie Monte Nettuno.

<sup>m</sup> *Dardaniam*] Δαρδανία quoque Stephano dicitur, et Straboni, in Epit. lib. VII. p. 331. a Dardano Jasonis fratre: Pausaniæ denique, lib. VII. p. 403.

<sup>n</sup> *Halonesos*] Ἀλόνησος Harpocra-

*Plinius.*

3 E

tra Gethone, Lamponia, ° Alopeconnesus,<sup>29</sup> P haud procul a Cœlo, Cherronesi portu, et quædam ignobiles. Desertis<sup>30</sup> quoque reddantur in hoc sinu,<sup>31</sup> quarum modo inveniri potuere nomina: Desticos,<sup>1</sup> Larnos, Cyssiros, Carbrusa, Calathusa, Scylla, Draconon,<sup>31</sup> Arconesus, Diethusa, Scapos, Capheris, Mesate, Æantion, Pateronnesos, Pateria, Calathe, Neriphus, Polendos.

XXIV. Quartus<sup>a</sup> e magnis Europæ sinus<sup>1</sup> ab Hellesponto incipiens, Mæotidis<sup>2</sup> ostio finitur. Sed totius Ponti forma breviter amplectenda est,<sup>3</sup> ut facilius partes noscantur. Vastum mare præjacens Asiæ, et ab Europa porrecto Cherronesi littore expulsum, angusto meatu irrumpit in terras, septem stadiorum, ut dictum est,<sup>b</sup> intervallo Eu-

Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—29 *Alope*, *Connessus* cod. Dalec.—30 *Deserta* Pintian. Mox, *inveniri potuere* Chiff. et paulo post in eodem codd. et Dalec. *Sarnos* pro *Larnos*.—31 *Calathusa*, *Dialeon*, *dicta Melanthia*, *Draconon* Vet. Dalec. aliis, *Drecenon*. Mox, *Mesatæa*, *Cantiron*, *Phateronnesos*, vel *Paterion* Pintian. *Phaterunesos* edd. vett. et Gronov. *Pateronnesos* Harduin. ex codd. Gr. Πατέρων νήσος. Denique, pro *Calate*, quod ex codd. restituit Harduinus, *Calathe* habet Chiff. *Caete* edd. vett. et Gronov.

CAP. XXIV. 1 *Europæ finibus* Vet. Dalec.—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipout. et Franz. *Mæotis* edd. vett. et Gronov.—3

## NOTE

tioni exigua dicitur Ægæi maris insula. Alia est Strabonis Ἀλόγησος, lib. ix. p. 436.

° *Lamponia*] Λαμπόνηια, quo nomine urbem in Troade Stephanus agnoscit.

P *Alopeconnesus*] Ἀλωπεκόννησος Stephano. Meminit et Livius xxxi. p. 372. In Melane sinu, hoc est, eodem quo a Plinio statuitur situ, a Pomponio quoque collocatur, ii. 2. De portu Cælo diximus cap. 18.

3 *In hoc sinu*] Hoc est, in tertio Europæ sinu, qui Ionium mare, Ægæumque, complectitur.

1 *Desticos*] Forte, *Distichos*. *Larnos*, in Mss. *Sarnos*: forte Κάρος, quæ Stephano est Acarnaniæ insula. Pro *Cissiros*, an *Cisseros*? ut ea vox

insulam pumicosam significet. Καλδοῦσα cognominem habet urbem in Ponto, cujus est apud Stephanum mentio: Δράκανον, oppidum in insula Icaria, apud Strab. lib. xiv. p. 639. Arconesus, sive Arctonesus, quæ vox ursorum insulam sonat, cognominem alteram in Asia contra Halicarnasum, de qua v. 36. Æantion, Αἰάντειον, ab Ajace nomen habet. Μεσάτη, a situ, quoniam inter alias media, &c. *Pateronnesus*, haud dubie Πατέρων νήσος.

a *Quartus*] Solinus cap. 12. p. 31. et Martian. lib. vi. cap. de quarto sinu Europæ, p. 213. iisdem uterque verbis.

b *Ut dictum est*] Cap. 18.

ropam auferens Asiæ. Primas Angustias Hellespontum<sup>c</sup> vocant. Hac Xerxes<sup>d</sup> Persarum rex, constrato in navibus ponte,<sup>e</sup> duxit exercitum. Porrigitur<sup>f</sup> inde tenuis Euripus LXXXVI. mill. pass. spatio ad Priapum urbem Asiæ, quam Magnus<sup>g</sup> Alexander transcendit. Inde exspatiatur æquor, rursusque in arctum coit: laxitas Propontis<sup>h</sup> appellatur: angustia, Thracius Bosporus,<sup>i</sup> latitudine D. passuum,<sup>j</sup> qua Darius pater Xerxis copias ponte transvexit. Tota ab Hellesponto longitudo CCXXXIX. M. pass.<sup>k</sup> Dein vastum<sup>l</sup> mare, Pontus Euxinus, qui quondam Axenus, longe refugientes occupat terras, magnoque littorum flexu, retro curvatus in cornua, ab his utrimque porrigitur, ut sit plane arcus Scythici<sup>m</sup> forma. Medio

Cod. Dalec. *quam breviter complectenda est.*—4 Chiff. *constrato navibus Ponto*; cod. Dalec. *contracto in navibus ponte.*—5 Ita Regg. Brot. et Editio princeps. *qua Magnus* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—6 'CCXXV. mill. pass. ex He-

## NOTE

<sup>c</sup> *Hellespontum*] *Le détroit de Gallipoli.*

<sup>d</sup> *Hac Xerxes*] Herod. lib. VII. p. 397. n. 36. et seq. Solinus et Capella, locis cit.

<sup>e</sup> *Constrato in navibus ponte*] Sic etiam Mss. non, ut Pontianus excogitavit, *constrato navibus Ponto.*

<sup>f</sup> *Porrigitur*] Solinus, loc. cit. et Martianus.

<sup>g</sup> *Quam Magnus*] Arrianus de Exped. Alex. lib. I. p. 32.

<sup>h</sup> *Propontis*] *Mer de Marmora.*

<sup>i</sup> *Bosporus*] *Le détroit de Constantinople, ou le Canal de la Mer Noire.*

<sup>j</sup> *D. passuum*] Agathemerus Geogr. I. 3. Bospori Thracii fretum, qua Darius, subitario ponte confecto, transmisit exercitum, DCCL. pass. seu stadiorum sex esse ait: 'Ο δὲ Θράκιος Βόσπορος, τὰ στενὰ, ὅπη Δάρειος ἐξένθεν ἐπὶ Σκύθας τὴν σχεδίαν, σταδίων 5'. De hac Darii expeditione adversus Scythas Herodotum vide lib. IV. pag.

253. n. 88. Polyb. lib. IV. p. 432.

<sup>k</sup> *CCXXXIX. M. pass.*] Ita libri omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiff. atque ipse etiam Martianus, loc. cit.

<sup>l</sup> *Dein vastum*] Hæc Plinius a Mela I. 19. p. 12. 'Hic jam sese ingens Pontus aperit.....olim ex colentium sævo admodum ingenio Axenus, (hoc est inhospitalis,) post commercio aliarum gentium mollitis aliquantum moribus dictus Euxinus.'

<sup>m</sup> *Arcus Scythici*] Sic Strabo lib. II. p. 125. Agathemerus Geogr. II. 14. aliique. Sic arcus Scythici effigiem Pontus exhibet, ut latus Australe, a Chalcedone ad Phasin usque, nervum repræsentet; boreale, geminum cornu, geninumque flexum, quem duo illius maris sinus efficiunt: prorsus ut Scythici arcus forma fuerit, cujusmodi literæ majusculæ Græcorum Σῆγμα esse notissimum est. Nam etsi vetustam ejus literæ for-

flexu jungitur ostio Mæotii lacus.<sup>7</sup> Cimmerius <sup>a</sup> Bosphorus id os vocatur, II. mill. D. pass. latitudine.

At inter duos<sup>o</sup> Bosphoros Thracium et Cimmerium directo cursu, ut auctor est Polybius, D. M. pass. intersunt. Circuitu vero totius Ponti vicies semel<sup>p</sup> centena quinquaginta M. ut auctor est Varro, et fere veteres.<sup>8</sup> Nepos Cornelius trecenta quinquaginta millia<sup>9</sup> adjicit. Artemidorus vicies novies centena XIX. M. facit: Agrippa XXIII.<sup>10</sup> <sup>q</sup> sexaginta mill. Mucianus XXIV. XXV.<sup>11</sup> <sup>r</sup> mill. Simili modo de Europæ<sup>12</sup> latere, mensuram<sup>s</sup> alii quatuordecies centena LXXXVIII. M. D. determinavere: alii undecies centena septuaginta duo millia.<sup>13</sup> M. Varro ad hunc modum metitur. Ab ostio Ponti Apolloniam CLXXXVII. M. D. pass.<sup>14</sup> <sup>t</sup> Ca-



rodoto in Melpomene.<sup>7</sup> *Pintian.*—7 *Mæotis lacus* Tolet. *Mæotum lacus* Salmant. *Mæotii lacui* Pintian.—8 *Ponti vicies semel M. ut auctor est Varro, ut fere veteres semel quinquaginta* cod. Dalec. et Tolet.—9 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. et Ed. pr. *trecenta millia quinquaginta* al. ante Brotier.—10 Ita Reg. Brot. 1. et Ed. pr. XXIII. edd. vett. et Gronov. XXVIII. Chiff. aliique codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—11 Ita ex codd. emendavit Harduin. eumque secuti recentt. XXVIII. LXV. Gronov. et edd. vett.—12 Ita cod. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. particulam *de* omittunt edd. vett. Gronov. et Franz.—13 Cod. Dalec. *alii undecies septuaginta millia.*—14 Ita Tolet. alii codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CLXXXVIII. M. D. pass. edd. ante

#### NOTÆ

mam olim fuisse constat, qualis est C Latinorum, vetustiore tamen alteram esse, tum ex Athenæo liquet, Sigma veterum affirmante simile esse arcui Scythico, tum ex antiquo Schin Chananæorum, VV. unde Græcorum Sigma prodiit. Hanc nostram interpretationem, si tibi, lector, satis est otii, haustam intelliges tum ex Agathemero, loc. cit. tum ex Mela 1. 19. tum vero maxime ex Dionysio Perieg. vs. 158. et seq.

<sup>a</sup> *Cimmerius*] *Le Détroit de Caffa.* Hæc quoque Martianus lib. vi. p. 213. Strabo pariter, lib. vii. p. 310. vicenum circiter stadiorum freti huius angustias esse ait, quæ sunt MM.

D. pass. Polybius tamen, circiter tricenum, lib. iv. p. 427. hoc est, III. M. DCCL. pass.

<sup>o</sup> *At inter duos*] Martianus, loc. cit.

<sup>p</sup> *Vicies semel*] Martianus, loc. cit.

<sup>q</sup> *Agrippa XXIII [XXIV.]* Hoc est, vicies et quater centena, et sexaginta mill. pass.

<sup>r</sup> *Mucianus XXIV. XXV.]* Ita Mss. non XXVIII. LXV. ut libri vulgati mendose habent.

<sup>s</sup> *Mensuram*] Ponti Euxini, eo latere quo Enropam alluit.

<sup>t</sup> *CLXXXVII. M. D. pass.]* Vide Notas et Emend. num. 92.

latin tantundem. Ad ostium Istri CXXV. Ad Borysthenem CXL. Cherronesum<sup>u</sup> Heracleotarum<sup>15</sup> oppidum CCCLXXV. M. pass. Ad Panticapæum, quod aliqui Bosporum<sup>v</sup> vocant, extremum in Europæ ora, CCXII. M. D.<sup>16</sup> quæ summa efficit XIII. XXXVII. M. D. Agrippa a Byzantio ad flumen Istrum, DLX. Inde Panticapæum DCXXXV. Lacus<sup>17</sup> ipse Mæotis, Tanain amnem ex Riphæis<sup>w</sup> montibus defluentem accipiens, novissimum inter Europam Asiæque finem, XIV. VI. M.<sup>18</sup> circuitu<sup>x</sup> patere traditur. Ab aliis XI. XXV.<sup>y</sup> M. Ab ostio ejus,<sup>z</sup> ad Tanais ostium<sup>19</sup> directo cursu CCCLXXXV.<sup>20</sup> M. pass. esse constat. Accolæ sinus, in mentione Thraciæ, dicti sunt<sup>a</sup> Istropolim usque. Inde ostia Istri.

Ortus hic in Germaniæ jugis montis Abnobæ,<sup>b</sup> ex adverso Raurici<sup>21</sup> c Galliæ oppidi, multis ultra Alpes milli-

////////

Harduin.—15 Ita codd. Harduini, Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Heracleotarum* edd. vett. et Gronov.—16 Sic ex codd. emend. Harduinus, sic etiam Miller. Bipont. et Franz. *extremum in Euripi ora (ore Pintian.) CCXII. M. D.* codd. Dalec. et Tolet. *extremum in Europæ ora, CCXXII. M. D.* edd. vett. et Gronov. Mox, nonnulli ap. Dalec. efficit XIV. VI. M.—17 Ita Chiffi. et Harduin. 1. *Inde Panticapæum DCXXX. Lacus, &c.* codd. Harduini, cum edd. Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. *In Panticapæum DCXXX. Inde lacus, &c.* edd. vett. et Gronov.—18 Ita ex codd. emendavit Harduin. ita etiam edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XIII. *ut M.* edd. vett.—19 *Tanais portum* Vet. Dalec.—20 Ita codd. Dalec. et Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CCCLXXV. Gronov. et edd. vett.—21 Cod. Dalec. *montis Novæ ex a. Saurici.*—22 ‘*Danubii nomine, et unde pr.*

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Cherronesum*] De eo oppido dicemus cap. 26.

<sup>v</sup> *Bosporum*] Principem Bosporiorum civitatem, *μητρόπολιν τῶν Βοσποριανῶν*, appellat Strabo lib. VII. p. 309.

<sup>w</sup> *Ex Riphæis*] Mela I. 19. p. 24.

<sup>x</sup> *XIV. VI. M. circuitu*] Hoc est, quater et decies centena, ac sex passuum millia cursu, quem in circuitum fere agit, complectitur.

<sup>y</sup> *Ab aliis XI. XXV.*] Hoc est, undecies centena, xxv. millia. Strabo lib. VII. p. 310. Mæotidis ambitum

ait complecti millia stadiorum octo: hoc est, decies centena millia pass.

<sup>z</sup> *Ab ostio ejus*] Mæotidis paludis.

<sup>a</sup> *Dicti sunt*] Cap. 18.

<sup>b</sup> *Abnobæ*] Tacit. de Morib. Germ. p. 123. ‘Danubius molli et clementer edito montis Abnobæ jugo effusus,’ &c. Vide Notas et Emend. num. 93.

<sup>c</sup> *Raurici*] Vel Rauraci: quo etiam modo Massiliam, et Massaliam dicimus. Agemus de eo oppido cap. 31. Inde Rauraci montes, apud Ammian. lib. XXII. p. 217. ‘Annis vero Danubius,’ inquit, ‘oriens prope Rauracas

bus, ac per innumeras lapsus gentes Danubii nomine, immenso aquarum auctu, et unde primum Illyricum alluit, Ister appellatus,<sup>d</sup> sexaginta amnibus<sup>22</sup> receptis, medio ferme numero eorum navigabili, in Pontum vastis sex fluminibus<sup>e</sup> evolvitur. Primum ostium Peuces: mox ipsa Peuce<sup>f</sup> insula, a qua proximus alveus appellatus, XIX. millia pass. magna palude sorbetur. Ex eodem alveo<sup>23</sup> et super Istropolim lacus gignitur LXIII. M. pass. ambitu: Halmyrin<sup>g</sup> vocant. Secundum ostium Naracustoma<sup>h</sup>

*Illyr. aluit Ister app. immenso aquarum auctu LX. amnibus, &c. ita quidam legunt. Dalec. Mox pro sex Bonfinius legit septem.—23 Cod. Dalec. appella-*

## NOTE

montes, confines limitibus Rhæticis per latiorē orbem protentus, ac sexaginta navigabiles pæne recipiens fluvios, septem ostiis per Scythicum Ponti latus erumpit in mare.' Solinus cap. 13. p. 33. 'Ister Germanicis jugis oritur, effusus monte qui Rauracos Galliæ aspectat,' &c.

<sup>d</sup> *Ister appellatus*] Agathemerus Geogr. II. 4. Vindobonam usque, hoc est, Austriæ Viennam, Danubium appellari ait: μέχρις Οδινδοβοῦνης πόλεως Δανούβιον καλοῦσιν, κ. τ. λ. — 'DANUVIVS scribitur in nummo Trajani Augusti: scilicet ob Daciam amni ei prætentam, et tunc recens captam: quo in tractu Germanice Dannbio nomen est *Donaw*: unde Danuvium Monetarii Narbonenses tunc effecere: non quod literæ β et V permutatæ unquam fuerint in nummis antiquis. At Romani illud W. Germanicum, æque ut B Græcum, cum in suam linguam ex alterutra nomina transtulerunt, in Latinum B commutarunt.' *Ed. sec.*

<sup>e</sup> *Sex fluminibus*] Quinque, si Dionysio Periegetæ credimus, vs. 301. et Festo Avieno, vs. 441. Mela II. 7. pag. 42. 'Sex sunt insulæ inter Istri ostia.' Septem igitur ostia ne-

cesse est esse, quot nimirum Ammianus agnovit. Et idem Mela II. 1. totidem Istro, quot Nilo, assignat ora.

<sup>f</sup> *Ipsa Peuce*] Omnium notissima et maxima, inquit Mela, loc. cit. Inde nomen ei, quod multas πένκας arbores ferat. Magnitudo par Rhodo. Ita auctor Periplus Ponti Euxidi, p. 11. Stephano quoque nota, Πένκη, νῆσος ἐν τῷ Ἰστροῦ.

<sup>g</sup> *Halmyrin*] Ἀλμυριν Græci salsuginem vocant. Auctor est Philostorgius x. 6. Eunomium Arianæ factionis antesignanum, Halmyrida in exilium pulsum esse, eumque Mysiæ locum ad Istrum fuisse, quod ait etiam Nicephorus, Eccles. Hist. XII. 29. Aut ab oppido lacum, aut a lacu potius oppidum id nomen esse sortitum apparet. In Notitia Hieroclis, Prov. Scythiæ, Ἀλμυρίς, p. 21.

<sup>h</sup> *Naracustoma*] Sic Ammianus lib. XXII. pag. 218. Apollonius Rhod. Argon. IV. 312. duo Istri ostia referens, alterum Καλὸν στόμα, alteram, inquit, καλέουσι Νάρηκος: ubi Scholiastes legisse videtur, καλέουσιν Ἀρῆκος. At Νάρηκου στόμα dicitur, ab auctore Periplus Ponti Euxini. Forte rectius *Narcustoma*, hoc est, os pigrum [ac

appellatur. Tertium Calonestoma,<sup>24 i</sup> juxta insulam Sarmaticam. Quartum Pseudostomon, et in insula<sup>j</sup> Conopon diabasis :<sup>25 k</sup> postea Boreostoma<sup>l</sup> et Spireostoma. Singula autem<sup>m</sup> ora tanta sunt, ut prodatur in quadraginta millia passuum longitudinis vinci mare, dulcemque<sup>n</sup> intelligi haustum.

xxv. Ab eo in plenum<sup>1 a</sup> quidem omnes Scytharum sunt gentes : variae tamen littori apposita tenuere : alias Getæ, Daci<sup>b</sup> Romanis dicti : alias Sarmatæ, Græcis Sauromatæ,

~~~~~

tur. et XI. M. p. magna palus oritur ex eodem alveo.—24 Sic ex codd. emend. Harduinus, et sic quoque edd. recentt. *Calastoma* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. et Gronov.—25 Ita codd. Chiffi. Dalec. et Harduin. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Pseudostoma*, et *insula Conopon diabasis* edd. vett. et Gronov. Mox, *Boriostoma* et *Stenostoma* Vet. Dalec.

CAP. xxv. 1 Vet. Dalec. in plano.—2 Corsi Chiffi. Mox, alias Sindi dege-

NOTÆ

stupidum, ob quandam paludis immobilitatem.

ⁱ *Calonestoma*] Καλὸν στόμα Ptolemæo III. 10. et Ammiano, loc. cit. qui Pseudostoma ambo agnoscunt cum Solino, cap. 13. p. 33. Nos ex Mss. *Pseudostomon* scripsimus.

^j *Et in insula*] Ita Mss. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. Vulgati perperam, et insula.

^k *Conopon diabasis*] Κωνόπων διαβάσις, hoc est, *culicum transitus*, ab ea insula certo anni tempore fieri consuetus, ad paludis Mæoticæ locum, ut quidem auguror, Κωνόπων inde appellatum, cujus Stephanus meminit, ubi lupi a piscatoribus alimenta sumentes, captos custodire pisces traduntur. Hujus vero insulæ, in qua versamur, mutilum nomen poetica licentia Lucanus expressit, III. 200. 'Et barbara Cone, Sarmaticas ubi perdit aquas, sparsamque profundo Multifidi Peucen unum caput alluit Istri.'

^l *Boreostoma*] Boreonstoma et Ste-

nostoma habet Ammianus loc. cit. Βόρειον στόμα, hoc est, *boreale*, et Ψιλὸν στόμα, hoc est, *tenuē*, Ptolem. III. 10. et auctor Peripli Ponti Euxini. Mss. tamen *Spireonstoma*, forte pro *Spiræonstoma*, cujusmodi et Ξελπαυὸν ἄκρον in Saronico sinu a Plinio superius vidimus c. 9. Ptolemæoque appellari.

^m *Singula autem*] Solinus iisdem verbis, cap. 13. p. 33.

ⁿ *Dulcemque*] Idque ex dulci haustu aquæ intelligi.

^a *Ab eo in plenum*] Ab ostiis Danubii planitiem omnem versus occasum late diffusam, utroque amnis latere Scythæ tenuerunt. Loca tamen ripæ proxima variae subinde Scytharum gentes, primum Getæ, quos Romani Dacos appellant : hos pepulere deinde Sarmatæ, &c. Expressisse hunc locum Plinius videtur ex Dionysio Perieg. vs. 302.

^b *Daci*] Vide Notas et Emendat. num. 94.

eorumque Hamaxobii,^c aut Aorsi:² alias Scythæ degeneres et a servis orti, aut Troglodytæ: mox Alani, et Rhoxalani. Superiora autem^d inter Danubium et Hercynium^e saltum, usque ad Pannonica Hyberna Carnunti,^f Germanorumque ibi confinium, campos et plana Jazyges Sarmatæ:³

neres Vet. Dalec. Vide Strab.—3 Gronov. et edd. vett. *Iazyges, Sarmatæ* dis-

NOTE

^c *Hamaxobii*] Δακοί, Ἀμαξόβιοι, Ἀορσοί, Ἀλανοί Σκύθαι, Ῥωξολανοί, supra Danubium a Ptolemæo recte collocantur, III. 5. ubi nunc Bessarabia est, Moldavia, Valachia, et pars regionis ejus, quam Transylvaniam vocant. Τρωγλοδύται vero cap. 10. sub ostio Peuce, ubi Istropolis civitas est, latere annis australi, quæ nunc Bulgaria pars est maxime orientalis. Κροβύζους Τρωγλοδύτας appellat Strabo lib. VII. p. 318.—^d Admonent Alani a Plinio deinde commemorati, ut huic loco adjiciam, quæ sit 'gens Alana' in carmine 2. lib. v. Michaëlis Hospitalii, olim clare laude Poëseos, clarioris multo postea insigni magistratu Cancellarii Franciæ. Sic enim ille cecinit eleganter, dum iter suum describeret, transitumque per Avenionem, ubi Judæis certa regio urbis est assignata: 'Nam neque Judæos visum est in laude colonos Ponere: nec vero commercia gentis ALANÆ: Impia quam dicunt tacitis præcepta fovere Mentibus, errores et adhuc retinere parentum.' Familiarissimum semper fuit linguam. Hebræam calentibus doctrinæ suæ præbere specimen, sive fictis, sive derivatis ex ea lingua vocabulis: quæ sic aliud significarent, quam quod iisdem vulgo intelligitur: vel Christum Dominum, scilicet, maxime Judæos in supremo judicio puniturum, vel Judæum Christo inimicum. Et mos iste quidem ab annis ante Hospita-

lium fere trecentis invaluerat apud eruditos: deprehensus a nobis innumerisque comprobatus exemplis. Ergo ingeniose ille similiter Judaicam gentem ALANAM appellavit: quippe πνεύμα: *Deum*, hoc est, Christum, *affixit*, dum affixit cruci. Hæc eadem est commerciis famosa; et in Christum Dominum ex patrum suorum institutione blasphemias: quas ii tamen, qui inter Christianos degunt, supplicii metu animo continent.' *Ed. sec.*

^d *Superiora autem*] Ubi nunc Transylvania est, et Hungariæ pars, supra latas Danubii boreale.

^e *Hercynium*] 'Hercynia sylva,' inquit Mela III. 3. 'dierum sexaginta iter occupans.' Nunc multis locis excisa, ubi Germaniæ urbes multæ et pagi sunt.

^f *Carnunti*] Subintellige hyberna ibi constituta de more a Romanis, munimento adversus Quados opposita. Oppidum hodie Carnuntum est, contra Danubii et Mari confluentem, vulgo *Haimbourg*, paucis ultra Vienne, quæ in Austria est, millibus passuum. De Carnunto Pannoniæ Livius lib. XLIII. et vetus inscriptio apud Gruter. pag. 1032. Ortelius cum Carnuto Galliarum oppido confundit.

³ *Jazyges Sarmatæ*] Sunt ea sic conjunctim legenda: Ἰαζυγες Σαρματῶν Straboni lib. VII. p. 306. et Tacito *Annal.* XII. p. 180. a quo et Jazyges

montes vero^h et saltus pulsi ab his Daci ad Pathyssum^{4 i} amnem. A Maro,^j sive Duria est, a Suevis^k regnoque Vanniano^l dirimens eos, adversa^m Basternæ tenent, allique

tinctim.—4 'Ptolemæo, *Tibiscum*. Hodie, *Tiza*.' Dalec. Mox *Amoros* pro *Maro* Vet. Dalec. *annem*, a *Moro*, sive *is Dacia est* Gronov. et edd. vet.—

NOTÆ

'Vagi per campos' appellantur. Hos ad Tibiscum amnem pertinere similiter Ptolemæus docet, III. 7. ubi 'Ἰδρύας Μεράδοντας' vocat, et Agathemerus Geogr. II. 4. qui Dacis confines ait fuisse.

^h *Montes vero*] Ea montium juga intelligit, quæ Hungari *Crapak* vocant: quo Daci e campis pulsi ab Jazygibus profugere. Καππάτης ὄρος dicitur Ptolemæo, III. 7. et 8.—'Daci, ut mox Plinius addit, 'a Sarmatis ad Pathyssum amnem pulsi,' regionem eam Daciam cognominavere; quam postea Trajanus Imp. Romano adjecit imperio, ut nummi ejus testantur innumeri; præsertim qui sunt inscripti, DACIA CAPTA, VICTORIA DACICA, DACIA AVGVSTI PROVINCIA. In his autem plane singularis est ejusdem Imp. Trajani nummus, ex auro, qui depictus est inter Arschoctanos, Tab. 36. n. 3. cui similem alterum ex ære minimo commemorat Patinus in Indice p. 10. et D. de Peiresc in collectione Mss. p. 232. cum hac epigraphe: IMP. CÆS. NERVA TRAIAN. AVG. GERM. capite laureato. In aversa parte Deæ effigies est, pileo Dacico tecta, quæ lauri ramum dextra ostentat. Inscriptio: DARDANICI: ubi Dardanicos nescio quos quærent imperiti: cum re ipsa non ibi 'Dardanici' sint, sed sententiæ unius eximæ priores duntaxat literæ: hujus nimium.

D A R D
'Daciam a Romanis deficientem'
A N I C I

'adunxit nuper Imperio Cæsar Imperator.'

Hoc illud ipsum est, quod gemina illa in nummis ejusdem Trajani inscriptione proditur, DACIA CAPTA, et DACIA AVGVSTI PROVINCIA. Cum 'Imperium' dicitur, Romanum intelligitur, ac propterea 'Romani' præmittuntur, ob Romæ Imperii caput. Sic in nummo scribitur, qui Galbæ et Vitellii principatu percussus est, ROMÆ ET IMPERIO. 'Nuper' ab opifex nummi positum est perquam ingeniose. Etenim hoc fuit dicere, recentem eam esse victoriam, sed dignam titulo 'Dacici,' qui nondum ascribebatur in nummis Trajani. Admonitio igitur hæc fuit Senatui, ut ipsius edicto deinceps Trajanus DACICVS scriberetur.' *Ed. sec.*

ⁱ *Ad Pathyssum*] Parthiscum vocat Ammianus lib. XVII. p. 108. Τίβισκον Ptolemæus III. 7. nunc *Teissa*, et *le Tibisc*.

^j *A Maro*] Marum quoque Tacitus vocat Annal. II. p. 62. Μάρωον Strabo lib. VII. p. 404. quem per Getas ait in Danubium labi. Hodie *Mark*, *Maros*, et *Moravva*, unde Moraviæ nomen.

^k *A Suevis*] Non a gente tota Suevorum, sed ab iis qui Drusi jussu atque imperio, 'Danubium ultra, inter flumina Marum et Cusum, locati sunt, dato rege Vannio, gentis Quadorum,' inquit Tacitus loco cit. Vide Notas et Emend. num. 95.

^l *Regnoque Vanniano*] Ubi nunc Moravia est.

inde ^a Germani. Agrippa totum eum tractum ab Istro ad Oceanum bis ad decies ^o centena mill. pass. in longitudinem, quatuor millibus ^p et quadringentis in latitudinem ad flumen Vistulam ^s a desertis Sarmatiæ, prodidit. Scytharum nomen usquequaque transit in Sarmatas atque Germanos. Nec aliis prisca illa duravit appellatio, quam qui extremi gentium harum ignoti prope ceteris mortalibus degunt.

XXVI. Verum ab Istro ^a oppida, Cremniscos, Æpolium :¹ montes Macrocremnii, clarus amnis Tyra,^b oppido nomen imponens, ubi antea Ophiusa dicebatur. In eodem insulam spatiosam incolunt Tyragetæ.^c Abest a Pseudostomo Istri ostio centum triginta ^d millibus passuum. Mox

~~~~~

5 'Quidam legunt : ad bis decies centum *M. pass. in longitudinem*, IV. *M. minus : CCCC. in latitudinem ad flumen Vistulam (Istulam Pomp.) Alii, oceanum bis decies centum M. p. in longitudinem, quatuor M. quadringentis in lat. ad flumen Vistiam.*' Dalec. centum mill. pass. in l. quantum minus quadringentis, &c. edd. vet. et Gronov.

CAP. XXVI. 1 Vet. Dalec. Cremense, Obolium.—2 'Legendum censeo, cog-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Adversa*] Partem montium supra-dictorum Austro obversam, regionemque inde ad Danubium anstrumque recedentem, a Maro amne ad Tibiscum : nunc Hungaria superior appellatur, *la haute Hongrie* : incolæ quondam Basternæ, sive Bastarnæ, Βαστάρναι, Ptolemæo III. 5. et Stephano : Livio quoque, lib. XL. p. 541.

<sup>a</sup> *Aliique inde*] Citra Moraviam, versus occasum.

<sup>o</sup> *Bis ad decies*] Ita libri omnes. Martianus lib. VI. pag. 214. *Bis decies* : quod pro duodecies potius quam pro vices acceperim.

<sup>p</sup> *Quatuor millibus*] Vide Notas et Emend. num. 96.

<sup>a</sup> *Ab Istro*] Versus Mæotium lacum littas Euxini Ponti legentibus. De Æpolio, nihil compertum. Κρημνίσκου meminit Auctor Peripli Ponti Euxini, p. 9. Κρήμνοι πόλις est Πτο-

lemæo III. 5. Ab eo oppido montibus Macrocremniis nomen inditum.

<sup>b</sup> *Amnis Tyra*] Hoc Plinius accepit a Mela II. 1. 'Axiacas,' inquit, 'ab Istrictis Tyras separat : surgit in Neuris : qua exit, sui nominis oppidum attingit.' Stephanus : Τύρας, πόλις καὶ ποταμὸς ἐν τῇ Εὐξεινῇ Πόντῳ ... ἐκαλεῖτο δ' Ὀφλουσσα. Scylaci quoque, p. 28. in Scythia, Ὀφλουσα πόλις. Ovid. de Ponto IV. 10. 50. 'Et nullo tardior amne Tyras.' Hodie Niester.

<sup>c</sup> *Tyragetæ*] Ex Tyra fluvio et Getis insulæ hujus incolis effecto nomine. Τυρρηγέται Straboni lib. VII. p. 306. Insulæ hodie nomen est Tandra.

<sup>d</sup> *Centum triginta*] Strabo lib. VII. p. 305. octingentorum tantum stadiorum intervallum id esse ait, hoc est, CXII. M. D. pass.

Axiacæ ° cognomines flumini, <sup>2</sup> ultra quos Crobyzi: <sup>1</sup> flumen Rhode, sinus Sagaricus, <sup>3</sup> portus Ordesus. <sup>b</sup> Et a Tyra centum viginti <sup>3</sup> millibus passuum flumen Borysthenes, <sup>1</sup> lacusque et gens eodem nomine, et oppidum <sup>j</sup> a mari recedens xv. millibus passuum: <sup>k</sup> Olbiopolis, <sup>1</sup> et Miletopolis, antiquis nominibus. Rursus <sup>4</sup> in littore portus Achæorum. Insula Achilles, <sup>m</sup> tumulto ejus viri clara. Et ab ea cxxv. <sup>5</sup> <sup>n</sup> millibus passuum peninsula, ad formam gladii ° in trans-

nomine fluminis. Sic codex manuscriptus. Dalec. Mox, sinus Sagarius codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz.—3 Chiffi. CCXX. Paulo post, cod. Dalec. ab mari.—4 Rursusque Elz. Dalec. Gronov. et Franz. sed τὸ que non habetur in cod. Dalec. et edd. antiquiss.—5 Ita codd. Chiffi. Harduini, Dalec. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CXXV. vel, centum triginta quinque edd. vett.—

## NOTE

° Axiacæ] Mela loc. cit. 'Axiaces annis proximus inter Callipidas Axiacasque descendit.' Ἀξιδκῆς ποταμὸς Ptolem. III. 10. Hodie Bog.

<sup>1</sup> Crobyzi] Κρόβυζοι Stephano, supra Istrum, ad boream.

<sup>3</sup> Sagaricus] A Sagari fluvio influente, cujus cum Hypni infra citato Ovidius meminit de Ponto IV. Ἀγαρος ποταμὸς Ptolemæo III. 5. idem, opinor, qui Plinio fluvijs Rhode nuncupatur.

<sup>b</sup> Ordesus] Ὀρδησσὸς Ptolemæo III. 5. supra Axiacen fluvium.

<sup>1</sup> Borysthenes] Martian. lib. VI. cap. de quarto sinu Europæ, pag. 214. Hodie Nieper.

<sup>j</sup> Et oppidum] Olim Ὀλβία appellatum, a Milesiis conditum, unde et Miletopolis nomen, mox et Borysthenis ab amne præterfluente. Ita Strab. lib. VII. p. 306. Ptolemæo loc. cit. Μητροπόλις eadem mendose, pro Μιλητόπολις.

<sup>k</sup> XV. millibus pass.] Ita libri omnes. At Strab. loc. cit. stadiis ducentis, hoc est, xxv. mill. pass.

<sup>1</sup> Olbiopolis] Hæc prisca Borysthenis oppidi nomina. Ὀλβία, ut dixi-

mus, Straboni, et auctori Periplus Ponti Euxini, p. 8.

<sup>m</sup> Insula Achilles] Martianus loc. cit. Eadem Leuce appellata, ut dicitur cap. seq. Scylax, p. 28. Νῆσος ἑρήμη, ἥ ὄνομα Λευκή, ἱερὰ τοῦ Ἀχιλλέως. Et Ptolemæus meminit III. 10. Mela II. 7. 'Leuce Borysthenis ostio objecta, parva admodum, et quia Achilles ibi situs est, Achillea cognomine.' Hodie Ficonisi, ut plerique aiunt.

<sup>n</sup> Et ab ea CXXV.] Ita libri omnes, ante Dalec. qui CXXXV. edidit.

° Ad formam gladii] Eleganter, ut solet, Mela II. 1. 'Terra tunc longe distenta excedens, tenui radice littori adnectitur. Post spatiosa modice, paulatim se ipsa fastigat, et quasi in mucronem longa colligens latera, facie positi ensis allecta est. Achilles infesta classe mare Ponticum ingressus, ibi ludicro certamine celebrasse victoriam, et cum ab armis quies erat, se ac suos cursu exercitavisse memoratur. Ideo dicta est δρόμος Ἀχιλλείου.'

versum porrecta, exercitatione ejusdem cognominata Dromos Achilleos, cujus longitudinem octoginta millium<sup>p</sup> passuum tradit Agrippa. Totum eum tractum Tauri<sup>6</sup> Scythæ, et Siraci tenent.<sup>q</sup> Inde sylvestris<sup>r</sup> regio Hylæum mare, quo alluitur, cognominavit: Enæadlœ<sup>s</sup> vocantur incolæ. Ultra Panticapes<sup>t</sup> amnis, qui Nomadas et Georgos determinat: mox Acesinus.<sup>u</sup> Quidam Panticapen confluere infra Olbiam<sup>v</sup> cum Borysthene tradunt: diligentiores Hypanin: tanto errore eorum, qui illum in Asiæ parte prodidere.

Mare subit<sup>w</sup> vasto recessu,<sup>7</sup> donec quinque millium passuum intervallo absit a Mæotide, vasta ambiens spatia,

6 <sup>p</sup> *Taurisci Vet. Sardi, Scythæ, et Siraci tenent* Tolet. De Siracis lege Strab. lib. 1. <sup>q</sup> *Dalec.*—7 *Cod. Dalec. et Chiffi. magno recessu.*—8 *Sinus Garcinites*

## NOTE

<sup>p</sup> *Octoginta mill.]* Tzetzes in Lycophr. p. 41. et Strab. lib. vii. p. 307. stadiorum mille, hoc est, cxxv. M. P. Auctor Peripli Ponti Euxini, p. 7. stadiorum mille ac ducentorum, hoc est, cl. M. P.

<sup>q</sup> *Tauri Scythæ, et Siraci tenent]* Hoc est, Scytharum populi, qui Tauri vocantur, et Siraci. Ταῦροι et Σιρακοί. Vide Notas et Emend. num. 97. Nunc Bessarabi, et Tartari minores vocantur, Podoliæ et Ucraniæ confines, quarum partem aliquam Siraci quondam tenuere.

<sup>r</sup> *Inde sylvestris]* Et hæc a Mela decerpta, loc. cit. 'Sylvæ deinde sunt, quas maximas hæc terræ ferunt: et Panticapes Nomadas Georgosque determinans.' Hylææ regionis meminit Herod. lib. iv. pag. 231. n. 18. et auctor Peripli Ponti Euxini, p. 2. ultra Borysthenum, versus orientem: Πρὸς ἀνατολὰς ἐκβάτι τὴν Βορυσθένην, τοὺς λεγομένους Ὑλαιαν οἰκοῦντας Σκύθας.

<sup>s</sup> *Enæadlœ]* Hæc vero gens est

alibi nusquam reperta. Quid si legas *Inde Hylæi?* nam de Hylæis mox iterum.

<sup>t</sup> *Panticapes]* Παντικάπης Herodoto, loc. cit. a quo hæc Mela, et Plinius. Scythæ Nomades seu vagi, a Georgis, hoc est, aratoribus eo amne determinantur. Utrique communi minorum Tartarorum appellatione censeantur.

<sup>u</sup> *Acesinus]* Valerius Flaccus, Acesinum quoque, Argon. vi. 69. Priscianus in Periegesi, p. 372. Aldescum vocat.

<sup>v</sup> *Infra Olbiam]* Sive Olbiopolim, hoc est, Borysthenitarum oppidum, de quo paulo ante diximus. Herodotum sugillat, qui lib. iv. n. 53. et 54. Panticapen et Hypanin influere in Borysthenum prodidit.

<sup>w</sup> *Mare subit]* Euxini Ponti sinus, qui Carcinites mox appellatur. Καρκινίτης κόλπος, Straboni lib. vii. p. 308. ad mille porrectus stadia, hoc est, ad cxxv. M. P. Hodie Golfe de Negropoli.

multasque gentes. Sinus Carcinites<sup>8</sup> appellatur, flumen Pacyris.<sup>7</sup> Oppida: Naubarum,<sup>9</sup> Carcine. A tergo lacus Buges<sup>2</sup> fossa emissus in mare. Ipse Buges a Coreto, Mæotis lacus sinu, petroso<sup>9</sup> discluditur dorso. Recipit<sup>a</sup> amnes Bugem, Gerrhum, Hypanin, ex diverso venientes tractu. Nam Gerrhus Basilidas,<sup>b</sup> et Nomadas separat. Hypanis per Nomadas et Hylæos fluit manu facto alveo in Bugen, naturali in Coretum. Regio, Scythia<sup>10</sup> Sendica<sup>c</sup> nominatur.

Sed a Carcinite<sup>11</sup> Taurica<sup>d</sup> incipit, quondam mari circumfusa et ipsa, quaque nunc jacent campi. Deinde vastis attollitur jugis. Triginta sunt eorum populi. Ex iis mediterranei XXIV.<sup>12e</sup> Sex oppida:<sup>f</sup> Orgocyni, Characeni,

//////////

cod. Dalec. et Vet. ejusdem. Paulo post, in iisdem: *Oppida: Nauarum.*—9 Tolet. *a tergo lacus Buges a Coreto Mæotæ lacus sinu petroso.*—10 *Regio Scythiæ* edd. vett. et Gronov.—11 Ita codd. Harduini et Dalec. *Sed in Carcinite* edd. vett. et Gronov. Mox, *quaque nunc Chiffi.*—12 Vet. Dalec. XXVII.

#### NOTÆ

<sup>7</sup> *Pacyris*] Herod. loc. cit. p. 240. n. 47. Ὑπάκρυς. Ptolemæo III. 5. ab oppido quod præterlabitur, Καρκινίτης.

<sup>9</sup> *Naubarum*] Mss. *Navarum*, Ptolemæo, loc. cit. *Ναύβαρον*, et *Κάρκινα*, πόλεις. Carcina hodie nomen retinet, situm mutavit.

<sup>2</sup> *Lacus Buges*] Βύκη λίμνη Ptolemæo III. 5. nec semel Pomponio Melæ, 'Buces.' Flacco Argon. vi. 'Byce.'

<sup>a</sup> *Recipit*] Nempe Buges lacus. Mela II. 1. 'Duo flumina, Gerrhos et Hypacaris, uno ostio effluentia: verum diversis fontibus, et alinnde delapsi. Nam Gerrhos inter Basilidas et Nomadas: Hypacaris per Nomadas evolvitur.' Unde liquet amnem eum qui Plinio nunc Hypanis dicitur, et a superiore Hypani diversum esse, qui non alio quam quo Borysthenes ostio in Pontum influit, et Hypaca-

rim Melæ esse. Alter Γέρβος Stephanos.

<sup>b</sup> *Basilidas*] Qui βασιλῆες Ζαυρομάται, Appiano in Mithrid. pag. 217. et Straboni lib. VII. p. 306. Hæc Plinius tum a Mela, tum ab Herod. locis cit.

<sup>c</sup> *Scythia Sendica*] Quod Sindi, Sindonesve, gens Scythica, illam tenuere. Nam Pomponio lib. I. cap. ult. 'Sindones,' lidem Σινδοί, regio Σινδική Straboni, lib. XI. p. 492.

<sup>d</sup> *Taurica*] Aliis Taurica, Pontica aliis, aliis Scythica Chersonesus dicta. Incolæ Ταῦροι Straboni I. VII. p. 308. et mox ipsi Plinio. Et ipsa hodie Tartariæ minoris pars est, l'Isle de Caffa, a primario oppido, quod Theodosiam veteres dixerunt.

<sup>e</sup> XXIV.] Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. XXVII.

<sup>f</sup> *Sex oppida*] Vide Notas et Emend. num. 98.

Lagyrani, Tractari, Archilachitæ, Caliordi. Jugum ipsum<sup>g</sup> Scythotauri tenent. Clauduntur ab occidente Cherroneso,<sup>h</sup> ab ortu Scythis Satarchis.<sup>i</sup> In ora a Carcinite oppida: Taphræ,<sup>j</sup> in ipsis angustiiis peninsulæ: mox Heraclea Cherronesos,<sup>k</sup> libertate a Romanis<sup>l</sup> donatum. Megarice vocabatur antea, præcipui nitoris in toto eo tractu, custoditis Græciæ moribus, quinque millia pass. ambiente muro. Inde Parthenium<sup>m</sup> promontorium, Taurorum civitas, Placia.<sup>n</sup> Symbolon<sup>o</sup> portus. Promontorium Criumetopon,<sup>p</sup> adversum Carambi Asiæ promontorio, per medium Euxinum procurrens CLXX. M. pass. intervallo, quæ maxime

Mox, Characeni, Lagyrani in eodem, pro Curaseni, Assyriani, quod habent edd. vet. et Gronov. Pro Tractari Chiff. exhibet Stractari.—13 In ore Carcinæ oppidum Tagre, &c. cod. Dalec.—14 Palacia Vet. Dalec. et paulo post in eo-

## NOTE

<sup>g</sup> Jugum ipsum] Montes, qui in Taurica Chersoneso eminent.

<sup>h</sup> Cherroneso] Oppido Heracleotarum, de quo mox.

<sup>i</sup> Satarchis] Quorum oppidum in Taurica Chersoneso mediterraneum Σατάρχη, apud Ptolem. III. 6. incolæ Pomponio Satarchæ dicti. De his Solinus cap. 15. p. 35. 'Satarchæ, usu auri argenteque damnato, in æternum se a publica avaritia vindicarunt.' Hi sunt quos Plinius VI. 7. Satarcheos vocat.

<sup>j</sup> Taphræ] Mela III. 1. 'Quod inter paludem Mæotin, et sinum Carciniten est, Taphræ nominatur.' Ptolemæo loc. cit. Τάφρος. Hodie Przecops, seu Przecop.

<sup>k</sup> Heraclea Cherronesos] Sunt enim ista conjunctim legenda: unde superius cap. 24. dicitur Cherronesus Heracleotarum oppidum. Strabo I. VII. pag. 308. πόλις Ἡρακλεωτῶν, καλουμένη Χερρόνησος. Mela, loc. cit. 'Oppidum adjacet Chersonesus, a Diana, si creditur, conditum, et Nymphæo specu, quod in arce ei sacrum est,

maxime illustre.'

<sup>l</sup> A Romanis] Cum debellato Mithridate tota regio in Romanorum potestatem venit.

<sup>m</sup> Parthenium] In Taurica Chersoneso, 'sinus portuosus,' inquit Mela II. 1. 'et ideo Καλὸς λιμὴν appellatus, promontoriis duobus includitur. Alterum Κριοῦ μέτωπον vocant, Carambico, quod in Asia diximus, par et adversum, Parthenion vocant.' Unde manifestum est καλὸν λιμὴν eundem esse cum eo qui mox Symbolon portus appellatur. Et Παρθενίου ἄκρον meminit Ptolem. III. 6. Hodie Rosaphar.

<sup>n</sup> Placia] Ita libri omnes. Sed ipsum est Strabonis Παλάκιον in Cherroneso, lib. VII. p. 312.

<sup>o</sup> Symbolon] Συμβόλον λιμὴν, Ptolemæo, loc. cit. Συμβούλιον λιμὴν, auctori Peripli Ponti Euxini, pag. 6. Nunc Sibula.

<sup>p</sup> Criumetopon] Κριοῦ μέτωπον, hoc est, frons arietis: hodie Famar. De Carambi dicemus VI. 2.

ratio Scythici arcus<sup>1</sup> formam efficit. Ab eo Taurorum portus<sup>2</sup> multi, et lacus. Oppidum Theodosia<sup>3</sup> a Criumetopo cxxv. m. p.<sup>15</sup> A Cherroneso<sup>4</sup> cxlv. m. pass. Ultra fuere oppida: Cytæ,<sup>5</sup> Zephyrium, Acræ,<sup>6</sup> Nymphæum,<sup>7</sup> Dia.<sup>8</sup> Restat longe validissimum in ipso Bospori introitu Panticapæum Milesiorum,<sup>9</sup> a Theodosia lxxxvii. m. pass.<sup>17</sup> a Cimmerico vero oppido trans fretum sito mm.<sup>18</sup> d. (ut diximus)<sup>2</sup> pass. Hæc ibi latitudo Asiam ab Europa separat, eaque ipsa pedibus plerumque pervia glaciato fretto. Bospori Cimmerici<sup>b</sup> latitudo xii. m. d. pass.<sup>19</sup> Op-

dem, *adversum Carambico*; edd. vett. et Gronov. *adversum Charambi*.—15 Ita codd. Harduini, Chiffi. et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CXXII. M. p. Gronov. et edd. vett. Mox, pro CXLV. M. pass. quod testantur codd. Harduini, Dalec. et Vet. ejusdem, CLXV. M. pass. exhibent edd. ante Harduinum.—16 Cytæ, Zephyrium, Acræ edd. vett. et Gronov.—17 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. LXXXVI. M. D. p. Chiffi. M. XXXV. pass. edd. vett. et Gronov.—18 Codd. Dalec. et Vet. ejusdem prius M. expungunt. mil. M. Gronov. Mox, eaque ipsa non legitur in Chiffi.—19 Pintian, lat. longitudo vero XXVII. M. D.

## NOTÆ

<sup>1</sup> Scythici arcus] De eo egimus, cap. 24.

<sup>2</sup> Taurorum portus] Tauricæ ora maritima a Symbolorum portu, mille fere stadiis, hoc est, cxxv. M. P. ad Theodosiam usque porrecta, ut auctor est Strabo lib. vii. p. 309.

<sup>3</sup> Theodosia] Θεοδοσία, Ταυρικὴ πόλις, Stephano, et Scylaci, pag. 28. Hodie Caffa. Mss. quoque Theudisia.

<sup>4</sup> A Cherroneso] Oppido Heracleotarum, de quo supra.

<sup>5</sup> Cytæ] Κύτταιον. Ptolemæo III. 6. in oppidis Chersonesi Tauricæ mediterraneis: Κόβαια Scylaci, p. 28. pro Κυτάλα. Κύτας πόλιν vocat auctor Peripli Ponti Euxini, p. 4.

<sup>6</sup> Acræ] Ἀκρα κόμμιον, exiguus Panticapæorum vicus, apud Strab. lib. xi. p. 494. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 21. Prov. Scythiæ, Ἀκρα. Stephano, Ἀκρα Σκυθίας.

<sup>7</sup> Nymphæum] Νυμφαίον, πόλις Ταυ-

ρικῆ, inter Panticapæum et Theodosiam, Stephano ex Strabone. Meminit et Scylax pag. 28. et Harpocr. et ipse Ptolem. loc. cit.

<sup>8</sup> Dia] Longius Δίαν Stephanus ablegat, cum urbem Scythiæ ait esse circa Phasin: Σκυθίας, περὶ τῷ Φάσιδι.

<sup>9</sup> Milesiorum] Hoc est, a Milesiis Ioniæ conditum, Παντικάπαιον... κτίσµα δ' ἐστὶ Μιλήσιων, inquit Strabo lib. vii. p. 310.

<sup>17</sup> LXXXVII. M. pass.] Vide Notas et Emend. num. 99.

<sup>18</sup> MM. D. ut diximus] Cap. nimirum 24. ubi Cimmericum Bosporum mm. d. pass. latitudine esse dixit.

<sup>b</sup> Bospori Cimmerici] Non id modo freti nomen est, ut visum est Pintiano, sed Cherronesi minoris, in ipsa Taurica Cherroneso positæ, ad ripam Cimmerici freti, Europæ latere, quo in tractu Panticapæum et Myrmecium oppida collocantur a Ptolemæo



pida habet, Hermisium,<sup>c</sup> Myrmecium : intus insulam Alopecen.<sup>20</sup> Per Mæotin autem ab extremo Isthmo, qui locus Taphræ vocatur, ad os Bospori CCLX. M. passuum longitudo colligitur.

A Taphris per continentem<sup>d</sup> introrsus tenent Auchetæ, apud quos Hypanis oritur, Neuri<sup>21</sup> apud quos Borysthenes, Geloni,<sup>e</sup> Thussagetæ, Budini, Basilidæ, et cœruleo capillo Agathyrsi. Super eos<sup>f</sup> Nomades : dein Anthropophagi. A Buge super<sup>22</sup> Mæotin Sauromatæ, et Essedones.<sup>g</sup> At per oram Tanaim usque Mæotæ, a quibus lacus nomen accepit : ultimique a tergo eorum Arimaspi. Mox Riphæi<sup>h</sup> montes, et assiduo nivis casu pinnarum similitudine, Pterophoros<sup>i</sup> appellata regio : pars mundi damnata a rerum

~~~~~

pass.—20 *Aloperiam* Vet. Dalec.—21 Vet. Dalec. *Neuroæ*.—22 *A Buge* vero

NOTÆ

III. 6. quamobrem, non hunc modo tractum universum, sed et Panticapæum ipsum ab aliquibus Bosporum vocari superius animadversum a Plinio est.

^c *Hermisium*] Mela II. 1. 'In Bosporum vergentia Cimmerica oppida, Myrmecion, Panticapæum, Theodosia, Hermisium.' Stephano, *Μυρμηκίων πολίχνιον τῆς Ταυρικῆς*. Denique 'Ἀλωπεκίαν insulam contra Tanais ostia collocat Ptolemæus III. 5.

^d *Per continentem*] Ubi nunc Ukraina est, Polonici regni pars ea quæ maxime vergit in exortum Solis: ibi olim Anchetæ *Ἀβχάται* Herodoto lib. IV. p. 226. n. 6. citra Borysthenem: *Νευροί* quoque, quorum regio *Νευρὸς* appellata, latere amnis ejus occidentali, p. 241. n. 51. quæ nunc pars maxime orientalis Lithuaniz est.

^e *Geloni*] *Γελωνοί*, quos pictos Mauro appellavit, nunc Lithuani sunt. *Θυσσαγάται*, *Βουδινόι*, *Βασίλαιοι*, eam quæ nunc Moscovia dicitur, tenne-

runt, qua Borysthenis orientale latus contingit: 'Ἀγάρυρροι Mæotidis paludis flexum ambiunt, inquit Mela II. 1. Hæc tamen longius summo-vere Plinius videtur. Unde nomen Basilidæ traxerint, disces ab Herod. lib. IV. n. 20.

^f *Super eos*] Ubi nunc Lithuaniz pars borealis: ibi *Νομάδες* et 'Ἀνθρωποφάγοι, quos 'Ἀνθρωποφάγους vocat auctor peripli Ponti Euxini, p. 3. et Herod. lib. IV. n. 18. p. 231.

^g *Et Essedones*] Moscovitici meridionales. 'Ἰσσεδόνες Stephano dicti. 'Ἀριμασποί, ἔθνος 'Ἑπερβορέων, *Hyperboreorum gens*, tota in Moscoviam borealem ableganda.

^h *Riphæi*] 'Ultra quos jacet ora, quæ spectat Oceanum' septentrionalem, inquit Mela in fine lib. I. et initio lib. II. unde Plinius hæc mutatus. Totidem verbis a Plinio ea transcripsere Sælinus cap. 15. p. 35. et Capella, lib. VI. cap. de quarto Europæ sinu, p. 214.

natura,²³ et densa mersa caligine: neque in alio quam rigoris opere, gelidisque Aquilonis conceptaculis.²⁴

Pone eos montes,²⁵ ultraque Aquilonem, gens felix (si credimus) quos Hyperboreos appellavere, annoso degit ævo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremique siderum ambitus, semestri luce, et una die Solis aversi: ^k non, ut imperiti¹ dixere, ab æ-

super cod. Dalec.—23 Ita codd. Harduin. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. a natura rerum edd. vett. et Gronov.—24 Nonnulli: neque in aliud quam in rigoris opera, gelidique Aquilonis conceptacula. Alii, in rigore aperta. Dalec.—25 *Post eos cod. Dalec.—26 Nonnulli: et*

NOTÆ

¹ *Pterophoros*] Πτεροφόρος, quasi pennarum ferax, seu nivis pennarum instar decidentis. Hinc fabulæ data occasio, quam refert Ovid. Met. xv. 356. 'Esse viros fama est in Hyperborea Pallene, Qui soleant levibus velari corpora plumis, Cum Tritoniacam novies subiere paludem.'

¹ *Pone eos montes*] Hæc a Plinio Solinus exscripsit, c. 16. p. 36. Plinius ex Hecataeo, ut ipse innuit, vi. 20. Hecataeus ex Aristea Proconnesio, ut Herodotus docet, lib. iv. p. 229. n. 13. qui ab isto conficta omnia arbitratur, licentia poetica.

^k *Solis aversi*] Semestri illa luce, inquit, una tantummodo continua constituitur, efficiturque dies: Sole, dum occidit, per exiguum temporis spatium averso, sive abdito: nihil ut tenebrarum inter occasum exortumque Solis senis illis mensibus intercedat. Auctor libri de mensura orbis terræ: 'Trigesimus nunc annus est, a quo nuntiaverunt mihi Clerici, qui a Kal. Februarii usque Kal. Augusti, in illa insula (Thule) manserunt, quod non solum in æstivo solstitio, sed in diebus circa illud in vespertina hora occidens sol abscondit se quasi trans parvulum tumulum: ita

Delph. et Var. Clas.

ut nihil tenebrarum in minimo spatio ipso fiat: sed quicquid homo operari voluerit, vel pedunculos de camisia abstrahere, tanquam in præsentia Solis potest. Et si in altitudine montium ejus fuissent, forsitan nunquam Sol absconderetur ab illis. In medio illius minimi temporis medium noctis fit in medio orbis terræ. Et idcirco mentientes falluntur, qui circum eam concretum fore mare scripserunt: et qui a vernali æquinoctio usque ad autumnale continuum diem sine nocte, atque ab autumnali versa vice usque ad vernale æquinoctium, assiduam quidem noctem,' &c. Aversum pariter una luce Solem Solinus dixit, loc. cit. nec visus tamen quid diceret intellexisse.

¹ *Non, ut imperiti*] Carpere Pomponium Melam videtur, sed immerito. Nam certissima sphaeræ probatione constat, non solstitio illic Soles oriri, brumaeque semel occidere; sed ab æquinoctio verno ad autumnale, semestrem illam lucem, utique si semestris est, adesse. Peritissime certe de iis gentibus Mela iii. 5. p. 53. 'In Asiatico littore,' inquit, 'Hyperborei super Aquilonem Rhiphaeosque montes, sub ipso siderum cardine ja-

Plinius.

3 F

quinoctio verno in autumnum.²⁶ Semel in anno Solstitio oriuntur iis Soles, brumaeque semel occidunt. Regio aprica, felici temperie, omni afflatu²⁷ noxio carens. Domus iis^m nemora, lucique, et Deorum cultus viritim gregatimque, discordia ignota et ægritudo omnis. Mors non nisi satietate vitæ, epulatis delibutoque senio²⁸ a luxu, ex quadam rupe in mare salientibus. Hoc genus sepulturæ beatissimum. Quidam^o eos in prima parte Asiæ littorum posuere, non in Europa, quia sunt ibi^p simili consuetudine, et situ, Attacorum nomine.²⁹ Alii medios^q fecere eos inter utrumque Solem, Antipodum^r occasum exorientemque nostrum : quod fieri nullo modo potest, tam vasto mari interveniente. Qui non³⁰ alibi^s quam in semestri luce constituere eos, serere matutinis, meridie metere, occidente

//////////

una die ab æquinoctio verno in autumnum : non ut imperiti dixere solis aversi. Rhodig. xvi. 22. Vide Bud. de Ass. i. aliis : *semestri luce et una nocte, non ut,* &c. Dalec.—27 Chiffi. *omni flatu.*—28 Ita omnes codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *dilibutisque senibus* Ald. Junt. Basil. Lugd. Dalec. Elz. et Gronov.—29 Ita codd. Harduini, Dalec. et Pintian. Item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *qui sunt ibi similitudine et situs, Attacorum nomine.* Ald. Junt. Basil. Lugd. Dalec. Elz. et Gronov.—30 Codd. Dalec. et Chiffi. et Vet. Dalec. delent *non.*—31 Ita codd.

NOTÆ

cent, ubi Sol non quotidie, ut nobis, sed primum verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit; et ideo sex mensibus dies, et totidem aliis nox usque continua est. Terra angusta, aprica, per se fertilis, &c. Vide Notas et Emend. num. 100.

^m *Domus iis*] Plinius a Mela III. 5. A Plinio Solinus, cap. 16. p. 36. et 37.

ⁿ *Delibutoque senio*] Ita Mss. omnes : editi, *delibutisque senibus.* Mela id tantum, loc. cit. ‘ bilares, redimiti ærtis.’ Solinus, ‘ epulati delibutique.’

^o *Quidam*] Melam Pomponium signat, loc. cit.

^p *Quia sunt ibi*] Ita recte vet. Dalec. cod. et Paris. cum Pintiano. Ra-

tio, inquit Plinius, cur quidam Hyperboreos in prima parte Asiæ littorum posuerint, ea est, quoniam Attacori ibi degentes, similem vivendi moriendique consuetudinem, cum haud absimili quoque situ, teneant. De Attacoris dicemus vi. 20.

^q *Alii medios*] Solinus, cap. 16. p. 36.

^r *Antipodum*] Unde a nobis Sol occidens pergit ad Antipodas.

^s *Qui non alibi*] Jocus est : serunt matutinis, cum primo mense unicæ diei illius semestris id agunt : metunt meridie, cum exacto jam tertio : occidente Sole, decerpunt fœtus, cum sexto.

Sole fetus arborum decerpere, noctibus in specus condi tradiderunt. Nec libet³¹ dubitare de gente ea, cum tot auctores prodant frugum primitias solitos Delon mittere Apollini, quem præcipue colunt. Virgines ferebant eas, hospitiis gentium per annos aliquot venerabiles: donec violata fide,³² in proximis accolarum finibus deponere sacra ea instituere, hique³³ ad conterminos deferre, atque ita Delon usque. Mox et hoc ipsum exolevit. Sarmatiæ,^v Scythiæ, Tauricæ, omnisque a Borysthene amne tractus longitudo DCCCCLXXX.³³ M. latitudo DCCXVII.^w M. a M. Agrippa tradita est. Ego incertam in hac terrarum parte mensuram arbitror.

XXVII. Verum instituto ordine, reliqua¹ hujus sinus dicantur; et maria quidem ejus nuncupavimus.^a

(XIII.) Hellespontus insulas non habet in Europa dicendas. In Ponto duæ, M. D. pass. ab Europa, XIV. M. ab ostio, Cyaneæ,^b ab aliis Symplegades appellatæ, traditæque fabulis inter se concurrisse: quoniam parvo discretæ intervallo, ex adverso intransibibus geminæ cernebantur, pau-

Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Nec licet* edd. ante Harduinum.—32 Codd. Dalec. et Vet. ejusdem, *indeque pro hique*.—33 Chiffi. DCCCCLXXX.

CAP. XXVII. 1 Cod. Dalec. *reliquæ*; et mox in eodem codice et Vet. Da-

NOTE

¹ *Nec libet*] Ex Mela hæc quoque, III. 5. Ex Plinio Solinus accepit, cap. 16. p. 87. Omnes ex Herodoto lib. IV. p. 235. De cultu Apollinis apud Hyperboreos, Diod. Bibl. lib. II. p. 130.

² *Violata fide*] Solini paraphrasis: 'Quoniam hæ virgines perfidia hospitum non illibatæ revenissent.'

³ *Sarmatiæ*] Martiannus iisdem fere verbis, lib. VI. cap. de quarto Europæ sinu, p. 214.

⁴ *DCCXVII*] Martiannus, *septingenta decem*: lege ex Plinio, *septingenta et septemdecim*.

^a *Nuncupavimus*] Maria ante, inquit, ea indicavimus, quæ hoc sinu comprehenduntur: nunc insulas per singula sparsas persequemur.

^b *Cyaneæ*] Κυανέαι, Diodoro Bibl. lib. V. pag. 322. et Straboni lib. VII. pag. 319. A colore sic appellatas auctor est Schol. Apoll. ad Argon. II. Eædem Συμπληγάδες et Συνδρομάδες πέρραι, a concursu appellatæ: unde a Juvenali 'concurrentia Saxa.' De ea fabula, vide Apollodorum de Diis, lib. I. pag. 61. et auctorem Periplus Ponti Euxini, pag. 15. Plinius hoc a Mela transcripsit, II. 7.

Innque deflexa acie, coëuntium speciem præbebant. Cítia Istrum, Apolloniatarum una,^c LXXX. M. a Bosporo Thracio, ex qua M. Lucullus^d Capitolinum Apollinem advexit. Inter ostia Istri quæ essent, diximus.^e Ante Borysthenem Achillea est supra dicta,^f eadem Leuce, et Macaron^g appellata. Hanc temporum horum demonstratio a Borysthene CXL. M. ponit, a Tyra CXX. M. a Peuce insula quinquaginta M. Cingitur^h circiter decem M. passuum. Reliquæ in Carcinite sinu, Cephalonnesos, Rhosphodusa,ⁱ Macra. Non est omittenda^j multorum opinio, priusquam digrediamur a Ponto, qui maria omnia interiora^k illo capite nasci, non Gaditano freto, existimavere, haud improbabili argumento: quoniam æstus semper e Ponto profluens, nunquam reciprocetur.^l

Exeundum^{4^m} deinde est, ut extera Europæ dicantur, transgressisque Riphæos montes littus oceani septemtrio-

lec. nuncupabimus.—2 Rhodussa Stephano.—3 Pro interiora, inferiora apud Senecam, qui hunc locum explicat.—4 Ad eundem Vet. Dalec. Mox, pro ex-

NOTE

^c *Apolloniatarum una*] In Ponto, inquit, infra Danubii ostia, insula est Apolloniatarum dicta, quoniam in ea urbs ipsa Apollonia est, ut docet Strabo loc. cit. Hæc illa est Apollonia, qua de egimus, cap. 18.

^d *Ex qua M. Lucullus*] Solinus, cap. 19. pag. 38. ac Plinius ipse, xxxiv. 18. Apollo Capitolinus dictus est, quoniam in Capitolio dedicatus a Lucullo. P. Victor, in descript. Romæ, regione octava: 'Apollo translatus ex Apollonia a Lucullo, triginta cubitum.'

^e *Diximus*] Cap. 24.

^f *Supra dicta*] Cap. 26.

^g *Et Macaron*] Μακρόν, hoc est, Beatorum: quod fama esset Achillis ibi heroumq; animas vagari per montium cava: quamobrem et Ἡρώων quoque ἥρωος appellata. Ita Eusta-

thius ad Dionysii Perieg. vs. 545.

^h *Cingitur*] Ambitus ejus insulæ complectitur x. M. P.

ⁱ *Rhosphodusa*] Ita libri omnes, etiam Mss. Libentius tamen Rhodussa agnoverim, cum Pintiano. Macræ autem haud dubie nomen ipsa longitudo fecit.

^j *Non est omittenda*] Transcribit hæc de more Solinus cap. 18. p. 38.

^k *Maria omnia interiora*] Mediterranea, inquit Solinus. Vide Notas et Emend. num. 101.

^l *Nunquam reciprocetur*] Ita Solinus: hoc est, nunquam ex interno mari vicissim aqua in Pontum refluat. Vide quæ diximus ii. 100.

^m *Exeundum*] Exire interiore hoc e mari oportet, inquit, ut quæ ambitur oceano Europæ ora lustretur, et insulæ.

nalis in læva, donec perveniatur Gades, legendum. Insulæ complures sine nominibus eo situ traduntur. Ex quibus ante Scythiam, quæ appellatur Raunonia,⁵ unam abesse diei cursu, in quam veris tempore fluctibus electrum ejiciatur, Timæus prodidit. Reliqua littora incerta signata fama. Septemtrionalis Oceanus: ° Amalchium^p eum Hecatæus appellat, a Paropamiso^q amne, qua Scythiam alluit, quod nomen ejus gentis lingua significat congelatum. Philemon Morimarusam a Cimbris^r vocari, hoc est, mortuum mare, usque⁶ ad promontorium Rubeas: ultra deinde Cronium.^s Xenophon^t Lampsacenus a littore Scytharum tridui^u na-

tera, cod. Dalec. habet cætera.—5 'Infra xxxvii. 11. eandem hanc insulam ex ejusdem Timæi sententia Baltiam nominat.' Dalec. Baunonia unam abesse codd. Chiffi. et Dalec. et Vet. ejusdem. Bannomanna, abesse, &c. edd. vett. et Gronov. Mox, pro veris tempore quod testantur codd. Dalec. Chiffi. et Harduin. edd. vett. exhibent veris temperie.—6 Cod. Dalec. inde usque.—7 Vet.

NOTÆ

ⁿ Quæ appellatur Raunonia] Id Scythicæ illius plagæ nomen, cui objacet insula, non insulæ ipsius, quam ex eodem Timæo Baltiam appellari Plinius prodit xxxvii. 11. ubi de ejus situ dicemus. Vide Notas et Emend. num. 102.

^o Septemtrionalis Oceanus] Frustra has voces suis sedibus movent Pinitianus, et Pelicerius in notis Mas.

^p Amalchium] Hæc deinceps Solinus iisdem verbis, cap. 19. pag. 38. et auctor libri de Mensura Orbis Terræ.

^q Paropamiso] Obium, credo, amnem Hecatæus intellexit, Oby, in Tartariæ Moscoviticæ finibus.

^r A Cimbris] Hoc eat, a Cimbrium peninsula, et a faucibus Codaninus, usque ad promontorium Rubeas, quod nunc vulgo dicitur, Noort Kyn, vel Noort Cap, in extrema Norvegia versus septemtrionem positum. Morimarusam Philemon ait id mare vocari: quod ultra Rubeas est, Cro-

nium nominari. Ita fere Solinus, loc. citat. Promontorio huic ab amne Rhubone forte nomen est, in Oceanum influente, cujus meminit Ptolemæus in Sarmatia, III. 5.

^s Cronium] Quid si Gronium, ab ea orbis parte, quæ septemtrioni proxima est, quam Groenland vocant? Certe non ἀπὸ τοῦ Κρόνου, ut nugantur veteres, hoc est, a Saturni frigido sidere: sed potius ἀπὸ τοῦ Κρόνου ποταμοῦ, cujus in Sarmatia meminit Ptolem. III. 5. deducta hæc appellatio est; nam is in eum Oceanum irrumpit.

^t Xenophon] Solinus cap. 19. pag. 39. Auctor libri de Mensura Orbis Terræ, totidem verbis ac syllabis: 'Xenophon Lampsacenus a littore Scytharum tridui navigatione insulam esse immensæ magnitudinis Baltiam tradit: eandem Pytheas Basiliam nominat. Non longe feruntur et Cæcenæ (lege Οἰωνᾶς) insulæ, quarum ovis avium marinarum et

vigatione, insulam esse immensæ magnitudinis Baltiam tradit. Eandem Pytheas Basiliam nominat. Feruntur^v et Oonæ, in quibus ovis avium et avenis incolæ⁷ vivant. Aliæ, in quibus^w equinis pedibus homines nascantur, Hippopodes appellati: Fanesiorum^{8 x} aliæ, in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures tota contigant.

Incipit deinde^y clarior aperiri fama ab gente Ingævonum,⁹ quæ est prima. Inde Germania. Sevo mons^z ibi immensus, nec Riphæis jugis minor, immanem ad Cimbrorum usque promontorium efficit sinum,¹⁰ qui Codanus^a

Dalec. avium advenæ et incolæ; alius codex ap. Dalec. advenis.—8 Panotiorum Tut.—9 Vigævorum Rhenanus. Mox, prima. Inde Germania. Mons Sevo, &c. idem Rhenanus et cod. Dalec. prima inde Germaniæ. Sevo mons, &c. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. prima. Inde Germania. Sevo mons, &c. Reg. Brot. 1. et Ed. pr.—10 Cimbro usque promon-

NOTE

avenis vulgo nascentibus incolæ vivunt. Plinius Secundus in libro de septentrionali Oceano Scythiæ, insulæ illius.

^v *Tridui*] Quam diei tantum unius cursu distare a continenti Timæus superius paulo prodidit.

^y *Feruntur*] Incerta hæc fama signari innuit: incerta hæc insularum nomina, incertumque situm. Oonæ, sive mavis Oonææ, vel Oæonææ, Plinio insulæ sunt, Solinoque Plinium secuto. At Pomponio Melæ iii. 6. unde hæc transcripsit Plinius, 'ob alternos accessus, recursusque pelagi, et quod spatia quis distant modo operiuntur undis, modo nuda sunt, alias insulæ videntur, Sarmatis adversæ, alias una et continens terra.'

^w *Aliæ, in quibus*] Mela, et Solinus, loc. citato. De Hippopodibus vide August. de Civit. xvi. 8.

^x *Fanesiorum*] Vide Notas et E. mend. num. 103. Fanesios ejuscemodi visos esse versus Californiam, Americæ regionem, monet Euseb. Nie-

remb. Hist. Nat. viii. 1. Iconem exhibet Aldrov. de Monstris, p. 10.

^y *Incipit deinde*] Jam certiore, inquit, fama produntur gentes deinceps appellandæ. Solinus, cap. 20. p. 40. 'Sevonem montem,' inquit, 'Ingævones tenent, a quibus primis post Scythas nomen Germanicum consurgit.' Auctor libri de Mensura Orbis Terræ hunc locum paulo aliter ex suis codicibus legit: 'Plinius Secundus de insulis Germaniæ: Incipit deinde clariore aperiri fama ab gente Ingævonum, quæ est prima in Germania, mons Sevo ibi immensus: nec Riphæis jugis minor, immanem ad Cimbrorum usque promontorium efficit sinum, qui Codanus vocatur, refertus insulis,' &c.

^z *Sevo mons*] Is a mari Albo et extremis Lappiæ finibus, lunato cursu ad fauces usque sinus Codani, versus Cimbrorum promontorium, ccc. circiter passuum mill. procurrit, variis nominibus.

^a *Qui Codanus*] Ac deinde Balticus, ab insula Baltia, est cognominatus.

vocatur, refertus insulis: quarum clarissima Scandinavia^b est, incompertæ magnitudinis, portionem tantum ejus, quod sit notum, Hillevionum^c gente quingentis incolente pagis, quæ alterum orbem terrarum eam appellat. Nec est minor opinione Eningia.^d Quidam hæc¹¹ habitari ad Vistulam usque fluvium a Sarmatis,^e Venedis, Sciris, Hiris tradunt. Sinum Cylipeum^{12f} vocari: et in ostio ejus insulam Latrin. Mox alterum sinum Lagnum,^g conterminum Cimbris. Promontorium^h Cimbrorum excurrens in maria longe pe-

torium sinum Chiffi.—11 Quidam hanc margo edd. Dalec. et Gronov. Mox, Visulam Chiffi. Istulam Pomp. Paulo post, Venetis, Sciris edd. vett. et Gronov.—12 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller.

NOTÆ

^b Scandinavia] Quæ hodie Suecia, Norvegiaque dicitur. Insulam veteres credidere: sinum Codanum rati cum Oceano septentrionali, sive Hyperboreo, connecti, ad finem Suevoni montis, qua Russis nunc accolis Album mare, et alio nomine Granovicus sinus appellatur: qua ratione insulæ duæ efficiebantur, præcipua magnitudine, Scandinavia atque Finningia.

^c Hillevionum] Proximam hanc fuisse Scandinaviæ partem vel ex eo liquet, quod primam eam Romani nosse potuerunt. II *Λευωολ*, voce, ut apparet, capite diminuta, pro *Ἰλλευωολ* a Ptolemæo nominantur, in Scandiæ media regione, II. 11.

^d Eningia] In Mss. *Epigia*: atque ita similiter auctor libri de Mensura Orbis Terræ: 'Nec minor est opinio- ne Epigia.' Sed ut ut est, Finningiam intelligit, inter Scandinaviam et Venedos sitam: ingens hodie peninsula, *la Finlande*: unde sinui proximo nomen, qui Sueciam a Livonia determinat, *le Golfe de Finnes, ou de Finlande*.

^e A Sarmatis] A Sarmatarum genibus, quarum hæc sunt nomina: Ve-

nedæ, Sciri, Hirri. *Oberbau* Ptolemæo, III. 5. a quibus Venedicus sinus, *le Golfe de Dantzic*, nomen olim habuit, Livoniam tenuere, ac Lithuaniam partem occidentalem: Sciri, quos Sidonius Apollin. Carm. VII. 'Seros' vel 'Sceros' appellat, Hiri- que, Curiam, *le Duché de Curland*, Samogitiamque. 'Venedorum nationes,' inquit Tacitus de Morib. German. p. 139. 'Germanis an Sarmatis ascribam, dubito,' &c. Auctor libri de Mensura Orbis Terræ, hunc Plinii locum exscribens, Hiris non agnoscit: 'Quidam,' inquit, 'hæc habitari ad insulæ usque ad fluvium (lege, *ad Vistulam usque fluvium*, sive *Visulam*) a Sarmatis, Venedis, Sciriisque tradunt.' Ac valde metuo ne Hirri a repetitis temere Sciris accreverint.

^f Cylipeum] Ita Mss. at editi, *Cylipeum*. Nunc sinus Livonicus dicitur, a celebri ejus regionis emporio, *le Golfe de Riga*: quo in sinn antiquo vocabulo Latris insula, nunc *Æsel* vocatur.

^g Lagnum] Is est qui Jutlandiam, Holsatiam, Ducatumque Mecheloburgensem alluit.

^h Promontorium] Hodie *Scagen Cap*,

ninsulam efficit, quæ Cartris¹ appellatur. Tres et viginti inde¹³ insulæ Romanorum¹ armis cognitæ. Earum nobilissimæ, Burchana,^k Fabaria a nostris¹⁴ dicta, a frugis similitudine sponte provenientis. Item Glessaria, a succino militiæ¹ appellata, a barbaris Austrania,¹⁵ præterque Ac-tania.

XXVIII. Toto autem hoc mari,^a ad Scaldim usque fluvium, Germanicæ accolunt gentes haud explicabili mensura, tam immodica prodentium¹ discordia est. Græci et quidam nostri XXV. M. passuum^b oram Germaniæ tradiderunt: Agrippa cum Rætia et Norico longitudinem DCLXXXVI. millia passuum, latitudinem CXLVIII.^c mil-lium.

(XIV.) Rætiæ prope^d unius majore latitudine, sane

//////////

Bipont. et Franz. *Clyipenum* edd. vett. et Gronov.—13 *Cartris* appellatur XXIII. M. p. *Inde*, &c. Vet. Dalec. C. appellatur. XXIII. *inde*, &c. edd. vett. —14 *Fabaria* nostris Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. Mox, *multitudine sponte proveniente* cod. Dalec.—15 *Austravia* margo edd. Dalec. et Gronov. *Austera-via* Chiffi.

CAP. XXVIII. 1 Rhenanns, *tradentium*.—2 Ita codd. Harduini et Tolet.

NOTÆ

in Juttia septemtrionali, Danici regi-ni provincia, ad fauces eas unde sinus Codanns erumpit ex Oceano.

¹ *Cartris*] Aliis Cimbrica Cherso-nesus: in tres præcipue nunc regio-nes divisa: Holsatiam, Dithmarsiam, Jattiamque, sive Jutlandiam. Daniæ Regi paret.

¹ *Romanorum*] Druso Germanico in Germania bellum administrante. Strab. lib. VII. p. 291.

^k *Burchana*] Βυρχανίς Straboni, loc. cit. Stephano Βορρχανίς in Celtica. Existimant eruditi esse insulam *Bor-cum*, in ostiis Amasii, *Ems*, amnis positam: aiuntque turrim etiamnum ibi extare, quam *Het boon huys* incolæ vocent: quæ vox Germanica lingua *Fubarum domum* sonet. Vide quæ dicenda sunt XVIII. 30.

¹ *Militiæ*] Non Romæ, domique, sed foris ab exercitu, militibusque Romanis. Nam a domesticis verna-culisque, castrensis distingui voca-bula, in Præfatione Plinii jam dictum est. In Mss. *Austera-via*. De Glessa-riis dicemus cap. 30.

^a *Toto autem hoc mari*] Septemtrio-nali, quod Europam alluit.

^b *XXV. M. pass.*] Lineola super-posita viciis quinquies centena millia passuum significari admonet.

^c *CXLVIII.*] Ita Mss. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. &c.

^d *Rætiæ prope*] Agrippam repre-hendit, qui Germaniæ, Rætiæque, et Norici latitudinem tam angustis de-finierit spatiis: cum Rætiæ noius prope major sit, quam quantam ter-geminæ illi regioni assignaverit: sal-

circa³ excessum ejus⁴ subactæ. Nam Germania multis postea annis, nec tota, percognita est. Si conjectare⁵ permittitur, haud multum oræ deerit Græcorum opinione,⁴ et longitudini ab Agrippa proditæ. Germanorum genera quinque: Vindili:⁵ quorum pars Burgundiones,^h Varini,ⁱ

////////

CCLXVIII. Gronov. et edd. vett.—3 Rhenanus, *citra*.—4 Ita codd. Harduini, et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *opinionem* Gronov. et edd. vett. Mox, pro *longitudini* quod servant codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. *longitudinis* habent edd. vett. *traditæ* pro *proditæ*.—5 *Vandili* Rhenanus. *Vandilici* Chiffi. Mox, *Avarini*, *Carini* Gronov.

NOTÆ

tem qualis quantaque Rætia cognita est, cum citra Agrippæ obitum Romanorum armis est domita. Nam Germania, ne multis quidem post annis, nec tota etiam, lustrari noscique potuit. Vide Notas et Emend. num. 104.

* *Circa excessum ejus*] Excessit e vivis Agrippa, Valerio Messala Barbato, P. Sulpicio Quirinio Coss. anno U. C. DCCXLIII. ut auctor est Dio, lib. LIV. p. 541. Subacta per Drusum Tiberiumque, quos exercitui Augustus præfecerat, Rætia, M. Druso Libone, L. Calpurnio Pisone Coss. anno DCCXXXIX. ut idem refert, p. 535.

ⁱ *Si conjectare*] Si conjecturæ locus datur, inquit, minor paulo erit, quam opinati sunt Græci, Germaniæ ora, vicies quinquies centena m. pass. ut paulo ante diximus, colligere ab his credita: nec multo etiam brevior quam Agrippa prodidit, qui DCLXXXVI. millibus passuum omnino definiit, Germaniæ cum Rætia et Norico longitudo. Insignis autem ideo est utriusque mensuræ discrimen, quoniam per anfractus sinusque Germanici Oceani prior illa Græcorum excurrit: sequens vero Agrippæ, cuncta Germania nondum explorata, mediterraneam tantum ejus cognitæ

partem, tractu diverso, metitur.

^g *Vindili*] Ita R. 1. At R. 2. Colb. 1. 2. Chiffi. et Paris. *Vandili*. Tacitus Vandalios vocat de Morib. German. p. 123. In Notitia Dignit. Imp. Rom. cap. 18. *Ala Vandilorum*. Ex Vandalicis montibus Albion amnem effluere, et in Oceanum effundi, auctor est Dio lib. LV. p. 548. Vandalii, inquit Mariana Hist. Hisp. v. 1. p. 185. quibus ferme locis nunc Melkburgenses sunt et Pomerani.

^h *Burgundiones*] Burgundiones, pars Vandalorum, a burgis, hoc est, pagis in quos dissipati erant, appellatiorem sortiti sunt: et cum in Hednis consedissent, ei Galliæ provinciæ Burgundiæ nomen fecerunt. Partem Poloniæ tenuere, ubi nunc *Gnesa*.

ⁱ *Varini*] Varini Tacito de Morib. Germ. pag. 136. Ptolemæo sunt Avarini, III. 5. in Sarmatia Europæa, ad Vistulæ fontes, ubi nunc Cracovia Poloniæ caput. *Φουργουνδιανες*, inquit, (pro *Φουργουνδιανες*,) *εἰτα Αἰαρηνοί*, forte pro *Οθαρηνοί*, *παρὰ τὴν κεφαλὴν τοῦ Οδιστοῦλα ποταμοῦ*. Non hoc videre Claverius alitque, qui aliter statuunt: a quibus dissidere me æpissime, sed certis adductum argumentis, profiteor.

Carini,^j Guttones.^k Alterum genus, Ingævones.⁶¹ quorum pars Cimbri,^m Teutoni, ac Chaucorum gentes. Proximi autem Rheno, Istævones :ⁿ quorum pars Cimbri.^o Mediterranei, Hermiones :^{7 p} quorum Suevi,^q Hermunduri,

et edd. vett. *Gottones* margo edd. Dalec. et Gronov.—6 *Vuigæuones* Rhennanus. ac *Baugorum* Chiffi. ac *Cauchorum*.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov.

NOTE

^j *Carini*] *Καρινὸι* hi Ptolemæi esse visi sunt Hermolao : frustra, cum ii Helvetiorum genti confines esse a Ptolemæo dicantur III. 11. in Germania. Nisi ex incauta superioris vocis *Varini* repetitione nata conflataque ista sit, Vistulæ accolæ necesse est fuisse Carinos, perinde ac ceteras Vandalorum gentes, Burgundiones, Varinos, Guttones.

^k *Guttones*] 'Gottones' vocat Tacitus, Annal. II. p. 61. 'Gothones' de Moribus Germ. p. 13. Ptolemæo III. 5. *Γότρες*, ad Vistulam positi sub Venedis : quo ex situ colligimus ibi fuisse, ubi Mazoviæ Palatinatus, ut appellant, Polonici regni, Varsoviaque est, et utraque Prussia, quam Regalem, et quam Ducalem vocant. Fuit horum oppidum primum Gytinium primo, mox a Getis Danisque Gedanum, a sinu Codanum, *Dantzic*. Inde Gothones sive Gothi profecti qui totam Europam exagitarunt armis, ac ditione diu tenuerunt. Vide Ægid. Laccary, e Societate nostra, de Colonia Gallor. I. 9. p. 69.

^l *Ingævones*] Ab extremo septentrionalis Oceani littore, ad amnis Amisii ostia, quicquid terrarum interjacet, Ingævones dicti tennere Norvegiam, Sueciam, Daniam, Finlandiam, Saxoniam, Frisiamque orientalem.

^m *Cimbri*] Holsatiam ii, ut diximus, Juttiamque tenere. Mox Teutoni inferiorem Saxoniam : Brema civitate primaria. Denique gentes Chauco-

rum duæ, majores, atque minores, *Καῖκοι οἱ μέγας, καὶ οἱ μικροί*. Osnabrugensem ditionem isti ad Visurgim fluvium : illi Lunenburgensem Ducatum, ad Albim : ex Ptolemæo II. 11. Tacitus de Moribus Germ. p. 135. de Chaucorum situ : 'Ac primo,' inquit, 'statim Chaucorum gens, quanquam incipiat a Frisiis, ac partem littoris occupet, omnium quas exposui gentium lateribus obtenditur, donec in Cattos usque sinnetur,' &c.

ⁿ *Istævones*] A Rheni ostiis ad Coloniam Ubiorum amnis ejus accolæ, cum Frisiis occidentalibus, Istævones appellati.

^o *Cimbri* [*Sicambri*] *Σικαμβροί* Dion. lib. XXXIX. p. 113. adversus quos expeditionem susceptam a Julio Cæsare idem est auctor, et Plutarchus in Cæsare, p. 718. ubi *Σουγδαμβροί* vocat. Ultra Rhenum primum positi, Ubiis vicini, teste eodem Dione, loc. cit. ipsoque Cæsare Bell. Gall. lib. IV. p. 44. Chattis quoque et Cheruscis, ex Dione lib. LIV. p. 544. Vide Notas et Emendat. num. 105. Horum regio ibi fuit, ubi nunc Comitatus Marchiæ, Bergensis Ducatus, et Cliviensis pars transrhenana.

^p *Hermiones*] In media Germania positi, ultra Rheni Oceanique ripas. In Germaniæ populis mediis a Tacito appellati de Morib. Germ. p. 123.

^q *Quorum Suevi*] Hermionum gentes ex ordine perquam accurate describit, ab iis exorsus, qui sunt ortui Solis propiores, mox cursu inde versus

Chatti,^r Cherusci. Quinta pars Peucini, Basternæ,^s supra dictis contermini Dacis. Amnes clari in Oceanum defluunt; Guttalus,^t Vistillus sive Vistula,^u Albis,^s Visurgis, Amisius, Rhenus, Mosa. Introrsus vero, nullo inferius nobilitate, Hercynium jugum^v prætenditur.

XXIX. (XV.) In Rheno ipso, prope centum M. passuum in longitudinem, nobilissima Batavorum insula et Cannenefatum:¹^a et aliæ^b Frisiorum, Chaucorum, Frisia-

pars Cimbri et Mediterranei. Herm. Pro Cimbri Harduin. I. Sicambri.—8 Vistulus, Suevus, Albis Rhenanus. Mox, pro nullo edd. quædam vett. nulli.

CAP. XXIX. 1 *Caninefatum* margo edd. Dalec. et Gronov. *Canenfacium* cod. Dalec. Particula copulativa *et* autē *Cannenefatum* omīssa est in edd. vett. et

NOTÆ

occasum instituto. Horum igitur Sævi ii sunt, quos hodie Moravos appellamus, *la Moravie*, ut jam superius monuimus cap. 25. neque enim Suevos ab istis alios Plinius agnovit, aut Ptolemæus, qui II. 11. ultra Albim Suevos summovet, versus ortum. Postea ad Danubii caput commigrant. Hermundari fuere, qui nunc Bohemi, populi que ab his fusi usque ad Danubii ripam. 'In Hermunduris,' inquit Tacitus, loc. citato, p. 137. 'Albis oritur flumen inclytum. Juxta Hermunduros Marcomanni et Quadi agunt....Eaque Germaniæ veluti frons est, quatenus Danubio prætexitur.' Sentio convelli a me Geographorum recentiorum placita: sed hos nihil in præsentī moror.

^r *Chatti*] Chattis. Franconiam, Brunswicensem Ducatum, circumjacentemque late regionem a Franconia ad Chaucorum fines Cheruscis ascribimus: hi enim inter Chattos, Chancosque mediū, Tacito teste, lib. de Moribus Germ. p. 135.

^s *Peucini, Basternæ*] Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, inquit Tacitus, loc. cit. p. 138. Strabo tamen Bastarnarum partem esse Peucinos

putat, lib. VII. pag. 306. De horum sitū diximus cap. 25. Gallos Livius semper appellat, lib. XLIV. Gruteri Inscript. pag. 453. BASTARNÆ.

^t *Guttalus*] Hunc eundem esse, qui Ptolemæo II. 11. *Ὀὐδῖρος*, aliis *Odera*, *l'Oder*, erudite probat Cluverius, adversus Junium Germ. Antiq. III. 49. Solino, cap. 20. pag. 40. 'Gothalus' est.

^u *Vistula*] *Ὀβίστροβλα*, *Ἀλβις*, *Ὀὐσσουργις*, *Ἀμδασιος*, Ptolemæo, loc. cit. Nostri, *le Veissel* ou *la Vistule*, *l'Elbe*, *le Weser*, *l'Ems*.

^v *Hercynium jugum*] Quem Hercynium saltum appellavit cap. 25. *Ὁρκόνιον δρυμὸν* Ptolem. II. 11. Livius lib. IX. pag. 165. Germanicos saltus. Dionys. Perieg. vs. 286. *Ἐρκόνιον δρυμὸν*.

^a *Et Cannenefatum*] Ea insula a Batavis et Cannenefatibus colebatur: illi quoniam majorem insulæ partem tenere, nomen ei suum dederunt, dictaque insula Batavorum, sive Batavia est. In Tab. Peutling. *Patavia*. Isti apud Gruterum, pag. 385. CANNANEFATES, apud Tacitum Hist. IV. pag. 103. et apud Velleium lib. II. n. 105. 'Caninefates,' appellat. Ho-

vonum,^{2 c} Tusiorum,^{3 d} Marsaciorum, quæ sternuntur inter Helium^e ac Flevum. Ita appellantur ostia,^f in quæ effusus^g Rhenus, ab septemtrione in lacus,^h ab occidente in

~~~~~

Gronov. Mox, *Cauchorum* in iisdem vett.—2 Ita codd. Regg. Brot. et Ed. pr. *Frisiabonum* edd. ante Brotier.—3 Ita codd. Regg. et Ed. princeps. Sine auctoritate in recentt. edd. *Sturiorum*.<sup>7</sup> Brotier. Mox, *Mattiacorum*, quæ, &c. inargo edd. Dalec. et Gronov.

#### NOTÆ

die *le Betuwe*. Apud Reinesium vetus Inscriptio, pag. 513. NAT. CANONEFAS. 'Natione Canonefas.' Et in Notis, quæ vulgo Tironi ascribuntur, apud Gruterum, pag. 143. 'Canonefates.' Vide Notas et Emend. num. 106.

<sup>b</sup> *Et alia*] Quas cum sterni Plinius asseverat inter Helium ac Flevum, mari quod *Zuyderzee* nuncupant ab ortu, ab occasu Zelandia claudi omnes necesse est. Eo ordine a Plinio eæ recensentur, ut ab ortu et septemtrione auspicatus progrediatur in occasum. A populis in eas a continente progressis nomen habent ex iis aliq̃: a Frisiis certe, Chaucisque duæ priores, quos ultra Rhenum sedes habuisse constat. Frisios in hoc tractu Tacitus quoque agnoscit, quos cum Caninefatibus copulat, hist. iv. pag. 103. Chaucos e patriis sedibus commigrantes, ac duce nazione Caninefatem secutos, inferiorem Germaniam incuravisse Claudii Imp. temporibus, idem auctor est, Annal. xi. pag. 160. De Frisiorum et Cauchorum insulis, quæ recedente maris æstu, continenti neceperentur, Dio lib. lrv. pag. 544. Nunc esse videtur Nort-hollandia. Atque hunc quidem situm Chaucis præsertim adjudicant ea quæ Plinius de iisdem assert. xvi. 1.

<sup>c</sup> *Frisiavonum* [*Frisiabonum*] In Mss. *Frisiavonum*. Hos illic condesse arbitror, ubi nunc *le Veluwe*,

pars Geldrensis Ducatus, e Belgica Gallia huc transgressos.

<sup>d</sup> *Tusiorum* [*Sturiorum*] His vero meridiionalem Hollandiam, *la Sud-Hollande*, Marsacis insulam assignamus, quam Mosa cum Rheno efficit, ubi Dordracum est in Zelandiæ confinio: unde Marsacios pro Mosatiis credas appellatos. Marsacos Tacitus vocat, jungitque Caninefatibus, Hist. iv. pag. 103. *Μαυροφύλους*, ut pnto, Dio lib. lx. p. 670. pro *Μαρσαρίους*. In Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. *Tusiorum, Marsaciorumque*.

<sup>e</sup> *Inter Helium*] Helium Zelandiæ vicinum, ubi nunc castellum *Briel*. Flevum vero Frisiæ, ubi nunc insula est, quæ priscum nomen retinet, *het Vlie*, sive *Flie*.

<sup>f</sup> *Ostia*] Et castella quoque ostiis imposita. Tacitus, Annal. iv. pag. 125.

<sup>g</sup> *In quæ effusus*] Per fossam a Druso in Salam, *l'Issel*, alteramque ex parte læva a Civili, in Leccam, *le Leck*, Mosamque, deductum olim esse Rhenum sciunt eruditi. *Vahalem* hunc Rheni alveum accolæ nominant, qui mox id quoque vocabulum mutat Mosa flumine, cujus immenso ore in oceanum effunditur.

<sup>h</sup> *In lacus*] Hi, frequenti eluvione aquarum, in unum maris sinum abierunt, ea magnitudine quæ Maris Australis, *Zuyderzee*, nomen hodie sustineat. Lacui nomen olim Flevu fuit, ut auctor est Mela iii. 2.

amnem Mosam se spargit: medio<sup>1</sup> inter hæc ore, modicum nomini suo custodiens alveum.

XXX. (XVI.) Ex adverso hujus situs<sup>1</sup> Britannia insula, clara Græcis<sup>a</sup> nostrisque monumentis, inter septemtrionem et occidentem jacet: Germaniæ,<sup>b</sup> Galliæ, Hispaniæ, multo maximis Europæ partibus magno intervallo<sup>2</sup> adversa. Albion<sup>d</sup> ipsi nomen fuit, cum Britanniæ vocarentur omnes: de quibus mox paulo dicemus. Hæc abest a Gessoriaci<sup>e</sup> Morinorum gentis littore, proximo tractu quinquaginta m. circuitu<sup>3</sup> vero<sup>f</sup> patere tricies octies centena viginti quinque m. Pytheas et Isidorus tradunt, triginta prope jam annis notitiam ejus Romanis armis non ultra vicinitatem sylvæ Caledoniæ<sup>g</sup> propagantibus. Agrippa<sup>h</sup>

CAP. XXX. 1 Pintian. sita est.—2 Vet. Dalec. haud magna intervallo.—3 Gronov. et edd. vett. quinq. millia minimum: circuitu; alii ap. Dalec. quinq. millia passuum, &c. Voc. minimum non legitur in Vet. Dalec. neque in Chiffi.—

## NOTÆ

<sup>1</sup> Medio] Quod a Schenckii, ut vocant, munimento, Arenacum delapsus, Ultrajectum ac Lugdunum Bavorum alluit.

<sup>a</sup> Clara Græcis] Hanc ceteris orbis totius insulis Græci prætulere: Dionysius Perieg. vs. 568. de Britannicis insulis: Τῶν τοι μέγθος περιήσιον οὐδέ τις ἄλλη Νήσους ἐν πάσῃσι Βρετανίῳ ἰσοφαρίζει.

<sup>b</sup> Germaniæ] Verius Strabo, lib. iv. pag. 199. soli Galliæ prætendi dixit. Plinio tamen Tacitus subscribit, in Vita Agricolæ, pag. 142.

<sup>c</sup> Magno intervallo] Spatium intelligit, quo ab oriente in occasum porrigitur: maximam spatio ac cælo Tacitus dixit, loc. cit.

<sup>d</sup> Albion] Ἀλουίων Ptolemæo II. 3. Angliam Scotiamque complectitur; Scotorum etiam tunc cum Britannia diceretur, æque atque Anglorum, ignoto nomine. Britanniæ dicuntur, Hibernia adjuncta, cum ceteris adjacentibus insulis.

<sup>e</sup> Gessoriaci] Ptolem. II. 9. Ἰησοφ-  
βλᾶκος ἐπὶ τοῖς Μορίων, Morinorum n-  
vale. Plinio ipsi, cap. 37. hujus li-  
bri, 'Portus Morinorum' Britanni-  
cus, quod ex eo Gallis Romanisque  
usitatus erat in Britannos tractus.  
Tab. Peutling. 'Gessoriaci, quod nunc  
Bononia.' Nostris Boulogne sur mer.  
Ager circumjectus, le Boulenois, vel,  
ut alii, le Boulonois. Vide Notas et  
Emend. num. 107.

<sup>f</sup> Circuito vera] Sic Martiannus, a Plinio mutuatus, lib. cap. vi. 'Alia dimensio Europæ,' pag. 215.

<sup>g</sup> Caledoniæ] Floro Saltus Caledo-  
nius appellatus: Grampio monte,  
Grantzaine, dividitur: in Scotia, ubi  
et Caledonia regio, quam Julius A-  
gricola Domitiani temporibus pri-  
mum subegit. Καληδόνιος δρυμὸς est  
Ptolemæo II. 3.—'At significare Pli-  
nius videtur, haud longe progressa  
fuisse arma Romana, si spectetur  
spatium annorum triginta, ex quo  
bella ibi geri cæpta sunt. Quamo-

longitudinem DCCC. M. pass. esse: latitudinem CCC. M. credit. Eandem Hiberniæ latitudinem, sed longitudinem<sup>4</sup> cc. mill. passuum minorem. Super eam hæc sita abest brevissimo transitu a Silurum gente<sup>5</sup> XXX. M. pass.<sup>5</sup> Reliquarum nulla CXXV. mill. circuitu amplior proditur. Sunt autem XL<sup>6</sup> Orcades,<sup>6</sup> modicis inter se discretæ spatiis. Septem Acmodæ,<sup>7</sup> <sup>k</sup> et XXX. Hebudes:<sup>1</sup> et inter Hiberniam ac Britanniam, Mona,<sup>m</sup> Monapia, Ricina, Vectis, Limnus,<sup>8</sup> An-

////////

4 Chiffi. *credidit. Eandem Hyberniam, sed longitudinem. Pintian. Agrippa longitudinem DCCC. M. p. credit: latitudinem CCC. Eandem credidit Hyber. &c.*—  
5 Ita codd. Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Chiffi. XX. M. p. edd. vett. et Gronov.—6 Vet. Dalec. XL. M. p. *Orcades.*—  
7 *Septem Hamodes* margo edd. Dalec. et Gronov. Mox Vet. Dalec. et XXX. *Hebrides*; edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. et XXX. *Hæbudes*; Regg. Brott. et Editio princeps: et XXX. *Hebudes.*—8 Ita Vet. Dalec. et edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Ricnea*, V. *Silimnus* edd. vett. et Gronov. Mox, pro *Andros*, Vet. Dalec. *Edros.*—

#### NOTE

brem annon Caledonia sylva verius fuerit in Comitatu quem vocant Essexiæ, quinque aut sex leucis supra Tamesim, ab amne Læa usque ad mare, amplius considerandum.' *Ed. sec.*

<sup>b</sup> *Agrippa*] Sic quoque Martianus loc. cit. et Solinus cap. 22. p. 41. et 42.

<sup>1</sup> *A Silurum gente*] *Σίλupes* a Ptolemæo appellantur II. 3. Silurum Tacitus meminit Annal. XII. p. 181. et 183. Vide Notas et Emendat. num. 108. Oram hi occiduam tenere Valliæ principatus, cum Demetis, qui Silurum pars fuere.

<sup>2</sup> *Sunt autem XL.*] Totidem Martiano, loc. cit. Pomponio III. 6. triginta. Jornandi XXXV. Ptolemæo, II. 3. *περὶ τριδικωρτα*. Sunt eæ supra Scotiam positæ, modico ab ea freto disjunctæ. Earum maxima Pomona, *Mainland*.

<sup>k</sup> *Acmodæ*] Mss. *Hæcmodæ*. Vulgo *Hetland* et *Schetland*, in commune ap-

pellantur: Orcadibus proximæ, sed in boream longius summotæ.

<sup>1</sup> *Hebudes*] Solino cap. 22. p. 42. et Ptolemæo II. 2. quinque tantum *Ἑβουδαι* numerantur: Marciano quoque in Periplo, apud Steph. *Αἰβοῦδαι νῆσοι πέρι τῆς Βρεταννικῆς*. Omnium verissime Plinius: sunt enim eæ pæne innumeræ hand procul Orcadibus supra Hiberniam, Scotiamque, ut docet Cluver. Germ. Antiq. III. 40.

<sup>m</sup> *Mona*] *Móna* Valliæ littori adjacet. *Móna* νῆσος Ptolemæo, loc. cit. nunc *Anglesey*. *Monapia*, Ptolemæo *Μοναπία*, loc. citat. Bedæ 'Menavia,' nunc *Man* et *Moncitha*, contra Cumberlandiam. *Ricina*, Ptolemæo *Ῥικίνα*, loc. cit. Vectim hanc, quæ in freto est quod inter Hiberniam Britanniamque interfuit, cave cum altera confundas quæ contra id Angliæ latus est, quod Galliæ obvertitur. Limnus Ptolemæo *Λίμνος*, *Andros* *Ἐδρος* dicitur.

dros. Infra vero Siambis,<sup>9</sup> et Axantos. Et ab adverso<sup>o</sup> in Germanicum mare sparsæ Glessariæ, quas Electridas Græci recentiores appellavere, quod ibi electrum nasceretur. Ultima<sup>p</sup> omnium, quæ memorantur, Thule: in qua solstitio nullas esse noctes indicavimus,<sup>q</sup> Cancrî signum<sup>10</sup> Sole transeunte, nullosque contra per brumam dies. Hoc quidam<sup>11</sup> senis mensibus continuis fieri arbitrantur. Timæus historicus<sup>s</sup> a Britannia introrsus sex dierum navigatione abesse dicit insulam Mictim,<sup>t</sup> in qua candidum plumbum proveniat. Ad eam Britannos vitilibus<sup>12</sup> navigiis

//////////

9 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem *Samnis*.—10 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ad Cancrî signum*.—11 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Hæc siquidem Rhod.* xvi. 22. *Hæc quidam* Gronov. et edd. vett.—12 Cod. Dalec. *vitilibus*.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Siambis*] Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. *Amnis*, non *Siambis*.

<sup>o</sup> *Et ab adverso*] Superius memoratæ insulæ contra occidentale Britannia latus sunt positæ: hæ ex adverso, nempe versus ortum, nec jam in eo mari, in quo Britannia est, sed in Germanico, seu parte illa sinus Baltici, quæ Germaniam alluit, supra Dantiscum, ubi insulæ sunt *Oëland* et *Gotland*, Glessariæ dictæ a succino, quod Germanis *Gless* diceretur: id enim tum in iis insulis, tum in opposito Gutonum littore, ubi Dantiscum est, legebatur, ut Plinius docet xxxvii. 11. Hæ duæ Glessariæ superius cap. 27. Austrania Actaniaque appellatæ.

<sup>p</sup> *Ultima*] Hæc iisdem verbis Martianus, loc. cit. et Solinus cap. 22. p. 42. Thule Islandia nunc appellatur, ut recte Cluverius<sup>a</sup> animadvertit, Germ. Antiq. iii. 39. Schetlandiam vult esse Cambdenus, p. 850. at hæc non quinque dierum navigatione a Britannia, ut vult Solinus, immo vix unius, abest: nec senis mensibus dies

ibi, ut in Islandia, et nox vices habent. Neque eos audio qui ante annum Christi 874. nlli cognitam Islandiam aiunt. Fuerit sane hactenus inculta: incognitam fuisse, pernego. Partibus 63. seu gradibus ab Equatore distare Thulen ait Agathemerus Geogr. i. 5.

<sup>q</sup> *Indicavimus*] Lib. ii. cap. 77.

<sup>r</sup> *Hoc quidam*] Quos inter Pomponius Mela, ut diximus cap. 26.

<sup>s</sup> *Timæus historicus*] Hoc loco non *Timæus*, sed *Pytheas*, legit auctor libri de Mensura Orbis Terræ: 'Plinius Secundus,' inquit, 'in quarto libro edocet, quod Pytheas Massiliensis sex dierum navigatione in septentrionem a Britannia Thulen distantem narrat.' Sic Plinius ipse ii. 77. p. 229.

<sup>t</sup> *Mictim*] Quæ sit hæc Timæi Mictis in Germanico mari sex dierum navigatione a Britannia dissita, statui certo non potest.

<sup>u</sup> *Vitilibus*] Vide quæ de iis dicturi sumus vii. 67.



corio circumsutis navigare. Sunt qui<sup>v</sup> et alias prodant, Scandiam, Dumnam, Bergos: maximamque omnium Nerigon, ex qua in Thulen navigetur. A Thule<sup>v</sup> unius diei navigatione mare concretum, a nonnullis Cronium appellatur.

XXXI. (XVII.) Gallia omnis<sup>a</sup> Comata uno nomine appellata in tria populorum genera dividitur, amnibus maxime distincta. A Scaldi<sup>i</sup> ad Sequanam Belgica. Ab eo ad Garumnam<sup>b</sup> Celtica, eademque Lugdunensis. Inde ad

~~~~~

CAP. XXXI. 1 Ita Regg. Brot. Ed. pr. Venett. aliæ vett. ante Harduin. qui e cod. Chiff. recepit, *A Scalde*, eumque secuti Miller. Bipont. et Franz. Mox

NOTÆ

^v *Sunt qui*] Aliorum sententiam prodit, non suam. Scandia certe a Scandinavia, de qua supra, nihil differt. *Δούναυ* insulam juxta Orcadas habet Ptolemæus II. 3. Si Nerigon et Bergos insulas esse, aut a Norvegiæ, celebrique ejus oræ emporio, quod *Berghen* vocamus, differre arbitrati sunt, quid ii voluerint, adhuc obscurum est.

^v *A Thule*] Solinus cap. 22. p. 43. et Martianus loc. cit.

^a *Gallia omnis*] Extra Provinciam Narbonensem. Galbænum, apud Patinum, in Suetonio, p. 345. TRES GALLIÆ.

^b *Ad Garumnam* [*Garunnam*] Eandem Galliæ divisionem servat Mela, sed *Garumnam* vocat, III. 2. 'Regio,' inquit, 'quam incolunt omnis Comata Gallia, populorum tria summa nomina sunt; terminanturque fluviis ingentibus. Nam a Pyrenæo ad Garumnam, Aquitania: ab eo ad Sequanam, Celtæ: inde ad Rhenum pertinent Belgæ.' Ammianus Marcellinus expressius adhuc, atque eo audacius, lib. XV. p. 63. 'Temporibus prisca cum laterent hæ partes ut barbaræ, tripartitæ fuisse creduntur; in Celtas eosdemque Gallos

divisæ, et Aquitanos et Belgas... et Gallos quidem, qui Celtæ sunt, et ab Aquitanis Garumna disternat flumen, a Pyrenæis oriens collibus, postque oppida multa transcurra in Oceano delitescens. A Belgis vero eandem gentem Matrona discernit et Sequana, amnes magnitudinis geminæ.' Tamen ex nominibus et situ Aquitanie populorum, quos Plinius paulo postea enumerat, cap. 33. *Garumnam* (sic enim habent Mss. quos vidimus, et alius e Bibliotheca Divio-Benigniana, et veteres editiones omnes a Romana anni 1470. usque ad Frobenianam: quæ prima *Garumnam* edidit:) *Garunnam*, inquam, appellasse Plinius videtur ipsum amnem Ligirim, ab Andegavensi regione: ubi jam multis auctus magnisque fluminibus, deinceps solus in mare devolvitur, nullo alicujus nominis amne recepto. Noverat is haud dubie, *Garumnam* similiter, qui *Garumna* est in decursu, eodem per leucas quindecim, antequam se in mare exoneret, *Garumnam* desinere appellari, et *Girundam* vocari, ex quo Dordoniam non imparem sibi amnem recepit, et uno decurrere alveo ambò cæperunt. Non hunc igitur intellexit, cum Ga-

Pyrenæi montis excursum Aquitanica,^a Aremorica^d antea dicta. Universam oram XVIII.^e M. pass. Agrippa: Galliarum³ inter Rhenum et Pyrenæum, atque oceanum, ac montes Gebennam et Juram, quibus Narbonensem Galliam excludit, longitudinem DCCCXX.^f M. passuum, latitudinem CCCXVIII. computavit. A Scaldi incolunt extera⁵ Toxandri pluribus nominibus.^h Deinde Menapii,ⁱ Morini,^j Oroman-

Garunnam Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz.—2 Ita Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ita etiam cap. 33. Gronov. et edd. vett. habent *Aquitania*. Mox, '*Arecomica* Vet. sed perperam: veteribus namque Gallis *Ar-emor* 'ad mare' significat teste Camdeno Britan. pag. 20. Vide Pancirol. super notic. II. 86.² *Dalec.* Pro *antea dicta*, quod testatur Chiffi. edd. vett. habent *ante dicta*.—3 Ita codd. Harduini, Chiffi. et Tolet. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *dicta*. *Agrippa universarum Galliarum*, omissis: *oram XVIII. M. pass.* edd. vett. Mox, pro *Juram* codd. Harduini *Juras*.—4 Chiffi. CCCCXXX. edd. ante Brotier. CCCCXX. Mox, pro CCCXVIII. Chiffi. habet CCCXXV. edd. ante Harduin. CCCXIII.—6

NOTE

runnam dixit; siquidem Girunda esset accolis, ut etiamnum est, non Garumna. Sic Danubius longe ante ostia, non Danubius, sed Ister fuit. Sic igitur tecte Plinius innuit, Ligerim circa ostia sua Garunnam fuisse olim ab accolis vocitatum. Nam ab unius fluminis ostio ad aliud ducit mensuras, et fines populorum determinat.⁷ *Ed. sec.*

^c *Aquitanica*] Ita Mss. omnes: ut Belgica, Celtica. Sic paulo ante, *A Scalde*, non *a Scaldi*: mox tamen etiam *a Scaldi*.

^d *Aremorica*] Vox ea veterum Celatarum idiomate maritimam plagam sonat. Est enim hodieque Britonibus Galliae populis *ar mor*, mare. Vide Cambdenum, p. 14.

^e *Universam oram XVIII.*] Hoc eat, decies octies centena millia passuum patere. Vide Notas et Emendationes, num. 109.

^f DCCCXX. [CCCCXX.] Mss. omnes, CCCXX. Missi Theodosii: 'Gallia Comata... juxta Plinium Secundum in quarto libro, in longitu-

Delph. et Var. Clas.

dinem DCCCXX. in latitudinem, CCCVIII.

⁵ *Incolunt extera*] Hoc est, regionem ultra Scaldim, extraque Gallias positam, ad Mosam usque, ubi Antverpia, Brabantiaque universa: ubi oppida Breda, et S. Gertrudis, ut recte vidit P. Ægid. Laccary, Soc. Jesu, de Colonia Gallor. v. 5. p. 259.

^h *Pluribus nom.*] Hoc est, gens una illa Toxandrica plures populos complexa est.

ⁱ *Deinde Menapii*] Jam hi deinceps citra Scaldim. Et Menapii quidem Morinis confines, juxta mare, non Plinio modo, sed etiam Straboni, lib. IV. p. 194. *Τοῖς Μεναπίοις ὁ ἐπὶ τῷ θαλάττῳ Μορινοί.* Tacitus quoque, Hist. IV. p. 94. 'A Rheno venientes transire Mosam jubet, ut Menapios et Morinos, et extrema Galliarum quaterent.' Menapii igitur ibi fuere, etsi aliter alios sentire scio, ubi nunc Flandria est, oppida Brugæ, Gandavum, Ipræ.

^j *Morini*] 'Extremique hominum Morini' Virgilio appellati. Ut Ar-

Plinius.

3 G

saci^k juncti pago, qui Gessoriacus vocatur: Britanni,⁶¹ Ambiani,^m Bellovaci.ⁿ Introrsus^o Castologi,^{7p} Atrebatas,^q Nervii^r liberi, Veromandui,^s Sueconi,^t Suessiones^u liberi,

Cod. Dalec. et Vet. ejusdem *externi*.—6 Quidam ap. Dalec. legunt *Brinanni*. Mox, *Bellovac*, *Hassi* edd. vett. post Frobenium. *Bellovac*, *Bassi* Venett. Parm. et Chiff. *Bassi*, vel *Hassi* non agnoscunt codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *Bellovac*, [*Hassi*.] Franzius.—7 *Castulugi* nonnulli codd. ap. Brotier. *Cathoslogi* Reg. Brot. 5. Mox, *Succoni* nonnulli ap. Brotier, cui corruptum nomen videtur, et repetitum e sequenti *Suessiones*. Regg. Brot. *Succuconi*. Paulo post, *Ubanectes* Gronov. et quædam aliæ edd. ante Harduin. Deinde, pro *Sunici* edd. vett. ante Harduin. *Rinuci*; margo

NOTE

morici, ita et Morini a voce Celtica *Mor*, quæ mare significat, quasi Maritimi, nomen habuere. Megapili, ut vidimus, ab ortu confines: Ambianis, ab occasu, apud Ptolem. II. 9. qui Morinorum civitatem mediterraneam ait fuisse *Táποβαρρον*, olim *Terouanne*: navale Gessoriacum, ut vidimus sup. cap. *Bologne*.

^k *Oromansaci*] Et oratione ejusmodi colligi potest, aut Oromansacos clientes, partemque Morinorum, proximos fuisse pago Gessoriaci, aut certe potius eos ac Gessoriacenses unum eundemque pagum, nimirum Gessoriacensem, constituisse: *le Boulenois*. In Mss. *Oromarsaci*. Audax conjectura illius qui legendum suspicabatur, *Prom*. *Iccii*, *junctum pago*, &c.

¹ *Britanni*] Ita libri omnes. Hi inter Gessoriacenses Ambianosque medii, in ora similiter positi, ea loca tenere certe, ubi nunc oppida Stapulæ, Monstrolium, Hesdinium, et adjacentem agrum Ponticum, *le Ponthieu*, ad Somonam amnem. Quamobrem et hi pars Morinorum fuerint sane, si fides habenda auctori Libelli Provinciarum Romanarum, apud quem legitur, 'Civitas Morinum, id est, Ponticum.' Sed recentem fetum esse nugatoris alicujus, qui vetustum

scriptorem inepte simulet, egregie docuit P. Philib. Monetus, in Geogr. Galliæ, pag. 421. Cluverius Germ. Antiq. II. 27. hic *Briannos* legi mavult.

^m *Ambiani*] Aquis Somonæ clari amnis abluuntur: habent oppida, Ambianum, et Abbatis-villam.

ⁿ *Bellovac*] Horum late quondam regio patuit, ab oppido usque mediterraneo Beluaco, *Beauvais*, ad oceanum littus, ubi Aucum, *Eu*, et Deppæ, *Dieppe*. Vide Notas et Emend. num. 110.

^o *Introrsus*] Hactenus igitur recensiti populi oram tennere: mediterranea, qui deinceps appellandi sunt.

^p *Castologi*] Mss. omnes, *Catuslugi*. Libentius *Catalauni* agnoverim, *Chalons sur Marne*: quos in Belgica merito collocat Antoninus, et Durocatelaunos vocat.

^q *Atrebatas*] *L'Artois*.

^r *Nervii*] Cæsari Bell. Gall. lib. II. pag. 25. Nervii dicuntur Atrebatibus Veromandisque finitimi. Unde colligas pagi Nerviorum locum præcipuum fuisse, non Tornacum, ut vulgus putat, sed Cameracum, quod ab Atrebatum Nemetaco, XIV. M. P. ab Augusta Veromanduorum abest XVIII. M. Liberi porro dicuntur, hoc est, pon, ut ceteri, vectigales:

Ulmanetes^v liberi, Tungri,^w Sunuci,^x Frisiavones, Betasi, Leuci^y liberi, Treveri liberi antea,^z et Lingones^a fœderati, Remi^b fœderati, Mediomatrici,^c Sequani,^d Raurici,^e Hel-

edd. Dalec. et Gronov. *Runici*.—8 *Mediomatrices* margo edd. Dalec. et Gro-

NOTÆ

et suis, non Romanis, utentes legibus.

^v *Veromandui*] Quorum sedes Augusta Veromandunorum, apud Ptolem. II. 9. nunc Fannum S. Quintini, uti ex Sigeberti, aliorumque indubitatis testimoniis colligit Claud. Hemeræus in libro, cui titulus, Augusta Veromandunorum, I. 12. etsi aliter Cluverio visum est. Nomen tamen retinet circumjectus ager, *le Vermandois*.

^w *Sueconi*] Ita libri quidem omnes: at sequentis vocis corrupta quædam repetitio ea esse videtur, cum de Sueconis ceteri sileant.

^x *Suessiones*] *Le Soissonnois*.

^y *Ulmanetes*] Eorum urbs præcipua Sylvanectum *Sentis*. Vide Notas et Emend. num. 111.

^w *Tungri*] Ubi nunc Leodium, Namurcum, Limburgum, et ipsa quæ nomen hodieque retinet, Tungrorum civitas.

^x *Sunuci*] Ita Mss. omnes, non *Runici*. Qui porro Sunnucorum, Frisiabonum, Betasorumque sedes ultra Rhenum quærant, qui Belgicæ Galliæ fines fuerint, quibus hi omnes continebantur, ignorant. Nervios Betasiosque Tacitus simul jungit, Hist. IV. p. 103. et 108. 'Occupatis,' inquit, 'Sunicis, Claudius Labeo Betasiorum, Tungrorumque, et Nerviorum tumultuaria manu restitit, fretus loco, quia pontem Mosæ fluminis anteceperat.' Quo ex loco Sunucis Luciliburgensem, seu Lucemburgensem, Betasis Juliacen-

sem, Frisiabonibus, qui medii interjacent, Limburgensem Ducatum fidenter ascribimus. Apud Gruter. pag. 520. reperta Moguntiae inscriptio, BETASII. CIVES.

^y *Leuci*] Oppidum habuere Tullum, Τούλλον Ptolemæo II. 9. hodie *Toul*. 'Est apud Tristanum, tom. III. p. 143. Postumi Augusti nummus, in quo Hercules stans clavam demissam dextra tenet, sinistra oleam elatam, brachio eodem gestat leonis exuvias. Inscriptio: HERCVLEM. Nulli dubitamus, quin sententia sit: 'HERCULI Consecratam Voluit Leucorum Esse Metropolim:' nempe Postumus Augustus in priore nummi area pictus. Unde intelligitur, quam Galliæ Belgicæ partem inprimis administrandam Postumus a Senatu acceperit.' *Ed. sec.*

^z *Treveri liberi antea*] Ademptum iis jus libertatis ævo suo innuit; restitutum postmodum, Flavius Vopiscus in Floriano. Vespas. nummus in Thea. Goltzii, COL. AVG. PAT. TREVIROR. et Inscript. apud Gruter. p. CXI. et 225.

^a *Lingones*] Tacit. Hist. I. pag. 27. 'Otho Cæsar Lingonibus univærsis civitatem Romanam dedit.' *Les Langrois*. Oppidum, *Langres*.

^b *Remi*] *Les Remois*. Oppidum, *Reims*. Fœderatorum porro populorum potior, quam liberorum conditio fuit: neque enim qui liberi erant, iidem continuo fœderati.

^c *Mediomatrici*] Ptolem. II. 9. Μεδιόματρικες. Tacito Hist. I. p. 23. et IV.

vetii.^f Coloniae : Equestris,^g et Rauriaca. Rhenum autem accolentes, Germaniae gentium in eadem^h provincia, Nemetes,ⁱ Triboci,^j Vangiones :^k hinc Ubii,^l Colonia Agrip-

nov.—9 'Ita bene cod. Reg. 1. et Editio princeps. Nunc le Diocese de Strasbourg.' Brotier. 'Tribocci, Elsatia hodie.' Dalec.

NOTÆ

p. 108. 'Mediomatrici.' *Le pays Messin.* Oppidum, *Mets*.

^d *Sequani*] Quorum oppidum apud Ptolem. II. 9. *Obiorior*, *Besançon*: ditio ad Basileam usque appositam Rheno pertinuit.

^e *Raurici*] Quorum mox dicenda Colonia Rauriaca: iidem 'Rauraci' alias appellati. Inscriptio Gruteri, pag. 339. L. MVNATIVS. L. F. PLANCVS. COS. . . IN. GALLIA. COLONIAS DEDVXIT. LVGVNVM. ET. RAVRICAM. Tiberii nummus, apud Goltz. p. 237. COL. AVGVSTA. RAVRACOR. Nunc vicus ignobilis, *Augst*, a Basilea VI. M. P. non ipsa Basilea, ut quibusdam visum. Civitatem Basileensem a Castro Rauracensi distinguit Libellus Provinciarum Gall.

^f *Helvetii*] Qui Cæsari, Plinio, ceterisque vetustioris ævi scriptoribus Helvetii vocitantur, hos posterior ætas Sequanos appellavit. Tenuere ii quicquid fere a Dola Lugdunum usque inter Ararim Rhodanumque terrarum interjacet. Quos Galli *Suisse*s appellitant, ultra Jura montem, Belgicæque Galliæ limites positos, ii sibi quidem Helvetiorum nomen asciscunt: veterum sedes non habent. Eutropius lib. VI. pag. 392. de Cæsare: 'Is primo vicit Helvetios, qui nunc Sequani appellantur.' Vide Nic. Chorier Hist. Delphin. lib. I. pag. 10.

^g *Equestris*] Ptolemæo quoque 'E-kouevrpls in Sequanis collocatur, II. 9. Id nomen habet fortassis ab Equitibus Limitaneis eo deductis. Apud

Gruter. p. 468. reperta inscriptio in pago *Versoye* agri Genevatis, COL. EQ. In libello Prov. Galliarum, 'Civitas Equestrium,' id est, *Neviduno*. Unde *Nion* esse colligunt, Guillimanus, Cluverius, Monetus, ad Lemannum lacum.

^h *In eadem*] Galliæ Belgicæ contributi.

ⁱ *Nemetes*] *Némpres* Ptolem. II. 9. In libello Prov. Civitas Nemetum Spira, *Spire*.

^j *Triboci* [*Tribochi*] *Τριβοχοι* Strab. lib. IV. pag. 194. Ptolemæo loc. cit. *Τριβοκχοι*. Tacito Hist. IV. p. 108. *Triboci*. Inter Vangiones, et Rauracos a Ptolemæo positi, atque adeo in superiore Alsatia, ubi nunc Colmaria est: non ad Moguntiam, ut aliis visum, quod oppidum longe ab hoc tractu summovet Ptolemæus.

^k *Vangiones*] Quorum urbs præcipua apud Ptolem. loc. cit. Argentoratum. De his Lucan. I. 430. 'Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis Vangiones.'

^l *Hinc Ubii*] Rheni fontibus, inquit, superius memorati: hi deinceps ostiis propiores, quorum primi Ubii, et in iis Colonia Agrippinensis: de qua Tacitus Annal. XII. p. 179. 'Agrippina,' conjux Claudii, Neronis mater, 'quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, Veteranos, coloniamque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius.'—'Verius arbitramur ab Agrippina priore, Germanici Cæsaris com-

pinensis, Guberni,^m Batavi, et quos in insulis diximus^a Rheni.

XXXII. (XVIII.) Lugdunensis Gallia habet^a Lexovios,^b Vellocasses,^c Galletos,^d Venetos,^e Abrincatuos,^f Osismios:^g flumen clarum Ligerim. Sed peninsulam spectatorem excurrentem in Oceanum a fine^h Osismiorum circuitu DCXXV. M. pass. cerviceⁱ in latitudinem CXXV. M.

CAP. XXXII. 1 *Bellocassios*, *Calletes* margo edd. Dalec. et Gronov. Mox, *Ambilates* pro *Abrincatuos*, Cæs. *Ossismos* Chiffli. et paulo post in eodem *Ossis-*

NOTÆ

juge, datum id ei coloniz nomen esse; quoniam veluti Mater Castellorum procurabat ex eo tractu annuam militibus, qui merebant in exercitu mariti sui: quamobrem et laureato capite pingitur in Achate Tiberiano. *Ed. sec.* Vetus inscriptio in Orthogr. Aldi: COL. CLAVD. AVG. AGRIPPINENSIVM. Falsa.

^a *Guberni*] Inter Ubios, Batavosque: igitur ii sunt, qui Clivienses hodie appellantur. Tacitus hos Cugernos vocat, Hist. v. p. 119. et 120. quos pariter cum Batavis jungit.

^a *Et quos diximus*] Cap. 29.

^a *Gallia habet*] In ora primum positas gentes enumerat: mox mediterraneas.

^b *Lexovios*] Λεξόβιοι Ptolem. II. 8. *Lisieux*, in Neustria.

^c *Vellocasses*] Ptolemæo loc. cit. Ὀβελιωκαστοὶ μέχρι τοῦ Σηκοῦνα, usque ad Sequanam, quorum oppidum Πατόμαγος, vel ut in Ms. nostri Parisiensis Collegii, Πατόμαγος, Rouen, Neustriæ nunc caput. Frustra sunt Pithæus, Scaliger, aliique, qui Baiocasses hic signari putant. Caletos jungit cum Vellocassibus Cæsar Bell. Gall. II. p. 21.

^d *Galletos*] Ita libri omnes. Καλέταλ a Ptolemæo appellantur, loc. cit. cum oppido Τουλιάβονα, citra Sequa-

nam, ad oram oceani positi. Oppidum tamen ipsum in ulteriores Sequanæ ripa situm est, unde et Caletensium nomen ultra eum amnem posterior ætas transtulit. Nam Siebertus ad annum 1163. 'Julia bona,' inquit, 'in Caletensi pago, juxta Sequanam est.' *L'Islebonne*.

^e *Venetos*] *Les Vannois*. Oppidum, *Vannes*, in minore Britannia. Ab his profectos qui Venetias in Italia condiderunt, Strabo existimat, lib. IV. pag. 195.

^f *Abrincatuos*] Hos a Britonum finibus annis Coëtnus, *Coëmon*, disteminat. Oppidum *Abrincæ*, *Auranthes*.

^g *Osismios*] Mss. *Ossismos*. At Ptolemæo, loc. cit. Ὀσισμοί. Oram omnem Aremoricæ septentrionalem ii tenuere. Post arctioribus clausi limitibus: ubi S. Pauli Leonensis oppidum. In Parlamento Alani Ducis, an. 1088. 'Osismii, sive Leonia.'

^h *A fine*] Ubi nunc S. Maclovii oppidum: inde enim circuitus initium ducitur: hic finis Osismiorum fuit.

ⁱ *Cervice*] Sic isthmum vocat, quæ capitis instar reliquæ continenti Galliæ, seu corpori, adhæret, atque annectitur. Ita cap. 5. 'Angusta cervice Peloponnesum continet Hellas.'

Ultra eam Nannetes.^j Intus autem^k Ædui² foederati,^l Carnuti^m foederati, Boii,ⁿ Senones,^o Aulerci, qui cognomi-

morum.—2 Ita Reg. Brot. 1. et antiquiss. edd. *Hedui* Gronov. Dalec. Har-
duin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Esui* Vet. Dalec. Mox, *Carnutes* fæde-

NOTE

^j *Nannetes*] *Les Nantois*. Oppidum, *Nantes*.

^k *Intus autem*] Jam hi Galliæ Lugdunensis mediterranea obtinent, quorum alii aliis longius a mari secedunt.

^l *Ædui* [*Hedui*] *fœderati*] 'Sic in nummo argenteo sæculi XII. apud Paulum Petavium: † HEDVA XPI CIVITAS. 'Hedua Christi civitas.' In aversa parte: † MONETA SCI NAZARII. 'Moneta Sancti Nazarii.' Ex ea causa in nummis antiquioribus sub Principibus Christianis THEVP et ΘΥΠΟΑ: hoc est, *Theopolis*, Θεοῦ πόλις scribitur. In nummis priorum temporum id nomen semper scribitur per E. In nummo aureo e Cimelio Serenissimæ Ducissæ Aurelianensis; DIVI IVLI F. PER III VIR RPC. caput Octavii Cæsaris laureatum cum Solis sidere. In alio similiter aureo, Romæ, e cimelio Cardinalis Davia, DIVI IVLII F. TER III VIR. RPC. In aversa utriusque area, mediam trajiciente titulo, M. AGRIPPA COS. DESIG. In priore lege, 'Divi Julii filius Protector Eduæ Restitutæ, Triumvir reipublicæ constituendæ.' In altero, 'Tutator Eduæ Restitutæ.' In argenteo nummo Carausii Augusti, VICT. CEA VICTORI Carausio *Edua Augusta*, subintellige, trophæum erexit, quod pictum in area nummi est. Cave credas D. Bandurio, ex falsa alterius relatione aienti, scriptum esse in hoc numismate, VICTORIA CEA. Oxonii asservatur, in Bibliotheca Bodleiana. In nummo singulari e cimelio quondam Reginæ Christinæ; D. N. PLA.

VALENTINIANVS. SPE. AVG. 'Dominus noster Placidus Valentinianus Senator perpetuus Eduæ AVGUSTÆ.' Caput tectum pileo, cum veste Senatoria. X. PLACEAS PETRI. Hydraulus, ex quo aquæ effluunt, apposita juxta statua Apollinis, 'PLACIDUS Cæsar Eduensi Apollini Sonorum Posuit Effluvium, Tutatori Romani Imperii.' Aut verius, quia simplicius: 'Eduensi Apollini, Servatori populi Ednorum, Tutatori,' &c. De templo Apollinis in civitate Edua, vide Eumenium in oratione pro scholis instaurandis, et in Panegyrico. Non est hic Valentinianus Constantii et Placidie filius; sed ab eo alius, quæ in Opere de Numismatibus Sæculi Theodosiani nondum edito indicamus. Nummi sunt alii Eduæ percussi, plusquam trecenti. In vetere codice Dalecampius se legisse dicit: *Esui*, haud dubie pro *Edui*. Ed. sec.—Ptolem. II. 8. Αἰδοῦν. Et inscriptio vetus apud Gruter. p. 371. ÆDVI. Straboni tamen, lib. IV. p. 192. Ἐδοῖον. *Hedui* Cæsari lib. VII. p. 103. Tacitus Annal. XI. p. 164. 'Primi *Edui* Senatorum in Urbe jus adepti sunt. Datum id fœderi antiquo: et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Rom. usurpant.' Horum oppidum Bibracte fuit, idemque Augustodunum dictum, *Autun*.

^m *Carnuti*] *Carnuteni*, in Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. *Le pays Chartrain*.

ⁿ *Boii*] Boii hodie Borbonienses, a Borbonio Archembaldi castello. Sunt et Molinæ Borbonensium, *Moulins*.

^o *Senones*] Nota horum deinceps

nantur Eburovices, et qui Cenomani, Meldi liberi, Parisii, Trecasses, Andecavi, Viducasses, Bodiocasses,³ P Unelli,⁴ Cariosvelites,⁵ Diablindi,⁶ Rhedones, Turones, Atesui,⁴ Secusiani liberi, in quorum agro colonia Lugdunum.^a

rati in eodem Vet. et paulo post, et qui nominantur.—3 Edd. vett. et Gronov. *Vidugasses, Vadicasses*; Chiffi. *Viducasses, Vadiocasses*. Gallandus in Epistola Huetio, Misc. Obs. tom. ix. p. 296. de h. l. ita scribit: 'Meum est tibi enotare, pro *Vadicasses* legi *Vadiocasses* in Ms. Vesuntino, quod et vetustate et integritate palmam præripit sex manuscriptis a Dalecampio adhibitis. Lectioni autem Ms. hujus, quod præ ceteris vel maxime sequendum judico, ideo inhæreo, quia ad *Bajocam* propius, quam *Vadicasses*, quod longius abit a scriptura, accedit. Neque enim concipere possum, nomina *Viducassium* et *Vadicassium* inter se non differre, posterinsque ex margine in textum irrepsisse: cum utrumque dent quinque manuscripta, et insuper sextum veram exhibeat lectionem vocis *Vadicasses*, pro illo *Vadiocasses* substituens.' De his vocibus vid. plura ibid. Pro *Andecavi*, quod exhibet Reg. Brot. 1. *Andegavi* dant edd. ante Brotier. Mox, *Coriosvelites* Reg. Brot. 1.—4 *Itesui* edd. vett. ante Harduin.

NOTÆ

oppida: Senonum, *Sens*: Eburovicum, *Ebreux*: Cenomanorum, *Κενομανῶν* *Ἀδελφικίων*, Ptolemæo II. 8. *le Mans*. Aulerci Eburovices apud Cæsarem Bell. Gall. lib. III. p. 36. et in nummo Gallorum vetere, tum in Museo nostro, tum apud D. de Bouteroue de Monet. Gall. p. 41. *AVLERCO EBVROVICES*. Deinde Meldorum civitas, *Meaux*. Parisiorum ea ætate oppidum *Lutetia*, ut Cæsar loquitur Bell. Gall. lib. VII. p. 96. 'positum in insula fluminis Sequanæ:' nunc Gallici Imperii caput. Trecassium, seu Tricassinorum, *Trecæ*, *Troyes en Champagne*. Andegavorum, *Angers*. Viducassium, *Βιδουκασίων*, quos inter Unellos et Osismios Ptolemæus collocat, si tamen iidem sunt, Dinantum in minore Britannia.

³ *Bodiocasses*] Ptolem. II. 8. *Ὀβადικάσσιοι*, post Meldas, versus Belgicam, *πρὸς τῇ Βελγικῇ*, ubi nunc Theodorici castrum, *Château-Thierry*. Vide Notas et Emend. num. 112.

⁴ *Unelli*] Ptolemæo, loc. cit. *Ὀβέλαιοι*, haud procul Osismiis collocantur. Cæsar, Bell. Gall. lib. II. p. 30.

'Crassum,' inquit, 'miserat ad Venetos, Unellos, Osismios, Curiosolitas.' Quibus ex verbis minori Britanniae Unellos esse accensendos liquet.

⁵ *Cariosvelites*] Cæsari loc. cit. *Curiosolites*: quorum oppidum, unde nos sumus, Corisopitum *Quimper*, quæ vox Britannica lingua oppidum muris cinctum significat.

⁶ *Diablindi*] Libellus Provinc. Civitas *Ossismiorum*. Civitas *Diablintum*, in Prov. Lugd. tertia. *Διαβλίντου* Ptolemæo dicuntur, II. 8. in mediterraneo Galliae Lugd. multo Venetis orientiores, ut habet codex Palat. at vetustiss. codex Collegii nostri Paris. *δυσημικώτεροι*, occidentiores, habet, ut et vulgati libri. Quare de eorum sede ampliandum censeo. Rhedones, Turonesque sat cogniti.

⁷ *Atesui*] Sic Mss. habent omnes, non *Itesui*. Sed neutram vocem, nusquam reperiens, probō. Quid si scribatur, *Item Secusiani liberi*, quasi revocans orationem ad Secusianos nunc commemorandos, quos suo loco et ordine prætermiserat? Segusianos ho-

XXXIII. (XIX.) Aquitanicæ sunt Ambilatri,^a Anagnutes, Pictones,^b Santones liberi: Bituriges^c liberi cognomine Ubisci: Aquitani,^d unde nomen provinciæ, Sediboniatæ. Mox in oppidum contributi Convenæ,^e Begerri,^f Tarbelli^g

CAP. XXXIII. 1 'Lege *Ambilates*, putoque vocem hanc tractam e superiori capite huic insertam imprudentia.' Dalec. Mox, *Aginnates*, P. S. liberi, *Bituri cognomine*, &c. Chiffi. *Santones liberi, cognomine Ubisci* edd. vett. et Gronov.—2 *Turbeli* Gronov. et mox in eadem: *Cocossates, Sexsignani distinctim. Cocossates* etiam edd. ante Brotier, qui e cod. Reg. 2. edidit *Cocossates*. Paulo

NOTÆ.

die *Foresiens* vulgo appellant: oppidum, Forum Segusianorum, *Feurs*: agrum circumjectum, *le pays de Forests, la Lyonnaise*.

^a *Lugdunum*] *Lion*. Nic. Chorier, Hist. Delphin. lib. II. pag. 96. a *Lut*, quod populum Celtarum lingua sonat, et *Dun*, montem, vocis *Lugduni* originem repetit: quasi montis incolas ea vox significet. Aliam ejus nominis originationem ridet, quam apud Plutarchum Clitophon affert.—'Neutra nobis placet. Verius arbitramur *Lugdunum* emollitam vocem esse pro *Lucudunum*: quod lucum montis significat. Propterea enim in nummo vetere Rodulphi regis *LVCVDVNVS* scribitur. Nam quod in nummo M. Antonii legitur *LVGDVNI*, non ibi urbs *Lugdunum* est, sed primæ sunt literæ totidem vocum, a nobis superius explicatæ, III. 23.' Ed. sec.—De Colonia *Lugdunensi* superius inscriptionem ex Grutero retulimus.

^a *Ambilatri*] *Ambilates* jungit cum *Nannetibus* Cæsar Bell. Gall. lib. III. p. 34. *Anagnutes* ii esse videntur, qui *Artemidoro* apud *Stephanum* dicuntur *Ἀγνῶτες ἔθνος Κελτρικῆς παρὰ Ἰλλυριῶν*. Ambo inter *Nannetes* et *Pictones* sedes habuere.—'Notabile interim est, quod cum in Belgica cap. 31. tres sint populi fœderati, *Lingones*, *Remi*, *Treveri*; in *Lugdunensi* duo, cap. 32. *Carnuti* et *He-*

dui; in *Aquitania* nulli sint.' Ed. sec.

^b *Pictones*] *Les Poictevins*, oppidum, *Poitiers*. *Santonum*, *Saintes*: incolæ, *les Saintongeais*. *Priores* pariter liberos fuisse *Lucanus* innuit, IV. 436. 'Pictones immunes subigunt sua rara.'

^c *Bituriges*] *Les Bourdellois*: oppidum, *Bordeaux*. *Ptolemæo* II. 7. *Βιτρούργες οἱ Οὐβίσκοι*. *Gruteri* Inscriptio, p. 227. AVGUSTO. SACRVM ET. GENIO. CIVITATIS. BIT. VIV. Falsa.

^d *Aquitani*] Ab aquis salubribus, quibus ea regio scatet, ubi ubi eæ fuerint, unde hæc primum appellatio cæpit, et *Aquitanorum* istorum cognomen, *Sediboniæ* nuncupatæ.—'Fuere ii ubi nunc est *Vasconia* peculiaris dicta, *la Gascogne particuliere*, ubi *Aturensium* civitas, *Arie en Gascogne*.' Ed. sec.

^e *Convenæ*] Ex eorum oppidi nominis excitatum S. *Bertrandi* fanum, S. *Bertrand de Cominges*.

^f *Begerri*] *Bigerriones* Cæsari Bell. Gall. lib. III. pag. 38. *Les Bigarrats*. Oppidum *Tarbe*: quod *Tarbellorum* esse, de quibus mox dicemus, cave existimes.

^g *Tarbelli*] Videntur hi a Romanis *Quatuorsignani* cognominati, ut et *Cocossates* *Sexsignani*, quod hi sex signa militum apud se habent n

Quatuorsignani, Cocosates Sexsignani, Venami, Onobrisates, Belendi,^b saltus Pyrenæus. Infraque Monesi,ⁱ Oscidates^{3 j} montani, Sibyllates,^k Camponi,^l Bercorcates,^m Bipeditumui, Sassumini, Vellates,ⁿ Tornates, Consoranni, Ausci, Elusates, Sottiates,^o Oscidates campestres, Succasses,^p Tarusates,^q Basabocates,^r Vassei, Sennates,^s Cambolec-

post, *Olobrisates* Vet. Dalec.—3 *Osquidates* edd. ante Brotier. *Oscidates* Regg. Brot. et Colb. Mox, *Sibusates*, pro *Sibyllates*, Cæsar. *Pimpedunni*, *Lassunni* Chiffi.—4 *Latusates* Gronov. et edd. vett. Mox in iisdem: *Cambolectri*, *Ag-*

NOTÆ

præsidio, illi quatuor. Horum oppidum Aquæ Tarbellicæ, *Aqqs*, sive *Dax*. Vide inferius, xxxi. 2. Cocosatum apud Cæsarem mentio, loc. cit. Venamorum, Onobrisatumque, nusquam: omnium perinde situs incertus.

^b *Belendi*] Superest ejus nominis vestigium in pago *Belin*, ad amnem *Leriam* in agro *Boiorum*, cui agro nomen est hodie *le Buch*. Ita *Vales*, in *Notit. Gall.* p. 524.

ⁱ *Monesi*] *Moneins*, inquit idem *Vales*, locus est hodieque hand ignobilis in *Benearnensi* agro: cujus forte incolæ *Monesi* dicti.

^j *Oscidates* [*Osquidates*] Hi montani, mox etiam alii dicti *campestres*, a situ dispari. Forte sunt *Adrioi* *Ptolemæi* ii. 7. inter *Gabalos*, et *Auscitanos*. In *Mss. Reg. et Colb. Oscidates*.

^k *Sibyllates*] Ita libri omnes, Cæsar *Bell. Gall.* lib. iii. 38. inter *Garumnos*, et *Cocosates*, *Sibutzates* locat: quos *Valesius* in *Notit. Gall.* p. 514. inter *Aquas Tarbellicas*, et *Baionam*, ait sedes olim habuisse, ubi nunc locus retinet nomen *Saubuse*, ad *Aturum* amnem.

^l *Camponi*] Locus *Campan* in *Bigerriionibus*, quod a *Papirio Massono* describitur, in *Geogr. Franc.* p. 513. ut similitudinem vocis, sic veterum

incolarum sedem forte refert.

^m *Bercorcates*, &c.] Prorsus ignotæ gentes. In *Mss. Reg. Colb. et Chiffi. Pimpedunni, Lassunni*.

ⁿ *Vellates*] *Ptolemæo* ii. 7. *Ὀβέλαιοι*, inter *Auscios* et *Ruthenos*. *Tornates* ejus loci incolæ ait fuisse *Valesius*, cui loco nomen hodieque *Tournay*, in *Bigerriionibus*. *Conсорanno*rum oppidum, *Couserans*. *Auscorum*, ut Cæsar, sive *Ausciorum*, ut *Ptolemæus* maluit, *Augusta*, *Ausch*. *Elusatium*, *Elusa*, *Euse*, vel *Eause*, in *Comitatu Armaniacensi*: hæc *Rufini* patria, quem *Claudianus* acri carmine insectatur. Inscriptio apud *Gruter.* pag. 708. *CIVI. ELVSENSI*. Apud Cæsarem *Bell. Gall.* lib. iii. p. 39. 'Flus-tates,' pro 'Elusates,' ut alii ante nos viderunt.—'In concilio *Arelatensi* i. 'Mamertinus *Episcopus*, de civitate *Elosatium*.' In *Agathensi* 'Clarus *Episcopus* de civitate *Elusa*.' Ed. sec.

^o *Sottiates*] Ita libri omnes. Cæsar, *B. G.* lib. iii. pag. 37. *Sontiates*. Nunc est *Soz* in *Novempopulania*, et *Auscorum* *Diocæsi*. *Oihenart*. in *Notit. Vascon.* p. 446.

^p *Succasses*] *Succassium* appellationem servat pagus *Secas*, inter *Garumnæ* *Leriamque* amnes, leucis ab urbe *Burdigalensi* tribus. Auctor *Valesius*, p. 524.

^q *Tarusates*] *Le Diocèse d'Aire*.

tri⁴ Agesinates Pictonibus juncti. Hinc Bituriges⁵ liberi, qui Cubi appellantur. Dein Lemovices,⁷ Arverni liberi,⁸ Gabales.⁵ * Rursus Narbonensi provinciæ contermini Ruteni,⁶ Cadurci,² Antobroges,³ Tarneque^b amni discreti a Tolosanis Petrocori. Maria circa^c oram: ad Rhenum septemtrionalis oceanus, inter Rhenum et Sequanam Britannicus, inter eum et Pyrenæum Gallicus. Insulæ com-

sinates distinctim.—5 *Gabali* margo edd. Dalec. et Gronov. Vid. xi. 97.—6 *Rutheni* Gronov. Mox: *Cadurci: Ninobriges Tarne amne discreti a Tolosanis. Petrocorii*, &c. Jos. Scaliger. *Cathurci* . . . *Petrogori* edd. vett. et Gronov.

NOTE

Vide Notas et Emend. num. 113.

¹ *Basabocates*] Ita libri omnes. Hi Cæsari 'Vocates' dicti B. G. lib. iii. p. 38. 'Vocates,' inquit, 'Tarusates, Elusates.' Mox *Vasatæ Basatæque*, iidem appellati *Bazas*. Vide Notas et Emendationes num. cit.

² *Vassei, Sennates*] Forte *Vasarii*, *Οὐαρδίοι*. Ptolem. iii. 7. *Gabalus* proximi.

³ *Cambolectri*] Hi cognomine Agesinatum, ab aliis *Cambolectris* distinguuntur, qui Atlantici cognominantur, in Narbonensi, ut diximus iii. 5. Hos esse Incolimenses credimus, *les Angoumoisins*.

⁴ *Hinc Bituriges*] Nam et gentes eæ quæ Ligeri amne, et Garumna, oceanoque clauduntur, debent Aquitanicæ accenseri. Horum nobilissimi Bituriges, *les Berruyers: Βιτρούργες οἱ Κοῦβοι* Ptolem. iii. 7. Ager *le Berri*: oppidum Avaricum, *Bourges*. Ibi reperta inscriptio, quam Reinesius affert, p. 121. FLAVIA. CVBA. FIRMANI. FILIA. COSOSO. DEO. MARTI. SVO . . .

⁵ *Dein Lemovices*] *Les Limosins*: oppidum, *Limoges*.

⁶ *Arverni liberi*] Lucan. i. 427. 'Arvernique ausi Latio se dicere fra-

tres.' Hodie, *les Auvergnats*. Oppidum, *Clermont en Auvergne*, Clarus Mons, qui prius Nemossus appellabatur. Vide Sirmond. in notis ad Goffrid. p. 92.

⁷ *Gabales*] Sic libri omnes. *Le Givaudan*. Civitas Gabalorum in eo stetit loco, ubi nunc oppidulum *Iavoux*, a Mimate, *Mande*, lencis quatuor dissitum. Ita G. de Catel, Hist. lib. ii. p. 306.

⁸ *Ruteni*] De his egimus iii. 5. Strabo lib. iv. p. 191. *Ρούτηνοι δὲ καὶ Γαβδαῖς τῇ Ναβάρρῳ ἐνδὲ πλεονεχέουσι*.

⁹ *Cadurci*] *Les Quercinois*. Ager, *le Quercy*. Oppidum, *Cahors*.

¹⁰ *Antobroges*] Sic libri omnes, a quibus discedere mihi religio est. Nitiobriges signari puto, quorum oppidum apud Ptolem. iii. 7. Aginnum est, *Agen*: regio circumjacens, *l'Agennois*.

¹¹ *Tarneque*] Tolosanum certe a Petrocoris Tarnis amnis determinat, sed interjacentibus Tarnem inter et Petrocoros Cadurcis. Nomen amni, *le Tarn*. Petrocoriis, *Perigourdiens*. Agro, *Perigort*. Oppido, *Perigueux*.

¹² *Maria circa*] Maria quibus ora Galliarum alluitur.

plures ^d Venetorum, quæ et Veneticæ appellantur, et in Aquitanico sinu Uliarus.⁷ ^e

XXXIV. (XX.) A Pyrenæi promontorio Hispania incipit, angustior non Gallia modo, verum etiam semetipsa,^f ut diximus, immensum quantum hinc oceano, illinc Iberico mari complimentibus. Ipsa Pyrenæi juga, ab exortu ^g æquinociali fusa in occasum brumalem, breviores latere septemtrionali ^h quam meridiano Hispanias faciunt. Proxima ora citerioris ⁱ est, ejusdemque ⁱ Tarraconensis situs: a Pyrenæo per oceanum,^j Vasconum saltus: Olarso: ^k Vardulorum ^l oppida: Morosgi, Menosca, Vesperies, Amanum portus, ubi nunc Flaviobriga ^m colonia. Civitatum IX.ⁿ

—⁷ Uliarus cod. Dalec. et Fuxense exemplar.

CAP. XXXIV. 1 Cod. Dalec. ejus quoque. Mox, situs consistit a Pyrenæo

NOTE

^d *Insulae complures*] Sunt ferme ducentæ, desertæ et incultæ. Præstantissima in alto Calonesus, Καλόνησος, Belle-Isle. Describitur a Papiro Massono, p. 139.

^e *Uliarus*] A Sidonio Epist. VIII. 6. ad Nammac. 'Olarionensis insula.' Oleron.

^f *Semetipsa*] Nempe ubi cuneatur angustiis inter duo maria, unde deinde paulatim se pandit versus ulteriorem Hispaniam, ut dictum est III. 3. Adeo ut dimidio minor sit, qua Galliam tangit, quam ubi ad occidentem littus exporrigit, ut recte Mela III. 1. p. 49.

^g *Ab exortu*] A Ruscinone, usque Gades. Vide Notas et Emendat. num. 114.

^h *Latere septemtr.*] Perpetuo montium tractu a Ruscinone ducto usque Gades bifariam divisa Hispania, latere septemtrionali, quod oceano aluitur, angustior ea est, quam meridiano, quæ Iberico mari. Vide Notas et Emendat. num. 115.

Citerioris] Nunc incipit Hispania

citerior, eademque Tarraconensis, ubi Aquitanica Gallia desinit, ad proximam Aquitanicæ oram oceani.

^j *Per oceanum*] Per oceani oram ducto itinere, occurrunt Vasconum saltus, quæ hodie regio Guipuscoa nominatur.

^k *Olarso*] Ολασὸ πόλις est Ptolem. II. 6. in Vasconum oppidis maritimis: nunc pagus Oiarço, leucis a Fontarabia duabus. Martiano Iarso dicitur. Et promontorii nomen est Olarso in oceanum projecti, quo finitur Hispania, inquit Mariana Hist. I. 2. p. 3.

^l *Vardulorum*] Οὐδάρδουλοι Ptolemæo loc. cit. His hodie Ipuscoates dicti respondent. Morosgi, quantum ex situ conjicimus, fanum S. Sebastiani est. Μήροσκα, (sic enim scribit Ptolemæus in Vardullis,) Orio: utrumque in Guipuscoa. Vesperies, Deva, ad ostium amnis cognominis, Διοὺς παταμοῦ, apud Ptolem. in Caristis, qui Alavenses hodie nuncupantur.

^m *Flaviobriga*] A Flavio Vespasiano Imp. cognominatam putant. Vide Garibay, VII. 10. Φλαυιόβριγα Ptole-

regio Cantabrorum,² flumen Sanda,^o portus Victoriæ^p Julibrigensium. Ab eo loco fontes Iberi quadraginta millia passuum. Portus Blendium.^q Orgenomesci e Cantabris.³ Portus eorum Vereasueca.⁴ Regio Asturum,^t Noëga^u oppidum: in peninsula,^v Pæsici. Et deinde^w conventus Lucensis, a flumine Navilubione, Cibarci, Egovarri⁶ cognomine Namarini, Iadoni, Arrotrebæ,^z promontorium Cel-

////////

margo edd. Dalec. et Gronov. *situs: a P. prope oceanum* cod. Dalec.—2 *Flaviobriga, colonia civitatum IX. Regio Cantabrorum* edd. vet. et Gronov. Mox, *flumen Sanga* cod. Dalec. et Vet. ejusdem.—3 *Blendium, Origeni mistis Cantabris* edd. vet. et Gronov. *Blendium* Chiff. *Origeni, Conisci, Cantabri* Strab. lib. III.—4 *Vesci, Veca* Gronov. et paulo post in eadem *Pæsici*.—5 *Et inde* Vet. Dalec.—6 *Æguiarri* Chiff. Vid. Nic. Heins. Adv. II. 19. p. 367.—7 *Cæ-*

NOTE

mæo II. 6. in confinio Autrigonum Caristorumque. Nunc Vermeo est, non Bilbao: ad oceani oram, dencis quatuor a Leyquetio. Sic Mariana Hist. Hisp. IV. 4. p. 143. et Oihenart. in Notit. Vascon. p. 153.

^a *Civitatum IX.*] Ait esse in Cantabria civitates novem. Vide Notas et Emend. num. 116. Regioni hodie nomen, *Asturias de Santillana*.

^o *Sanda*] In Mss. Reg. *Sauga*. Colb. 1. 2. et Parm. edit. *Sanga*. Nunc est *Nervio*: Ptolemæo III. 6. *Nepoba* in finibus Cantabrorum. Bilbaum alluit. Eum esse, qui Melæ Salia, nunc *Rio de Sella* dicitur, male Pintianus existimavit.

^p *Portus Victoriæ*] Recte Oihenartus in Notitia utriusque Vasconiar, p. 11. ait esse *Santandero*: quem S. Emederii portum appellat Mariana.

^q *Blendium*] Sic Mss. non *Biendum*. Navale fuit ejus urbis, quam nunc Santillanam vocant.

^r *Orgenomesci e Cantabris*] E Cantabrorum populis. Oram ii tenuere a Santillana ad amnem Astario, qui Ovetum alluit. Vide Notas et Emendationes num. 117.

^s *Vereasueca*] Ita Mss. non *Vesci, Veca*. Hodie Villa viciosa, ad confluentes amnis Astario, alteriusque ignobilis, in ora Asturum.

^t *Regio Asturum*] *Asturias de Orinda*.

^u *Noëga*] *Nolva* in Cantabris, apud Ptolem. II. 6. *Noëga Melæ* III. 1. in Asturum littore. Hodie *Navia*.

^v *In peninsula*] Cui nomen est *Coruna*, in ora septentrionali Gallæciæ. *Παυρικολ* incolæ Ptolemæo appellati, loc. cit.

^w *Et deinde*] Deinde, inquit, ad conventum Lucensem, ejus oppidum præcipuum *Lugo*, paulum a mari recedit, pertinent populi in ea ora fusi, usque ad promontorium Celticum, a flumine Navilubione: Ptolemæo *Ναυιλυβίων* est II. 6. in Callaiciis, sive Gallæciis Lucensibus, hodie *Rio de Miranda*: ad oppidum *Ribadeo* in mare devolvitur. Vide Notas et Emend. num. 118.

^z *Arrotrebæ*] Quos et *Ἀρρόρεως* et *Ἀπορρέβας* appellatos ætate sua Strabo prodidit, lib. III. p. 154. Habet juxta Nerium promontorium *Ἀρράβων λιμένα* Ptolem. II. 6.

ticum.⁷ Amnes: Florius,^a Nelo. Celtici cognomine Neriae,^a superque^b Tamarici, quorum in peninsula tres aræ Sestianæ^c Augusto dicatæ: Capori,⁷^d oppidum Noëla.^e Celtici cognomine Præsamarci, Cileni.^f Ex insulis nominandæ, Corticata,^g et Aunios. A Cilenis,^h conventus Bra-

NOTÆ

¹ *Celticum*] *Cap de Finetierre*, sive S. Mariæ, in finibus terræ. *Νέριον ἄκρον* Ptolem. II. 6. a quo Neriae mox appellandi.

^a *Florius*] Hic modo *Rio Lezaro*: Nelo, *Ulla* dicitur.

^b *Neria*] Ii apud Melam, in eo tractu pariter ultimi: accolæ nempe promontorii, quod diximus. *Cabo de Finis terra*.

^b *Superque*] Et supra Nerias in mediterraneo positi Tamarici, per quos Tamaris fluvius labitur, qui inter *Lezaro* et *Ulla* in mare se demittit. *Τάμαρος* Ptolemæo: unde hodieque regioni nomen est *Trastamara*: amni, *Tambre*. De Tamaricis Mela III. 1.

^c *Aræ Sestianæ*] Mariana Hist. Hisp. III. 25. p. 133. ubi de Augusti Cæsaris in Hispaniam adversus Cantabros expeditione verba facit: Aræ Sextianæ, inquit, Melæ, Plinii, ac Ptolemæi literis celebratæ, atque in honorem Augusti constitutæ in peninsula, pyramidum forma, cochlea ab imo ad summum pertinente, creditæ sunt a nonnullis hujus belli monumenta fuisse, (vestigia earum ad oppidum Gegionem, ab Oveto xx. mill. pass. extare affirmant,) conjectura neque contemnenda prorsus, neque prorsus constanti: cum alii Aras Sextianas a Sexto Apuleio excitatas malint, eo quem per hosce annos de Hispania triumphasse Tabulæ Capitolinæ docent. Ita vir ille sane pereruditus: cui quidem de Ararum causa assentior, de situ non item: cum ex Pliniana serie haud procul Celtico Neriove promontorio statutæ videantur.

^d *Capori*] Ptolem. II. 6. *Κάπορι*, quorum oppidum mediterraneum *Iria Flavia*, hodie, ut a nonnullis creditur, *Compostella*: quæ vox, conflata e duobus, *Iacomo Apostolo*, S. Jacobi Apostoli fanum sonat.

^e *Noëla*] In Mss. Reg. et Colb. *Noëta*. *Noya*, ad amnem Tamarim *Tambre*, cujus utramque ripam tenere Celtici Præsamarci: sic enim habet Mela III. 1. librique Pliniani vulgo editi: at Mss. et Parm. edit. *Præstamartii*.

^f *Cileni*] Ptolem. II. 6. *Κίλωνι*, quorum oppidum *Τόσσα θερμὰ*, *Aquæ calidæ*, quæ Antonino *Aquæ Celinæ* appellantur. In Conc. Tolet. I. apud Loaysam, p. 38. 'Exuperantius Ep. de Galicia, Lucensis conventus, municipii Celenis.' Tenuisse Cileni videntur ab amne Tamari ad amnem seu *Rio Loriz*, qui urbem *Pontevedra* alluit, inter Compostellam et Tyden.

^g *Corticata*] Quantum ex situ conjectamus, ambarum hæc hodie nomina: *Salicora* et *Blydones*: illa ad amnis Ullæ, hæc ad *Rio Loriz* ostia posita.

^h *A Cilenis*] Post Cilenos, inquit, pertinent jam ad conventum Bracarensem, de quo diximus III. 4. Helieni: quorum oppidum in Gallæcia apud Strab. lib. III. pag. 157. *Ἑλλήνες* appellatum esse, quoniam a Græcis conditum erat, auctor est Asclepiades Myrleanus. Hodie *Pontevedra*, teste Mariana, in Hist. Hispan. hoc est, Pons vetus.

carum, Heleni, Gravii,⁸ castellum Tyde, Græcorum sobolis omnia. Insulæ Cicæ.¹ Insigne oppidum Abobrica.² Minius¹ amnis, IV. M. pass. ore spatiosus. Leuni,⁹ Seurbi.¹⁰ Bracarum¹¹ oppidum Augusta, quos supra Gallæcia. Flumen, Limia: ° Durius¹² amnis ex maximis Hispaniæ, ortus in Pelendonibus,¹⁰ et juxta Numantiam lapsus, dein per Arevacos Vaccæosque, disternatis ab Asturia Vetonibus,¹¹ a Lusitania Gallæcis, ibi quoque Turdulos a Bracaris arcens. Omnisque dicta regio a Pyrenæo metallis referta, auri, argenti, ferri, plumbi nigri albique.

XXXV. (XXI.) A Durio Lusitania incipit,¹² Turduli vete-

pori Gronov.—8 Gronii Vet. Dalec.—9 Lebuni in eodem codice.—10 Pelendonibus Vet. Dalec. et Chiff.—11 Vetonibus Vet. Dalec.

NOTÆ

¹ Gravii] Quasi Graii dicti. Silius Ital. lib. III. 'Et quos nunc Gravius, violato nomine Graium, Cene misere domus, Etolaque Tyde.' Ptolemæo sunt Ἰπποῖοι, III. 6. quorum oppidum Τοῦδα. Melæ, ceterisque Tyde, hodie Tuy. In Mss. Reg. et Colb. Grovii.

² Insulæ Cicæ] Abest id nomen Cicæ a codd. Reg. In quibusdam Sicæ legas. Deorum insulæ alias a nonnullis appellatæ: hodie les Isles de Baïonne. In Antonini nummo, CICA. GENIO. D. D.

³ Abobrica] Nunc Baiona, supra ostia Minii, oppidum munitissimum.

⁴ Minius] Accolis Minho: nomen, si Justino credimus, a minio, quod in ripa profert. At minium amnis Sil, qui in Minium labitur, aquarum copia eo major, solus edit.

⁵ Leuni, Seurbi] Ita libri omnes. Tractum eum tenere ii cum Bracaris, qui inter Durium, Miniumque, patet: quem ab utroque amne quo ea regio clauditur, Antredoraminho appellant.

⁶ Bracarum] Et Bracares, inquit, ad oram usque pertinent: oppidum a mari semotum Augustam habent: hodie Brague, ad Cavado fl. Apud Gruter. Inscript. pag. 324. BRACAR-
AVGVSTANI.

⁷ Limia] Aquas Ptolem. II. 6. juxta Minii amnis ostia. Mela III. 1. 'Et cui oblivionis cognomen est Limia.' Sed falli Melam, quod ad oblivionis cognomen attinet, infra Plinius monet. Hodie Lima.

⁸ Durius] Accolis Douro. De his, qui mox appellantur, populis, quos Durius alluit, ac determinat, egimus superiore libro. Præter Numantiam labi auctor est etiam Strab. lib. III. pag. 153.

⁹ A Durio Lusitania incipit] Ubi æ in mare Durius, Douro, exonerat, ad oppidum Porto: ex quo, cum ad-verso ei ad austrum Cale, factum est Portucalliæ nomen: quod recentiores euphoniæ causa in Portugalliam mutavere: non a Gallis, ex Terræ sanctæ peregrinatione appellentibus, ut fabula refert; nam neque illac ad

res,^b Pæsuri:^c flumen Vacca.^d Oppidum Talabrica. Oppidum, et flumen Æminium.^e Oppida: Conimbrica,^{2f} Collippo,^g Eburobritium.^h Excurrit deinde in altum vasto cornu promontorium,ⁱ quod alii Artabrum appellavere, alii magnum, multi Olisiponense,³ ab oppido, terras,^j maria, coelum distterminans. Illo finitur Hispaniæ latus,^k et a circuitu ejus incipit frons.^l

(XXII.) Septemtrio hinc, oceanusque⁴ Gallicus,^m occa-

CAP. XXXV. 1 *Pæsuri* Gronov. Mox *Baccia* pro *Vacca* Ortel. *Vagia* codd. Dalec. et Chiffi. Deinde, pro *Æminium*, quod Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. exhibent, *Eumenium* dant Tolet. et cod. Dalec. *Minium* Gronov. et edd. vett.—2 *Cinumbria* cod. Dalec. et Tolet. *Olisippo* Vet. Dalec. pro *Collippo*. Mox, *Eburo Britium* Gronov. et edd. vett. *Britoletium* Vet. Dalec. *Britticum* cod. Dalec. *Eburobritium* Ortel.—3 *Olyssiponense* Gronov. et edd. vett.—4 Cod. Dalec. *frons septemtrionis*. *Hinc Oceanus*, &c. Pro

NOTÆ

nos ex oriente reditur: neque tunc Galli appellabantur, sed Franci.' *Ed. sec.*

^b *Turduli veteres*] Ab his prodiisse significat eos qui eodem nomine in ulteriore Hispania superius sunt appellati, III. 3.

^c *Pæsuri*] Gruteri inscriptio, pag. 162. PÆSVRES. Hi cum Turdulis a Durio ad Vaccam tenere, ubi nunc oppida *Lamego* et *Arouca*.

^d *Vacca*] Mss. Reg. et Colb. *Vagia*. Marcianus Heracl. pag. 74. *Obaxoba notapds*. Nunc Lusitanis *Vouga* et *Couga*. Ad Alveirum oppidum, *Aveiro*, e Talabricæ ruderibus excitatum, in mare devolvitur. Tà Ταλδβρυα Appiano, in Iber. p. 295. et Ptolemæo II. 5.

^e *Æminium*] Hodie *Agueda* nomen est oppido amque commune. Vide Notas et Emendat. num. 119.

^f *Conimbrica*] Mss. Reg. et Colb. *Cinumbria*. Oppidum fuit, nunc dirutum: *Condeja la veja*, Condexa vetus. Tribus ab ea lencis, ex illius ruderibus excitata nova Conimbrica, *Coimbra*: nobis *Conimbre*.

^g *Collippo*] Ex ejus ruinis crevit

civitas Leirinenensis *Leiria*, quæ Collippo nova dici potest, inter Olisiponem et Conimbricam, in ea Lusitaniæ parte, quam Estremaduram vocant. Inscriptio Gruteri, pag. 323. COLLIPPONENSIVM. Et pag. 1155. EX LV-SITANIA. MVNICIPI. COLLIPPONENSI.

^h *Eburobritium*] Hodie *Ebora de Alcobaca*, haud procul Leiria, supra Olisiponem.

ⁱ *Promontorium*] Hodie *Capo di Rocca Sintra*. Vide Notas et Emend. num. 120.

^j *Terras*] Ad terras certe quod pertinet, citra id promontorium est pars Lusitaniæ hactenus descripta, quod est Hispaniæ latus, et Lusitaniæ, septemtrionale: ultra, occidentalis ora. Ad coelum, hinc ipse septemtrio, inde occasus. Ad maria, Gallicus, vel, si mavis, Callaicus, ab eo latere oceanus, ab illo Atlanticus.

^k *Hispaniæ latus*] A promontorio Celtico, ad Artabrum sive Olisiponense.

^l *Incipit frons*] Ab Olisiponensi promontorio, ad Gaditanum fretum.

^m *Oceanusque Gallicus*] Vide Notas et Emend. num. 121.

sus illinc, et oceanus Atlanticus. Promontorii excursus LX. M.⁵ prodidire, alii XC. M. pass. Ad Pyrenæum inde non pauci XII. quinquaginta^a millia, et ibi gentem Artabrum, quæ nunquam fuit, manifesto errore.^o Arrotrebas enim, quos ante Celticum diximus promontorium, hoc in loco posuere literis permutatis.

Erratum et in omnibus inclytis. Ab Minio, quem supra^p diximus, CC. M. pass. (ut auctor est Varro) abest Æminius,^q quem alibi quidam^r intelligunt, et Limæam^s vocant, Oblivionis antiquis dictus, multumque fabulosus.⁶^t Ab Durio Tagus CC. M. passuum, interveniente Munda.^u Tagus au-

Gallicus, Chiffi. Calaicus.—5 Vet. Dalec. XL. M.—6 Lethæum vocant ab oblivione antiquis dictum, multumque fabulosum margo edd. Dalec. et Gronov.—

NOTE

^a XII. quinquag.] Hoc est, duodecies centena et quinquaginta millia passuum. Mensura enim hæc est adnavigationis per sinus, recessusque sinuum, a promontorio isto ad Pyrenæum.

^o Manifesto errore] Qui tamen ævo Strabonis invaluerat, ut diximus sup. cap.

^p Quem supra] Cap. sup.

^q Æminius] De quo hoc cap. diximus, ad ea verba: 'Oppidum, et flumen Æminium.'

^r Quem alibi quidam] Melam singulat, ut indicavimus sup. cap. ad ea verba: 'Flumen, Limia.' Is enim Limiam cum Æminio, qui Oblivionis amnis est appellatus, confundit: recte distinguit Appianus in Iber. pag. 295.

^s Limæam] Limia Melæ loc. cit. Straboni lib. III. pag. 153. 'Ο τῆς Ληθης, ὅν τινες Λιμαλὴν καλοῦσιν. Oblivionis fluvius, quem quidam Limæam vocant.

^t Fabulosus] Origo ea fabulæ fuit. Lusitani Celtici, qui Anam seu Guadianam fluvium accolebant, inita cum

antiquis Tardalis amicitia, copias junxere paribus in eandem expeditionem armis. Transvecti amnem, sive Limiam, sive Æminium, orta ibi seditione, communem amisere ducem. Tum vero et simultatum obliti, et soli amœnitate illecti, suas ibidem sedes posuere. Imperitum vulgus deinde credidit, insita aquis illis ea virtute, et expeditionis susceptæ, et patriæ oblivionem potasse. Ea vero fama in posteros sic invaluit ut, annis postea volventibus, cum Decimus Janius Brutus, Romani exercitus Imperator, ad eum amnem venisset, nullo posset imperio milites Romanos adigere, ut fluvium transmitterent: cum id esset animis omnium persuasum, se patriæ suæ æterna statim oblivio subituros. Vide Floram II. 17. p. 91. Strabon. lib. III. p. 153. Plutarch. in Quæst. Rom. pag. 272. Appian. in Iber. pag. 294. Anno U. C. DCXVIII. Brutus ibi Proconsul fuit.

^u Munda] Inter Durium et Tagum fluens amnis, Mondego, Conimbricam alluit: aurifer ipse periæde ac Tagus. Ptolem. II. 5. Μῦνδα.

riferis^v arenis celebratur. Ab eo CLX. M. passuum promontorium Sacrum^w e media prope Hispaniæ fronte prosilit: XIV. M. pass.^x inde ad Pyrenæum medium colligi Varro tradit.⁷ Ad Anam^y vero, quo Lusitaniam a Bætica discrevimus,^z CXXVI.⁸ M. passuum: a Gadibus CII. M. pass.^a additis. Gentes:^b Celtici, Turduli,⁹ et circa Tagum^c Vettones. Ab Ana ad Sacrum, Lusitani.^d Oppida memorabilia a Tago in ora, Olisipo¹⁰ e equarum^f e Favo-

7 Vet. Dalec. et ad Pyrenæum medium colligit, ut Varro tradit.—8 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Ab Ana vero . . . CCXXVI.* Gronov. et edd. vett. CXXI. codd. Tolet. et Chiffi.—9 Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Verduli* edd. vett. et Gronov.—10 *Olyssippo* Gronov. et edd. vett.—11 *Caneus*

NOTE

^v *Tagus auriferis*] Vide quæ dicemus xxxiii. 21.

^w *Sacrum*] Nunc S. Vincentii, *Cabo de S. Vincente*. De fronte Hispaniæ superius egimus hoc cap.

^x *XIV. M. pass.*] Hoc est, quatuordecies centena millia pass. per mediam Hispaniam facto itinere, a promontorio sacro ad medium Pyrenæum.

^y *Ad Anam*] Ab Ana fluvio, inquit, distat Sacrum Promontorium CXXVI. M. pass. Sic Mss. Reg. et Colb. &c. non, CCXXVI.

^z *Discrevimus*] Lib. III. cap. 2.

^a *CII. M. pass.*] Sic erunt omnino a promontorio sacro ad Gades, CCXXVIII. M. P.

^b *Gentæ*] Ultra Tagum positæ, versus austrum, supra Algarbiæ, ut vocant, regnum: Celtici, Turdulique: de quibus egimus III. 3. cognomines, finitimi, affines. Turdulorum civitas Emerita fuit, de qua inferius, teste Strab. lib. III. p. 151. Unde colligas Vettonum Turdulos clientes fuisse. Celticorum Pax Julia fuit, aliæque, ut mox dicemus.

^c *Circa Tagum*] Nam utramque Tagi ripam, omnemque circum regio-

Delph. et Var. Clas.

nem late Vettones, sive Vectones tenere: oppida habuere insignia, citra Tagum Salmanticam, apud Ptolem. II. 5. ultra, Augustam Emeritam, quam 'claram Vettoniæ coloniam' Prudentius vocat, Hymno IX. in Eulaliam, vs. 186. 'Nunc locus Emerita est tumulto Clara Colonia Vettoniæ, Quam memorabilis annis Ana Præterit,' &c. Supra Anam Vettones habitasse etiam auctor est Strab. lib. III. p. 139. Inscriptio Gruteri, pag. 591. PROVINC. VETTONIÆ.

^d *Lusitani*] Ubi fere Algarbia est, *les Algarbes*.

^e *Olisipo*] Ulyssem venisse in Hispaniam, atque in Lusitaniam littore urbem Ulyssiponem condidisse, Strabo, Solinus, Martianusque censent, ipsoque ex nomine conjectura ducta confirmant. Refellunt quidam tum nominis argumento; nam Olisipo ex antiquis monumentis et lapidum inscriptionibus nominari scribique debet: et quoniam Ulyssis aræ supra mare Armoricum in Belgis non uno loco extabant. Nempe ex Græca vanitate, quem in Deorum numero habebant, ei templa atque oppida consecrabant: quod Hispanis conti-

Plinius,

3 H

nio vento conceptu nobile: Salacia^a cognominata urbs Imperatoria: Merobrica:^b Promontorium Sacrum: et alterum Cuneus.¹¹ Oppida:^j Ossonoba, Balsa, Myrtilis.

Universa provincia dividitur in conventus tres, Emeritensem, Pacensem, Scalabitanum. Tota populorum XLVI.¹² in quibus coloniæ sunt quinque, municipium civium Rom. unum: Latii antiqui tria: stipendiaria, XXXVI. Coloniæ: Augusta Emerita,^k Anæ fluvio apposita: Metallinenses,^l Pacensis,^m Norbensis,ⁿ Cæsariana cognomine.¹³ Contri-

//////////

codd. Dalec. et Chiffi.—12 Ita cod. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XLV. edd. vett. et Gronov.—13 Cæsarina cognomine Chiffi.—14

NOTÆ

gisse etiam non inepte prorsus arbitrantur. Ita fere Mariana 1. 12. sub finem, p. 22. Apud Gruter. inscriptio, pag. 252. 261. et 273. FELICITAS. JULIA. OLISIPO. Ptolemæo, lib. II. c. 5. 'Ολισσιπών. Nunc *Lisbonne*.—^a 'Altitudine Poli 38. 45'. 25". ex D. Couplet, in *Historia Acad.* anni 1700. p. 127.' *Ed. sec.*

^b *Equarum*] Dicemus ea de re VIII. 67.

^c *Salacia*] Hodie *Alcacer de Sal*, inter Eboram et oceanum, medio ferme intervallo. Inscriptio Gruteri, p. 13. MUNICIPI. SALACIEN.

^d *Merobrica*] Gruteri inscriptio, p. 442. ORDO. MEROBRI. sed suspecta mihi. Oppidum interiit: e ruderibus proximæ excitatum alterum, cui nomen est *Santiago de Cuçem*: medio ferme itinere inter Olisiponem et Prom. Sacrum, *Cabo S. Vincente*.

^e *Cuneus*] Hodie *Cabo di S. Maria*. Ager inter Anam et Sacrum promontorium, Cuneus a Mela vocatur, III. 1. interjacente eo promontorio, quod a Plinio, de agri nomine, Cuneus similiter appellatur.

^f *Oppida*] Hoc ex Pomponio Plinio, loc. cit. 'In Cuneo agro,' inquit, 'sunt Myrtilis, Balsa, Ossonoba.'

Eodem ordine Marcianus Heracl. p. 73. 'Ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ἄνα ἐπὶ Βάλσα ἀπὸ δὲ Βάλσων εἰς Ὀσσόνοβα ἀπὸ δὲ Ὀσσόνοβα ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀκρωτήριον. Sic enim hic locus legendus. Ossonoba, *Estombar*, Roderico Carro, Antiq. Lusit. III. 75. Balsa, Resendio auctore, Antiq. Lusit. lib. IV. *Tavira* est: utraque Algarbicæ ditionis: ista metropolis. Myrtilis, Ptolemæo II. 5. ex Ms. nostro, Ἰουλία Μυρτίλις, hodie *Mertola*, ad Anam, in confinio Algarbiæ, Lusitanicæque.

^g *Augusta Emerita*] Vestigia tantum supersunt: loco nomen est *Merida*, ad Anam. Veteranos milites eo deductos Augusti jussu, auctor est Dio, lib. LIII. p. 514. Nummos duos profert Patinus in familia Carisia, p. 65. hujus deductæ coloniæ indices ac testes. Gruterus, inscriptionem, pag. 13. COLONIÆ. EMERITENSIS.

^h *Metallinensis*] Metallinum, hodie *Medlin*, in Estremadura, ad Anam fluvium, ubi falso creditus, post leucarum aliquot occultationem, amnis emergere. Antonia. in itinere a Corduba Emeritam, Metellinum ab Emerita M. P. XXIV. distare prodidit.

ⁱ *Pacensis*] Civitas olim Pax Ju-

buta^o sunt in eam Castra Julia, Castra Cæcilia. Quinta est Scalabis,¹⁴ p quæ Præsidium Julium vocatur. Municipium civium Rom. Olisipo, Felicitas^q Julia cognominatum. Oppida veteris Latii: Ebora,^r quod item Liberalitas Julia: et Myrtilis, ac Salacia quæ diximus.^s Stipendiariorum, quos nominare non pigeat, præter jam dictos^t in Bæticiæ cognominibus,¹⁵ Augustobrigenses,^u Ammienses,^v

Idem codex Sallabis.—15 Margo edd. Dalec. et Gronov. in *Bætica cognomina*. Mox, pro *Ammienses*, cod. Dalec. *Emienses*, et *Pranitani* pro *Araditani*; Gronov. *Araditani*; Vet. Dalec. *Aranitani*. Pro *Arabicenses* margo edd.

NOTE

lia, Παλιουλία Ptolemæo II. 5. in Turdulis, sive Turdetanis: eadem Augusta cognominata: Παγαγοῦσσα Straboni I. III. p. 151. in Celticiis Lusitanis. Nunc *Beja*: in cujus oppidi foro cippum esse Gruterus ait, pag. 261. cum inscript. COL. PAX. IVLIA. Pacis Augustæ deinde nomen ad Badiocenses transiit, quorum oppidum in Turdulis fuit. Vide Resendium, in Epist. de Colonia Pacensi. Ulpianus, lib. L. Dig. tit. 15. de Censibus: 'In Lusitania Pacenses, sed et Emeritenses juris Italici sunt.'

^a *Norbensis*] Νόρβα Κασάρεια Ptolem. II. 5. Hodie *Alcantara*, Lusitanie quondam, nunc Castellæ veteris oppidum, ad Tagum, ponte ibi Trajani nobile: aut certe ex Norbensis raderibus haud procul id conditum.

^b *Contributa*] Norbensi jurisdictioni obnoxia, seu jura Norbam petere coacta. Castra Julia, nunc *Truxillo*, quasi *Turris Julia*, in Diœcesi Placentina, Castellæ novæ, inter Emeritam Placentiamque, medio fere intervallo: haud procul a Castris Cæciliis, quibus nomen est *Caceres*: non, ut quibusdam visum est, *S. Maria de Guadalupe*. Pro *Castra Julia*, Mss. Reg. et Colb. *Castra Servilia*. Cæcilia Ptolemæo memorantur, II. 5. Antonino Cæciliana dicta, in Lusitania,

itinere ab Olisipone Emeritam, quod per viarum anfractus plurimos agbatur.

^p *Scalabis*] A Diva Irene virgine nomen habet hodie *Santarena*. Apud Ptolem. II. 5. Σκαλαβισκός, Τακουβίς, κ. τ. λ. forte pro Σκαλαβίς κολ. hoc est, *κολωνία*.

^q *Felicitas*] De eo cognomine paulo ante egimus.

^r *Ebora*] *Evoa*, inter Anam et Tagum. Apud Resend. de Antiq. Ebora, inscriptio quam Gruterus refert, p. 489. LIB. IV. EBORA. Hoc est, 'Liberalitas Julia Ebora:' non 'Libertas,' ut Scaligero visum in Indice Gruteri.

^s *Quæ diximus*] Plane modo, hoc cap.

^t *Præter jam dictos*] Præter eorum oppidorum cives, quos in Bætica Lusitanis esse cognomines diximus III. 3. iis verbis: 'Celticos a Celtiberis ex Lusitania advenisse manifestum est: sacris, lingua, oppidorum vocabulis, quæ cognominibus in Bætica distinguuntur.'

^u *Augustobrigenses*] Augustobriga Antonini, ab aliis hodie *Villar del Pedroso*, ad Tagum: ab aliis *Ponte del Arçobispo* esse existimatur.

^v *Ammienses*] Ptolem. II. 5. in Lusitania, Ἀμμία. Mss. Ἀμμάλα. Nunc

Aranditani,^w Arabricenses,^x Balsenses,^y Cæsarobricenses, Caperenses, Caurenses,^z Colarni, Cibilitani,^a Concordienses,^b Elbocorii,^c Interannienses,^{16d} Lancienses,^e Mirobrigenses, qui Celtici^f cognominantur: Medubricenses,^{17s} qui Plumbarii: Ocelenses,^h qui et¹⁸ Lancienses: Turduli



Dalec. et Gronov. *Taxabricenses*; edd. vett. et Gronov. *Axabricenses*. Vet. Dalec. *Blacenses* pro *Balsenses*. Denique, cod. Dalec. et Chiffi. *Cæsarobrienses*. —16 Edd. vett. et Gronov. *Concordienses*, qui et *Boccori*, *Interausenses*. Cod. Dalec. et Chiffi. *Interausenses*. —17 *Medubrigenses* codd. Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. —18 Hæc duo vocabula, qui

NOTÆ

Portulegre, in Lusitaniæ finibus inter Heluas et Tagum amnem: quo in oppido reperta inscriptio, *MVNICIP. AMMAI*. hoc est, *Ammaitanum*, quod refert Gruterus, pag. 257. ex Schottii schedis.

^w *Aranditani*] *Ἀρανδῖς* Ptolemæo II. 5. in Celticis Lusitanis, Arannin Antoninus, in itinere de Esuri Pacem Juliani, pro Arandi habet. Situs horum incertus, ut et proxime sequentium.

^x *Arabricenses*] Ab Arabriga Ptolemæi II. 5. juxta Scalabim sita. Apud Gruter. inscriptio, pag. 162. *ARABRIGENSES*.

^y *Balsenses*] Hi ab oppido Balsæ supra dicto: *Cæsarobricenses* ab oppido, ut patet, cognomine, sed incerti admodum situs: *Caperenses*, a Capara, cujus meminit in Lusitania Antoninus, itinere ab Emerita Cæsaraugustam. Ptolemæo II. 5. *Κάπαρ*: nunc *Las ventas de Capara*, inter Alcantara et Coriam.

^z *Caurenses*] Horum oppidum *Καύριον* Ptolemæo II. 5. in mediterraneis Lusitaniæ civitatibus: nunc *Coria*, in Castella nova: Colarnorum, *Κόλαρνον*. Apud Gruter. pag. 162. *COLARNI*.

^a *Cibilitani*] Apud Gruter. pag. 62. *MVNICIP. CIVILITAN*.

^b *Concordienses*] Horum oppidum *Κορκοπῖδα*, apud Ptolem. loc. cit. Nunc *Tomar* aiunt appellari.

^c *Elbocorii*] Ab oppido Elbocori. Vide Notas et Emend. num. 122.

^d *Interannienses*] Oppidum *Ἰντεραννησία*. Vide Notas et Emendationes num. 123.

^e *Lancienses*] *LANCIENSES*, apud Gruter. p. 160. et 199. Apud Ptolem. II. 5. *Λαγκία ὁπίδνα*.

^f *Qui Celtici*] Ut eo cognomine a Mirobricensibus Turdulis, de quibus dictum est III. 3. Celtici secernantur. Alii *Ciudad Rodrigo* esse volunt, urbem Castellæ veteris, in Portugaliæ confinio: Ambr. Morales locum esse ait, cui hodieque nomen est *Malabriga*, prope eam Rodericopolim.

^g *Medubricenses*] Medobrecam in Lusitania oppidum, prope montem Herminium, quo Medobrecenses confugerant, habet Hirtius in Comment. de Bello Alex. p. 217. Olim oppido nomen *Aramenha*: nunc jacet: rudera, teste Resendio, Antiq. apud Maruanum castrum visuntur, prope Armaem, quæ Portus alacer, ut diximus, appellatur. Plumbarii, a plumbæ quod ibi effoditur, cognominati.

^h *Ocelenses*] *Ὀκελλον* Ptolemæo II. 3. juxta Capara.

qui Barduli,ⁱ et Taporij^j Lusitaniam cum Asturia et Gal-læcia¹⁹ patere longitudine DXL. M. passuum: latitudine DXXXVI.^k M. Agrippa prodidit. Omnes autem Hispaniæ, a duobus Pyrenæi promontoriis per maria, totius oræ circuitu passuum XXXIX. XXII. M.²⁰¹ colligere existimantur, ab aliis XXV. mill.^{21 m}

XXXVI. Ex adverso Celtiberiæ complures sunt insulæ, Cassiterides^a dictæ Græcis, a fertilitate plumbi: et e regione Arrotrebarum promontorii,^b Deorum sex,^c quas aliqui fortunatas appellavere. In ipso vero capitè Bæticæ, ab ostio¹ freti^d pass. XXV. mill. Gadis, longa (ut Polybius scribit) XII. mill. lata III. mill. passuum. Abest a conti-

et, in cod. Dalec. non habentur.—19 Chiffi. et Galicia.—20 1 Ita Ms. Reg. 1. In editione principe, XXXIX. XII. Sic et Mss. Reg. 5. 6. Frustra in recentioribus editionibus emendatum, XXXIX. XXII. Certe totius oræ circuitu a promontorio Pyrenæo, le Cap de Creus, ad alterum promontorium inter urbes Saint Sébastien et Fontarabie, si sinuum anfractus numerentur, plus colligitur, quam XXXIX. XXII. M. pass.' Brotier. XXXIX. M. duodecies Vet. Dalec. XXXIX. M. XXII. Chiffi. Bipont. vigesies novies centena, et viginti duo millia.—21 Edd. vett. et Gronov. XXVII. mill. Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et Franz. XXVI. mill. Bipont. vigesies sexies centena millia.

CAP. XXXVI. 1 Bæticæ mox ab ostio Vet. Dalec. Mox, pro XXV. mill. Gadis, quam lectionem firmant codd. Harduin. et Dalec. LXXV. mill. Gadis ex-

NOTÆ

ⁱ Qui Barduli] Turduli Tarrac-nensem attingunt, ut dictum est III. 3. qua in provincia et Vardulos sive Bardulos Ptolemæus agnoscit II. 6.

^j Taporij] Gens est a Turdulis diversa. In libris omnibus, Taporij. At in inscriptione Gruteri, p. 162. nisi vitium marmorarii sit, cum Medubri-censibus TALORI junguntur.

^k Latitudine DXXXVI.] Latitudi-nis hæc mensura justo sane amplior videtur, ac longitudini ipsi fere par.

¹ XXXIX. [XXXIX.] XXII. M.] Ita Mss. Reg. Colb. Chiffi. &c. Hoc est, vigesies novies centena, et vigin-ti duo millia passuum.

^m Ab aliis XXV. [XXVI.] Vige-sies sexies centena millia.

^a Cassiterides] E regione Celtibe-

rorum, sive Celticorum Lusitaniæ, positas esse Cassiteridas insulas de-cem, unde *stannum*, quod *κασσίτερος* Græci vocant, ad nos adveheretur, communis veterum error fuit: quem et Ptolemæus sequitur, II. 6. Strabo lib. II. et III. aliique. Caute admo-dum Herodotus, cujus verba recitat Eustathius in Dionys. vs. 563, pag. 81. negat sibi Cassiteridas esse no-tas: et merito sane: quod eæ nus-quam fuere. Fabulis Plinius ipse ac-censet, XXXIV. 47.

^b Arrotrebarum prom.] Quod Celti-cum promontorium appellavit, cap. 34.

^c Deorum sex] Duæ Ptolemæo, II. 6. si tamen eædem.

^d Ab ostio freti] Gaditani,

nente ° proxima parte minus pedes DCC.² reliqua plus septem^f M. passuum. Ipsius spatium XV.^g M. passuum est. Habet oppidum civium Romanorum,^h quod appellaturⁱ Augusta urbs³ Julia Gaditana. Ab eo latere, quo Hispaniam spectat, passibus fere centum, altera insula^j est longa, passus M.^k lata, in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro et Philistide, Erythea :⁴ a Timæo et Sileno, Aphrodisias :^l ab indigenis, Junonis. Majorem^m Timæus Cotinusamⁿ apud eos vocitatam⁵ ait : nostri Tartesson^o appellant, Pœni Gadir,^p ita Punica lingua septem signifi-

~~~~~

hibent edd. ante Harduin.—2 Ita Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *passus DCC.* edd. vett. et Gronov. Mox, *passuum* deest ap. Gronov. Paulo post, *spatium XXV. M. pass.* Pintian.—3 *Augustana urbs* Vet. Dalec.—4 *Erythia* edd. ante Brotier. *Erythria* Vet. Dalec.—5 In cod. Reg. 1. *Potinusam a puteis vocitatam.* At Festo et Tzetzi *Κορινθία* dicitur a *κορινθίους*, seu *oleastris*, *oleisve sylvestribus.* Brotier. *Putinussam a puteis*, &c. margo edd. Dalec. et Gronov. *Potinussam* Chiffi. Mox, Vet. Dalec. ait, *post Tyrii Tartesson appellavere.* Deinde : *Pœni Gadiram* : nam *Gadir* Punica lingua sep-

#### NOTÆ

° *Abest a continente*] Vide Notas et Emend. num. 124.

<sup>f</sup> *Reliqua plus septem*] Nempe septem millibus, et D. pass. ut dictum est II. 112.

<sup>g</sup> *Ipsius spatium XV.*] Vide Notas et Emend. num. 125.

<sup>h</sup> *Civium Rom.*] Gaditanum oppidum civitatis, jure donatum a Julio Cæsare, cum Hispaniam subegit, auctor est Dio, lib. xli. pag. 164. Inscriptio Gruteri, pag. 258. Gadibus reperta, MVN. AVG. GAD.

<sup>i</sup> *Quod appellatur*] Mss. Reg. et Colb. sincerius, qui appellantur *Augustani urbe Julia Gaditana.*

<sup>j</sup> *Alterra insula*] *Ἐρυθρία* Straboni, lib. iii. pag. 167. a Gadium insula unius stadii, seu passuum cxxv. freto divulsa : nunc hausta mari, ut ne vestigium extet, ut Mariana prodit, Hist. Hisp. i. 21. pag. 39. Salazar tamen, de Antiq. Gadit. i. 4. vocari etiamnum *Isla de Leon* asseverat, ipse

patria Gaditanus.

<sup>k</sup> *Longa, passus M. [III. M.]* Since-rius codd. Reg. in *longum mille passibus lata* : ut latitudo pæne par longitudini intelligatur : aut latitudinis certe mensura deest.

<sup>l</sup> *Aphrodisias*] Ceu Veneri sacra. Stephanus : *Ἀφροδιτίας, ἡσος ἡ πρό-τερον Ἐρυθρία, μεταξὺ Ἰβηρίας καὶ Γαδελύων, inter Hispaniam et Gades.*

<sup>m</sup> *Majorem*] Hoc est, Gadium insulam, cui Erythia proxima fuit.

<sup>n</sup> *Cotinusam*] Ab *oleastris*, quos Græci *κορινθίους* vocant. Vide Notas et Emend. num. 126.

° *Tartesson*] Sic Arrian. lib. ii. de Exped. Alex. pag. 126.

<sup>p</sup> *Pœni Gadir*] Quod ut Hispaniæ sepes, septumve, (id enim Hebræis etiam גָּדִיר *Gheder* est,) objecta marinis fluctibus esset. Hæc Solinus iisdem verbis, cap. 23. pag. 44. Hesy-chius, pag. 207. *Γάδαιρα, τὰ περὶ φάρμακα, φοίνικες.*

cante. Erythea<sup>6a</sup> dicta est, quoniam Tyri Aborigines eorum<sup>7</sup> orti ab Erythræo mari ferebantur. In hac Geryones<sup>8</sup> habitasse a quibusdam existimantur, quorum armenta<sup>7</sup> Hercules abduxerit. Sunt qui aliam<sup>9</sup> esse eam, et contra Lusitaniam arbitrentur, eodemque nomine quondam ibi appellatam.

XXXVII. (XXIII.) Peracto ambitu Europæ, reddenda consummatio est, ne quid non in expedito sit, noscere volentibus. Longitudinem ejus Artemidorus atque Isidorus a Tanai usque Gades XXXI.<sup>a</sup> XIV. M.<sup>1</sup> prodiderunt. Polybius latitudinem Europæ ab Italia ad Oceanum scripsit XI. L. mill.<sup>b</sup> esse, etiam tum incomperta<sup>c</sup> magnitudine

*tem significat* Baptista Egnatius Racem. cap. 15.—6 *Erythia* edd. ante Brotier. *Erythria* Vet. Dalec. Mox pro *Tyrri Aborigines*, quod habent Pintian. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Tyrri ab origine* exhibent edd. vett. et Gronov.—7 *Geryones habitasse . . . existimatur, cujus armenta* Gronov. et edd. vett.

CAP. XXXVII. 1 'Perperam in libris scriptis et editis LXXXII. XIV. M. Emendandum fuit XXXII. ut recte monuit eruditus Riccioli, *Geographia reform.* pag. 84. Id patet ex ipso Plinio II. 112.' Brotier. LXXXII. XIV. M. Chiffi. et Harduini omnes, cum edd. recentt. LXXIV. XIV. M. edd. vett.

## NOTE

<sup>a</sup> *Erythea*] De majore hactenus: nunc de altera insula, quæ minor est.

<sup>7</sup> *Aborigines eorum*] Hoc est, Pænorum conditores, ac velut parentes: sic enim Dionys. Halic. Aborigines interpretatur γεράρχας ἢ πατοργόνους. Aborigines, ut Festus indicat, sunt proprie qui ab origine, seu patriis sedibus profecti, exterarum regiones occupaverunt. Origines eos appellare Sallustius videtur in Bello Jugurth. pag. 67. ubi de Phœnicibus: 'Urbes,' inquit, 'in ora maritima considere: hæcque brevi multum auctæ, pars originibus suis præsidio, aliæ decori fuere.' *Aborigines* hoc Plinii loco, pro *ab origine*, primus restituit Pintianus. A Tyria classe Gadium oppidum conditum fuisse auctor est Velleius, lib. I. p. 3.

<sup>8</sup> *In hac Geryones*] Multitudinis

numero protulit Geryones, ob tres fratres: unde tricorporis Geryonis fabula apud poetas. Vide Notas et Emendat. num. 127. De ipsa re Pausanias consulendus, lib. I. p. 67. et Mythologi omnes.

<sup>9</sup> *Sunt qui aliam*] Solinus hæc iisdem verbis, loc. cit. Pomponium Plinium modo signat, qui insulam, in qua Geryones habitavit, contra Lusitaniam posuit, Erythiamque item vocavit, III. 6.

<sup>a</sup> LXXXII. [LXXXII.] XIV.] Hoc est, bis et octuagies centena, et quatuordecim millia pass. Vide Notas et Emendat. num. 128.

<sup>b</sup> *Scripsit XI. L. mill.*] Ita libri omnes: hoc est, undecies centena et quinquaginta millia.

<sup>c</sup> *Etiam tum incomperta*] Nunc autem cum est comperta diligentius, in-



ejus. Est autem ipsius Italiae (ut diximus)  $\overline{\text{XI. XX.}}$ <sup>2 d</sup> M. ad Alpes. Unde per Lugdunum ad portum Morinorum Britannicum, qua videtur mensuram agere Polybius,  $\overline{\text{XIII. M. XVIII.}}$ <sup>3 e</sup> Sed certior mensura ac longior ad occasum Solis æstivi ostiumque Rheni per castra legionum Germaniæ ab iisdem dirigitur Alpibus,  $\overline{\text{XV. XLIII.}}$ <sup>4 f</sup> M. passuum. Hinc deinde Africa atque Asia dicentur.

~~~~~

ante Harduinum.—2 Edd. vett. et Gronov. *XII. XX.* Vet. Dalec. *XI. C. LXVIII.*—3 Gronov. et edd. vett. *XI. M. LXVIII.* Mox, *mensura CCC. longior* Salmant.—4 Edd. vett. et Gronov. *XII. XLIII.* Vide Not. Var.

NOTÆ

quit, magnitudo terrarum, est ipsius Italiae longitudo, $\overline{\text{XI. XX.}}$ mox Galliae, $\overline{\text{XI. L.}}$

^d *Ut diximus, $\overline{\text{XI. XX.}}$* Hoc est, undecies centena et viginti millia pass. Vide Notas et Emendationes num. 129.

^e *$\overline{\text{XIII. M. XVIII.}}$* Ita libri omnes Mss. editique ante Frobenium, qui *$\overline{\text{XI. M. LXVIII.}}$* nullo auctore suffragante, reposuit.

^f *$\overline{\text{XV. XLIII.}}$* Quindecies centena. Prius *$\overline{\text{XII.}}$* hoc est, *duodecies*, legebatur.

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM IV.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. I. *Præter minores sinus XIX. XXV. M. passuum*] Prior numerus sinuum est minorum, quos auctor hic negat a se numerari: sequens vero, millium passuum, quæ universa ipsius tertii sinus adnavigatio colligat. Martianns enim, lib. vi. cap. de Tertio Sinn Enropæ, pag. 209. ex hoc Plinii loco: 'Tertius hic,' inquit, 'sinus Europæ sinus habet decem et novem, provinciasque complures.' Cui quidem sententiæ, præter conditivos codices, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. res ipsa per se suffragatur: totidem enim tertius hic major Europæ sinus complectitur, uti ex Plinio ipso intelligimus: quorum hæc nomina: Ambracius, Ionius, sive Lencadius, Corinthiacus, Criassæus, Cyllenius, Cyparissius, Asinæus, Coronæus, Laconicus, Ægilodes, Gytheates, Saronicus, Opuntinus, Pagasicus, Macedonicus, Mecybernæus, Melas, Gasthenes, Thermæus. Quibus addere et Strymonicum possis, de quo cap. 17. ut sint omnino XX. qui numerus in Chiffi. cod. legitur.

2. Ibid. *D. passuum faucibus*] Martianns, qui hæc transcripsit, *angustis faucibus* indefinite scripsit. Angus-

tiarum spatium, quo libri hactenus editi caruerunt, restituimus ex R. 2. aliisque codicibus Mss. quibus subscribit Strab. lib. vii. p. 324. ostium Ambracii sinus affirmans haud multo amplius patere stadiis quaternis, quæ passus omnino quingentos efficiunt.

3. CAP. II. *Achelous e Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Ætolia dirimens*] Solinus, Plinii alioqui exscriptor perpetuus, ab auctore suo imprudenter descivit, dum hæc prodidit, cap. 7, p. 22. 'Acarnania Aracyntho eminet: hanc ab Ætolia Pindus dividit, qui Acheloum parit.' Scribendum enim fuit, si studuit veritati: 'Hanc ab Ætolia Achelous dividit, quem Pindus parit.' Locum hunc Solini Salmasius intactum prætermisit.

4. CAP. III. *Cujus a tergo Chalcis mons, et Taphiasus*] Sic emendamus, secuti vestigia codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. quibus suffragatur Eustathius in Dionys. vs. 496. p. 70. ubi *Chalcis* nomen esse montis apparet. Καλχίς, inquit, (lege Χαλχίς, ex eodem Eustathio, in Iliad. B. p. 279.) ὅρος ἐστὶν Αἰτωλίας, ἀφ' ἧς ὁ Ἀχελῷος ἔρπει. Vide etiam Strabonem lib. x. p. 451. et 460. Fuit et montis radi-

cibus apposita cognominis civitas, cujus Stephanus meminit: Ptolemæus item, III. 15. in oppidis Ætoliæ mediterraneis: et Strab. lib. IX. 427. ubi de Ætolia: *Αὐτοῦ δὲ καὶ ἡ Χαλχίς, ἥς μένεται καὶ ὁ ποιητής, ἐν τῇ Αἰτωλικῇ καταλύει, . . . αὐτοῦ δὲ καὶ ὁ Ταφίαστος λόφος, κ. τ. λ.* Eadem ex re ipsa *Ἰπποχάλκις* appellata ab Hesychio, διὰ τὸ κείσθαι ὑπὸ τὸ ὄρος. Libri prius editi: *cujus a tergo Chalcis, et mons est Taphiasus.*

5. Ibid. *Halicyna*] In libris hactenus editis *Halsarna*, quam in hoc tractu veterum nemo agnovit. Nos ex Stephano, qui Strabonem sequi se profitetur, *Halicyna* rescripsimus. *Ἀλικυρνα*, inquit, *κώμη Ἀκαρνανίας Σπέρβων* ὁ οἰκῆτορ *Ἀλικυρναῖος*. *Acar-naniæ* autem, non Ætolix, dici oppidum ne quis miretur: nulla enim alia Græciæ provincia est tam incertis notata limitibus: modo pressa angustius; modo laxius diffusa, ut sunt fere regnorum fata.

6. CAP. IV. *Ceanthe*] Scylax, p. 14. Μετὰ δὲ Αἰτωλοῦς Λοκροὶ εἰσιν ἔθνος, ἐν οἷς εἰσιν Ὀφύλαι καλούμενοι. Καὶ πόλεις αὗτε: *Ἐβανθίς, Ἀμφισσα. Ceanthem, Οἰδύνην*, vultu dicere. Sic Ptolemæum emendabis, apud quem III. 15. *Ἐβανθία* pro *Οἰδύνη* legitur.

7. Ibid. *Bulensibus*] Bullienses et Bulenses eodem esse falso credit Hermolans Barbarus: cum Bulenses signati nunc a Plinio, a Bulide sive Bulia fiant, Phocidis oppido, ut diximus; Bullienses, quorum Cicerō meminit in Pison. gens sit circa Dyr-rhachium Apolloniamque, quos libro superiore Plin. cap. 26. Straboque Bulliones nominarunt: Bullidenses, sive Bullienses Cæsar.

8. Ibid. *Tithrone, Tritæa*] *Tithrone* maluimus, quam *Trichone* scribere. Est enim *Τριχώνιον*, non Locridis, sed Ætoliæ oppidum, Stephano, et Pausaniæ lib. II. p. 155. Locrorum contra *Τιθρώνιον*, apud eundem lib. X. p. 677. a *Drymæa* stadiis omnino viginti

dissitum. *Τιθρώνιον* Herodoto dicitur, lib. VIII. p. 473. n. 33. et cum Triten-sibus copulat, quos *Τριτέας* vocat: *Τριταῖας* Thucydides, cum Ceanthen-sibus, lib. III. p. 240. In Notitia Eccles. p. 23. Provincix Helladis Achaix, hæc sedes assignantur: *Ἀμφισσα, Τιθώρα, Ἀμβρόνος, Ἀντικυρνα*. Hæc sane *Τιθώρα Tithrone* Pliniana est. In Mss. et in edit. Parm. locus hic insigniter vitiatu8 legitur: *Tricone, Tricorymbus, Myrænaque regio*. Est autem, ut id obiter dicamus, quoniam nunc primum mentio ejus occurrit, Notitia hæc Ecclesiastica opus Hierocli, Grammatici, cui nomen ille fecit, *Συνέκδημος Ἱεροκλέους Γραμματικοῦ*, uti intelligimus ex Constantino Porphyrogenneta, Thematum II. 1. *Μαυρωρεί δὲ τῇ λόγῃ καὶ Ἱεροκλῆς ὁ Γραμματικὸς, ὁ γράψας τὸν Συνέκδημον, τὸ τῶν Δολόγων ἔθνος τῇ Θράκῃ συναριθμούμενον, λέγων οὕτως: Εἰσιν αἱ πόλεις ἑπαρχίας καὶ πόλεις, αἱ ὑπὸ τὸν βασιλεῖα τῶν Ῥωμαίων διοκούμεναι τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἑπαρχία μὲν 85. πόλεις δὲ πλεί.* Quæ verba totidem plane syllabis hinc Notitiæ præfiguntur in Ms. nostro. Ed. sec.

9. Ibid. *Ambrysus*] Huic oppido et Cyparissi prius nomen fuisse, auctores sunt Pausanias, et Stephanus, a nobis laudati: quibas et Dicæarchum adjungimus eo carmine, cujus mendum obiter sanare operæ pretium fuerit. Sic enim ille in descript. Græciæ, p. 166. *Ἐν τῇ μεσογείῃ δ' ἐστὶ Κεπάρισσος πόλις. Ἀδρισσά τε μετ' αὐτὴν δ' Ἀδλίς ἡ Βοιωτία, κ. τ. λ.* Sic lego: *Κρίσσα τε μετ' αὐτὴν Δαυλίς, κ. τ. λ.*

10. CAP. V. *Angusta cervice Peloponnesum contineat Hellas*] Barbarus imprudenter, ut Pelicerius admonet in Notis Mss. contingat hoc loco reposuit, cum antea in impressis libris, et nunc ubique in Mss. R. 2. 1. Colb. 1. 2. et Paris. contineat legeretur. Quominus, inquit Plinius, totus abruptus a Græcia Peloponnesi trac-

tus recedat, ac dividatur, angusta illa cervice terrarum, quasi tenui vinculo tenetur, ac retinetur. Sic 'angusto tramite Helladi Peleponneson annecti' Mela dixit, II. 3. p. 34.

11. CAP. VI. *In Achaia IX. montium Scioëssa notissimus*] Solinus cap. 7. p. 22. 'Propter oppidum Patras,' inquit, 'Scioëssa locus novem collium opacitate umbrosus.' Male Plinium Solinus intellexit. Neque enim Scioëssam locum esse voluit, qui montes haberet novem: sed e novem Achaiae montibus Scioëssam esse notissimum. Sic ipse Plinius paulo post cap. seq. Messeniam regionem ait esse duodeviginti montium.

12. Ibid. *Alpheus navigatur sex passuum millibus, prope oppida Aulona, et Leprion*] Parm. edit. *Alpheus navigatur prope sex oppida*. At oppida duo tantum enumerantur. Dalecampius, *navigatur in oppida*: at Mss. reclamant, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. et vet. Dalec. in quibus legitur, *navigatur VI. prope oppida*. Non videre priores scilicet, numero solo annotato, millia passuum significari in exemplaribus manu exaratis: in quibus hæ vocabulæ, *mill. pass.* nusquam fere occurrunt, sed subintelliguntur.

13. Ibid. *Platanodes*] Ita Mss. omnes, et Parm. edit. *Platanistus* nobis obtrusit Hermolaus, pro voce legitima *Πλατανώδης*, quæ et apud Strabonem extat, lib. VIII. p. 348. etsi mendose ibi *Πλατανώδης* nunc legitur. *Platanistus* autem, *Πλατανιστοῦς*, sive *Μένυστος*, (habet enim geminam hanc appellationem apud eundem Strabonem, p. 345.) regio intus est, oppidumque desertum, non in ora, sicuti præsens locus sibi exigit, promontorium.

14. CAP. VII. *Arene*] Stephanus Plinio suffragatur: geminam enim Arenen distinguit: Messeniacam alteram, alteram Triphyliacæ regionis. *Ἀρήναι δύο πόλεις, Μεσσηνίας καὶ Τριφυλίας*. Messeniacam Plinius modo ap-

pellat: Homerus Triphyliacam, Iliad. B. 591. *Οἱ δὲ Πύλον τ' ἐνέμοντο, καὶ Ἀρήνην ἐπαυρήν*. Strabo nihilominus Ἐπὰν hanc Messeniacam mavult appellari: Arenenque, quod nomen sit Pyliorum oppidi ab Homero proxime citati, male putasse quosdam habere prius vocatam, non uno in loco testatur, lib. VIII. p. 348. et 361.

15. Ibid. *Pteleon, Thryon, Dorion, Zancle, variis quæque clara temporibus*] Constans hæc est consentiensque librorum omnium manu exaratorum, impressorumque lectio, quam vel leviter movere nullo suffragante codice religio est. Arridebat alioqui mihi meum commentum, quod deinde placuisse Hermolao animadverti: exstimabam scilicet legi commode ita posse, quoniam de Zancle Messeniæ oppido ceteri scriptores silent, *Pteleon, Thryon, Dorion, Thamyra vatis clara temporibus*: Homerum enim favere conjecturæ admodum videtur, Iliad. B. 594. *καὶ Πτελεον, καὶ Ἑλος, καὶ Δάριον ἐνθα τε Μοῦσαι Ἀρτόμενας Θάμυριν τὸν Θρήϊα πάντων ἀοιδῆς*. Hanc Thamyram Plutarchus vocat, advers. Epicur. p. 1093. *Θάμυριν* Apollodorus lib. I. de Diis, p. XI. Hunc Musæ cantu superatum et oculis et arte privarunt. Rem totam, et simul Homeri locum Statius expressit, Theb. IX. 181. 'Quos Helos, et Pteleon, Getico quos flebile vati Dorion: hic fretus doctas anteire canendo Aonidas, multos Thamyris damnatus in annos Ore simul, citharaque,' &c. Lucanus similiter, VI. 352. 'Pteleosque et Dorion ira flebile Pieridam.' Pelicerius in notis Mss. pro *Zancle*, quondam supponit. Nos exemplarium vestigia religiose secuti Zanclem retinemus: atque ut Messenios Siciliæ a Messeniis Græciæ ortos esse omnes contentur, sic eorundem Siculorum oppidum Zanclem ab oppido Messeniæ Græcæ cognomine traxisse appellationem credimus: quæ quidem Græca Zancle, ceteraque quæ hic

recensentur, deserta tunc loca, ac fere tantummodo nomina, floruisse olim omnia dicuntur, claraque fuisse, non eodem tamen simul tempore, ut sit, sed deinceps, atque alia ex aliis.

16. CAP. VIII. *Anthæne*] In Mss. et edit. Parm. *Antianc. Anthia* ego anteposuerim, ex Homero, *Iliad.* I. 150. quem sequi inprimis Plinius videtur: *Καρδαμύλην, Ἐνόπην τε, καὶ Ἴρην ποτίζουσαν, Φηρέας τε ζαθέας, ἥδ' Ἀνθειαν βαθυόλειμον, κ. τ. λ.* Quanquam Stephanus *Ἀνθῶνα* quoque, sive *Ἀνθήνη, πόλις Λακωνική* dicitur, et Harpocrationi, pag. 28. *Ἀνθήνη, πόλις τῆς Λακωνικῆς*. Thucyd. quoque, prope Thyream *Ἀνθήνη* est, lib. v. pag. 573. Sed *Anthiam* habet Solinus Plinii sinia, cap. 7. pag. 22.

17. Ibid. *Sinus Ægilodes*] Ita totidem plane apicibus Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. aliique. Ab Ægila, Laconicæ pago, videtur id nomen factum ei sinus Laconici intimo recessui. Meminit ejus loci Pausanias, in *Messen.* lib. iv. pag. 247. *Ἔστι καὶ Ἀγίλα τῆς Λακωνικῆς, ἔνθα ἱερὸν Ἰδρυαίῳ Διμητρός.* Non placet Pelicerii conjectura in notis Mss. *Helodes* legitis, ex Strab. lib. viii. pag. 343. a vicina Sparta ora palustri.

18. CAP. IX. *Alias Inachium*] Argos Inachium, sive Dipsium, diversum ab Argo Hippio paulo antea citato, perperam credidisse Plinium, Pintianus existimavit, et eum secutus Pelicerius in notis Mss. cum Straboni, lib. viii. pag. 369. et 370. tria hæc ejusdem Argi nomina fuerint: Inachium sane ab amne Inacho non longe fluente, ut Plinius antea admonuit, est appellatum. A *siti, δίψα*, hoc est, desiderio, translatione poetica, ob agri amoenitatem, ut auctor est ibidem Strabo, nomen alterum invenit: vel ab aquarum penuria, ut quosdam existimasse videbimus vii. 57. cum sit irrigua maxime regio, et *ἑνὸς ποταμοῦ*. Quod vero illud proxime antea Plinius jam obiter appellavit,

in causa fuere amnes ii duo, Inachus et Erasinus, qui Argivum agrum perlabuntur, de quibus cum agerem, circumiri ambobus Argos significavit: nunc vero oppidorum singulorum seriem ordinemque contexens, iterum illud ipsum Argos appellat, variaque ejus nomina repræsentat. Quanquam si diversum istud a priore Argos statuere quis velit, Stephanum sententiæ suæ suffragatorem is et auctorem forte non pœnitendum habuerit: nam præter Hippium Argos, quod et Dipsion vocat, aliud prope Træzenem agnoscit, sextum ejus nominis, *ἕκτη, κατὰ Τροίξῃνα*.

19. Ibid. *Portus Schænitas*] Secuti sumus vestigia veterum codicum, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Tolet. in quibus *Portus Chænitas* legitur, Melamque ipsum, ii. 3. pag. 34. cuius hæc verba: 'Portus Saronicus, et Schænitas, et Pogonius.' *Πόγων* Græcis Latinisque omnibus portus Træzeniorum est. Quod vero in libris nunc editis, *Portus Cænites* legitur, factum id Hermolai emendatione, a Cænitis oppido, quod prope Tænarum Ptolemæo Pausaniæque memoratum procul ab hoc tractu abest, et Laconici sinus est, non Argolici, in quo describendo versamur. Neque tamen portus hic Schænitas, in ipso aditu Saronici sinus positus, cum altero fere cognomine, Schœnunte scilicet, confundi debet, quod a Pintiano factitatum est: cum is in intimo ejusdem sinus recessu prope isthmum jaceat, ut dicturi sumus cap. 11.

20. Ibid. *Tot sinus Peloponnesi oram lancinant*] Mela ii. 3. pag. 34. 'Peloponnesi oram sinus et promontoria lacerant,' &c. Hæc Plinii verba ita Solinus accepit cap. 7. pag. 22. perinde ac si totidem sinus existimasset Peloponnesum alluere, quot annorum proxime ante dixit esse Isthmiacos ludos, nempe quinque: et ab eo numero sinuum quinquennales ludos institutos. Ridicule. Recensiti enim

hactenus sunt sinus omnino decem, qui oram Peloponnesi subeant: Corinthiacus, Cyllenius, Cyparissius, Asinaeus, Coronaeus, Laconicus, Aegilodes, Gytheates, Argolicus, Saronicus.

21. CAP. X. *Tegea*] Quæ Plutarcho, ut vidimus, *Teyéa* dicitur, et Pausaniæ quoque, lib. VIII. pag. 458. et Ptolem. III. 16. ut eadem sit plane cum Tene Arcadica, nulla satis idonea argumenta suadent: etsi Vossius in Melam, pag. 148. sæpe Teneatas dici asseveret, qui Tegeatæ dici deberent. Tene sive Tenea Arcadiæ a Cicerone memoratur, Epist. ad Attic. VI. 2. pag. 171. 'Lepreon Arcadiæ, Tene, Aliphera, Tritia.'

22. Ibid. *Gortyna, Bucolium*] In libris hactenus editis, *Catina, Bocalium*. In Mss. Reg. 1. 2. Paris. et vet. Dalec. *Cartina*. In Reg. 2. et Chiff. *Bucolium*. Pro *Cartina*, *Gortyn* resposnit ex Pausania Hermolaus. Is enim auctor est a Gortyne Stymphali F. ad amnem Gortynium in Arcadia *Γόρτυνα πόλιν* conditam fuisse, lib. VIII. pag. 460. Nos *Gortyna* malumus, tum ex veteris scripturæ vestigiis, tum ex illo Rhiani poetæ, apud Stephanum, verbo *Μελαίνας*. *Γόρτυναν*, 'Ῥαΐας τε, πολυδρόμους τε Μελαίνας. *Bucolium* similiter amplexi sumus, admoniti a Thucydide, qui sub finem lib. IV. pag. 342. *Βουκολίωνα* juxta Mantineam locat.

23. Ibid. *Thelpusa*] Sive *Thalpusa* legatur, perinde est. Nam Stephanus, *Θάλπουσα*, inquit, *πόλις τῆς Ἀρκადίας Ὀρχομενοῦ*. Et in Notitia Eccles. Provinciæ Achaïæ, p. 23. *Τέγεια, Θάρπουσα, Μαντίνα*, pro *Θάλπουσα, Μαντίνα*. Hanc ipsam esse arbitror, quam Androtion apud Stephan. pag. 229. *Δελφουσίαν πόλιν Ἀρκადίας* vocat. Pausaniæ lib. VIII. pag. 464. *Θέλπουσα*. In nummis, ΘΕΛΠΟΥΣΙΩΝ.

24. Ibid. *Pallene*] Ita rescripsimus, tum ope codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiff. tum ad

monitu Scholiastæ Apollonii, ad Argon. I. 177. qui Pellenen quidem Achaïæ, de qua cap. 6. Arcadiæ vero Pallenem dici, recte animadvertit: Ἡ Ἀχαΐκῃ Πελλήνῃ, διὰ τοῦ ε' ἡ δὲ ἑτέρα ἡ τῆς Ἀρκადίας διὰ τοῦ α γράφεται, Παλλήνῃ.

25. Ibid. *Ladon, e paludibus Phenei*] Ab Hermolao Barbaro Pheneus hic pro Arcadico amne agnoscitur: nobis cum Pelicerio in notis Mss. atque adeo cum Plinio ipso, qui paulo ante Pheneum vocavit, oppidum est. Fluit, inquit Plinius, ex paludibus quæ sunt circa Pheneum Ladon: Erimanthus vero, ex monte Erymantho. Est, inquam, oppidum Pheneum, sive lacus, ex Ovidio, apud quem legimus, Met. XV. 'Est lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores, Ambiguus suspectus aquis, quas nocte timeto: Nocte nocent potæ: sine noxa lace bibantur.' De paludibus circa Pheneum, Strabo lib. VIII. pag. 389. E palude Pheneatici agri fluere Ladonem scribit Pausan. lib. VIII. p. 486.

26. Ibid. *Ladon . . . Erymanthus . . . in Alpheum defluentes*] Ita Frobenius scripsit, cum ante eum *defluens* legeretur, tum in Mss. codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiff. vet. Dalec. &c. tum in editionibus Parm. Venet. aliisque: ut de solo Erymantho affirmari videatur, in Alpheum delabi. Frobenio tamen Pausaniam astipulari non semel intellexi, et lib. VIII. p. 496. et lib. V. pag. 298. ubi Ladonem simul et Erymanthum defluere disertis verbis asseverat.

27. Ibid. *Paroreata*] Antea *Pareata* mendose legebatur. *Παρόρεια* sive *Παρωράια*, urbs est Arcadiæ, apud Stephanum, et Pausan. lib. VIII. pag. 512. ejus incolæ Nicolao Damasceno, apud eundem Stephan. et Herod. lib. IV. n. 148. *Παρωρεῖται* appellantur: rursumque Herod. lib. VIII. pag. 486. n. 73. *Παρωρεῖται*. *Pareata* in Thesauro Ortelii deinceps expungendi,

28. Ibid. *Ad oppidum Ægium Corinthiaci sinus*] Ita describi a nobis oportere, non ut prius legebatur, ad *oppidum Lechæum*, tum Mss. suaserunt, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. et quos Pintianus vidit: tum etiam Strabo, qui hæc totidem verbis Græce, lib. VIII. pag. 335. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ Νότου πρὸς τὸν Ἀρκτον, ὃ ἐστὶ τὸ ἀπὸ Μαλεῶν δι' Ἀρκαδίας εἰς Αἰγίον. *A meridie versus septentriones, a Maleæ promontorio per Arcadiam, usque ad Ægium*: Tum vero denique, id quod longe validissimum est, res ipsa clamat ita legendum esse: cum a Maleæ promontorio ad Lechæum oppidum in Isthmo fere positum vix Peloponnesi dimidia latitudo colligi possit: eadem ab eo promontorio ad Ægium, in faucibus fere Corinthiaci sinus, sit maxima. Quod vero ad hanc latitudinis mensuram attinet, admonitu codicum proxime laudatorum, CLXXXX. rescripsimus, sive CXC. cum prius perperam legeretur, CLX. Quanquam et in numero nostro denarii fortassis nota redundat: cum id intervallum Strabo loc. cit. esse assereret stadiorum mille et cccc. quæ passuum millia efficiunt omnino CLXXV.

29. CAP. XI. *Oppida: Sidus, Cremmyon*] Salmasius in Solin. pag. 142. Siduntem expungit: 'Sidus enim,' inquit, 'ibi non est.' At est profectum in vetustis exemplaribus, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. in quibus legitur, corrupte quidem, sed ita nihilominus, ut vestigia appareant non obscura sinceræ lectionis: *Oppida duos cremmyon*. Est etiam apud Scylacem, pag. 20. Ἔστι δὲ καὶ ἔξω τοῦ ἰσθμοῦ χώρα Κορυθλοῖς, καὶ τεῖχος Σιδούς, καὶ ἕτερον τεῖχος Κρεμμύων. Quid potuit excogitari quod descriptioni Plinianæ apposite magis congrueret? Stephano quoque, Σιδούς Μεγαρίδος ἐπίκειον dicitur.

30. Ibid. *Scironia saxa VI. mill. longitude*] Ita cum Solino cap. 7. p. 23.

reponimus, ex fide codicum Reg. 1. 2. Colbert. 1. 2. Paris. et Chiffi. Martianus, lib. VI. pag. 210. corrupte pro VI. habet XXVI. In libris hactenus editis, III. mill. prioris videlicet numeri nota u, in II. seu binarium divulsa.

31. Ibid. *Quinque millia passuum muro*] Astipulatur Strabo, lib. IX. pag. 395. qui de his muris agens Piræo Athenas jungentibus, XL stadium, inquit, est eorum longitudo: ταῦτα δ' ἦν μακρὰ τεῖχη, τετραδικοντα σταδίων τὸ μήκος. Martianus quoque, lib. VI. pag. 210. agnovit quinque millia: etsi mensuram hanc intervalli a Piræo Athenas, perperam ille tribuerit saxorum Scironiorum latitudini.

32. Ibid. *Callirhoë Enneacrunos*] Hæc divulsa perperam a se invicem vocabula in libris ad hunc diem editis leguntur, *Callirhoë, Enneacrunos*: cum sit tamen geminum illud fontis nomen, a scaturiginibus novem *Enneacrunos* appellati. Neque enim Solinum minor, plenum nugarum scriptorem, nec satis solertem Plinii simiam, qui cum hæc transcriberet, duos putavit, cap. 7. pag. 23. 'Callirhoën,' inquit, 'fontem stupent: nec ideo Cruneson fontem alterum nullæ rei memorant.' Magis Suidam audio, pag. 907. Ἐννεάκρουνον, κρήνη τις Ἀθήνησι, Καλλιρρόη καλουμένη πρότερον. Placidumque Lactantium, in Statii Theb. XII. 629. p. 422. 'Callirhoë, fons novem capitibus means.' Immo et duodenis: unde et δωδεκάκρουνος ab aliis est appellatus. Suidas ipse testis, verbo δωδεκάκρουνος, κρήνη, inquit, Ἀθήνησιν, ἦν Θουκυδίδης ἐννεάκρουνον. Quod iterum repetit, in Ἐννεάκρουνος. Hescychius quoque: et Tzetzes Chilliad. VIII. Hist. 154. vs. 259. longe disertius: Ἡ Καλλιρρόη τις ῥηῖς τυγχάνει ταῖς Ἀθήναις, ἥπερ καὶ ἐννεάκρουνος τὸ πρόσην ἐκαλεῖτο Ἐγὼ δὲ δωδεκάκρουνον οὕτως εἰρήκειν στίγμα, καθὼς τοῖς πάλαι.

33. Ibid. *Brileusus, Ægialeus, Icarius*] Solinus quoque cap. 7. p. 23. *Ægialeum*, et *Icarium*, nominat. Sunt qui *Ægileum* malint. Sunt sane apud Steph. *Ἀγιάλα* et *Ἰκαρία*, inter Atticæ pagos: a quibus vicinorum montium derivari appellatio potuit. Si quid conjecturæ indulgendum est, legi etiam forsitan possit, pro *Ægialeus, Encaleus*. Nam Tzetzes *Chiliad.* 1. vs. 978. *Ἐγκάλειον ὄρος* Atticæ montem laudat, e regione Salaminis insulæ positum. Sed indico tantum, non iudico.

34. Ibid. *Locus Ilissos*] Sic Mss. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. et quos Pintianus vidit, Tolet. et Salmant. Parmensis editio corrupte, *lacus Selinos*: nec minus vitiose *Barbarus amnis Ilissos* reposuit. *Ilissos* Atticæ oppidi nomen fuit, teste Stephano, unde Musæ *Ilissides* cognominatæ: *Ἰλισσὸς, πόλις τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τιμῶνται αἱ Μοῦσαι Ἰλισσίδες*. Est tamen in eadem Attica et *Εἰλισσὸς* amnis, cuius in ripa ara fuit Musarum *Ilissiadum*, teste Pausan. lib. 1. p. 33. Dionysio item, vs. 424. Strab. lib. 1x. p. 400. aliisque: unde et anni et finitimo oppido communis esse ea appellatio potuit. Sic enim *Suidas* admonet: *Ἰλισσὸς, ἔνομα τόπου, καὶ ποταμοῦ*.

35. Ibid. *Thoricos promontorium*] In libris hactenus impressis, *Doricum promontorium*. In Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffi. *Doriscos*. Nos intrepide *Thoricos* rescribimus: tum quia *Dorisci* Atticæ promontorii, locive, nulla usquam se mentio adhuc obtulit: Thorici vero oppidi, populive post *Sunium* promontorium meminere complures: Strab. lib. 1x. p. 398. *Σούνιον* εἶτα *Θόρυκος* εἶτα *Ποταμὸς δῆμος*, κ. τ. λ. quem Græci scriptoris locum Plinius modo credas exscripsisse. Stephanus quoque, *Θόρυκος δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς*, Mela denique, 11. 3. p. 33. *Thoricos et Brauronia*,

olim urbes, jam tantum nomina.' De Dorisco Thraciæ Plinius libri huius cap. 18. de Thorico vero in gemmis, xxxvii. 18. 'in loco qui Thoricos vocatur.'

36. CAP. XII. *Hadylius*] *Ἀδύλιος*, ut diximus, Dorica dialecto pro *Ἡδύλιος*. Sic enim reponendum censuimus, cum prius corrupte legereetur, *Adylisus*. *Hadylii* certe montis, sive *Hedylii*, meminere complures: *Harpocration*, p. 137. ex *Demosthene*, et *Theopompo*: *Ἡδύλειον ὄρος ἐν Βοιωτίᾳ, ὡς καὶ Θεόπομπος, κ. τ. λ. Suidas*, p. 1169. *Ἡδύλειον ὄρος, διερρεῖται ἐν Βοιωτίᾳ*.

37. Ibid. *Larymna et Anchoa*] Ita reposuimus, tum ex vestigiis codicum R. 1. et Paris. tum ex re ipsa situque oppidorum, juxta *Cephisum* amnem, quorum nomina *Ἀδρυμναὶ* et *Ἀγχόνη* Strabo refert, lib. 1x. p. 406. ubi *Cephisus* exit in mare. *Larynnam* enim ibi geminam distinguit: *Locridis* alteram, de qua postea Plinius, alteram *Bæotiæ*. *Lamia* autem et *Anichia* (sic enim libri hactenus editi præ se ferunt) nec Græcorum ulli, nec Latinis scriptoribus memorantur: etsi iis nominibus *Thesaurum* suum *Ortelius* locupletarit. Paulo superius *Hyle* pro *Hilæ* etiam rescripsimus, cum *Homero* et *Strabone*.

38. Ibid. *Acræphia*] In libris impressis *Grepheis*. In Mss. R. 1. 2. &c. *Græphis*. *Sylburgius* in *Pausan.* et eum secutus *Ortelius* *Cirphis*, quas *Straboni* *Κίρφης*, lib. 1x. p. 416. *Phocidis* urbs mediterranea, juxta *Delphos*: perperam ut apparet. Nos indubitata conjectura *Acræphia*, cum *Stephano* reposuimus: *Ἀκραφία*, inquit, *πόλις Βοιωτίας*: οἱ δὲ *Ἀκραφίων*, κ. τ. λ. *Pausan.* lib. 1x. *Ἀκραφῖον* dicitur: *Ptolemæo* 111. 15. in oppidis *Bæotiæ* mediterraneis, *Ἀκραφία*, pro *Ἀκραφία*. *Straboni*, *Ἀκραφία*, lib. 1x. p. 410. quas cum *Coronea*, *Onchesto*, *Haliarto*que copulat. Denique *Ἀκραφίη πόλις* *Herod.* lib. viii.

p. 507. n. 135. haud procul palude Copaide.

39. Ibid. *Hilesion*] Εἰλέσιον, cui ab ἔλος, hoc est, a palude circumjacente factum nomen esse Strabo testatur, lib. ix. p. 406. Meminit ejus oppidi Homerus, Iliad. B. 499. Nonnus quoque, Dionys. lib. xiii. pag. 354. cum Scolo, Thisbe, ceterisque, quæ hic appellantur : Εἰλέσιον, καὶ Σκῶλον, ἀλκυρηπῖδα τε Θίσβην, κ. τ. λ. Quibus adducti testimoniis *Hilesion* hoc loco scripsimus, cum prius *Hyreseon* legeretur, quæ vox nihili est.

40. CAP. XIV. *Græcus, a quo Græcia: ibi Hellen, a quo Hellenes*] Haud obscure innuit Græcorum nomen, quam Hellenum, esse aliquanto antiquius. Consentientem habet Apollodorum de Diis lib. i. p. 27. Ἑλλήν μὲν, inquit, ἄφ' αὐτοῦ, τοὺς καλουμένους Γραικοὺς, προσηγόρευσεν Ἑλληνας. Ubi interpret Latinus: *Hellen de se Hellenas, qui postea Græci vocati sunt, nominavit.* Debuit sic potius reddere, qui prius Græci vocabantur. Hoc Tanaq. Faber, qui versionem recensuit, prætermisit. Quod porro ad vocem Γραικός attinet, Hesychius Παῖκος prius dictum opinatur, mox a Romanis addita litera Græcos nuncupatos: Παῖκος, inquit, Ἑλλήν. Ῥωμαῖοι δὲ τὸ γ προσθέτες, Γραικὸν φασί.

41. Ibid. *Oppida celebra, Hellas, Halos, Lamia, Phthia, Arne*] Ita libri omnes, tum impressi, tum manu exarati. Palmerius tamen in Exercitationibus, pag. 321. *Hallos, Halos*, legi oportere omni ope contendit, non *Hellas, Halos*. At præter consensum exemplarium, perspicua res est ea nunc oppida commemorari a Plinio, quæ Homerus ipse belli Trojani tempore clarnisse scribit: e quibus *Hellas, Halos, Phthia*, locum præcipuum obtinent: Nam Iliad. B. 683. Οἱ θ' Ἄλον, οἱ τ' Ἀλόπην, οἱ τε Τρηχῶνα νέουσιν, Οἱ τ' εἶχον Φθίην, ἧδ' Ἑλλάδα καλλυγύναικα. Ubi Eustathius, p. 320. *Helladem* ait ab Hel-

lene conditam: Ἄλον a quibusdam tenui spiritu signari, ab aliis denso: Ἑλλάς δὲ ὑπὸ Ἑλληνας ἐκτίσθη. . . τινὲς δὲ οἰονταὶ δασύνεσθαι τὴν Ἄλον. Ac rursum p. 332. Strabonem ait duos in *Thessalia* fontes agnoscere, *Messeida* et *Hyperiam*, prope *Hellada* et *Pharsala*, πηγῶν τῆς πόλεως Ἑλλάδος, καὶ Φαρσάλων.

42. CAP. XV. *In Thessalia autem Orchomenus, Mingeus antea dictus: et oppidum Almon*] Ita Mss. At *Parmensis* editio, *In Thessalia autem amnis Orchomenus, &c.* Ut et anni et oppido commune id nomen esse existimetur, legique deinde oporteat, et *oppidum: Almon, &c.* Cui lectioni astipulari videtur Homerus, Ἔστι δὲ τις ποταμὸς Μινυηῖος εἰς ἅλα βάλλον.

43. Ibid. *Almon, ab aliis Salmon*] Ita Mss. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Paris*, non, ut editi, ab aliis *Elmon*. Confirmat veterem scripturam Stephanus: Ἀλμων, inquit, πόλις Βοιωτίας, ὡς Ἑλλάνικος, καὶ Σάλμων αὐτὴν φησι. Etsi reprehenditur a Stephano *Hellanicus*.

44. Ibid. *Pelinna*] Cum *Pelinna* reposuit *Hermolaus*, ait *Pelicerius* in *Notis* Mss. eum fecisse, contra librorum omnium fidem, vetustarumque editionum, *Parm. Venet. &c.* in quibus *Palamna*, pro *Phalanna* legitur: atque adeo contra ipsum Strabonem, qui lib. ix. pag. 440. juxta *Peneum* citata *Atracæ, Phalanna*, inquit, *Perrhæborum oppidum, haud procul Tempe, Peneo et ipsa assidet: ἡ δὲ Φαλάννα Περρᾶβαικη πόλις πρὸς τῷ Πηνειῷ πηγῶν τῶν Τεμπῶν.* Ac certe ea quæ a Strabone *Phalanna* describitur, ipsa est, quæ a *Plinio* cap. 16. *Magnesiae* adjudicatur, ut suo loco ostendimus. Quamobrem locum hic habere *Phalanna* non potest, sed *Livii* Strabonisque *Pelinnaem*, ut diximus: quod illi quidem circa *Atracem, Larissam, Triccam*que constituunt. *Stephanus* vero aliquanto disertius quam ceteri, in *Phthiotide*:

Πέλωνα, πόλιν Θεσσαλίας, ἐν τῇ Φθιώτιδι.

45. Ibid. Caveatis ante eos . . . urbibus] Hæc sincera lectio est tum codicum Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. &c. tum vetustarum editionum, quas Frobenius prior interpolavit, ut cuneatis rescriberet.

46. Ibid. Accipit annem Orcon] Barbarus Euroton reposuit, cum ubique prius constanter legeretur, Orcon: tum in Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. tum in edit. Parm. aliisque: quo nomine Plutonius inferumque annem, quia hunc Dii jurare consueverint, (ὄρκον enim iurjurandum Græci appellant,) indicari modo nullus dubito: alioqui, undenam pœnales ejus aquæ sint, quod mox subjicitur, dirisque genitæ, non apparebit. De hoc ipso fluvio Homer. Iliad. B. ubi proprio eum nomine Τίταρῃσιον vocat: 'Ὅς β' ἐς Πηνειὸν προτεῖ καλλίρροον ὕδωρ, Ὅδ' ὅγε Πηνειῷ συμμισγεται ἀργυροδίνη, Ἀλλὰ γέ μιν καθύπερθεν ἐκτρίβει, ἥβ' ἔλαιον' Ὀρκου γὰρ δεινοῦ Στυγὸς ὕδατος ἔστιν ἀπορρώξ. Nam aquæ Stygis, inquit, horridique Orcei, cujus est grave juramentum, rivus est. Lucanus ex eodem Homeri loco, vi. 375. 'Solus, in alterius nomine cum venerit undæ, Defendit Titaresus aquas, lapsusque superne Gurgite Penei pro siccis utitur arvis. Hunc fama est Stygiis manare paludibus annem, Et capitis memorem fluvii contagia villis Nolle pati, supernumque sibi servare timorem.' Ebrόταν alioqui hunc annem et Τίταρῃσιον appellavit Strab. lib. ix. pag. 440. et post illum Eustath. in Iliad. B. p. 336. Euroton nemo.

47. CAP. XVI. Porro Epiri, Achaia, Attica, Thessalia in porrectum longitudo, &c.] In editione Parmensi, Potnio Epiri, &c. Potnia reposuit Barbarus, etsi in Bœotia a Stephano collocatur. Nos porro legimus, ut sit illud periodi sequentis initium. Porro Epiri, &c. Quod vero ad latitudinem spectat, quæ CCLXXXVII. mill. pas-

Delph. et Var. Clas.

Plinius.

suam obtinere dicitur, Martianns lib. ix. cap. de Thessalia, p. 211. habet CCLXXXVII. ac soli Thessalia hanc mensuram adjudicat: sed Plinium non intellexit: neque nunc aut primum, aut semel. 'Longitudo,' inquit, 'Thessaliæ habet millia CCCCLXXX. latitudo CCLXXXVII.' In depravatos Plinii codices incidere Missi Theodosii, ut præfixa ei libro præfatio ante 800. annos testatur, cum aliam longitudinis latitudinisque mensuram ex eo referunt: 'Epirus,' inquit, 'Achaia, Attica, Thessalia . . . patent in longitudinem M. P. cccc. in latitudinem, cccclxxv. juxta Plinium Secundum in quinto: ('Quartum' dici certe oportuit:) in longitudinem cccclxxx. (pro cccclxxx.) in latitudinem, cccclxxxviii. (pro cclxxxvii.)' Sic ipse Plinius ii. 3. descriptioni Bæticæ subjungit: 'Porro longitudinem universam ejus, &c.

48. CAP. XVII. Oppida: Pydna, Aloros] In Mss. Reg. 1. 2. &c. Pygna, Doros. In editis, Phina, Oloros. Sed de Oloro postea. Interim Pydna priore loco legi oportere perspicuum ex eo est, quod ipsa a Ptolemæo prope Ἀλιόκμωνος amnis ostia, perinde atque a Plinio, collocatur, iii. 13. In Pieriæ quoque regionis ora maritima, etiam et a Strabone, in Excerptis lib. vii. p. 330. ἡ μὲν οὖν Πόδνα Πιερικὴ ἐστὶ πόλις. Eadem quoque Κόδνα appellatur a Theagene in Macedonicis, ut Stephanus auctor est: unde et Mela ii. 3. hunc tractum describens, 'Inter Peneum,' inquit, 'et Axium, Cydne, Aloros.' De Aloro quoque, quam pro Oloro restituiamus, astipulatur emendationi nostræ Scylax, p. 25. Ἀλιόκμων ποταμὸς, inquit, Ἀλωρὸς πόλις, κ. τ. λ.

49. Ibid. Doberi, Æstræenses] In libris editis, Doberieneses, Trienses. In Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. Doberies, Trienses. Nos fere cum Hermolao, Doberi, Æstræenses, Δοβήρες Herodoto non semel appellantur,

3 I

lib. v. p. 294. n. 16. et lib. vii. p. 418. n. 113. Horum oppidum in Pæonia Thucydides collocat, lib. ii. p. 167. *Δόβρον τὴν Παιονικὴν*. Stephanus quoque, p. 241. Apud Ptolem. iii. 13. in Pæonia pariter *Δόβρος*: in Notitia Eccles. Prov. Macedonia primæ, p. 21. *Διόβρος*. Utrobique nomen in mendo jacet, pro *Δόβρος*. Æstriensium vero, quos Ptolemæus loc. cit. *Αιστραίους* vocat, oppidum ipse *Αίστραιον* ait nuncupari, de gentis nomine. Hadrianus apud Stephanum, verbo *Ἀσπραία*: *Οἱ τ' ἔχον Ἀσπραίαν τε, Δόβρον τε*. In Notitia Eccles. Prov. Maced. 2. pag. 23. *Εἰσπράδιον*, pro *Αἰσπράιον*.

50. Ibid. *Toronæi*] Ita rescriptissimus admonitu codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. in quibus *Toronæi* scribitur, non ut in editis perperam *Coronæi*, quos in hoc terrarum tractu nemo vetustiorum scriptorum agnoscit.

51. Ibid. *Dicæa, Pydna, Derrha*] In Mss. proxime appellatis, *Diceapadina*: quæ Hermolaus in *Dicæa*, *Pydna* convertit. Verum, ut ut est de *Dicæa*, locum hic habere certe *Pydna* non potest, quam procul a Thermaico sinu in Pieria Macedonia regione sitam esse superius vidimus, ex Ptolemæo ceterisque.

52. Ibid. *Nyssos, Phinelon, Mende*] Sinceram codicum Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. scripturam exhibemus, quanquam nihilo saniozem, quam quæ ab Hermolaio excogitata est, nec ullo sat idoneo argumento constabilita: *Nisso, Brygion, Eleon*. Quanquam scio *Βρύγιον* a Stephano *Μακεδονίας πόλιν* appellari: sed neque situm commonstrat ejus oppidi, nec quæ sunt hoc tractu posita, ut *Mende, Therme, Pallene*, ceteraque ejusmodi, Macedoniae solet assignare, sed Thraciæ. Quam ob causam *Nyssos* pro *Nissos* edi curavimus: quod Hesychius, p. 672. *Νύσσαν* et *Νύσιον*, sive *Νύσιον*, montem Thraciæ vocat,

cui cognominis esse civitas ea potuerit. Æstimandum porro aliis reliquimus, num locum hic habere possit *Eion*, Thraciæ civitas, colonia Mendæorum, cujus meminit Harpocration, p. 141. *Ἡδών, πόλις Θράκης, Μενδαίων ἀποικία*, ex Thucydide.

53. Ibid. *Olophyxos. Sinus Mecybernæus. Oppida, &c.*] Ita sane legendum: non ut vulgo in libris ad hunc diem editis: *Olophyxos sinus, Mecyberna*: cum neque *Olophyxos* cujuspiam sinus appellatio sit: et sequens vox, *oppida*, id quod proxime antecedit non esse oppidum, abunde declararet. Est autem *Mecybernæus* sinus, qui postea *Mecyberna* excisa *Toronicus* a *Torone* est cognominatus. Testis Mela ii. 3. p. 31. 'In littore,' inquit, 'flexus *Mecybernæus* inter promontoria *Derrim*, et portum qui *Κωφός* dicitur: urbes, *Toronen*, et *Physcellam*, atque unde ipsi nomen est *Mecyberna* incingit.' Et paulo expressius *Scymnus Chius*, pag. 26. *Εἴτ' ἐστὶ κόλπος λεγόμενος Τορωνικὸς, οὗ πρότερον ἦν τις Μηκυβέρνης κειμένη. Ἐξῆς Τορώνη τοῖς τόποις διωνύμως*. Quæ sic Latinus Interpres reddidit: *Deinde sinus est, Toronicum quem nominant, Ubi antea quæ Mecyberna constitit, Ex quo Torona quæ loci est cognominis*. Hæc cum sint adeo luce clariora, miror a recentioribus Geographicis confidenter esse pronuntiatum, diversum plane a *Toronico* esse *Mecybernæum* sinum.

54. CAP. XVIII. *Ad Nestum amnem*] In magno nominum ambitu *annem* hunc esse oportet, quem *Νεσσόν* a *Scymno Chio*, p. 28. *Pausan.* lib. vi. p. 352. et *Scylace*, p. 26. *Nestum* a *Martiano*: ab *Aristot.* *Hist. Anim.* vi. c. 31. p. 776. et *viii. 33. p. 986. Νεσσόν*: *Nessum* quoque a *Livio*, lib. xlv. p. 681. In Mss. omnibus *Plinianis*, R. 1. 2. Colb. et *Paris. Mestum* appellari video. In nummo *Caracallæ*, ΟΥΑΠ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΟΣ ΠΡΟΣ ΜΕΣΤΩ.

55. Ibid. *Inde Brysas*] Ita Mss. etiam ipsi. Sed Brygas forte rectius tum ex Strab. lib. vii. pag. 295. tum ex ipso Plinio vi. 41. qui Phrygas Thracium genus esse prodiderunt, Brygas appellatos. Brysas tamen etiam Heraclides landat, in Polit. Coorum: et ab iis mellificii rationem inventam tradidit.

56. Ibid. *Pyrogeris*] Etsi vulgatam scripturam intactam exhibemus, quam Mss. codices tueri videntur, haud levis tamen suspicio est *Pyrogocoris* legi oportere; seu, permutatis syllabis, quod eodem recidit, *Cereopyrgis*. Est enim inter Episcopatus Provinciæ Rhodopes in Notitia Eccles. pag. 21. *Κερεοπυργος*. Sed adhuc certior forte conjectura videtur de Cabyletis, (hactenus *Carbiletis* legebatur,) nam Cabylem oppidum inter Besos Danubiumque cepisse Lucullus dicitur ab Eutropio, lib. vi. p. 788. *Κάβυλα* est Phavorino.

57. Ibid. *Corpillis*] Apud Appian. de Bellis Civil. lib. iv. p. 650. *Τούρπιλοι* pro *Κόρπιλλοι* corrupte legitur. Apud Stephanum quoque mendose ΚΟΑΠΗΛΟΙ.

58. Ibid. *Cægma, Neapolis, Datas*] In Mss. omnibus et edit. Parm. *Batos*. Nos *Datos* cum Hermolao: sed certioribus, quam ille habuerit, argumentis ducti. Nam præter Herodotum, qui lib. ix. *Δάρον* ait esse oppidum Edonidis regionis, præter Suidam et Harpocratonem, qui *Δάρον* Thraciæ adjudicant: Scylax in Periplo, p. 26. hunc ipsum terrarum tractum, atque hæc ipsa oppida persectus, eodem habet ordine: *Νέδρον, Δάρον πόλις Ἑλληνίς, καὶ ποταμὸς Νεσθὸς, Ἀβδηρα πόλις, κ. τ. λ.* Placuerat nihilominus quibusdam *Pastos* hoc loco substituere: et quoniam apud Ptolemæum iii. 11. inter Thraciæ præfecturas, *Ἀστική*, hoc est, *Urbana* numeratur, ut conjecturæ suæ suffragatorem haberent, addita literula corruperunt, et *Παστική* commenti

sunt, otiose an malitiose? De Astice regione hoc ipso capite Plinius.

59. Ibid. *Fuit Tirida*] Ita rescriptissimus admonitu codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffi. vetustiorumque editionum ante Hermolaum, qui *Tinda* rescripsit ex Stephano: is enim, *Τίνδη*, inquit, *Θράκης Χαλκιδική πόλις*. Verum est hæc Chalcidice Macedoniæ regio, quæ quicquid est terrarum circa montem Athon, Singon, Acauthonque complectitur, teste Ptolem. iii. 13. quo in tractu *Tinda* a Stephano collocatur, hoc est, a Diomede et equorum stabulis longissime, ut nihil cum iis potuerit habere commune. Et Hermolaum tamen Salmasius sequitur: nec veretur Solinum, Capellamque erroris arguere, qui et ipsi a Plinio *Tirida* accepere. Mela, a quo Plinius hausit, ii. 2. turrim ibi solum superesse prodidit. 'Regio ulterior,' inquit, 'Diomedem tulit, immanibus equis mandendos solitum objectare advenas, et iisdem ab Hercule objectum. Turris, quam Diomedes vocant, signum fabulæ remanet, et urbs, quam soror ejus suo nomini nominavit, Abdera.'

60. Ibid. *Doriscus decem millium hominum capax*] Animadvertit Pelicerius in Notis Mss. codices manu exaratos ita præ se ferre: *Doriscus X. hominum*, quod ipse, supposita denarii notæ lineola, decies centena millia significare ait, quot Xerxes in suo exercitu habuisse traditur. At neque hanc lineolam superpositam Mss. exhibent: et si exhiberent, temere ab amanuensibus adjectam putarem. Nam decem millia tantummodo hominum ea campi planitie continebantur: sed singulas eo cogens advocansque myriadas, hoc est, hominum decem millia, totum ita recensuit exercitum. Ita Herod. lib. vii. p. 406. n. 59.

61. Ibid. *Jamque Thracia*] Rectius id, quam quod antea legebatur, *Namque*. Nam quæ reddatur illo *namque*

ratio, nulla prorsus apparet. Nunc vero declarat se perlustrato latere Thraciæ meridionali, usque ad Cheronesium, ea prætermissa, ad alterum latus transilire, quod Solis exortum spectat, et a littore Ponti Euxini, Danubique ostiis incipit.

62. Ibid. *Cáttyzos*] Ita Mss. omnes, et, quod est haud paulo certius, Stephanus ipse: *Κάττυζα*, inquit, *πóλις Θράκης, ἐν ᾗ κατοικοῦν οἱ Πυγμαῖοι· οἱ οὐκίτροποι Κάττυζοι· ὅθεν δὲ τὰς γεράνους ὀρμῇ, κ. τ. λ.* Sic enim Mss. Græci legunt. Prius in libris Plinii editis *Catizos* legebatur.

63. Ibid. *Panyus*] Antea *Pamysus* perperam. Nos *Panyus* cum Ptolem. III. 10. prope Odessum etiam hunc ipsum locante Mss. *Pannisis*.

64. Ibid. *Antea Lygos*] Sunt qui *Longos* hic legant, ex Mss. quibusdam. Perperam. Vulgatam scripturam defendit Ausonius, Epigram. I. de Claris Urbibus, p. 69. ubi de Constantinopoli, et Carthagine: 'Ite pares tandem memores, quod numine Divum Augustas mutastis opes, et nomina: tu cum Byzantina Lygos, tu Punica Byrsa fuisti.' Hinc codicem Missorum Theodosii emendabis: 'Promontorium Chrysone æras (lege *Chrysoceras*) in quo oppidum Byzantium, liberæ conditionis, antea Logos dictum: (scribe *Lygos*.) Abest a Dyrrhachio dccxi. mill. passuum. Tantum patet longitudo terrarum inter Adriaticum mare et Propontidem.' Quæ verbis totidem Plinius.

65. Ibid. *A Terei nefasto crimine*] A Mas. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. vox *crimine* abest: unde scribendum fortassis, a *Terei incesto*.

66. Ibid. *Inter Tenum et Chium*] Ita restitimus admonitu codicum, quos proxime laudavimus, atque etiam ex re ipsa: est enim Tenos insula Delo et Andro proxima: atque idcirco, ut statim subiungit Plinius, cernunt enim scopulum *Æga*, a dextra parte *Andrum* navigantes ab *Achaia*: unde

longissime *Tenedos* abest, quam nobis libri vulgati hoc loco pro *Teno* obtrudunt. Nec *Solinum*, *Martianumque* moror, qui cum hunc locum excriberent, ille cap. 11. p. 29. iste lib. VI. p. 212. *Tenedum* legisse videntur: nam in vitiosos codices utrumque incidisse, vel eorum certe alterum, qui alteri prævit, res ipsa clamat, consensusque Mss. exemplarium, in quibus et *Tenum*, et *Andrum* legitur: non, ut isti exhibent, *Tenedum*, et *Antandrum*: a quibus errorem in Plinii contextum transfundere *Salmasius* conatur, in *Solin.* p. 168.

67. CAP. XIX. *Thoronos*] In Mss. R. 1. 2. &c. *Athoronos*. Alibi, *Othoronos*. 'Ὀθρωνος' Stephano insula est, Siciliæ *Melitæ* ad *Anstrum* objacens. An fuerit hæc illi cognominis, considerandum.

68. Ibid. *Ante Leucimnam Sybota*] Abest id membrum a codicibus Mss. In libris vulgatis *ante Leucadiam* legitur, insigni errore. Nam ex *Strabone*, lib. VII. p. 327. juxta *Buthrotum* sunt *Sybota*, insulæ perexiguæ, paululum ab *Epiro* distantes, pone orientale *Corcyræ* promontorium, quod *Lencimna* vocatur: *εἰσι δὲ ἡσιόδες τὰ Σύβοτα, τῆς μὲν Ἡρείου μικρὴν ἀπέχουσαι· κατὰ δὲ τὸ ἔθνος ἄκρον τῆς Κερκύρας τὴν Λευκίμνην κείμεναι*. Meminit hujus promontorii *Ptolemæus*, ut diximus: prætereaque *Thucydides*, lib. III. p. 225.

69. Ibid. *Ægialia, Cotonis, Thyatira, Geoar, Dionysia, Cyrrus, Chalcis, Pinara, Mystus*] In R. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. *Mystus*: in aliis *Nystrus*. Videntur mihi sane *Echinades* ex ab aliis *Ægæi* maris insulis nomina esse mutuata, sed ea a librariis deformata sic restitui oportere: *Ægialia, Cothon, Ios, Thia, Thera, Gyaros, Dionysia, Cythnos, Chalcis, Pinaria, Nysrus*: quæ a *Pomponio Mela* recensentur, II. 7. p. 44. et nos de iis suo loco dicturi sumus. *Pinaria* eadem quæ *Πινυόσα*.

70. Ibid. *Crocylea*. *A Paxo Cephalenia*, quondam *Melæna* dicta, undecim *M. pass. abest*] In R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. *Crocylea Paxo Cephalenia*, &c. Libri vulgati, *Crocylea, Paxos, Cephalenia*, &c. At si ea lectio steterit, et Paxos alia a duabus superius jam appellatis diversa, ceteris ignota Geographis, importune nobis obtruditur: et, quod gravius est, consideratur haud dubie locus, a quo illa undecim millia Cephalenia absit. Proinde scripsi confidenter, *Crocylea*, vel *Crocyle*. Deinde novam periodum auspicatus, *A Paxo Cephalenia*, &c. Paxi enim satis superque meminit in Paxorum duarum mentione Plinius.

71. Ibid. *Zacynthus*, aliquando *Hyria* appellata] Ex hoc Plinii loco Pomponium Melam emendabis, (id quod Vossius prætermisit :) qui Hyriam, Cephaleniam, Neriton, Samen, Zacynthum, seorsim in Ionio mari nominavit, ceu forent Hyria Zacynthusque diversæ inter se insule.

72. Ibid. *Quingentos passus distans: Plateis Belbina*, &c.] Prius legebatur, *quingentos passus distans Plateis*. At *Plateis* urbs Bæotiæ est, longe ab hoc tractu semota, non D. modo pass. sed multis millibus: et in regionis mediotulio posita, non in littore, unde insularum intervalla petuntur. A continente discesci Calauriam exiguo freto IV. stad. hoc est, D. pass. auctor est quoque Strabo, lib. VIII. p. 369.

73. Ibid. *Spiræo.... Eleusa, Dendros.... Aspis*] Rectius fortassis *Adendros*, literula ex superiore vocabulo repetita: quoniam quemadmodum mox citata Aspis, teste Stephano, careret arboribus: ἄσπις, ἤσπις ἔδενδρος ὄδσα. In R. 1. *Adendros* legitur.

74. Ibid. *Ægila*] Ita Mss. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. ubi perperam libri vulgati *Ægilia*. Neque ipse Stephanus forte mendo caret, qui hanc insulam *Αἰγιάλειαν*, pro *Αἰγί-*

λειαν vocet: nam de hac nostra agere, vel ipso situ, quod suspicatus est etiam Barbarus, satis admonemur: cum inter Cretam et Peloponnesum jacere dicat, quo situ est *Ægila* hæc a Phalasarna Cretæ distans XXV. M. P. *Αἰγιάλεια*, inquit, *ἤσπις μετὰ τὸ Κρήτης καὶ Πελοποννήσου· ὁ οἰκῆταιρ Αἰγίλιος*. Quæ vox postrema suadet *Αἰγίλια* prius vel *Αἰγίλια* scribi oportuisse.

75. CAP. XX. *Dosiades eam a Creta nympa: Hesperidis filia, Anaximander: a rege Curetum, Philistides Malotes: Crates primum Aëriam dictam: deinde postea Curetin*, &c.] Perturbata hæc interpunctione præpostera ita sanavimus. Nihil juvat Solinus, cap. 11. p. 29. qui miscere omnia videtur: nihil Martianus, lib. VI. c. de Thracia, p. 212. qui auctorum nomina prætermisit: 'Creta,' inquit, 'cui nomen suum Hesperidis Nympharum pulchra concessit, aut Curetum rex Cretes, a quo Creta primo, mox Curetis appellata: deinde propter cæli temperiem Macaronnesos est appellata.' Cretam Hesperidos filiam pariter vocat Solinus: Apollodorus de Diis lib. III. p. 163. Ἄσπερον, nisi mendum sit pro Ἐσπέρον. Creten, Curetum regem, Jovis et Idææ Nymphæ filium Stephanus auctor est fuisse: Meminit ejus et Scymnus Chius, p. 23. Unde in suspicionem venio nec posteriorem hujus sententiæ partem a vitio penitus immunem esse: nam ea vox dictam plane supervacanea est: nec illud deinde postea Plinianam elegantiam sapit. Quid si legas igitur: *Crates primum Aëriam, Idæam deinde*, nempe ab Idææ Nymphæ, *postea Curetin*, &c. Adeo non hæc nostra nobis conjectura displicet, ut si librorum ullus faveret, in textum inserere nulla religio foret.

76. Ibid. *Etea*] Hactenus *Elea* vel *Elæa* legebatur, quam in Creta nemo unus scriptorum agnoscit. At Eteam plures: Stephanus: Ἠτέα.... τῆς

Κρήτης πόλις, ὅθεν ἦν Μύσων, εἰς τῶν ἐπτά σοφῶν. Diog. Laërt. in Mysone, lib. 1. 'Ἡρείαν γὰρ πόλιν εἶναι Κρήτης.

77. Ibid. *Myrina* . . . *Rhamnus*] Ita libri omnes. At de Cretensi Myrina altum tamen ubique silentium. Velleius, lib. 1. 'Rex Regum Agamemnon, tempestate in Cretam insulam rejectus, tres ibi urbes statuit: duas a patriæ nomine, unam a victoriæ memoria: Mycenæ, Tegeæ, Pergamum.' Quo Velleii testimonio adductus, nullus fere dubito, quin *Mycenæ* hoc loco pro *Myrina* legi multo satius sit. *Rhamnus* quoque ne temere huc nobis a conjectore aliquo obtrusa objectaque sit, valde vereor: est enim 'Ραμνὸς λιμὴν inter urbes littori adjacentes apud Ptolem. III. 17. cum portu haud ignobili: hæc modo a Plinio mediterraneis oppidis accensetur. Quamobrem suspicor haud immerito *Rhaucus* pro *Rhamnus* scribi oportere: est enim Stephano 'Ραῦκος, πόλις ἐν μεσογείῳ τῆς Κρήτης.

78. Ibid. *Pyloros*, *Rhytium*, *Elatos*] *Pyloros* quidem libri omnes, etiam Mss. exhibent: sed vitiato, ut apparet, vocabulo: cum de Pyloro Cretæ ceteris scriptoribus silentium sit. *Elyros* potius agnoverim: nam Stephano Ἐλυρος, πόλις Κρήτης, quæ mendose, ut arbitror, Scylaci Σάλυρος vocatur. Aut certe Ὀλερος, quæ Κρητικὴ πόλις Stephano pariter appellatur. Aut denique *Alloros*, quod apud Gruterum p. 505. fœdus recitatur inter Ἀλλαριώτας et Παρλούς, Cretenses. *Elatos* vero (sic enim admonitu codicum R. 1. 2. Paris. et Chiffli. rescriptissimus, pro *Clatos*, quam vocem nihili prorsus vulgati libri exhibent,) *Elatos*, inquam, haud dubie ea est, quæ Stephano Ἰατρία πόλις Κρήτης dicitur. Extat apud Reines. p. 501. marmorea inscriptio complexa fœdus inter Olontios Latinosque, Cretenses populos, quos eodem esse cum Elatiis arbitramur.

79. Ibid. *Cylissos*] Editio Dale-

campii, *Mytinos*: Parmensis *Gytisos*. Hermolans, et eum consecuti Frobenius, Gelenius, aliique, *Cytinos*: sed Doriensis urbs ea est, apud Strab. lib. x. p. 476. non Cretica. Mss. R. 1. 2. et Chiffli. *Gylsos*. Colb. 1. 2. *Gytisos*. At Solinus ex Plinio *Cylissos* habet, cap. 11. pag. 29. quem secuti sumus.

80. Ibid. CXXV. *millia*] Ita Mss. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffli. tum hoc loco, tum v. 5. ubi eadem repetuntur: sic etiam veteris editionis ante Frobenium, qui prior centum millia passuum addidit. Atque ei sane astipulari Strabonem intelleximus, qui lib. x. p. 475. a Cyrenaica regione, ubi Phycus promontorium est, ad Criumetopon, ἀπὸ τῆς Κυρηναίας, ἐπὶ τὸ Κρίον μέτωπον, intervallum ait esse ex Eratosthenis sententia, stadium bis mille, quæ passuum efficiunt ccl. millia. Sed quamnam Plinius Agrippæ sententiam esse dixerit, non qualem esse oportuerit, inquirimus.

81. CAP. XXI. *Intra duo millia*] Sic Martianus, lib. vi. p. 213. Sic Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. sic denique Mela ipse, qui Plinio, ut diximus, et Martino prævit. Vulgati libri perperam hactenus, *intra XX. millia*.

82. CAP. XXII. *Siphnus, &c.*] Hic libri vulgati *Scyron Siphno* præfigunt, et alieno prorsus obtrudunt loco: nam et abest ea vox *Scyros* a Mss. omnibus R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. nec vero in Cycladum albo censi ea potest, tam prope a Delo: cum ne inter Sporadas quidem, nedom inter Cycladas, reponi posse, quidam merito censuerint: contra Eubæam enim jacet, κατ' Ἐβόειαν, ut ait Dicæarchus, p. 181. in Descript. Græciæ. Nam quod Scylax, p. 21. inter Cycladas Σκύρον recenset, error librariorum est, pro Σύρον: cum idem rursum cap. seq. Σκύρον appellet, in Ἄγæο mari. Et Eustathius certe Cy-

cladas recensens, in Dionys. vs. 526. p. 76. *Σόρον* nominat: *Σόρον* non habet. Strabo quoque, lib. x. p. 485. ceterique Geographi.

83. Ibid. *Quam primo Plateam*] Ita restituumus admonitu codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et vet. Dalec. Parmensis quoque, vetustiorumque editionum: quarum neglecta fide Frobenius *Pactiam*, auctore nescio quo, inculcavit.

84. CAP. XXIII. *Phacussa, Nicasia*] Prius legebatur, *Phocussa, Phacasia*. In Mss. *Hecasia*. Nos ex Stephano et Suida utramque vocem sanavimus. Stephanus: *Φακούσσαι νῆσοι*. a lente nomen traxerunt. Et alibi: *Νικασία, νησιδιον μικρὸν πλησίον Νάξου*, quæ Suidas quoque habet, verbo *Νικασία*.

85. Ibid. *Ab exortu solstitiali Deli*] Sic multo sincerius codices manu exarati, quam libri editi a *Delo*. Cujusmodi superius illud est, cap. 19. 'Zacynthus Cephaleniæ a meridiana parte xxv. millia abest.'

86. Ibid. *Scyros: Ios*] Scyron hinc ausultit Hermolaus, hand sane satis considerate: cum eam vocem hoc loco Mss. omnes exhibeant, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. et Tolet. et vetustiores editiones, ac Plinius ipse paulo post factam jam a se hujus mentionem hand obscure significet, scribens, 'Et Scyrum supra dictam.' Quod quidem ab ipso præstitum hoc loco exemplaria nunc laudata admonent: quibus nisi mos gerendus esset, post aliquot versus dilatatum putarem, ubi Plinius a Gyaro Syron distare ait octoginta passuum millibus: 'Ab ea Syrnos,' inquit, 'Lxxx. mill. pass.' Syrum enim cum veterum scriptorum nemo unus agnoverit, Scyrum ibi percommode locari posse arbitratur.

87. Ibid. *Hippuris*] Addunt libri vulgati, *Hippurissusa*: sed geminato perperam, ut per se liquet, unius ejusdemque insulæ nomine: quamobrem posterius expunximus.

88. Ibid. *Calydna, in qua oppidum Coos, Calymna, aqua Carpathum, &c.*] Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. totidem ferme literis ac syllabis. Libri vulgati a Frobenio: *Calydna in qua oppida tria: Calymnæ duæ: Olymnos, a qua, &c.* Satis confidenter id sane. Nam quis Olymnium insulam novit? cur vocula *Coos* expuncta? cur terna pro unico inculcata oppida? Nos vetustæ scripturæ vestigia summa fide secuti integram eam lectionem defendimus. Agnoscimus enim cum Eustathio in Dionys. vs. 530. p. 77. ex Lycophrone, Calydnaas plures fuisse: quarum una peculiari nomine Calydna sit appellata: universæ simul Calymnæ, vel Calydnae. Ex harum illæ numero sunt, quas Plinius in Asiæ insulis commemorat, v. 36. a quibus hæc differunt, in quibus describendis nunc sumus. Illarum singulis sua sunt peculiaria oppida: huic Calydnae primarium Coos, ab insula cognomine, quæ Hippocratem tulit, diversum: sic enim illud Hesychii accipiendum puto, *Κῶς, μία τῶν Καλυδῶν*, p. 578. Plinio xi. 13. quæ 'Calydna insula' dicitur, ex ea Strabo lib. x. p. 489. 'mel Calymnium commendat inprimis.'

89. Ibid. *Per DCC. mill. in longitudinem, et per CC. in latitudinem jucent*] Mutila hæc sententia est, omisæ latitudinis mentione, in libris plerisque vulgatis. Integram repræsentamus, tum ope codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. Tolet. tum Parmensis editionis, tum denique Martiani scribentis, lib. vi. cap. de Thracia, p. 213. 'Per septuaginta, (lege septingenta, ex fide codicum Mss. omnium, atque ex re ipsa:) longitudinem: et per ducenta latitudinem ducunt.'

90. Ibid. *Thermaus, Irrhesiam, &c.*] Prius legebatur, *Thermeusim*, ceu nomen id insulæ foret, quod Ortelius quidem arbitratus est, qui eo vocabulo Thesaurum suum locupletavit.

At præter codicum Mss. fidem, in quibus *Thermæus* legitur, ipsa res ita scribi plane postulat.

91. Ibid. *Attollitur monte Saœe*] Ita libri omnes. Hermolaus tamen libentius *Sao* agnoscit, ex Nicandro, qui p. 35. in *Theriac*. Σάον meminit, quem Samothraces insulæ montem esse Scholiastes Græcus in eum locum prodidit, p. 24. At receptam lectionem defendit Hesychius, qui et ipsam insulam eo nomine quondam appellatam tradit, ex monte haud dubie cognomine: Σαώκισ, inquit, ἡ Σαμοθράκη οὖτως ἐκαλεῖτο πρότερον. Didymus vero et montem ipsum nominat, in *Iliad*. N. 12. p. 387. Τῆς Σαμοθράκης· Τὸ μέντοι ἐν αὐτῇ ὄρος, Σαώκη καλεῖται. Item Geopon. auctor, II. 5. p. 38. Cum porro in Mss. omnibus, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiff. Tolet. diserte legatur: *Attollitur monte Saœe, decem mill. pass. altitudinis, vel importuosissima omnium*, quo fato, quove consilio factum sit, ut in libris vulgatis *decem mill. pass. portuosissima omnium*, ceteris vocibus expunctis, legatur, non satis intelligo.

92. CAP. XXIV. *Ab ostio Ponti Apolloniam CLXXXVII. M.*] Libri vulgati, *CLXXXVIII.* Et mox, *Ad Ponticæum, CCXXII.* ubi nos, cum Pintiano, *CCXII.* ex Mss. Reg. 1. 2. Paris. et Tolet. summa fide restitui-mus, ita exigente inprimis summa universa, quæ ex singularibus intervallorum mensuris colligitur: nempe *XIII. XXXVII. D. pass.* hoc est, ter et decies centena, et triginta septem millia pass. cum quingentis: cui summæ aut Martianus ipse, lib. VI. cap. de quarto sinu Europæ, p. 214. aut amanuenses, quinquagenarii notam incaute præfixere, et Europæ totius mensuram hanc esse ipse existimavit: non Ponti tantum, ab eo latere quo Europam allnit. 'Varro dicit,' inquit, 'Europæ totius longitudinem habere *LXIII. XXXVII. M. D. pass.*'

93. Ibid. *Abnobæ*] Veram hujusce montis, unde Danubius oritur, appellationem, non Tacitus modo, quem laudavimus, sed et Festus Rufus A-vienus confirmat, in *descript. orbis*, vs. 437. 'Abnoba mons Istro pater est: cedit Abnobæ hiatu Flumen: in Eoos autem convertitur axes, Euxinoque salo provolvitur: ora per æquor Quinque vomunt amnem.' Ptolemæo, II. 11. τὰ Ἀβνοβα ὄρη. Marciano Heracleotæ, pag. 82. corrupte admodum Ἀδοῦλας nominatur.

94. CAP. XXV. *Geta, Daci Romanis dicti*] Sunt qui Plinium hoc loco erroris insimulent, perinde ac si temere Getas cum Dacis confuderit. At eandem Scytharum gentem utraque appellatione promiscue Romanis appellatam, auctor est luculentus Dio, lib. LI. pag. 460. Οἱ δὲ ἐπέκεινα Δακῶν κέκληνται, ἔτερε δὲ Γέται τινές, ἔτερε καὶ Θράκες, τοῦ Δακικοῦ γένους, τοῦ τὴν Ῥοδότην ποτὲ ἐνοικήσαντος, ὄντες. Qui *Daci* postea vocati sunt, sive *Getae* ii fuerint, sive *Thracæ*, orti ab iis *Dacis*, qui *Rhodopen* quondam incoluerunt, &c. Nec vero cum Dacos Plinius nunc appellat, et Sarmatas, et Aor-sos, id agit, ut certas singulorum sedes assignet, quas, cum ille hæc scriberet, nondum ii forte habebant: sed quam fuerint earum gentium migrationes variæ, quæ diversis temporibus, pulsus prioribus incolis, eandem Danubii ripam tennerint, id cursim raptimque perstringit.

95. Ibid. *A Suevis, regnoque Van-niano*] Convellit egrege interpretatio nostra, Taciti auctoritate constab-ilita, eruditi Cluverii conjecturam, in libro de *Antiq. Germ.* a *Quadis*, non a *Suevis* legendum esse pronuntians. Nec minor ejusdem hallucinatio est, dum ultra Crapathios montes *Bastarnas* ablegat, quos inter Tibiscum et Marum Plinius diserte locat: nec dignus venia contemptus codicum omnium, quorum est in hoc loco mira consensio, cum a *Quadis*, non a *Sue-*

vis, *aversa*, non *adversa* legitur.

96. Ibid. *Quatuor millibus, et quadringentis*] Ita restitimus ex fide codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. editionumque vetustiorum, Parmensis, &c. quas Frobenius corruptit, ut *quantum minus quadringentis* scriberet. Martianus lib. vi. pag. 214. millia quadringenta agnoscit.

97. Ibid. *Tauri Scythæ, et Siraci tenent*] Pro *Siraci* Barbarus *Sarmatæ* reposuit. Sinceram lectionem tum ex codd. Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Tolet. &c. tum ex Strabone restitimus, qui lib. x. p. 492. et 506. Σιρακῶν meminit, prope Mæotin, in Asia quidem, sed una tamen cum Aorsis supra quoque citatis a Plinio. Ad Tauris Scythas autem quod attinet, seu Tauroscythas unico vocabulo malis appellare, Achillei dromi incolæ Dionysius Periegetes ait fuisse, et Tauris vocat, vs. 301. Alanis Dacisque conterminos: Eustathius, ad eum locum, Scythas: Ταυροί θ' αὖ νοαίουσιν Ἀχιλλῆος δρόμον αἰπὺν, κ. τ. λ. Taurisci littoris incolæ Scythas, Festus Avienus, vs. 444. Tamen Mss. quidam satis probatæ fidei, pro *Tauri*, *Sardi* hic exhibent, qui alibi nusquam reperti.

98. Ibid. *Sex oppida: Orgocyni, Characeni, Lagyrani, Tractari, Archilachitæ, &c.*] In edit. Parm. et Mss. *Caraceni, Assyriani*. Nos ex Ptolem. III. 6. *Characeni* et *Lagyrani* rescripsimus: quoniam in Taurica oppida sunt apud enim ista, Χάραξ et Λαγύρα. Pro *Orgocyni*, forte *Argodeni* rectius, ab Ἀργυδα ejusdem Tauricæ mediterraneo oppido. Pro *Tractari*, Mss. *Stactari* habent. In libris hactenus vulgatis, *Caraseni, Assyriani*.

99. Ibid. *A Theodosia LXXXVII. M.*] Ita Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiff. et Tolet. ubi fæda depravatione vulgati libri habent tantummodo XXXV. M. At Strab. lib. vii. pag. 309. stadia numerat circiter DXXX. hoc est, fere LXVII. M. P.

100. Ibid. *Non, ut imperiti dixere*] Ut ea esse vera existimem, quæ in hunc locum sunt a me prolata, in prioribus Notis, alienum tamen a Plinii ingenio ac modestia videtur, ut imperitum appellet Pomponium Melam, virum omnis elegantia atque eruditionis, vel hac maxime in parte, plenissimum: per quem ipse se professisse in Indice sæpius confitetur: a quo vix toto de Geographicis rebus opere latum unguem discedit: quem denique hoc ipso in loco ad verbum pæne transcribit. Venit igitur aliquando in mentem, levi traiectione vocula molliori seu refingi eam commode sententiam posse, *Ut non imperiti dixere*. Moxque verborum sequentium, *semel in anno solstitio orientur iis Soles, brumæque semel occidunt*, hic erit intellectus: semel in anno oriri iis Soles, atque id illis esse solstitium, Sole ab eorum oculis nunquam abscedente: semel occidere, eamque brumam easse iis, Sole addito. Nec conjecturæ tamen ipse meæ plus quam par est faveo; nisi viri eruditi faveant.

101. CAP. XXVII. *Maria omnia interiora*] Solinus recte interpretatur mediterranea maria: nam internum mare Latini, Pliniusque ipse III. 1. τὴν ἐντὸς θάλασσαν Græci, mediterraneum vocavere: ut frustra sint, qui *inferiora* hic nobis inculcant, reclamantibus omnibus libris. Macrobius in hoc ipso argumento accurate versatus, quamquam a Plinio diversus abit quædam ex parte, 'nostra maria' reddidit, Saturn. vii. 12. pag. 622. 'Quod si in Pontum,' inquit, 'vel paleas, vel ligna, seu quæcumque alia natantia projeceris, foras extra Pontum feruntur in Propontidem, atque ita in mare quod alluit Asiæ oram: cum constet in Pontum effluere maris aquam, non effluere de Ponto. Meatus enim, qui solus de oceano receptas aquas in maria nostra transmittit, in freto est Gaditano, quod Hispani-

am Africamque interjacet. Et sine dubio inundatio ipsa per Hispaniense et Gallicanum littora in Tyrrhenum prodiit: inde Adriaticum mare facit, ex quo in Ægæum pergit, atque ita ingreditur in Pontum.

102. Ibid. *Ante Scythiam, quæ appellatur Rauroña, unam abesse diei cursu*] Ita Mss. omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et fere Parm. edit. In libris ceteris hactenus editis: *quæ appellatur Bannomanna abesse a Scythia diei cursu*. Miror viris doctis, Pelicerioque inprimis, in Notis Mss. facile persuasum ibi insulæ nomen latere, non continentis Scythiæ, quæ ex adverso est: neque animadversum illud a *Scythia*, glossema esse, quo carent Mss.

103. Ibid. *Fanesiorum*] Ita Mss. quoque ipsi, et sic in Solino etiam legitur: sed rectius utrobique, cum Pintiano, *Panotiorum* legas. Sienti enim superiores Oonæ, ab ovis quibus aluntur, sunt appellati: Hippopodes mox, ab equinis pedibus: ita hos, quoniam aurius toti fere constare viderentur, Græca voce *Πανωτίους* dictos, a *πᾶν* et *ἄρα*, credere libet. Isidoro præsertim astipulante, qui non alinnde hausisse quam ex Plinio videtur, Etymol. xi. 3. '*Panotii*,' inquit, '*apud Scythiam esse feruntur, tam diffusa aurium magnitudine, ut eis omne corpus contegant: πᾶν enim Græco sermone omne: ὠτία, aures dicuntur:*' *Ἐνωτοκόλους* appellavit Strabo lib. xv. p. 711. *Ὠτοκλόλους* non semel appellat Tzetzes, Chiliad. vii. vs. 633. et seqq. *Μεγάλα δ' οἱ ὠτοκλόμοι τὰ ὄτα κεκτημένοι, Ὀμοίως σκέπεσιν αὐτοὺς τρόπῃ τῶν σιαδελῶν*. In priore versu *ὠτοκλόμοι* legimus. Quominus tamen in Pliniano contextu quicquam immutem, facit Ptolem. ii. 11. qui Scandiæ in Germanico oceano gentem quandam *Φαρσίους* appellat, forte pro *Φαρήσους*.

104. CAP. XXVIII. *Rhætia prope*] Avulsa male hæc fuisse hactenus a

præcedentibus, ante nos intellexit Rhenanus: evidens inscitia eorum argumentum, qui Plinii libros in capita distinxere; cum sine illis constare antecedentia minime possint. Ridenda quoque hic, ut multis aliis in locis, Gallici interpretis hallucinatio qui verba hæc paulo post sequentia, '*circa excessum ejus*,' non ad Agrippæ obitum, sed ad exitum Germaniæ nescio quem retulit.

105. Ibid. *Istævones, quorum pars Sicambri. Mediterranei, Hermiones: quorum Suevi, &c.*] In libris hactenus editis: *Istævones, quorum pars Cimbri mediterranei. Hermiones, quorum, &c.* Erunt igitur etiam Hermiones Rheo proximi? Erunt mediterranei Cimbri, quorum nullum usquam vestigium est? nec de Sicambriis, gente tum notissima, ut ait Strabo lib. vii. pag. 294. mentio erit ulla? Quanto commodius cadunt omnia emendatione nostra, cum apposite Hermiones mediterranei, hoc est, in media Germania positi, et Ingævoniis, qui oceano, et Istævoniis, qui Rheo sunt proximi, opponuntur? Sic enim Tacitus de Moribus German. pag. 123. '*Proximi oceano Ingævones: medii Hermiones: ceteri Istævones vocantur.*'—*Sic igitur manifeste hic locus interpungendus est. At non propterea inserendi huc sunt Sicambri, invitatis ac repugnantibus libris omnibus, tum editis, tum manu exaratis; cum sententia hujus loci sit, tam inter Istævones, quam inter Ingævones, habitasse Cimbros, qui tractus utriusque partem occuparint. Nihil planius.*' Ed. sec.—Sicambriorum porro non semper sedes ultra Rhenum posita: in Gallia a Tiberio pars trajecta, ut ait Tacitus Annal. xii. pag. 183. in Menapii sedes habuerunt, ubi Geldria nunc est, et Nimega, Venloaque pagi. Alii tamen ex iis in Germania trans Rhenum manserunt, ut erudite P. Browerus S. J. ostendit in Annal. Trevir.

106. CAP. XXIX. *Bataavorum insula, et Cannenufatum*] Voculam et, quam Dalecampius expunxerat, tum ex Mss. librorum, tum ex priorum editionum fide restitimus: ne Bataavorum insulam, et Cannenufatum, geminam esse ac diversam, quisquam existimaret. Vide Cluver. German. Antiq. II. 33.

107. CAP. XXX. *Gessoriaci tractu quinquaginta millium*] In Parm. edit. *quinquaginta millia milium*. Hermolaus *millia minimum* rescripsit. Nos hanc postremam vocem, ceu spuriam, expungimus: abest enim a Mss. omnibus, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiff. &c. atque ex præcedenti vocula *millium* ea prodiit. Straboni porro lib. IV. pag. 199. ab Icio Morinorum, unde solvit in Britanniam Cæsar, tractus est CCCXX. stad. hoc est XL. *M. pass.* non *L.*

108. Ibid. *A Silurum gente, XXX. M. pass.*] Solinus, cap. 22. pag. 42. Silurum gentem sitam in Britannia ora contra Hiberniam, dum hunc Plinii locum transcripsit, insulam male credidit. Nec freti, quod interjacet, spatium summa fide retulit, cum latitudinem ejus scripsit in CXX. *M. passuum* diffundi, pro XXX. sic enim Mss. omnes habent R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiff. Libri editi, perperam XX.

109. CAP. XXXI. *Universam oram XVIII. M. P. Agrippa, Galliarum inter Rhenum, &c.*] Libri hactenus editi hoc tantum, *Agrippa universarum Galliarum inter, &c.* Verum ex Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Tolet. lectione, quam secuti sumus, tres omnino apposite reddi mensuræ videntur, ex commentariis Agrippæ decerptæ: adnavigationis primum Gallicæ oræ totius, per Oceanum a Scalde fluvio usque ad Pyrenæum, quæ colligat XVIII. hoc est, decies octies centena *M. pass.* Mediterraneæ deinde longitudinis: et latitudinis denique earundem Galliarum. Sic paulo post,

ubi *Gebennam* et *Juram* libri impressi habent, *Juras* multitudinis numero Mss. iidem repræsentant: quemadmodum III. 5. 'montibus Gebenna et Juribus' dixit.

110. Ibid. *Bellovaci*] In Edit. Parm. *Bellovaci, Bassi*. Frobenius, *Bellovaci, Hassi*. Mss. Reg. 1. *Bollovasi* tantum. Reg. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiff. *Bellovasi*. Ex quibus *Bellovaci* solum scripsimus, expuncta voce *Bassi*, vel *Hassi*, quos in hoc terrarum tractu nullus agnoscit.

111. Ibid. *Ulmantes*] Ita Mss. omnes, et libri editi ante Hermolaum, qui *Ulbaneetes* ex Antonino rescripsit. *Σουλδακτοί* Ptolemæo dicuntur, in codice Ms. Collegii nostri Parisiensis, atque eorum oppidum Ratomagus, in Belgica, ultra Sequanam, ad ortum. Eosdem esse sane arbitror, qui Antonino *Ulbaneetes*, *Sylvaneetes*que postea sunt appellati: quo plane modo qui *Suessiones* dicuntur, iidem sibilo demto *Ούβονοί*, et *Senones* *Έννοί* in cod. Ms. Collegii Paris. a Ptolemæo vocantur. In libris quibusdam editis, ante *Ulmantes* adduntur *Veruni liberi*, quos nec Mss. codicum, nec scriptorum veterum ullus agnoscit. *Virodunos* novi, quorum ager *le Verdunois*, oppidum *Verdun*. *Verunos* non novi.

112. CAP. XXXII. *Viducasses, Bodiocasses*] Ita quidem Mss. omnes: sed vox ea prior inepta quædam posterioris repetitio nobis videtur: quam qui confidenter expunxerit, etsi de *Viducassibus* ante statuerim, quod timide feci, non ei dicam impingam. In libris post Hermolaum editis, pro *Bodiocasses, Vadicasses* legitur, Ptolemæi *Βιδουκείτοι*, qui cum *Viducassibus* Plinii habere nominis affinitatem videantur, in inferiore Britanniam prope Osismios, fannumque S. Brioci ablegandi sunt.

113. CAP. XXXIII. *Tarusates, Babacates*] Prius *Latusates* corrupte

legebatur. Tarusatum meminit Cæsar, Bell. Gall. lib. III. pag. 38. 'Vocates,' inquit, 'Tarusates, Elusates.' Pagum hi tenuere, cui nomen hodieque priscum, *le Tursan*, ut recte vidit Mariana, Hist. Hisp. III. 18. p. 118. Ejus pagi caput Aturensium civitas, *Aire en Gascogne*. Qui mox pro *Basabocates*, putant *Basatæ*, *Boates*, legi oportere, Boatiumque civitatem olim Boium fuisse ex libello Provinciarum Rom. afferunt, teste utuntur dubiæ admodum fidei, sua somnia sæpe pro verò obtrudente, cujus mendacium hac in parte detegit Valesius, in Notit. Gall. p. 329.

114. CAP. XXXIV. *Ipsa Pyrenæi juga ab exortu æquinoctiali fusa in occasum brumalem*] Ipsa, inquit, Pyrenæi juga Hispaniam sic irrumpunt, ut ab exortu æquinoctiali quasi cæpto cursu, per totam provinciam longa serie immissa, perveniant denum in occasum brumalem, et ad ea Bæticæ provinciæ littora, quæ occidenti sunt adversa: atque ita Hispaniæ partem quæ a Ruscinone Gades euntibus dextra est ac septemtrionalis, faciunt breviorē, et angustiorē, quam meridiana est. Hanc esse scriptoris sententiam prodit apertissime tum ipsa oratio, tum vero maxime Mela Pomponius, quem hoc loco, ut solet, exscribit. Sic enim ille II. 6. p. 40. 'Pyrenæus primo hinc (ab Eliberi et Ruscinone) in Britannicum procurrat oceanum: tum in terras fronte conversus, Hispaniam irrumpit, et minore ejus parte (nempe quæ septemtrionem respicit) ad dextram exclusa, trahit perpetua latera continuus, donec per omnem provinciam longo limite immissus, in ea littora, quæ occidenti sunt adversa, perveniat.' Hactenus Mela: cujus ex oratione intelligitur, non de tota illa montis Pyrenæi latitudine ac serie nunc agi, quæ ab oceano Cantabrisque ad Ibericum mare pertinet, qua in Gallias ab Hispania iter est: sed de eorundem

montium per mediam Hispaniam ductu ac veluti cursu in oceanum usque Gaditanum. Hoc vero cum minime perviderint viri alias eruditi, Pintianus, et Sepulveda, mirum quantas inter se lites de verò hujus loci intellectu moverint: quem aliter assequi se non posse ambo confessi sunt, quam Plinii verbis immutatis, atque in contrariam plane sententiam detortis: dum ille in Plinianis Observationibus, *ab exortu brumali in occasum æquinoctialem*: iste Epist. III. 46. p. 184. '*ab exortu æquinoctiali in occasum æstivum*,' censet legi oportere: reclamantibus libris omnibus, tum editis, tum manu exaratis: atque adeo ipso reclamante Plinio, cujus mentem Mela, quem transcribit, planam facit.

115. Ibid. *Breviores latere septemtrionali, quam meridiano*] Abest ea vox *septemtrionali* a Reg. codd. Sed incuria amanuensium, ut arbitror, prætermittitur: nam et orationis series id postulat signari, quod meridiano adversum sit: et ipse Mela, a quo rursum hæc Plinius mutuatur, loco proxime citato, geminum illud latius agnoscit: '*Tarraconensis*,' inquit, '*altero capite Gallias, altero Bæticam, Lusitaniamque contingens, mari latera objicit nostro, qua meridiem; qua septemtrionem, oceano.*'

116. Ibid. *Flaviobriga colonia. Civitatum IX. regio Cantabrorum*] Præpostera interpunctio prius omnia miscebat: *Flaviobriga, colonia IX. civitatum, Regio Cantabrorum*. Quis coloniam novem civitatum unquam inaudivit? Ipsam regionem Cantabrorum civitatibus novem constare ait. Sic III. 3. 'In Autrigonum decem civitatibus: Carietes et Vennenses quinque civitatibus, &c. In Vaccæorum XVIII. civitatibus,' &c. Et libri hujus cap. 7. similiter: '*Regio Messenia duodeviginti montium.*'

117. Ibid. *Orgenomesici e Cantabris*] In Mss. Reg. 1. *Orgenonesici e Cantabris*

bris. Colb. 1. *Orgenomisci*. Colb. 2. *Origenomisci*. Plinii editores inde nobis Origenos commenti sunt, *Origeni mistis Cantabris*, quos nec libri, nec auctores ulli agnoscunt. Fuit aliquando cum scribendum putarem: *Curgionii mistis Cantabris*; quoniam Curgionios a Cantabris fatigatos crebris incursionibus scribit Florus IV. 12. p. 198. Sed indubitata deinde visa emendatio est, *Orgenomesci e Cantabris*, quam totidem pæne apicibus libri omnes conditivi exhibent, firmatque egregie Ptolemæus, II. 6. ubi in oppidis Cantabrorum mediterraneis prope Astures, Ἀργενόμοσκον appellat, haud dubie pro Ὀργενόμοσκον.

118. Ibid. *Et deinde . . . a flumine Navilubione*] Ita quidem Barbarus reposuit, ex Ptolem. II. 6. apud quem Ναυιλλοταῖνος amnis mentio. At idem et Ναβλου quoque ποταμὸν meminit juxta Navilubionem: unde forte defendenda vetus lectio codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Parm. edit. *A flumine Navia, Albiones*; unde unde tandem Albiones ii appellationem sortiantur. Ceterorum quoque populorum obscura nomina, situs incertus. Id unum liquet, a fluminis mox appellato, ad promontorium Celticum, *Cap de Finetierre*, oram omnem tenuisse. In Mss. mox appellatis, legi: *Eguiarri cognomine Narini, Iadoni, Arroni, Arrotrebæ*.

119. CAP. XXXV. *Oppidum et flumen Eminium*] Prius *Minium* legebatur. At est *Alpulvor* oppidum Lusitanie Ptolemæo II. 5. item Antonino. Et in Conc. Tolet. III. apud Loaysam, p. 228. Possidonius Emiliensis Ecclesie Episcopus subscribit. In Mss. Reg. et Colb. et in edit. Parm. *Eumenium*.

120. Ibid. *Promontorium, quod alii Artabrum*] Pelicerius in notis Mss. cum Pintiano, Casanbono, Resendio, Salmasioque in Solin. p. 276. insigni aunc errore Plinium, et illum secu-

tos Solinum Martianumque, Magnum promontorium, sive Olisipponense, idem cum Artabro existimasse aiunt: quanquam si error est, non in Plinium ipsum, sed in eos conjici potius oportuit, quos ejus sententiæ appellat auctores. Est tamen simile veri, etsi id nullus veterum prodat, esse Artabrum promontorium, sumto ab incolis Artabris, aut dato his nomine, illud quod Celticum cap. sup. Plinius Pomponiusque, Nerium Strabo ac Ptolemæus vocarunt. Verum isto disternari cælum, terras, maria, non Olisipponensi, atque adeo defendi a culpa Plinium minime posse, ut Pelicerius aliique contendunt, tam falsum est quam quod falsissimum. Quid Hispaniæ latus esset, quid frons, nescisse ii videntur. Nos suo loco aperuimus, interpretationemque nostram hæc Plinii Pomponique loca egregie constabiliunt. Ille enim de hoc ipso promontorio Olisipponensi II. 112. 'Promontorium Artabrum,' inquit, 'quo longissime frons procurrit Hispaniæ.' Et hoc ipso libri hujus cap. 'Promontorium Sacrum e media prope Hispaniæ fronte proslit.' Quibus verbis prodit apertissime tribus omnino frontem eam effici promontoriis. A Junonio, quod est circa Gaditanum fretum, incipere: in Sacro, quod S. Vincentii vocant, esse mediam, ubi caput Europæ statuitur a Dionys. Perieg. vs. 562. ad Artabrum denique longissime currere, in quo desinat. Inde versus Gallæciam facto circuitu, latus incipere septemtrionale Hispaniæ Lusitanique. Namque, ut Pomponius tradit, II. 6. 'Lusitania oceano tantummodo objecta est: sed latere ad septemtrionem, fronte ad occasum.'

121. Ibid. *Oceanusque Gallicus*] In Chiffi. cod. *Calaicus*, seu potius *Calalaicus*, a gente Callaica, hoc est, Gallicis. At vulgatam scripturam defendunt codices Reg. et Colb. Martianus quoque, lib. VI. c. de Hispani-

nia, p. 202. Quin ipse Plinius ix, 3. oceanum hunc Gallicum vocat, ut suo loco monebimus.

122. Ibid. *Concordienses, Elbocori, Interannienses*] In Mss. Reg. Colb. &c. et in edit. Parm. *Concordienses, et Boccori*. Ipso elementorum ordine admonitus Hermolaus reposuit, *Concordienses qui et Boccori*; ratus hoc loco Boccoros perse non posse nominari. Ego vero sinceram loci hujus arbitror lectionem, quam attuli. Nam apud Ptolemæum in oppidis Lusitanæ mediterraneis, II. 5. 'Ελκοβοῖς recensetur, literis permutatis haud dubie, pro 'Ελβοκόποις.

123. Ibid. *Interannienses*] In Mss. Reg. Colb. Chiffi. Paris. &c. *Interannenses*. Editi libri, *Interausenses*. Nostram emendationem defendit Gruteri vetus inscriptio, p. 162. INTERANNIENSES. Et multo etiam magis Philegon Trallianus de Longævis, cap. 1. p. 113. scribens, 'Ιντεραννῆσι πόλιν Δουρετανίας.

124. CAP. XXXVI. *Ipsius spatium XV. M. pass.*] Ita quidem libri omnes: at longitudine insulæ Gadium, et latitudine jam signata, reliquos tantum videtur esse ambitus: qui, si longitudo est XII. M. pass. fieri non potest, quin fere XXX. passuum millia colligat.

125. Ibid. *Abest a continente . . . minus pedes DCC.*] Sincera hæc omnium codicum lectio est, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. et Parm. edit. Frobenius prior, quem secuti deinde sunt ceteri, *passus DCC.* reposuit. Verum a continente angusto spatio, et veluti flumine abscissam Gadium insulam auctor est Mela: Polybius, et Solinus cap. 23. p. 44. cum Plinio, pedibus septingentis: Strabo lib. III. p. 167. stadio definit, hoc est, CXXV. passibus, pedibus vero DCCXX.

126. Ibid. *Cotinussam apud eos vocatam*] Vereor ut illud apud eos Plinianum sit. Certe in libris manu ex-

aratis, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. et Parm. edit. legitur, *Potinussam a puteis*. Et de puteis quidem in Gadium insula frequentibus prolixam concertationem Strabo instituit, ex Polyb. lib. III. p. 173. Quamobrem a veteri scriptura discedere Hermolaum fortasse non oportuit; quamquam ei scriptores nec pauci favent, nec ignobiles: nam Festus Avienus, in *Descript. Orbis*, vs. 611. 'Gadir prima fretum solida supereminet arce, Hæc Cotinussa prius fuerat vocat nomine prisco, Tartessumque dehinc Tyrii dixere coloni: Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat: Pœnus quippe locum Gadir vocat undique septum Aggere præducto.' Dionysium Festus expressit, qui vs. 456. Κληζομένην Κοτινοῦσαν ἐφημύζαντο Γάδειρα. Adde Tzetzen, Chiliad. VIII. Hist. 216. vs. 687. 'Η νῦν νήσος ἡ Γάδειρα τὴν κλήσιν καλουμένην, τὸ πρῶτον ὀνομάζετο τὴν κλήσιν Κοτινοῦσα.

127. Ibid. *In hac Geryones habitasse a quibusdam existimantur, quorum arma Hercules abduxerit*] Sic libri omnes incredibili consensu, tum manu exarati, tum editi etiam ante Frobenium, qui numero singulari legit: *existimatur, cujus arma, &c.* Satis audacter id quidem, libris refragantibus. Nec tamen sum nescius a Græcis dici promiscue Γερῶν Γερῶν, et Γερῶνης Γερῶνον. Unde Stephanus de hac insula: 'Ἐρθεῖα νήσος Γερῶνον. Et Tzetzes, Chiliad. IV. vs. 351. 'Ο Γερῶνης βασιλεὺς ὄντην ἔρπειν Ἐρθεῖα, κ. τ. λ.

128. CAP. XXXVII. *A Tanai usque Gades LXXXII. XIV. M.*] Ita libri omnes. At si octuagies quinquies centena et sexaginta octo millia pass. auctore Artemidoro patet longitudo ipsa totius terræ, ab ortu ad occasum, hoc est, ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas, ut II. 112. Plinius prodidit, quo pacto Europæ unius longitudini octuagies et bis centena et quatuordecim millia

idem assignare potuerit Artemidorus, non sane video : nisi si hæc adnavigationis per sinus omnes, intimosque sinuum recessus a Tanai Gades usque institutæ mensura est.

129. Ibid. *Est autem ipsius Italiæ, ut diximus, XI. XX.*] Ita libri omnes manu exarati, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. Vulgati, XII. XX. Pelicerius in Notis Mss. et Pintianus, X. XX. quoniam Plinius ipse eo loco quem nunc spectat, III. 6. Patet Italia, inquit, 'longitudine ab Alpino fine Prætorix Augustæ, per Urbem

Capuamque cursu meante, Rhegium oppidum, in humero ejus situm, a quo veluti cervicis incipit flexus, decies centena et viginti millia passuum.' Verum cum idem his verbis statim ista subjungat : 'multoque amplior mensura fieret, Lacinium usque, nitalis obliquitas in latus digredi videretur,' hanc ipsam mensuram ampliore superiore adjici modo perspicuum est, quam centum millium passuum esse, tum ex cap. 10. tum ex 15. ejusdem libri colligimus.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER V.

Africa Asiæque pars.

1. **AFRICAM** Græci Libyam^a appellavere, qua mare ante eam Libycum incipiens Ægyptio¹ finitur. Nec alia pars terrarum pauciores recipit sinus, longe ab occidente^{a b} littorum obliquo spatio. Populorum ejus, oppidorum nomina, vel maxime sunt ineffabilia præterquam ipsorum linguis, et alias castella ferme^c inhabitant.

(1.) Princip^d terrarum Mauritaniae appellantur usque

~~~~~  
CAP. I. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. et mare ante eam Libycum: Ægypto; Chiffi. et mare ante eam Libycum: Ægyptio.—2 Hæc, longe ab occi-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Græci Libyam] Ab Afro Libye Herenlia filio, inquit Martiausus, lib. vi. cap. de Africa, pag. 215. vel a Libya fœmina Epaphi filia, ut ait Dionysius in Eustath.

<sup>b</sup> Longe ab occidente] Longo admodum spatio ab occasu fretoque Gaditano Ægyptum usque incurvantibus sese molliter littoribus.

<sup>c</sup> Castella ferme] Non cincta mœnibus oppida.

<sup>d</sup> Principio] Vel, Principia terrarum Delph. et Var. Clas.

rum. Nam Pomponium sequitur, cuius hæc verba, l. 4. 'Nunc exactius oras situsque dicturo, inde est commodissimum incipere, unde terras oceanus ingreditur: et ab iis potissimum quæ influenti dextræ sunt.' Et cap. 5. 'Hinc in nostrum mare pergentibus læva Hispania, Mauritania dextra est.' Idcirco Melæ Plinioque principia terrarum Hispaniæ Mauritanique appellantur.

Plinius.

3 K

ad C. Cæsarem<sup>e</sup> Germanici filium regna, sævitia ejus in duas<sup>f</sup> divisæ provincias. Promontorium oceani extimum<sup>g</sup> Ampelusiam nominatur a Græcis: Oppida fuere, Lissa et Cotta<sup>h</sup> ultra columnas Herculis: nunc est Tingi,<sup>i</sup> quondam ab Antæo<sup>j</sup> conditum; postea a Claudio Cæsare, cum coloniam faceret,<sup>k</sup> appellatum Traducta Julia.<sup>l</sup> Abest a Belone,

//////////

dente, Dalecampio supervacua videntur.—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Lixu, Cotes Vet. Dalec.

### NOTE

<sup>e</sup> *Ad C. Cæsarem*] Caligulam. At Dio lib. LX. pag. 671. Claudium Cæsarem hujus divisionis auctorem facit: 'Ο Κλαύδιος διχῆσθι τοὺς Μαύρους τοὺς ὑπερκότους ἐνεμεν, ἔς τε τὰ περὶ Τίγγιν, καὶ ἔς τὰ περὶ Καυδορείαν· ἀφ' ὧν περ καὶ ὀνομαζόμενται, Claudius Mauros dupliciter divisit: in eos qui ad Tingin, et qui ad Cæsaream: unde et nomen habent. A Caio forte constituta, ac deliberata: perfecta postmodum a Claudio est. Ptolemæum enim Jubæ filium Mauritaniam Regem consobrinum suum Caius interemit, quare sævitiam ejus Plinius nunc incusat. Vide Dionem lib. LIX. pag. 659.

<sup>f</sup> *In duas*] Tingitanam et Cæsariensem. Tingitana pertinet a freto Gaditano, ad fines usque Marocani regni. De Cæsariensi inferius.—<sup>g</sup> *In nummis semper MAVRETANIA est.* Ed. sec.

<sup>h</sup> *Oceani extimum*] Ultimum, in ipso freto aditu positum, qua in mediterraneum sinum oceanus influit. *Cabo Despartel* vulgo dicimus, inquit Mariana l. 1. Hist. Hisp. 1. 22. p. 41. Ptolemæo IV. 1. est Κόρρης ἄκρον. Mela 1. 5. a quo hæc Plinius mutuatus est: 'Africae,' inquit, 'caput atque exordium est promontorium, quod Græci Ampelusiā, Afri aliter, sed idem significante vocabulo appellant:' nempe Κόρρη. Bochartus

Parte II. Geogr. 1. 37. p. 715. Pœnos scripsisse existimat ἡρῖπ Coteph, id est, τοῦ τρυγῶντος, vindemiantis. Ἀμπελος Græcis vitem sonat. Vitium feracem hanc oram utroque littore fuisse significat nummus Coloniam Juliam Traductam, de quo dicitur in Notis et Emend. num. 1.

<sup>i</sup> *Lissa et Cotta*] Fuere, inquit, olim hæc oppida: nunc bellis attrita, nomen tantum et locum servant. Idem Plinius XXXII. 6. 'In oceano,' inquit, 'ad locum Mauritaniam, qui Cotta vocatur, non procul Lixu flumine.'

<sup>j</sup> *Nunc est Tingi*] Ptolemæo IV. 1. Τίγγις ἢ καὶ Καυδορεία. Hodie Tanger: paret Anglorum Regi.

<sup>k</sup> *Ab Antæo*] Ita Solinus cap. 24. p. 45. Non ab Antæo modo id conditum, sed et conditum ibi Antæum auctor est Plutarchus in Vita Sertorii, p. 572. a quo refossum tumulum scribit, corpus repertum LX. cubitorum: quam fabulam a Gabinio primum disseminatam in vulgus, Romanarum rerum scriptore, admonet Strabo lib. XVII. p. 829.

<sup>l</sup> *Cum coloniam faceret*] Tingitanis olim ab Augusto civitatis tantum jure donatis, ut auctor est Dio lib. XLVIII. p. 384.

<sup>m</sup> *Traducta Julia*] Vide Notas et Emend. num. 1.

oppido Bæticæ, proximo trajectu<sup>4</sup> xxx. m. pass.<sup>m</sup> Ab eo xxv. m. pass. in ora oceani,<sup>n</sup> colonia Augusti Julia Constantia Zilis,<sup>o</sup> regum ditioni exemta, et jura<sup>p</sup> Bæticam petere jussa : et ab ea xxxii. m. passuum colonia a Claudio Cæsare facta Lixos,<sup>q</sup> vel fabulosissime antiquis narrata. Ibi regia Antæi,<sup>r</sup> certamenque<sup>s</sup> cum Hercule : et Hesperidum horti.<sup>t</sup> Affunditur<sup>u</sup> æstuarium<sup>6</sup> e mari flexuoso meatu, in quo draconis<sup>v</sup> custodiæ instar fuisse nunc interpretan-

*Lissa, Cotes* edd. vett. et Gronov.—4 *Vox trajectu* non legitur in Chiff.—5 *Zubil* Vet. Dalec. *Zulis* codex alter ap. Dalec. *Julia Constantia, Zilis* distinctim Gronov. et edd. vett. Mox, *et jura in Bæticum . . . ab antiquis* edd. vett. ante Harduin. Utramque præpositionem non agnoscunt codd. Harduini et Chiff.—6 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Affunditur etiam æstuarium* cod. Dalec. *Affunditur autem huic æstua-*

## NOTÆ

<sup>m</sup> XXX. M. pass.] Solinus cap. 24. p. 45. et Martianus lib. vi. cap. 'Alia divisio Europæ,' p. 215. xxxiii. m. pass. Spatium Strabo non definit, lib. iii. p. 140. sed a Belone Tingin proximum esse trajectum ait.

<sup>n</sup> In ora oceani] Qua se a freti angustiiis flectit in occasum oceanus, et vergit in meridiem.

<sup>o</sup> Julia Constantia Zilis] Sunt enim hæc conjunctim legenda, non divisim, ut prius, *Julia Constantia, Zilis* : ne duo diversa existimentur oppida. Ut Tingis Traducta Julia, ita Julia Constantia Zilis est cognominata. Zilis est Straboni, lib. xvii. pag. 827. Antonino, *Zilis*. Vetus inscriptio in Thesaurio Goltzii, COL. CONSTANTIA ZILI AVGUSTA. Vetustum retinet nomen, præfixo Arabum articulo, *Arzila*, in regno Fez.

<sup>p</sup> Et jura] Bæticæ jurisdictioni ascripta et contributa Zilis est, ditioni Mauritaniæ regum exemta.

<sup>q</sup> Lixos] Hodie *Larache*, teste J. B. Gramaye, Afric. Illustr. iv. 1. p. 96. *Alça* Ptolemæo iv. 1. *Alçē* Straboni, loc. cit.

<sup>r</sup> Ibi regia Antæi] Hæc Martianus iisdem fere verbis, lib. vi. cap. de Africa, p. 215. et Solinus, cap. 24. p. 45. Lixon Coloniam appellat etiam Antonini Itinerarium. Describitur ea regia a Lucano iv. 590. 'Inde petit tumulos, exesasque undique rupes, Antæi quæ regna vocat non vana vetustas. Hæc illi spelunca domus : latuisse sub alta Rupe ferunt, epulas raptos habuisse leones,' &c.

<sup>s</sup> Certamenque] De quo poetice multa Lucanus, loc. citat. et fabulosissime Apollodorus de Diis, lib. ii. p. 129. seu quisquis alius ejus libri auctor existit.

<sup>t</sup> Hesperidum horti] De his dicemus cap. 5. Horum situm indicat expressus ipse xix. 21.

<sup>u</sup> Affunditur] Martianus loc. cit.

<sup>v</sup> In quo draconis] In flexuoso æstuarii hujus meatu, inquit, species quædam cernitur, et similitudo draconis : hinc locus fabulæ datus, auferri Hesperidum nemoris aurea mala a dracone pervigili custodiri. Solini paraphrasis, loc. cit. 'Flexuoso meatu æstuarium e mari fertur, adeo

tur. Amplectitur intra se insulam, quam solam e vicino tractu aliquanto excelsiore, non tamen æstus<sup>w</sup> maris inundat.<sup>7</sup> Extat in ea<sup>x</sup> et ara Herculis, nec præter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Minus profecto mirerentur portentosa Græciæ mendacia, de iis et amne Lixo<sup>y</sup> prodita, qui cogitent nostros nuper<sup>z</sup> paulo minus monstrifica quædam de iisdem tradidisse: Prævalidam hanc urbem majoremque Carthagine magna; præterea ex adverso ejus sitam, et prope immenso tractu ab Tingi: quæque alia Cornelius Nepos avidissime<sup>8</sup> credidit. Ab Lixo xL. M. in mediterraneo altera Augusti colonia est Babba,<sup>a</sup> Julia Campestris appellata: et tertia Banasa,<sup>b</sup> Lxxv. M. Valentia cognominata. Ab ea xxxv. M. pass. Volubile<sup>c</sup> oppi-

rium Gronov. et edd. vett. Mox, in quo dracones Chiffi.—7 Vet. Dalec. et cod. alter ejusdem, inundant.—8 Vet. Dalec. audacissime.—9 Sububa Vet.

## NOTÆ

sinuosis lateribus tortuosum, ut visentibus procul lapsus angueos fracta vertigine mentiat: idque quod hortus appellavere, circumdat: unde pomorum custodem interpretantes, struxerunt iter ad mendacium fabulandi.

<sup>w</sup> Non tamen æstus] Solinus loc. cit. 'Planities manet sicca, quamvis prona superveniant æquora,' &c. Fabulis id Strabo accenset, lib. xvii. pag. 826.

<sup>x</sup> Extat in ea] Solinus: 'Sed hæc insula sinibus alvei recurrentis, et in quibusdam æquoris spiris sita, præter arbores oleastri similes, et aram sacram Herculi, aliud nihil præfert, quo propaget vetustatis memoriam.' De ara Herculis, Strabo loc. cit.

<sup>y</sup> Anne Lixo] Hodie Luccus, cujus in ostio situm Lixos oppidum. Ποταμός μέγα Λίξος, καὶ πόλις Φονίικων Λίξος, Scylaci, p. 50.

<sup>z</sup> Nostros nuper] Gabinium, credo,

sugillat, Romanarum rerum scriptorem, quem annalibus suis, quos de Mauritania condidit, fabulosa intexuisse auctor est Strab. lib. xvii. pag. 829.

<sup>a</sup> Babba] Βάβα Ptolemæo iv. 1. Stephano, Βαβαί, πόλις Λιβύης, ex Martiano in Periplo: cives Βαβαῖοι. In nummo Vespasiani, quem vidi, C. I. C. B. hoc est, 'Colonia Julia Campestris Babba.'

<sup>b</sup> Banasa] Tertia Augusti colonia, ab Lixo Lxxv. mill. pass. distans, ad amnem Subur. Βάνασσα Ptolemæo, loc. cit. Panasam corrupte vocat Antoninus, sive, ut volunt, Æthicus in Itiner.

<sup>c</sup> Volubile] Volubilim Coloniam appellat Anton. in Itiner. Οὐλοβαλίς est Ptolemæo iv. 1. Nunc regni cognominis caput Fez esse Geographorum vulgus existimat: cum tamen disertis verbis Plinius asseveret ab utroque mari, Atlantico et Interno, non amplius xxxv. passuum millibus

dum, tantundem a mari utroque distans. At in ora a Lixo quinquaginta M. amnis Subur,<sup>9</sup> d præter Banasam coloniam defluens, magnificus et navigabilis. Ab eo totidem M. pass. oppidum Sala,<sup>e</sup> ejusdem nominis fluvio impositum, jam solitudinibus vicinum, elephantorumque gregibus infestum, multo tamen magis Autololum<sup>f</sup> gente, per quam iter est ad montem Africæ vel fabulosissimum Atlantem.

E mediis<sup>g</sup> hunc arenis in cælum attolli prodiderunt, asperum, squalentem, qua vergat ad littora oceani, cui cognomen imposuit: eundem opacum, nemorosumque, et scatebris fontium riguum, qua spectat<sup>10</sup> Africam,<sup>h</sup> fructibus omnium generum sponte ita subnascentibus, ut nunquam satietas voluptatibus desit. Incolarum neminem interdiu cerni: silere omnia, haud alio, quam solitudinum, horrore: subire tacitam religionem animos propius accedentium, præterque<sup>i</sup> horrorem<sup>11</sup> elati<sup>j</sup> super nubila, atque in viciniam lunaris circuli. Eundem<sup>12</sup> noctibus<sup>k</sup> micare crebris

////////

Dalec. et cod. ejusdem; *Sububus* Chiff. Mox, *municificus* pro *magnificus*.—10 Chiff. *spectet*; et paulo post, *satias* pro *satietas*.—11 Chiff. *præterque terrorem*; et mox, in *vicinia*.—12 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Frauz. *Eundemque* Gronov. et edd.

#### NOTE

distare Volubilib: Fessam amplius centum xx. dissitam omnes esse consentiant.

<sup>d</sup> *Amnis Subur*] *Σούβουρ ποταμός* Ptolemæo iv. 1. proxime post Lixum amnis occurrens, Mauritaniae oram legentibus. Hodie *Subu*, teste J. B. Gramaye, Africæ Illustr. iv. 1. p. 96.

<sup>e</sup> *Oppidum Sala*] Quod nunc *Salé* esse credimus, inquit Mariana Hist. Hisp. i. 20. pag. 41. *Σάλα πόλις* Ptolemæo loc. cit. et *Σάλα ποταμός*. *Σάλη* Philostrato de Vita Apoll. v. 1. p. 209. At amni nunc nomen est *Burragrag*, teste Marmolio, et Gramaye, loc. cit.

<sup>f</sup> *Autololum*] De his inferius. Habet hæc quoque Solinus cap. 24. p. 45.

<sup>g</sup> *E mediis*] Hæc pariter Martianus, lib. vi. cap. de Africa, p. 215. et Solinus loc. cit. p. 46.

<sup>h</sup> *Qua spectat Africam*] Quæ proprie nimirum Africa vocetur, de qua cap. 3.

<sup>i</sup> *Præterque*] Prætereaque. Vox Plinio perquam familiaris.

<sup>j</sup> *Elati*] Subintellige, montis, qui caput ultra nubila condit, atque ad ipsum Lunæ circulum accedere videatur. 'Quod altius quam conspici potest, usque in nubila erigitur, cælum et sidera non modo tangere vertice, sed sustinere quoque dictus est,' inquit Mela iii. 10.

<sup>k</sup> *Eundem noctibus*] Solinus, et Martianus, loc. cit. De Ægyptanibus Satyrisque dicemus, cap. 8.

ignibus, Ægipanum Satyrorumque lascivia impleri, tibi-  
rum ac fistulæ cantu, tympanorumque et cymbalorum soni-  
tu strepere. Hæc celebrati auctores prodidere, præter  
Herculi et Perseo <sup>13</sup> laborata ibi. Spatium ad eum im-  
mensum incertumque.

Fuere et Hannonis <sup>m</sup> Carthaginiensium ducis commen-  
tarii, Punicis rebus florentissimis explorare ambitum Afri-  
cæ jussi: quem secuti plerique e Græcis nostrisque, et  
alia <sup>†</sup> quidem fabulosa, et urbes multas ab eo conditas <sup>n</sup> ibi  
prodidere, quarum nec memoria ulla, nec vestigium extat.

Scipione Æmiliano res in Africa gerente, Polybius An-  
nalianum conditor, ab eo accepta classe, scrutandi illius or-  
bis gratia circumvectus, prodidit a monte eo ad occasum  
versus, saltus plenos feris, quas generat Africa, ad flumen  
Anatin CCCCLXXXV. <sup>14</sup> M. pass. Ab eo Lixum CCV. M.  
passuum: <sup>p</sup> a Gaditano freto CXII. M. passuum abesse. Inde  
sinum qui vocetur Saguti. <sup>15</sup> <sup>q</sup> Oppidum in promontorio  
Mulelacha. Flumina, Subur, et Salam. <sup>16</sup> Portum Rutubis<sup>r</sup>

vett.—13 *Herculis et Persei* cod. Dalec.—† Ita codd. Harduini, Dalec. Vet.  
et Chiffi. nostrisque ad alia Gronov. et edd. vett.—14 Codd. Dalec. Salmant.  
Martian. et Chiffi. CCCCLXVI. Mox, Gronov. et edd. vett. *Lixum CCV.*  
*M. pass. Agrippa Lixum a Gaditano*; sed hæc duo vocabula Agrippa *Lixum*  
non agnoscunt codd.—15 *Sagici* codd. Dalec. et Chiffi.—16 *Sububum et Salat*  
Chiffi. Mox pro *CCXIII.* quod exhibent codd. Harduini, et Chiffi. et edd.  
Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *CCCXIII.* legitur in edd. vett. et

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Herculi et Perseo*] Solinus cap.  
24. p. 46. ubi de Atlante monte:  
‘Apex,’ inquit, ‘Perseo et Herculi  
pervius, ceteris inaccessus: ita fidem  
ararum inscriptio palam facit.’

<sup>m</sup> *Hannonis*] Dicemus de eo in Auc-  
torum Indice.

<sup>n</sup> *Ab eo conditas*] Qnarum Hanno  
ipse meminit, statim Peripli initio,  
cujus fragmentum hodieque extat.

<sup>o</sup> CCCCLXXXV.] Solinus, loc.  
cit. CCCXCVI. ‘Qua spectat  
mons Atlas occasum,’ inquit, ‘inter  
ipsum et flumen Anatin, per qua-

dringenta nonaginta sex millia pas-  
suum infames bestiis sylvæ obsident.’  
Ita etiam Martiannus, lib. vi. cap. de  
Africa 216. Tamen cum editis ma-  
nuscripti codices concinunt.

<sup>p</sup> CCV. M. pass.] Ita Solinus, loc.  
cit. Vide Notas et Emend. num. 2.

<sup>q</sup> *Qui vocetur Saguti*] In R. 1. *Sa-  
guci.* Videtur esse Ptolemæi iv. 1.  
et Strabonis lib. xvii. p. 825. ‘Εμπω-  
ρικὸς καλούμενος κόλπος, qui navigan-  
tibus a Lixo in austrum occurrit.

<sup>r</sup> *Portum Rutubis*] ‘Ρούσιβις λιμὴν  
Ptolemæo iv. 1. post Salam oppidum,

a Lixo CCXIII.<sup>a</sup> M. passuum. Inde promontorium Solis :<sup>t</sup> portum Risardir :<sup>u</sup> Gætulos<sup>v</sup> Autololes :<sup>17</sup> flumen Cosenum :<sup>w</sup> gentes, Scelaticos, et Masatos. Flumen Masatat :<sup>x</sup> flumen Darat,<sup>y</sup> in quo crocodilos gigni. Deinde sinum DCXVI. M. pass. includi montis Barce promontorio excurrente in occasum, quod appellat<sup>18 z</sup> Surrentium. Postea flumen Salsum,<sup>19 a</sup> ultra quod Æthiopus Perorsos,<sup>b</sup> quorum a tergo Pharusios.<sup>c</sup> Iis jungi mediterraneos Gætulos Daras. At in ora Æthiopus Daratitas,<sup>d</sup> flumen Bambotum,<sup>e</sup> crocodilis et hippopotamis refertum. Ab eo montes perpe-

Gronov.—17 *Autoteles* cod. Dalec. Mox, *flumen Vosenum* codd. Dalec. et Chiffi. Deinde, pro *gentes, Scelaticos*, quod ex codd. restituit Harduinus, *gentem Salatitos* habet Pintian. *gentem Scelatitos* edd. vett. et Gronov.—18 Ita codd. Harduini et Tolet. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. appellatur Gronov. et edd. vett.—19 Ita codd. Regg. Brot. Colb. et Paris. *flumen Palsum* edd. ante Brotier. Mox, pro *Pharusios*, quod exhibent Chiffi. et edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Pharusos* legitur in edd.

## NOTÆ

amnemque.

• CCXIII.] Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. Centenarii notam adjiciunt præterea libri typis excusi.

<sup>t</sup> Solis] Ἡλίου ὄρος, Solis mons, Ptolemæo iv. 1.

<sup>u</sup> Risardir] Nomen id in hac terrarum plaga soli Polybio cognitum. Existimo esse Γανναρίαν ἑκράν Ptolemæi iv. 6. nunc Azaumurum, in regno Marocchano.

<sup>v</sup> Gætulos] Gætulicarum gentium populi numerosissimi: Autololes, Daræ, &c.

<sup>w</sup> Cosenum] Mss. omnes, Vosenum. Est Ptolemæo Χουσάριος ποταμὸς juxta Γανναρίαν promontorium.

<sup>x</sup> Flumen Masatat] Μάσσα ποταμὸς Ptolemæo, loc. cit.

<sup>y</sup> Flumen Darat] Δάρτος ποταμοῦ Ptolemæus quoque meminit, loc. cit. cui mox subjungit μέγαν λιμένα, Portum magnum, quem sinus is videtur efficere, de quo statim Plinius.

<sup>z</sup> Quod appellat] Subintellige, Polybius, ex superioribus. Hanc oræ Libycæ, qua spectat oceanum, Polybianam descriptionem hand se præstare velle, satis aperte significat.

<sup>a</sup> Salsum [Palsum] Mss. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. Salsum.

<sup>b</sup> Perorsos] Stephanus, Πέρορσοι, inquit, Λιβύης ἔθνος μέγα καὶ πολυάνθρωπον. Agathemerus, Geogr. ii. 5. Περόρρους vocat. Uterque mendose. Περόρρους recte Ptolemæus iv. 6.

<sup>c</sup> Pharusios] Φαρούσιοι, ἔθνος Λιβυκόν, Stephanus, p. 691. De Perorsorum et Pharusiorum situ dicemus inferius, sectione octava.

<sup>d</sup> Daratitas] A flumine Darat, de quo superius dictum est, sic cognominatos. Δαρδάτας appellat Agathemerus, loc. cit. et Ptolemæus iv. 6.

<sup>e</sup> Bambotum] Meminit hujus amnis, tacito tamen nomine, Hanno in Periplo, p. 39.



tuos<sup>f</sup> usque ad eum, quem Theon ochema dicemus.<sup>20</sup> s  
Inde ad promontorium Hesperium<sup>21</sup> navigatione dierum  
ac noctium decem, in medio eo spatio Atlantem locavit, a  
ceteris omnibus in extremis Mauritaniæ proditum.

Romana arma primum, Claudio principe, in Mauritania  
bellavere, Ptolemæum regem a C. Cæsare<sup>b</sup> interemtum  
ulciscente liberto<sup>i</sup> Ædemone, refugientibusque<sup>22</sup> barbaris,  
ventum constat ad montem Atlantem. Nec solum consu-  
latu perfunctis, atque e senatu ducibus, qui tum res gessere,  
sed equitibus quoque Rom. qui ex eo præfuere ibi, Atlan-  
tem penetrasse in gloria fuit. Quinque sunt<sup>j</sup> (ut diximus)  
Rom. coloniæ in ea provincia, perviumque<sup>k</sup> fama<sup>23</sup> videri  
potest. Sed id plerumque fallacissimum experimento de-  
prehenditur, quia dignitates,<sup>l</sup> cum indagare vera pigeat,  
ignorantiæ pudore mentiri non piget: haud alio fidei pro-  
niores lapsu, quam ubi falsæ<sup>24</sup> rei gravis auctor existit. Et  
quidem minus miror incomperta quædam esse equestris or-  
dinis viris jam vero et senatum inde intrantibus,<sup>m</sup> quam

//////////

vett. et Gronov.—20 Chiff. *dicimus*.—21 *Hesperu* Pintian.—22 Margo edd.  
Dalec. et Gronov. *profugientibus*.—23 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin.  
1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *perviumque fama* edd. vett. et Gronov.—  
24 Chiff. *quam ore falsæ*.—25 Ita codd. Harduini et Chiff. item edd. Har-

#### NOTÆ

*Montes perpetuos*] Quos Hispani  
*Sierra Liona* vocant.

<sup>s</sup> *Dicemus*] Lib. vi. c. 35. ubi et de  
Hesperio dicturi sumus.

<sup>b</sup> *A C. Cæsare*] Germanici filio,  
quem Caligulam, ut dictum est paulo  
ante.

<sup>i</sup> *Liberto*] Ptolemæi Regis Mauri-  
taniarum.

<sup>j</sup> *Quinque sunt*] En quid Romana  
arma ibi profecerint: deductæ scilicet  
coloniæ quinque: Angusti tres:  
Julia Constantia Zilis: Julia Cam-  
pestris Babba: Julia Valentia Bana-  
sa. Claudii duæ: Traducta Julia  
Tingis: et Lixos.

<sup>k</sup> *Perviumque*] Subintellige, Atlan-

tem. Ultra montem, inquit, progredi  
fas esse in interiora Libyæ, videri  
jam potest fama ipsa et auctorum  
fide certum.

<sup>l</sup> *Dignitates*] Magistratus, Consu-  
les, Prætores, quibus est adminis-  
trandi belli provinciæque simul lus-  
trandæ cura demandata.

<sup>m</sup> *Et senatum inde intrantibus*] Mi-  
nus equidem miror, inquit, incom-  
perta quædam esse equestris ordinis  
viris, aut etiam iis qui ex equestri  
in senatorium ordinem cooptantur,  
quam luxuriæ aliquid esse adhuc im-  
pervium: cujus sagacitas est eximia,  
tum in exquirendis sylvis, unde et  
arbores citri et elephantorum ebur

luxuriæ,<sup>25</sup> cujus efficacissima vis sentitur atque maxima, cum ebori citroque sylvæ exquirantur, omnes scopuli Gætuli muricibus ac purpuris.

Indigenæ tamen tradunt in ora ab Sala centum quinquaginta mill. passuum: flumen Asanam<sup>26</sup> marino haustu, sed portu spectabile: mox amnem quem vocant Fut:<sup>o</sup> ab eo ad Dyrin (hoc enim Atlanti<sup>p</sup> nomen esse eorum lingua convenit) ducenta mill. passuum, interveniente flumine, cui nomen est Vior.<sup>q</sup> Ibi fama,<sup>r</sup> extare<sup>27</sup> circa vestigia habitati quondam soli, vinearum palmetorumque reliquias.

Suetonius<sup>s</sup> Paulinus (quem consulem vidimus) primus Romanorum ducum transgressus quoque Atlantem aliquot millium spatio, prodidit de excelsitate quidem ejus, quæ

duin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *senatorii, nil demirantibus quam luxuriam* Gronov. et edd. vett.—26 Vet. Dalec. *Asanam*, et paulo post, *quem vocant Phthut*.—27 Ita Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *existere* edd. vett. et Gronov. *Mox, certa vestigia margo* edd. Dalec. et Gro-

## NOTÆ

advehitur: tum in littoribus obeundis, scopulique maris Gætuli, unde purpuræ et murices asportantur. Vide Notas et Emend. num. 3.

<sup>a</sup> *Asanam*] Ita libri omnes. 'Ασάμα *ποταμός* Ptolemæo iv. 1. Quantum licet ex situ et intervallo facere conjecturam, is est, quem Tabulæ *Omni-rabibus* vocant, cujus in ostio Risardir est, sive *Azaamurum*, sic enim Mauri dicunt, alludente etiamnum oppidi nomine ad vetustam annis 'Ασάμα appellationem. Marocchanum is annis a Fessano regno determinat.

<sup>o</sup> *Fut*] Sive Phuth. Ptolemæo loc. cit. Δούτ, mendose, ut arbitror, pro Θούτ, vel potius Φούτ. In ostio hujus fluminis nunc Azasia oppidum. Marocchanum regnum fere medium permeat.

<sup>p</sup> *Hoc enim Atlanti*] Martianus lib. vi. cap. de Africa, p. 215. *Adirin*,

male cursimque lecto Plinii codice, scripsit. Strabo, lib. xvii. p. 825.

<sup>r</sup> *Ibi fama*] "Ελληνες "Ατλαντα καλοῦσιν οἱ βάρβαροι δὲ Δόριν.

<sup>q</sup> *Vior*] Δίονυ Ptolemæo, loc. citat. forte pro Βίονυ. Nunc *Sus*, in finibus regni Marocchani.

<sup>s</sup> *Ibi fama*] In Atlante monte. Solinus cap. 24. pag. 46. 'Habitatus ante mons Atlas, ut indicat loci facies, quondam cultu exercita, in qua usque adhuc vitis et palmæ extat vestigium.'

<sup>s</sup> *Suetonius*] De eo agemus in Auctorum Syllabo. Habet hæc Solinus iidem fere verbis, cap. 24. pag. 46. et Dio Cass. lib. lx. pag. 670. qui hæc ad primum Claudii Imp. annum refert, urbis conditæ dcccxcv. Gesit consulatum postremo Neronis anno, L. Pontio Telesino collega: ut est auctor Tacitus Annal. vi. pag. 270.

ceteri : imas radices<sup>1</sup> densis altisque repletas sylvis incognito<sup>2</sup> genere arborum, proceritatem spectabilem esse<sup>28</sup> enodi nitore, frondes cupressis similes, præterque gravitatem odoris, tenui eas obduci lanugine : quibus addita arte,<sup>3</sup> posse, quales e bombyce, vestes confici. Verticem<sup>4</sup> altis, etiam æstate, operiri nivibus. Decumis se eo<sup>5</sup> pervenisse castris, et ultra ad fluvium, qui Ger<sup>6</sup> vocaretur,<sup>29</sup> per solitudines nigri pulveris eminentibus interdum velut exustis cautibus, loca inhabitabilia fervore, quanquam hyberno tempore, expertum.<sup>30</sup> Qui proximos inhabitent saltus, refertos elephantorum, ferarumque, et serpentium omni genere, Canarios appellari. Quippe victum ejus animalis<sup>7</sup> promiscuum his esse, et dividua<sup>31</sup> ferarum viscera. Junc-tam Æthiopum gentem quos Perorsos vocant, satis constat.

//////////

nov.—28 Voc. *esse* non legitur in cod. Dalec. nec in Chiffi.—29 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. qui *Niger vocaretur* Chiffi. qui *Niger vocatur* edd. vett. et Gronov.—30 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *experto* edd. vett. ante Harduinum ; *expertus* cod. Dalec. et Vet. ejusdem.—31 Vet. Dalec. *divisa*.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Imas radices*] Hæc Martianus quoque lib. vi. cap. de Africa, pag. 215.

<sup>2</sup> *Incognito*] Incognitum sibi genus illud arborum Paulinus Suetonius memorabat, qui citrum arborem nunquam viderat, quam Mauræ sylvæ siliam vocat Martialis, ex qua Atlantica munera, hoc est, mensas citreas fieri idem docet, ut suo loco dicturi sumus, XIII. 29.

<sup>3</sup> *Quibus addita arte*] Frondibus scilicet obductis lanugine, vel ipsi potius per se lanugini arte addita : qua de arte rursum vi. 20. et XII. 23.

<sup>4</sup> *Verticem*] At si altior est ejus vertex, quam unde nives et imbres cadunt, quomodo idem nivibus obsitus dici potest? Virgilius humeros

idcirco, non verticem, nivibus operiri cecinit : ' Nix humeros infusa tegit.' Sed piniferum quoque caput ventis et imbribus pulsari canit, poetica nimium licentia. Non omnium altissimum verticem attingisse Suetonius videtur.

<sup>5</sup> *Decumis se eo*] Decima locatione seu metatione castrorum. Hinc subducto calculo, montis altitudo colligitur esse amplius quindecim milliarium, etiam computatis anfractibus.

<sup>6</sup> *Qui Ger*] Felp Ptolemæo maximus Libyæ interioris fluvius, qui Garamantas alluit. Vide Notas et Emendationes num. 4.

<sup>7</sup> *Ejus animalis*] Nempe caninæ carnis, unde Canarii, sive Κυνόφθοι appellati sunt.

Juba, Ptolemæi pater, qui primus<sup>32</sup> utrique Mauritaniæ<sup>a</sup> imperavit, studiorum claritate memorabilior etiam, quam regno, similia prodidit de Atlante: præterque<sup>b</sup> gigni ibi herbam, euphorbiam nomine, ab inventore medico suo appellatam. Cujus lacteum succum miris laudibus celebrat in claritate visus, contraque serpentes, et venena omnia, privatim dicato volumine. Et satis superque de Atlante.

(II.) Tingitanæ<sup>33c</sup> provinciæ longitudo CLXX. mill. passuum est. Gentes in ea, quondam præcipua Maurorum, unde nomen,<sup>d</sup> quos plerique Maurusios<sup>e</sup> dixerunt. Attenuta bellis ad paucas recidit<sup>34</sup> familias. Proxima illi Massæsylium<sup>35f</sup> fuerat, sed simili modo extincta est. Gætulæ nunc tenent<sup>g</sup> gentes, Baniuræ,<sup>36h</sup> multoque vali-

Mox, viscera juncta Æthiopum gente Chiffi.—32 Ed. Gronov. qui prius.—33 *Tingitanæ* in quibusdam codd. Mox, antiq. codd. Dalecampii, et gens in ea quondam præcipua Maurorum. Deinde, edd. vett. et Gronov. unde nomen provinciæ; sed τὴν provinciάν non legitur in codd. Harduini, Dalec. et Chiffi.—34 Vet. Dalec. rediit.—35 Massiliorum Vet. et cod. Dalec.—36 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Banurri edd.

## NOTE

<sup>a</sup> *Utrique Mauritaniæ*] Augusti beneficio Mauritanias omnes obtinuit Juba Ptolemæi pater, alterius Jubbæ F. qui contra Cæsarem Dictatorem cum Scipione bellum gessit: Cæsariensem, quæ Bocchi, et Tingitanam, quæ Bogudis fuerat: præter Numidicam, quam hæreditario a patre jure obtinebat. Ita Strabo lib. xvii. pag. 828. De Juba dicemus in Auctorum Syllabo.

<sup>b</sup> *Præterque*] Prætereaque. Refert hæc et Solinus cap. 24. pag. 46. De euphorbia dicitur opportunius, xxv. 38.

<sup>c</sup> *Tingitanæ*] Sic vetus inscriptio, apud Goltzium in Thesauro Mss. tamen R. 1. &c. *Tingitanæ*. Ptolemæus quoque, iv. 1. *Τριγγιτάνην* vocat. Eadem porro et inferior et citerior Mauritania appellata: non item Sitisensis, ut quidam volunt. De Tingitanæ longitudine concinit Plinio

Martianus, lib. vi. cap. de Africa, p. 216.

<sup>d</sup> *Unde nomen*] Utrique provinciæ, Tingitanæ ac Cæsariensi. Libri hactenus editi, unde nomen provinciæ, manifesto glossemate.

<sup>e</sup> *Maurusios*] Μαυρούσιοι μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγόμενοι, Μαῦροι δ' ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, A Græcis Maurusii, Mauri a Romanis vocati, inquit Strabo lib. xvii. pag. 825.

<sup>f</sup> *Massæsylium*] Μασσαυσίλων Straboni, pag. 827. In ora interni seu mediterranei maris, usque ad Mulu-cham amnem. Diversi a Massæsyliis Massyli, de quibus dicitur cap. 4. Priscianus in Periegesi, pag. 368. 'Post hos immensæ Nomadum de semine gentes, Atque Massæsylii, necnon Massylia proles.'

<sup>g</sup> *Nunc tenent*] Provinciam obtinent habitantque Tingitanam: e Cæsariensi Mauritania huc profectæ.

dissimi Autololes: <sup>1</sup> et horum pars quondam Vesuni, <sup>j</sup> qui avulsi his propriam fecere gentem, versi ad <sup>k</sup> Æthiopas. Ipsa provincia <sup>l</sup> ab oriente montuosa, <sup>37</sup> fert elephantos. In Abyla <sup>m</sup> quoque monte, et quos Septem <sup>n</sup> fratres a simili altitudine appellant: ii freto imminent juncti Abylæ. Ab his <sup>o</sup> ora interni maris. Flumen Tamuda <sup>p</sup> navigabile, quondam et oppidum. Flumen Laud, <sup>38</sup> <sup>q</sup> et ipsum navigiorum capax. Rusadir <sup>39</sup> <sup>r</sup> oppidum et portus, Malvana <sup>s</sup> fluvius navigabilis.

vett. et Gronov.—37 Edd. vett. et Gronov. *montosa*. Mox, Vet. Dalec. *In Abila monte, et iis quoque quos septem, &c.* Paulo post, in Chiffi. *freto imminenti juncti Abylæ*.—38 *Flumen Lauth* codd. Dalec. et Tolet.—39 *Rusadir* edd.

## NOTÆ

Vide XXI. 45.

<sup>h</sup> *Baniuræ*] *Bavloypas*. Vide Notas et Emendat. num. 5.

<sup>1</sup> *Autololes*] *Αυτολόλαι* Ptolemæo, iv. 6. *Autololes* Lucano iv. 677.

<sup>j</sup> *Vesuni*] *Nesuni* Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris.

<sup>k</sup> *Versi ad*] Post Tingitanam positi, vergentesque ad Æthiopas.

<sup>l</sup> *Ipsa provincia*] Tingitana.

<sup>m</sup> *In Abyla*] Sunt in Abyla quoque, inquit, Tingitanæ monte septemtrionali, et in iis montibus quos Septem fratres vocant, frequentes elephantii: ut in parte provinciæ quæ ab oriente montuosa est. Solini paraphrasis c. 25. p. 46. de Tingitana: 'Exsurgit montibus septem, qui a similitudine fratres appellati, freto imminent: hi montes elephantis frequentissimi,' &c. Habet eadem Martiannus, lib. vi. cap. de Africa, pag. 216. Quare hanc lectionem, quam codices omnes constabiliunt, frustra impugnat Salmasius in Solin. p. 305. Abyla altera Herculis laborum in Africa meta, Calpæ in Europa positæ respondet: in extremis est freti angustiis, versus ortum, unde aperiri se mare Internum, seu Mediterraneum incipit. 'A-

*βόληκα* Strabo vocat, lib. iii. p. 170.

<sup>n</sup> *Et quos Septem*] *Ἑπταδελφοὺς* Ptolemæus pariter vocat, iv. 1. Mela 1. 5. 'Montes sunt alti, qui continenter et quasi de industria in ordinem expositi, ob numerum, Septem, ob similitudinem, Fratres vocantur.'

<sup>o</sup> *Ab his*] Post Septem Fratres Abylamque montem, jam internum seu mediterraneum, freti angustiis pone relictis, liberius expatiatur æquor. Deinde occurrit in ipsa ora flumen Tamuda, &c.

<sup>p</sup> *Tamuda*] Sic Mela, loc. cit. a Vossio emendatus. Sic Pliniani codices. Collatio Carthag. Donatum Episcopum Tanudaiensem habet. Ptolemæus *Ταλούδα* corrupte, pro *Τανούδα*.

<sup>q</sup> *Laud*] Ex situ conijcimus esse amnem eum quem *Nocor* tabulæ vocant.

<sup>r</sup> *Rusadir*] Ptolemæo iv. 1. *Ῥυσάδιον*, in Tingitana. Antonino in Itiner. 'Rusadder colonia.' In Notitia Africæ, inter Episcopos Mauritanicæ Cæsariensis, cujus in vicinio Rusadir fuit, 'Idonius Rusaditanus' legitur.

<sup>s</sup> *Malvana*] Ita libri omnes. Anto-

Siga<sup>t</sup> oppidum ex adverso Malachæ<sup>40 u</sup> in Hispania sitæ, Syphacis regia,<sup>v</sup> alterius jam<sup>w</sup> Mauritaniae. Namque diu<sup>x</sup> regum nomina obtinuerunt, ut Bogudiana appellaretur extima: itemque Bocchi, quæ nunc Cæsariensis. Ab ea portus Magnus<sup>y</sup> a spatio appellatus, civium Romanorum oppidum. Amnis Mulucha,<sup>41 z</sup> Bocchi<sup>a</sup> Massæsyliorumque finis. Quiza Xenitana<sup>b</sup> peregrinorum oppidum, Arsenna-

vett. et Gronov. *Rusardi* Elz. Vid. Not. Var.—40 *Maleæ* Chiffi.—41 *Molocath*

## NOTÆ

nino tamen 'Flumen Malva.' Ptolemæo iv. 1. Μαλοῦα. Hodie *Muleya*, inquit Gramaye, Africa Illustr. iv. 1. p. 97. Regnum Algerianum a Fessano, hoc est, Cæsariensem a Tingitana dirimit. Verius videtur esse *Rio Chersero*.

<sup>t</sup> *Siga*] Hodie *Aresgol* esse putatur, inquit Mariana, Hist. Hisp. ii. 23. p. 80. Coloniam vocat Ptolemæus iv. 2. Mauritaniae Cæsariensis caput. Potius hodie *Velez* est.

<sup>u</sup> *Ex adverso Malachæ*] Ita Solinus, cap. 25. p. 48. et Martianus lib. vi. p. 216. *Μάλακα* Straboni lib. iii. p. 156. Hispanis hodie *Mulaga*: nostris *Malgues*, commercio celebris: cuius vina generositate superant reliqua omnium ferme regionum. In Chiffi. cod. *Maleæ*, inepte.

<sup>v</sup> *Syphacis regia*] Σίγα βασίλειον Σόφακος, inquit Strab. lib. xvii. p. 829. in Mauritania scilicet, quæ Syphaci paruit. In ea vero Numidiæ parte, quam occupavit, Cirta ejusdem βασιλείου fuit. Livius lib. xxx. 'Cirta caput regni Syphacis erat.' Sic Jubæ Regia triplex fuit, Cirta, Siga, Cæsarea.

<sup>w</sup> *Alterius jam*] Cæsariensis Mauritaniae, quæ nunc Regnum Algerianum dicitur, *le royaume d'Alger*.

<sup>x</sup> *Namque diu*] Non alio, inquit, Mauritania utraque nomine dudum

est agnita, quam regum quibus paruit: Extima quidem, seu propior oceano, hoc est, Tingitana, Bogudis: Cæsariensis, Bocchi. Tingitana, Cæsariensisque appellationes, Caio vel Claudio principe primum auditæ.

<sup>y</sup> *Portus Magnus*] Mela i. 5. 'Portus cui Magno est cognomen ob spatium.' Πόρτος Μάγνος Ptolemæo iv. 2. Nunc *Melilla*.

<sup>z</sup> *Amnis Mulucha*] Quem Ptolemæus Χυλημὰ ποταμὸν vocat, iv. 2. forte pro Μηλυχὰδ, inter Portum Magnum Quizamque coloniam, quo pariter ordine a Plinio ista collocantur. Hodie *Muluia* et *Muluhia*.

<sup>a</sup> *Bocchi*] Mela i. 5. 'Mulucha ille quem diximus amnis est, nunc gentium, olim regnorum quoque terminus, Bocchi, Jugurthæque.' A Malva amne superius memorato, usque ad Mulucham, Massæsyli Maurique incolebant, Boccho rege, Jugurthæ genero. Hic igitur fluvius Massæsyliorum finis: sed et idem initium regni Jubæ, ad Ampsagam amnem versus ortum.

<sup>b</sup> *Quiza Xenitana*] Nomen alterum habet a Mauris: a peregrinis, qui oppidum condiderunt, Græcum alterum. Ξένος enim hospitem et peregrinum sonat. Quiza castellum Melæ i. 6. municipium Antonino, in Itiner. colonia Ptolemæo iv. 2. Hodie videtur esse *Aresgol*; aut in vici-

ria<sup>c</sup> Latinorum, tribus millibus passuum a mari. Cartenna<sup>42d</sup> colonia Augusti, legio secunda.<sup>e</sup> Item colonia ejusdem, deducta cohorte prætoria,<sup>f</sup> Gunugi.<sup>g</sup> Promontorium Apollinis:<sup>h</sup> oppidumque ibi celeberrimum Cæsarea,<sup>i</sup> antea vocitatum Iol, Jubæ regia, a divo Claudio coloniæ jure donata: ejusdem jussu<sup>j</sup> deductis veteranis, Oppidum no-



Vet. Dalec. et Strab. Vid. Obs. Misc. tom. viii. pp. 100. 101.—42 *Carcenna*

### NOTÆ

no certe tractu. In Notitia Africæ, inter Episcopos Mauritaniam Cæsariensis, 'Tiberianus Quidiensis.' Eadem nimirum Quida et Quiza: ut idem 'Diarrhytus,' quod 'Zarytus.' Hodie *Mustuganis*, in ulteriore ripa, sive orientali Muluchæ fluvii: non 'Oran,' ut vulgus Geographorum putat, quod oppidum longe citra eum amnem est.

<sup>c</sup> *Arsennaria*] Arsinna Melæ, loc. cit. Ptolemæo iv. 2. 'Ἀρσενναρία κολωνία.' In Notitia Africæ, inter Episcopos Mauritaniam Cæsariensis, 'Philo Arsinnaritanus,' pro 'Arsinnaritanus.' Nunc *Marsalquibir*, aut non inde procul.

<sup>d</sup> *Cartenna*] *Καρτέννα* Ptolemæo, loc. cit. Cartennas Coloniam vocat Antoninus in Itiner. In Notitia Africæ inter Episcopos Mauritaniam Cæsariensis, 'Lucidus Cartennitanus.' Hodie, ut videtur, *Mesgraim*.

<sup>e</sup> *Legio secunda*] Hoc est, legionis secundæ colonia, vel Colonia Secundanorum. Vide quæ diximus iii. 5.

<sup>f</sup> *Cohorte Prætoria*] Festus: 'Prætoria cohors est dicta, quæ a Præto non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quemque delegit, qui ab eo in bello non discederent, et cetero munere militiæ vacarent, et sesquiplext stipendium acciperent.' Ex ea igitur cohorte de-

ducti Gunugin coloni. Cohors Prætoria Gallis vocatur *le Regiment des Gardes*.

<sup>g</sup> *Gunugi*] Gunugus Antonino in Itiner. a Cæsarea, de qua mox, xii. mill. pass. Hinc Episcopus 'Auxilius Gunagitanus,' pro 'Gunugitanus,' in Notitia Africæ. Nunc *Mes-tagan*.

<sup>h</sup> *Apollinis*] Ἀπόλλωνος ἕκρον Ptolemæo iv. 2.

<sup>i</sup> *Cæsarea*] Ἰὼλ Καϊσάρεια Ptolemæo loc. cit. 'Cæsarea colonia' Antonino in Itiner. Mela i. 6. 'Iol ad mare aliquando ignobilis, nunc quia Jubæ regia fuit, et quod Cæsarea vocitatur, illustris.' In nummo Claudii, teste Goltzio in Thesauro, COL. IOL. CÆSAREA. IVBÆ. REG. sed suspecta mihi viri est pariter ac nummi fides. Hodie oppido nomen est, et fama commercio viribusque ingens, *Alger*. — 'Hodie vel ipsa civitas Tenez est, aut ex ruderibus Cæsareæ condita.' Ed. sec.

<sup>j</sup> *Ejusdem jussu*] Augusti pariter jussu, inquit, deductis veteranis militibus instituta Colonia Oppidum Novum fuit. Ὀππιδόνειον κολωνία Ptolemæo iv. 2. 'Oppidum novum Coloniam,' Antoninus, a Tigavis, de quibus inferius, xxxii. m. pass. Vide Notas et Emendationes num. 6.

vum: et Latio dato,<sup>43 k</sup> Tipasa.<sup>1</sup> Itemque a Vespasiano imperatore eodem munere donatum Icosion.<sup>m</sup> Colonia Augusti Rusconiae.<sup>n</sup> Rusucurium <sup>44</sup>° civitate honoratum a Claudio. Rusazus <sup>45</sup> p colonia Augusti. Salde <sup>a</sup> colonia ejusdem. Item Igilgili.<sup>r</sup> Oppidum Tucca <sup>s</sup> impositum

Vet. Dalec.—43 *Latio donatum* margo edd. Dalec. et Gronov.—44 *Ruscurium* Gronov.—45 *Rusarus* Vet. Dalec. Mox, edd. vett. *ejusdem. Igilgili*; codd. Dalec. *ejusdem. Gilgili*; Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

# NOTÆ

<sup>k</sup> *Et Latio dato*] De jure Latii diximus III. 4.

<sup>1</sup> *Tipasa*] Inter Episcopos Mauritaniae Cæsar. in Notitia Africae, 'Reparatus Tipasitanus.' *Τίπασα* quoque Ptolemæo, loc. cit. 'Tipasam coloniam' vocat Antoninus. Nunc *Ser-celle*.

<sup>m</sup> *Icosion*] *Ἰκόσιον* Ptolemæo IV. 2. 'Icosium colonia,' Antonino, et Martiano lib. VI. cap. de Africa, p. 216. In Codice Can. Eccl. Afric. subscript 'Laurentius Icositanus, legatus provinciae Cæsariensis.' In Notitia Africae, inter Episcopos Maurit. Cæsar. 'Victor Leositanus:' scribe, 'Icositanus.' De vocis originatione Solinus, cap. 25. p. 48. 'Nec ab Icosio,' inquit, 'taciti recedamus. Hercule enim illac transeunte, viginti qui a comitatu ejus desciverant, locum deligunt, jaciunt mœnia: ac ne quis imposito a se nomine privatim gloriaretur, condentium numero urbi nomen datum.' *Εἰκοσι* Græce *viginti* significat. Solinianum tamen id figmentum puto. Nunc *Teddeles* est, XLVII. M. pass. a Cæsarea, seu Algerio, ut monet Antoninus.—'Nunc est *Alger*, aut locus ei vicinus.' *Ed. sec.*

<sup>n</sup> *Colonia Augusti Rusconiae*] Ita Martianus, loc. cit. et Mss. omnes. Antoninus in Itiner. 'Rusgunias coloniam.' Parm. editio, *Rusgunia*. In Notitia Africae, inter Episcopos Mau-

rit. Cæsar. 'Bonifacius Rusgunien-sis.' Ptolemæus IV. 2. mendose *Πουσόνιον* pro *Πουσκόδιον*. Et in Conc. Carthag. 'Numerianus Rungonien-sis,' pro 'Rusguniensis.' Hodie *Ta-deles*.

<sup>o</sup> *Rusucurium*] Sic recte Parmensis editio. Ptolemæus IV. 2. *Ρουσσυκκόραι*, Antoninus, 'Rusuccurum Coloniam.' Inter Episcopos Maurit. Cæsariensis, in Notitia Africae, 'Met-cur Rusuccuritanus.' Nunc est *Car-bona*, haud procul Bugiensi sinu et oppido.

<sup>p</sup> *Rusazus*] 'Rusazis municipium' Antonino. *Ρουσαζόους* Ptolemæo, loc. cit.

<sup>q</sup> *Salde*] Vel forte potius *Salda*, cum Martiano lib. VI. p. 216. Ptolemæo item *Σάλδαι, κολωνία*. Antoninus, 'Saldas coloniam' vocat. Inter Episcopos Mauritaniae Sitifensis, in Notitia Africae, 'Paschasius Salditanus.' Hodie *Bugie*, in regno Algeriano, provinciae cognominis caput: quæ ab hoc oppido ad Ampsagam amnem pertinet, dicta olim Mauritan-  
ia Sitifensis, ut creditur.

<sup>r</sup> *Igilgili*] *Gigeri*, nupera Franco-rum expeditione nobile. *Ἰγιλγίλαι* Ptolemæo. 'Igilgili coloniam' vocat Antoninus. Inter Episcopos Mauritaniae Sitifensis, in Notitia Africae, 'Domitianus Igilgitanus.' Huc etiam pertinet 'Urbicosus Eguilguiltensis,'



mari, et flumini Ampsagæ. Intus colonia Augusta, quæ item Succabar:<sup>†</sup> item Tubusuptus.<sup>‡</sup> Civitates: Timici,<sup>¶</sup> Tigavæ.<sup>¶</sup> Flumina: Sardabal,<sup>¶</sup> Aves, Nabar:<sup>¶</sup> gens Macurebi:<sup>¶</sup> flumen Usar:<sup>¶</sup> gens Nabades.<sup>¶</sup> Flumen Ampsaga,<sup>¶</sup> abest a Cæsarea<sup>¶</sup> CCXXII.<sup>¶</sup> millibus passuum. Utri-

Franz. *ejusdem. Item Igilgili.*—46 *Sardabala, Ancus, Nabar* Pintian. *Sardabala, Nabar* Gronov. *Mox, Machurebi* Ptolem.—47 *Ita codd. Regg. 1. 2. et Ed. pr. In Reg. 5. CCXXIV. Perperam emendavit eruditus Harduinus CCCXII. millibus.* Brotier. *CCCXXII.* Martianus et Chiffi. item Harduin. 1. 2. 3.

## NOTÆ

in Collat. Carthag. p. 101. Vide Notas et Emend. num. 6.

<sup>†</sup> *Tucca*] Nunc intercidit. In Notitia Africæ, inter Episcopos Mauritanie Sitifensis, 'Uzulus Thuccensis.' Diversa est Ptolemæi *Τουκκα*, iv. 2. Nam in mediterraneis Mauritanie Cæsariensis urbibus censetur: Pliniana hæc maritima est, in ipso Ampsagæ fluminis ostio, Mauritanie Sitifensis novissima: quam proxime Numidia sequitur.

<sup>‡</sup> *Succabar*] Ita Mss. omnes: non, ut editi, *Succubar*. Vetus inscriptio, in Thesaur. Goltzii, p. 238. COL. AVG. SVCCABAR. Ammianus lib. xxix. p. 402. 'Municipium Sugabaritanum, Transcellensi monti acclive.' Mediterraneum oppidum fuit, quod ea vox Pliniana declarat, *intus*: quæ et sequentibus oppidis accommodanda est. Ptolemæo iv. 2. *Ζουχδίσσβα*, inter mediterranea Maurit. Cæsariensis oppida.

<sup>¶</sup> *Tubusuptus*] *Τουβούσπυρτος* Ptolemæo iv. 2. in mediterraneis Cæsariensis Mauritanie oppidis. 'Tubusuptus' Antonino, a Saldis xviii. x. pass. Ammiano lib. xxix. p. 400. 'Tubusuptus, oppidum Ferrato contiguum monti.' In Notitia Provinc. inter limitaneos recensetur Præpositus limitis Tubusubditi, cap. 20. p. 96. In Notitia Africæ, inter Episcopos Mauritanie Sitifensis, 'Maximus Thugusubditanus,' pro 'Tubu-

subditanus.'

<sup>¶</sup> *Timici*] *Τυμικη* Ptolemæo iv. 2. inter mediterranea Maurit. Cæsar. oppida. In Collat. Carthag. pag. 138. 'Victor Episcopus plebis Timicitensis.' Et in Notitia Africæ, inter Episcopos Maurit. Cæsar. 'Honoratus Timicitanus.'

<sup>¶</sup> *Tigavæ*] 'Tigavas Municipium,' vocat Anton. in Itiner. *Τρυαβ* Ptolemæo, in mediterraneis civitatibus Maurit. Cæsar. Inter Episcopos Maurit. Cæsar. in Notitia Africæ, 'Crescens Tigabitauus.'

<sup>¶</sup> *Sardabal*] Legitima serie hæc flumina recensentur a Plinio: diversis paulo nominibus a Ptolemæo iv. 2. *Sardabal* enim ei *Χιναφάλ* est, cujus ostia juxta Cæsaream sunt, sive Algerium: amni hodie nomen *Sefaia*. Aves, quo nomine a Mela agnoscitur, i. 6. a nobis hoc loco restitutus admonitæ codicum Colb. 1. 2. &c. *Σαλνς* Ptolemæo est, juxta Icosium. Nabar denique *Ναβαβα*, cujus in ostio Saldæ colonia condita, hoc est Bugia: ei amni nunc nomen est *Rio Major*.

<sup>¶</sup> *Macurebi*] *Μαχουρηβοι* Ptolemæo, loc. cit.

<sup>¶</sup> *Usar*] *ΰσας* est Ptolemæo, loc. cit. inter Saldas sive Bugiam, et Igilgili.

<sup>¶</sup> *Nabades*] *Νάβασοι*, Ptolem. loc. cit.  
<sup>¶</sup> *Ampsaga*] Ptolemæo *Ἀμψάγας*. 'Amsagam fluvium Cirtensem faci-

usque Mauritaniæ longitudo decies<sup>a</sup> triginta novem mill.<sup>48</sup>  
 Latitudo quadringentorum sexaginta septem mill. pass.<sup>49</sup>

II. (III.) Ab Ampsaga Numidia est,<sup>f</sup> Massinissæ<sup>g</sup> clara nomine, Metagonitis<sup>h</sup> terra a Græcis appellata : Numidæ<sup>i</sup> vero Nomades<sup>j</sup> a permutandis pabulis,<sup>1</sup> mapalia sua, hoc

Miller. Bipont. et Franz. CCXXXIII. edd. vett. et Gronov.—48 Marcianus et Chiffi. decies m. XXXVII.—49 'Ita editio princeps aliæque. In Ms. Reg. 1. CCCLXXVII. mill. pass. Quod melius puto. Plinius enim infra vi. 38. ait: 'Africæ latitudo, qua colitur, nusquam ducenta quinquaginta millia passuum excedit.' Brotier. Codd. Dalec. Chiffi. et Tolet. CCCLXXVII. mill. pass.

CAP. II. 1 Vet. Dalec. et ed. Parm. *papilionibus*.—2 'Ita bene codd. Regg.

## NOTE

losum' vocat Victor Vitensis, lib. II. de Persec. Afric. pag. 21. Cirtensem quidem, a Cirta Julia, Numidiæ metropoli, de qua mox dicitur, prope ripas Ampsagæ posita. Hodie *Sufsegmar*, aliquot millibus pass. a Gigeriano oppido versus ortum.

<sup>a</sup> *Abest a Cæsarea*] *Tenez*.

<sup>d</sup> CCXXII.] Ita Reg. Colb. 1. 2. Chiffi. et Martiannus ipse. In libris editis male, CCXXXIII.

<sup>e</sup> Decies] Hoc est, decies centenum, et triginta novem millium pass. Vide Notas et Emend. num. 7.

<sup>f</sup> Numidia est] Ita Solinus, cap. 26. pag. 48. Numidia scilicet nova, quam sub Africæ proprie dictæ nomine Mela describit, l. 7. cum Numidia, cujus Mela meminit, a Mulucha amne ad Ampsagam usque pertineat: quam sub Mauritaniæ Cæsariensis nomine Plinius complexus est. Verba hæc Pomponii sunt: 'Regio quæ sequitur a promontorio Metagonio ad aras Philænorum, proprie nomen Africæ usurpat. In ea sunt oppida, Hippo Regius, et Rusicade, et Tabraca.'

<sup>g</sup> Massinissæ] Odio primum, mox amicitia populû Rom. et fide clarus fuit. Numidiam, ante sua tempora plane sterilem, omni frugum fructuumque genere fertilem culta reddidit. Vide de eo plura apud Polyb.

*Delph. et Var. Clas.*

in Excerptis, p. 174. et Appian. in Punic. p. 63. Græcis *Μαυραγίσσας* dicitur.

<sup>h</sup> Metagonitis] *Μεταγωνίτις* a Metagonio promontorio, de quo Mela proxime laudatus, quantumlibet Vossius refragetur, Observ. in Melam, p. 27. Hipponi Regio finitimum illud est: geminumque illi nomen: nam *Τήρων* vocatur a Strabone, et Massiliæ oppositum dicitur: hodie *Capo di Ferro*. Ptolemæo IV. 3. *Τηρων ἄκρον*. Diversum plane a Metagonio Ptolemæi et Strabonis, quod est in regno Fez, juxta montem Abylam, eique nomen, *Cabo de tres Forcas*.

<sup>i</sup> Numidæ] Solinus, et Martiannus, loc. cit. Sallustius, in bello Jugurth. pag. 66. de Africæ incolis: 'Hi quia sæpe tentantes agros, alia deinde atque alia loca petiverant, semetipsi Numidas appellavere. Ceterum adhuc ædificia Numidarum agrestium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinæ sunt.'

<sup>j</sup> Nomades] *Νομάδες*. Sic dictos Festus existimat, quod id genus hominum pecoribus negotiatur: sive quod herbis, ut pecora, aluntur. Dicti potius, quod permutant pabulum, Græce *νομάζω*. Vide Notas et Emend. num. 8.

*Plinius.*

3 I

est, domus,<sup>k</sup> plaustis circumferentes. Oppida: Culla,<sup>l</sup> Rusicade,<sup>m</sup> et ab eo ad quadraginta octo m.<sup>2</sup> passuum in mediterraneo colonia Cirta,<sup>n</sup> Sittianorum<sup>o</sup> cognomine: et alia intus Sicca:<sup>p</sup> liberumque oppidum Bulla regia.<sup>q</sup> At in ora Tacatua,<sup>r</sup> Hippo regius,<sup>s</sup> flumen Armua.<sup>t</sup> Oppi-

1. 2. et Editio princeps. *Brotier*. Vet. Dalec. *Rusicade*. Ab ea quadraginta, &c. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Rusicade*, et ab ea quadraginta, &c.—3 *Hippos Regius* Chiffi.

## NOTÆ

<sup>k</sup> *Hoc est, domus*] Horatius III. Od. 24. de Nomadibus Scythiis: 'Quorum plastra vagas rite trahunt domos.' De Afris Lucanus IV. 684. 'Et solitus vacuis errare mapalibus Afer Venator.' Idque etiamnum in usu est, apud interiores Mauros, qui in Atlante vivunt. Ubi pabulum gregibus deficit, mapalia planstris imposita alio transferunt, ac statuminant, suffulciuntque palis.

<sup>l</sup> *Culla*] Chulli Municipium, Antonino in Itiner. ab Igilili XLIX. M. pass. Κούλλου Ptolem. IV. 3. Hodieque vetusto nomine *Chollum* vocatur. In Collat. Carthag. pag. 107. 'Victor Cullitensis.'

<sup>m</sup> *Rusicade*] Rusicade Antonino, a Chulli LX. pass. mill. Ρουσικάδα Ptolemæo, loc. cit. In Collat. Carthag. 'Junior Rusicadiensis.'

<sup>n</sup> *Cirta*] Κίρρα 'Ιουλίας Ptolemæo IV. 3. in mediterraneis oppidis, inter Ampsagam fl. et oppidum Tabracam. 'Cirtam Coloniam' pariter vocat Antoninus in Itiner. Ab ea Cirtensem Ampsagam dictum esse superius vidimus: Constantinam deinde appellatam, auctor est Aurelius Victor, hodieque id nomen obtinet, *Caçantina*. Hujus sedis Episcopus Petilianus Donatista, adversus quem Augustinus librum inscripsit.

<sup>o</sup> *Sittianorum*] Deductis eo militibus, qui cum P. Sittio in bello contra

Jubam Cæsari affuerant. Potiorem enim regni Massinissæ partem a Cæsare Sittius beneficii et gratiæ loco accepit. Is eam inter milites partitus est. Appianus Bell. Civil. lib. IV. pag. 621. Dio lib. XLIII. pag. 214. Mela I. 6. 'Cirta procul a mari, nunc Sittianorum colonia: quondam regum domus: sed cum Syphacis foret, opulentissima.'

<sup>p</sup> *Et alia intus Sicca*] Alia colonia in mediterraneo. Siccam Veneriam Antoninus appellat, et Ptolem. IV. 3. inter mediterraneas Numidiæ novæ civitates. 'Paulus Siccensis,' in Coll. Carthag. pag. 161.

<sup>q</sup> *Bulla regia*] Βουλλαρία Ptolemæo IV. 3. inter oppida Numidiæ mediterranea. Bullam Regiam pariter in Numidia collocat Antoninus. In Collat. Carthag. 'Episcopus plebis Bullensis, Reginum,' num. 135. pag. 135.

<sup>r</sup> *Tacatua*] Τακατόνη Ptolemæo IV. 3. in ora, inter Rusicadem et Hipponem regium. Hinc dictus, ut arbitror, inter Episcopos Numidiæ in Notitia Africæ, 'Crescentius Tacaratensis.' Hodie *Mabra*.

<sup>s</sup> *Hippo regius*.] Sic appellatus, quia sub Numidiæ regum ditione, quorum hæc etiam regia fuit. Silius Ital. lib. III. 'Tum Vaga, et antiquis dilectus regibus Hippo.' Sedes hæc D. Augustini fuit. In Collat.

dum Tabraca<sup>4</sup> civium Romanorum. Tusca<sup>v</sup> fluvius, Numidiæ finis: nec præter<sup>w</sup> marmoris Numidici, ferarumque proventum aliud insigne.

III. (IV.) A Tusca, Zengitana<sup>x</sup> regio, et quæ proprie<sup>y</sup> vocetur Africa, est. Tria promontoria: <sup>z</sup> Candidum: <sup>a</sup> mox Apollinis, adversum Sardinia: Mercurii,<sup>b</sup> adversum Sici-

//////////

—4 ‘*Tacabracha* Tolet. *Tabracha* Ptolem. et Juvenal.’ Dalec. At ap. Ptolem. IV. 3. legitur *Θάβρακα* ap. Juvenal. x. 194. *Tabraca*, quod servant plurimi codd. ubi alii scribunt *Trabaca*, *Tabacra*, *Tabrata*. Gronov. et edd. vett. ante Harduin. *Trabracha*.

# NOTE

Carthag. n. 138. pag. 141. ‘Augustinus Episcopus Ecclesiæ Hipponiensis Regionum.’ Hodie, *Bonne en Afrique*, ad discrimen Coloniensis Bonnæ in Ubiis.—‘Nummus est singularis ex ære minimo, quem Seguinus edidit, p. 13. ed. 2. Pars anterior Deæ effigiem exhibet, quæ rosam sinistra tenet: deinde epigraphe, dextrorsum quidem *HIFFO*: sinistrorsum autem ad pedes, *NE*. Postica superficies vultum matronæ exhibet, capite velato, quod est indicium liberatis. Epigraphe idcirco adjecta est ibi, *LIBERA*. Legendum itaque, ut jamdudum monuimus, ‘*HIFFO* civitas Neronis Edicto Libera.’ Confer Nummum inscriptum *PAVLLIN*. de quo jam diximus ad III. 10. et alterum *KALENI*: de quo dicemus inferius.’ *Ed. sec.*

‘*Armua*] *Ρουβρικατος ποταμὸς*, Ptolemæo IV. 3. cujus ostia inter Hipponem regium, et Tabracam locat. *Ledog* hodie aiunt vocari.’

‘*Tabraca*] *Θάβρακα κολωνία* Ptolemæo, loc. cit. Nunc quoque *Tabarca*. In Collat. Carthag. pag. 171. ‘Claudentius Tabracensis.’

‘*Tusca*] Hodie *Guadilbarbarus*, amnis Numidiam ab Africa proprie dicta distermians: unde nunc Tunetense regnum incipit, *le Royaume*

*de Tunis*.

<sup>w</sup> *Nec præter*] Solinus hæc quoque, cap. 26. p. 48.

<sup>x</sup> *Zengitana*] ‘Zeugis non unius loci cognomentum,’ inquit Æthicus in Cosmogr. ‘sed potius provinciæ fuit, velut in hodiernum diem ita a prudentibus accipitur.’ Ac paulo post: ‘Zeugis est, ubi Carthago civitas constituta est.’ Isidorus Orig. XIV. 5. ‘Zeugis, ubi Carthago magna est: ipsa est et vera Africa, inter Byzantium, et Numidiam sita.’

<sup>y</sup> *Et quæ proprie*] Hoc est, eademque proprie Africa vocitata: quantum et eo nomine ipsa quoque Numidia comprehenditur, ut dicemus cap. seq.

<sup>z</sup> *Tria promontoria*] Hæc quoque Solinus, cap. 27. pag. 49. et Martianus, lib. VI. cap. de duabus Mauritan. pag. 216. Illi ex Plinio: Plinius ex Mela hausit, I. 7. totidem fere verbis.

<sup>a</sup> *Candidum*] In Tabulis Nauticis, *Capo Mabra*, quod cum altero Apollinis promontorio, quod *Capo Negro* nominant, efficit Hipponensem sinum, *Baia di Bona*.

<sup>b</sup> *Mercurii*] *Ἐμμελα ἄκρα, ἡ προτείνει ὄς πρὸς τὴν Σικελίαν*, inquit Polyb. lib. I. pag. 42. Nunc *Capo Bona*, quod cum promontorio Apollinis sinum efficit, *le Golfe de Tunis*.

liæ, in altum procurrentia, duos efficiunt sinus : Hipponensem, proximum ab oppido, quod Hipponem dirutum <sup>c</sup> vocant, Diarrhytum <sup>d</sup> a Græcis dictum, propter aquarum irrigua. Cui finitimum Theudalis <sup>e</sup> immune oppidum, longius a littore. Dein promontorium Apollinis, et in altero sinu <sup>f</sup> Utica <sup>g</sup> civium Romanorum, Catonis <sup>h</sup> morte nobilis : flumen Bagrada. <sup>i</sup> Locus, Castra Cornelia : <sup>j</sup> colonia Carthago <sup>k</sup> magnæ in vestigiis <sup>2</sup> Carthaginis : colonia Maxulla. <sup>1</sup>

CAP. III. 1 'Alii *dilutum*, sed Pintiano expungitur.' Dalec. 'Videtur librariorum errore *dirutum* scriptum fuisse pro *Zarytum*.' Brotier.—2 *Carthago magna* : et in *vestigiis* Chiffi. Paulo post, Salmasius : qui *Byrantium incolunt*.

## NOTE

<sup>c</sup> *Hipponem dirutum*] Vel potius *Zarytum*. Describit hoc oppidum eleganter Plinius Epist. ix. 33. Vide Notas et Emend. num. 9. Plane id oppidum intercidit. Ruderum locus nunc *Tamaclati*, vel, ut alii efferunt, *Tamacrata* appellatur.

<sup>d</sup> *Diarrhytum*] Διαρρύττω, hoc est, irriguum, propter aquarum irrigua. Paludem Hipponensem describit Plinius Junior, Epist. lib. ix. ad Caninium : ubi insignis historia, de Delphino incolas loci dorso gestare solito.

<sup>e</sup> *Theudalis*] Θεούδαλη Ptolemæo iv. 3. in mediterraneis Africæ oppidis, inter Tabracam civitatem, et Bagradam fluvium. Vide Notas et Emend. num. 10.

<sup>f</sup> *In altero sinu*] Cui nomen, ut diximus, a Tuneto oppido, le *Golfe de Tunis*.

<sup>g</sup> *Utica*] Nunc *Biserte* dicitur. De ea eleganter Mela, i. 7. 'Urbes, Utica et Carthago : ambæ inclytæ : ambæ a Phœnicibus conditæ : illa fato Catonis insignis : hæc suo,' &c. Datum porro Uticensibus jus civitatis ab Octavio Cæsare, anno U. C. dcccxviii. L. Gellio, Cocceio Nerva Coss. auctor est Dio lib. xlix. pag. 401.

<sup>h</sup> *Catonis*] Uticensis ea re dicti. Vide Flor. iv. 2. pag. 166. et Plutarch. in Catone Minore, pag. 792.

<sup>i</sup> *Bagrada*] Βαγρῶδας Ptolemæo, reliquisque ferme scriptoribus : hodie *Megarada* : vel, ut alii scribunt, *Magerada*.

<sup>j</sup> *Locus, Castra Cornelia*] Locus, inquit, ubi castra Scipio Major Africanus, cui nomen Cornelio fuit, cum Africam petiit, primum metatus est. Κορνελίου παρεμβολή, *Cornelii castrametatio*, Ptolemæo iv. 3. Melæ i. 7. 'Castra Cornelia : 'Corneliana,' Cæsari de Bello Civ. lib. ii. Vide Notas et Emendat. num. 11.

<sup>k</sup> *Colonia Carthago*] 'Nunc populi Romani colonia,' inquit Mela i. 7. 'olim imperii ejus pertinax æmula : jam quidem iterum opulenta : etiam nunc tamen priorum excidio rerum, quam ope præsentium clarior.' Deductam a Cæsare Dictatore, altero suo Consulatu, auctor est Dio, lib. xliii. pag. 239. Vide et Plutarch. in Cæsare, pag. 734. Appian. in Libyc. pag. 85. et Strab. lib. xvii. pag. 833. Etiam prius a C. Graccho deductos colonos, sed mox majore fama a Cæsare, scribit Solinus, cap. 27. pag. 49. Sumsit a Livio, lib. lx. Carthaginis

Oppida: Carpi,<sup>m</sup> Misua,<sup>n</sup> et liberum Clupea<sup>o</sup> in promontorio Mercurii.<sup>p</sup> Item libera Curubis,<sup>q</sup> Neapolis.<sup>r</sup> Mox Africæ ipsius alia distinctio. Libyphenices<sup>s</sup> vocantur,

## NOTE

portum etiam nunc *Marsa* vocant: ex urbis ruderibus Tunetum juxta conditum, *Tunis*.—‘Nummus est ex auro et argento in familia Fusia et Mucia ab Ursino, Patino, et aliis, sed male, collocatus. Est idem argentens in Museo nostro. Parte priore capita duo exhibet, alterum alteri applicitum:

hinc HO. ‘Honos.’ inde VIR. ‘Virtus,’ infra, \* KALENI. Stellula hic præfixa priorem hanc esse nummi aream et epigraphen admonet, posteriorem alteram. KALENI autem sic interpretare: ‘Karthago Africæ Libera Edicto Neronis Imperatoris.’ ‘Karthaginem Africæ’ scribi oportuit, uti a Plinio appellatur, xxxvi. 48. ne Carthago Hispaniæ, ut ab eodem alibi vocatur, hic intelligeretur. Sic in nummo inscripto HIPPO NE LIBERA legendum esse proxime monuimus, ‘HIPPO Neronis Edicto civitas LIBERA.’ Vide et nummum inscriptum PAVLLIN. de quo diximus ad III. 10. )( In hujus vero nummi adversa superficie, dextro latere stat Italia, quæ sinistro brachio cornu copiæ tenet: retro caduceus est: sinistro Roma stat, quæ sinistra sceptrum gerit, dextro pede calcit orbem Romanum. Hinc IA. ‘Italia.’ inde RO. ‘Roma.’ Infra, CORDI: hoc est, ‘Concordia Orbis Romani, Decus Italiæ.’ Cujus hic nummus est temporibus Vitellii et Galbæ. Est apud Plinium, xxviii. 4. ‘Olenus Calenus:’ at ex patria, non ex cognomine gentilitio novimus sic esse appellatum.’ *Ed. sec.*

<sup>1</sup> *Maxulla*] Etiam Antonino Colonia Maxulla, in Zeugitana. Ptolemæus iv. 3. Μαξούλα, pro Μαξούλα. In

Notitia Africæ inter Episcopos Provinciæ Proconsularis, ‘Carcadius Maxulitannus.’ Tuneto proxima fuit.

<sup>m</sup> *Carpi*] Post Maxulam *Kapris* sequitur apud Ptolemæum. Hinc ‘Felix Carpitannus,’ inter Episcopos Provinciæ Proconsularis, in Notitia Africæ. ‘Secundinus a Carpis,’ in Conc. S. Cypriani.

<sup>n</sup> *Misua*] In Græco Ptolemæi codice, *Kapris*, *Μίσουα*: scribe, *Μίσουα*. Apud Victorem Vitensem, inter Episcopos Prov. Proconsularis, ‘Hirundinus Missuensis.’ Et in Conc. Carthag. Bonifacii, ‘Servus-Dei Missuensis.’

<sup>o</sup> *Clupea*] ‘Civitas Clypea’ Floro II. 2. ‘Clupea’ Liv. lib. xxvii. p. 310. Inter Episcopos Provinciæ mox laudatæ, ‘Aurelius Clypiensis.’ Nunc *Zufaran*, ut recte Marmolius. Vide Notas et Emend. num. 12.

<sup>p</sup> *Mercurii*] *Capo Bona*, ut supra monuimus.

<sup>q</sup> *Curubis*] Ptolemæo iv. 3. *Κουρούβις*, inter Clypeam et Neapolim. Exilio S. Cypriani clara: cujus in Actis, ‘Civitas Curubitana’ dicitur. Curubim Antoninus pariter in Zeugitana locat, a Clypea, xxx. m. passuum: a Neapoli xii.

<sup>r</sup> *Neapolis*] *Νεάπολις κολωνία* Ptolemæo, loc. cit. juxta Curubim. Inter Curubim et Clypeam, Antonino; inter Episcopos Provinciæ Proconsularis, apud Victorem Vitensem, ‘Clementinus Neapolitannus.’

<sup>s</sup> *Libyphenices*] *Λιβυφένικες*, quasi ex Phœnicibus advenis, indigenisque Afris mixti. Transcribere hæc totidem fere verbis, Solinus, cap. 27. pag. 49. et Martianus, lib. vi. cap. de secundo sinu Africæ, p. 216.

qui Byzacium<sup>t</sup> incolunt. Ita appellatur regio CCL. M. pass.<sup>u</sup> per circuitum,<sup>3</sup> fertilitatis eximiæ, cum centesima<sup>v</sup> fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera, Leptis,<sup>w</sup> Adrumetum,<sup>x</sup> Ruspina,<sup>y</sup> Thapsus.<sup>z</sup> Inde Thenæ,<sup>a</sup> Macomades,<sup>4b</sup> Tacape.<sup>c</sup> Sabrata<sup>d</sup> contingens Syrtim mi-

—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CCL. M. pass. circuitu edd. vett. et Gronov.—4 *Thenæ, Aves, Maco-*

## NOTÆ

<sup>t</sup> *Byzacium*] Unde Byzacena provincia, Ecclesiasticis scriptoribus nota. Græcis Βυζαντιον, et Βύζαντες populi.

<sup>u</sup> *CCL. M. pass.*] Ita Martianus. Solinus: 'cc. amplius mill. pass.'

<sup>v</sup> *Cum centesima*] Plinius ipse xvii. 3. 'In Byzacio Africæ illum centena quinquagena fruge fertilem campum,' &c.

<sup>w</sup> *Leptis*] Λέπτις μικρά, juxta Adrumetum, Ptolem. iv. 3. 'Leptim minorem civitatem' in Byzacena locat Antoninus, ab Adrumeto, M. P. xviii. Apud Victorem Vitensem, inter Episcopos Provinciæ Byzacenæ, 'Fortunatianus Leptiminensis.'

<sup>x</sup> *Adrumetum*] Byzacenæ metropolis, mox colonia. In Inscriptionibus Gruteri, p. 362. COL. CONCORDIA VLP. TRAIANA. AVG. FRUGIFERA HADRVMETINA. Stephano, 'Αδρόμη. Martino, *Adrumetus*. Nunc *Mahometa*.

<sup>y</sup> *Ruspina*] Ρόβρινα Dioni prope Adrumetum, lib. xlii. p. 213. et Ptolem. iv. 3. De ea Silius Italicus, lib. iii. 'Quæque procul cernit non æquos Ruspina fluctus.' De Ruspiniensis agri fertilitate Plinius xv. 21. Nunc est *Susa*. Vide Notas et Emen-dat. num. 13.

<sup>z</sup> *Thapsus*] Θάψος Ptolemæo, loc. cit. Hinc inter Episcopos Byzacenæ, 'Vigilius Tapsitanus,' qui et 'Tapsensis.' Peninsulæ similem ait fuisse

Dio, lib. xliii. Incolis nunc, *Comin-geras*, in peninsula, ut olim, sita.

<sup>a</sup> *Inde Thenæ*] Nunc alterius juris, inquit, sequuntur oppida: Thenæ, &c. 'Thenas Coloniam' in Byzacena vocat Antoninus. Apud Gruter, pag. 363. COL. ÆL. AVG. MERCVRIALIS THÆNIT. Inter Episcopos Prov. Byzacenæ, apud Victorem Vitensem, 'Paschasius Tenitanus.' Nunc, ut videtur, *Casar*.

<sup>b</sup> *Macomades*] Macomades Municipium Antonino, in Byzacena. Ptolem. iv. 3. ad Syrtim minorem, juxta Thenas, Μακδοαία pro Μακδοαδα. Fuit et altera Macomada in Numidia: unde in Notitia Africæ, inter ejus provinciæ Episcopos, 'Pardalius Macomadiensis.' Fuisse vero eo nomine et alteram in Byzacena, præter Antoninum, Ptolemæum, Plinium, docet Collat. Carthag. n. 197. p. 177. ubi 'Proficentius Macomazensis' legitur: et mox rogatus idem, 'De qua Macomadia? Rusticiana,' inquit: quæ videlicet a vicinitate oppidi Rusticianensis, uti remur, nomen accepit. Fuit autem Rusticiana Ecclesia in Numidia. Est enim in Notitia Africæ inter Episcopos Numidiæ, 'Donatus Rusticianensis.' At de Byzacena Macomadia accipiendum illud in Collat. Carthag. cap. 116. 'Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ civitatis Magomaziensis.' Nunc est oppidum in peninsula munitum, A-

norem, ad quam Numidiæ<sup>e</sup> et Africæ ab Ampsaga longitudo DLXXX. mill. passuum: latitudo, qua cognitum est, CC. mill. Ea pars, quam Africam<sup>f</sup> appellavimus, dividitur in duas provincias, veterem et novam, discretas fossa, inter Africanum sequentem<sup>g</sup> et reges,<sup>h</sup> Thenas<sup>i</sup> usque perducta, quod oppidum a Carthagine abest CCXVI.<sup>l</sup> mill. passuum.<sup>6</sup>

IV. Tertius sinus<sup>a</sup> dividitur in geminos, duarum Syrtium vadoso ac reciproco mari diros. Ad proximam, quæ minor est,<sup>b</sup> a Carthagine CCC. M. pass. Polybius tradit: ipsam

//////////

*mades* Chiffi. et mox in eodem codice *Sabatra*.—5 Margo edd. Dalec. et Gro-nov. *inter Africanum sinum et regias Thenas*.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. CCXVII. mill. pass. edd. vett. et Harduin.

## NOTE

*frica*.

<sup>c</sup> *Tacape*] *Τακάπη* Ptolemæo, loc. cit. prope Tritonis ostia. Tacapas Coloniam in Tripolitana locat Antoninus. Et inter Episcopos Prov. Tripolitana, in Notitia, 'Servilius Tacapitanus.' Nunc est *Capulia*, in ostiis fluvii cognominis, juxta Syrtim minorem.

<sup>d</sup> *Sabrata*] Ptolem. iv. 3. ad Syrtim minorem, *Σαβδάρτα*. 'Sabratam Coloniam' Antoninus in Tripolitana: et inter Episcopos Prov. Tripolitana: 'Leo Sabratensis.' Incolis nunc *Afacus* vocatur.

<sup>e</sup> *Ad quam Numidiæ*] Hæc totidem verbis Martianus, lib. vi. cap. de secundo Africæ sinu, pag. 216. et Missi Theodosii: 'Numidia et Africa Carthaginensis finiuntur ab oriente, Syrti minore: ab occidente, flumine Ampsaga: a septentrione, mari Africo: a meridie, oceano. Longitudo, DLXXX. latitudo, CC. juxta Plinium Secundum eadem mensura est.'

<sup>f</sup> *Quam Africam*] Proprie dictam, seu Zeugitanam.

<sup>g</sup> *Africanum sequentem*] Hoc est, posteriorem, sive minorem Africa-

num, qui Pauli Æmilii gener, ab Æmilia conjuge dictus est Æmilianus, ut Domitianus a Domitia.

<sup>h</sup> *Et reges*] Massinissæ filios, ut opinor, intelligit: in quos patris regnum Scipio Africanus divisit, ut scribit Eutrop. lib. iv. Obiit enim Massinissa, XLrv. filiis relictis: Micipsæ natu maximo Scipio Cirtam Numidiæ assignavit. Ab amne Tusca, qui Numidiæ finis, ad Thenas usque, veterem Africam, populi Rom. geminam Provinciam, Carthagine excisa, fecit: Proconsularem scilicet, et Byzacenam. Reges aut ceteros omnes, aut certe plerosque, Massinissæ filios, ultra Thenas, fossa discretos a Byzacena dimovit. Nunc omnia hæc obtinet a Tusca flumine ad Syrtim minorem, Tunetense regnum.

<sup>i</sup> *CCXVI.*] Ita Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. At Anton. in Itin. 'A Carthagine Thenas, M. P. CCXVII.'

<sup>a</sup> *Tertius sinus*] Iisdem verbis hæc Martianus lib. vi. cap. de tertio sinu Africæ, p. 217.

<sup>b</sup> *Quæ minor est*] Nunc vulgo, le *Golfes de Capes*: aliis le *petit Bunc*.



centum<sup>c</sup> mill. passuum aditu,<sup>c</sup> occ. mill. ambitu. Et terra autem,<sup>d</sup> siderum observatione,<sup>a</sup> ad eam per deserta arenis, perque serpentes iter est. Excipiunt saltus<sup>e</sup> repleti ferarum multitudine: et introrsus elephantorum solitudines, mox deserta vasta, utraque<sup>3</sup> Garamantes,<sup>f</sup> ab Augylius dierum XII. itinere distantes. Super illos<sup>g</sup> fuere gens Psylli, super quos lacus Lycomedis,<sup>h</sup> desertis circumdatus. Augylæ<sup>i</sup> ipsi medio fere spatio locantur ab Æthiopia, quæ ad occidentem vergit, et a regione quæ duas Syrtes<sup>j</sup> interjacet pari utrimque intervallo. Sed littore<sup>k</sup> inter duas Syrtes, CCL. M. passuum. Ibi civitas Œensis,<sup>4,1</sup> Cinyps<sup>m</sup>

\*\*\*\*\*

CAP. IV. 1 'Mela, fere centum; Strabo vero lib. nlt. aditu LXXV. ambitu CC. M. pass.' Dalec.—2 'Est terra hæc observatione siderum nobilis Vet. lego: meabilis.' Idem. Mox, ad eam per desertas harenas margo edd. Dalec. et Gro-nov.—3 Vet. Dalec. vasta utrimque.—4 Ibi civitas Ooassensis Man. ap. Da-

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Aditu*] Faucibus, qua mare in sinum influit. De ejus aditu, ambituque, vide Strab. lib. xvii. p. 834. Melam serentis est Plinius, i. 7.

<sup>d</sup> *Et terra autem*] Ab interiori Africa, inquit, ad Syrtim terrestre iter est per deserta et arenarum cumulos, nullis viarum aut callium indiciis, turbante flatu vestigia, sed sola siderum, ut in mari, observatione. Hæc Martianus loc. citat. et Solinus, cap. 27. pag. 52.

<sup>e</sup> *Excipiunt saltus*] Ubi nunc regio *Biledulgerid*, Tunetensi regno ad austrum subjecta.

<sup>f</sup> *Garamantes*] Ad Bagradæ, et Cyniphis fontes, Ptolem. iv. 6. ubi nunc regiones *Guargala*, *Gademes*, et *Fessen*.

<sup>g</sup> *Super illos*] Solinus, cap. 27. pag. 52. 'Supra Garamantas Psylli fuerunt,' &c. De Psyllis dicemus. vii. 2.

<sup>h</sup> *Lycomedis*] Λυκομήδους λίμνη, Ptolem. iv. 5. sed alieno, ut videtur, situ.

<sup>i</sup> *Augylæ*] Αὐγύλαι Ptolem. iv. 5.

Ibi nunc *Biledulgerid* desertum, qua regioni subjacet, quæ est inter utramque Syrtim.

<sup>j</sup> *A regione quæ duas Syrtes*] Nunc est Regnum Tripolitanum, *le Royaume de Tripoli*.

<sup>k</sup> *Sed littore*] Solini paraphrasis, cap. 27. p. 52. 'Utræque Syrtes ducentis quinquaginta millibus passuum separantur.' Littori nomen, *la coste de Tripoli*.

<sup>1</sup> *Œensis*] Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. 'Œeam' Coloniam in Tripolitana Provincia, pro 'Œeam,' vocat Antoninus. Ptolemæo iv. 3. est 'Ἐἴα. In nummo Antonini Pii, e Cimelio nostro Paris. minoris formæ ex ære, c. A. O. A. F. hoc est, 'Colonia Ælia Œa Augusta Felix.' Una e tribus oppidis est, ex quibus omnibus conflata vetus Tripolis: quæ hodie, *Tripoli vecchio*. Solinus, cap. 27. p. 49, 'Achæi Tripolin lingua sua signant, de trium urbium numero, Œæ, Sabratæ, Leptis magnæ.'

<sup>m</sup> *Cinyps*] Κίνυψ et amnis, et circumjacentis regionis nomen est He-

fluvius ac regio. Oppida: Neapolis,<sup>a</sup> Taphra,<sup>o</sup> Abrotonum,<sup>p</sup> Leptis altera,<sup>q</sup> quæ cognominatur magna. Inde Syrtis major,<sup>r</sup> circuitu DCXXV.<sup>s</sup> aditu autem CCCXII. mill.<sup>t</sup> pass.<sup>u</sup> Inde accollit gens Cisipadum.<sup>u</sup> In intimo sinu fuit ora Lotophagon,<sup>v</sup> quos quidam Alachroas dixere,<sup>w</sup> ad Philænorum<sup>x</sup> aras: ex arena sunt eæ. Ab his non procul a continente palus vasta amnem Tritonem<sup>y</sup> nomenque ab eo accipit, Pallantias<sup>z</sup> appellata Callimacho, et citra mino-

lec. *Ocensis* margo edd. Dalec. et Gronov. *Cynips* edd. vett. et Gronov. Mox pro *Taphra*, quod omnes codd. et edd. vett. testantur, *Gaphra* dant Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 Gronov. CCCXIII. mill. pass.—6 Pal-

## NOTÆ

rodoto Melpom. p. 280. et 287. *Κλυφός ποταμός* Ptolemæo, loc. cit. nunc Tripolitannus amnis. Mela i. 7. 'Ultra est Cæa oppidum, et Cinyps fluvius per uberrima arva decedens.'

<sup>a</sup> *Neapolis*] Quæ nunc Tripolis dicitur, *Tripoli de Barbarie*, regni cognominis caput. Cave hanc Neapolim cum altera confundas, de qua sup. cap. diximus in Prov. Proconsulari, seu Zeugitana.

<sup>o</sup> *Taphra* [*Gaphara*] Permutatis syllabis, *Γαράφα λιμὴν* dicitur Ptolemæo, inter Neapolim et Cæam, iv. 3. Vide Notas et Emend. num. 14. Nunc est Tezura.

<sup>p</sup> *Abrotonum*] Scylaci et Stephano, Ἀβρότρονον. Sed iste cum Neapoli eandem facit: diversam ille, cum Plinio, Pomponioque. Nunc *Tesuta*.

<sup>q</sup> *Leptis altera*] Hodie *Lebida*. Hanc Strabo lib. xvii. pag. 835. et Ptolemæus iv. 3. eandem esse cum Neapoli arbitrantur. Rectius cum Pomponio Plinius diversam: quod et ipse situs comprobatur. Inter Episcopos Prov. Tripolitane, apud Victorem, 'Callipides Leptimagnensis.'

<sup>r</sup> *Syrtis major*] Gallis, *les Seches de Barbarie*, Italia, *Golfo de Sidra*. Nautis, *il Golfo di Zulocho*.

<sup>s</sup> *DCXXV.*] Ita Martiannus, lib. vi. cap. de tertio Africæ sinu, pag. 217.

<sup>t</sup> *CCCXII. mill.*] Vide Notas et Emend. num. 16.

<sup>u</sup> *Cisipadum*] Hi Syrtium oram occidentalem accolluere olim: quæ orienti obvertitur, Lotophagi, a promontorio Borio, usque ad Phycunta, de quo cap. seq. Mela i. 7.

<sup>v</sup> *Lotophagon*] Λωτοφάγοι *Alibes* Scylaci, pag. 45. qui loto vescebantur: quo de cibo dicemus, xiiii. 32.

<sup>w</sup> *Alachroas dixere*] Quasi marini coloris viros. Vide Notas et Emend. num. 16.

<sup>x</sup> *Ad Philænorum*] Ubi Philæni fratres vivi sponte obrui se passi sunt. Rem narrat eleganter Mela i. 7. Val. Max. v. 6. pag. 278. Sallustius, Bello Jugurth. p. 116.

<sup>y</sup> *Amnem Tritonem*] Ἀμνην Τριτωνίδα, et ποταμὸν μέγαν Τρίτωνα hoc tractu agnoscunt Herod. lib. iv. n. 179. pag. 281. et Ptolem. iv. 3. Hodie nomen amni, *Meletus*, ultra regni Tripolitani fines, unde regnum Barcæ incipit.

<sup>z</sup> *Pallantias*] Παλλαντίας Minervæ epitheton est in Epigram. Id paludi inditum nomen, quod in amne cognamine, inquit Solinus cap. 27. pag. 52.

rem Syrtim esse dicta : a multis vero inter duas Syrtis. Promontorium, quod majorem includit, Borion<sup>a</sup> appellatur. Ultra Cyrenaica provincia.<sup>7</sup>

Ad hunc finem Africa<sup>b</sup> a fluvio Ampsaga populos DXVI.<sup>8c</sup> habet, qui Romano parent imperio. In his colonias VI.<sup>d</sup> præter jam supradictas, Uthinam,<sup>e</sup> Tuburbin.<sup>f</sup> Oppida civium Romanorum XV. ex quibus in mediterraneo dicenda Azuritanum,<sup>g</sup> Abutucense,<sup>h</sup> Aboriense,<sup>9i</sup> Canopicum,<sup>j</sup> Chil-

~~~~~

lanteas Chiffi.—7 Idem codex, *Cyrenaica promontoria provincia*.—8 'Ita Mss. Reg. 1. 2. Colb. Chiffi. Paris. et editio princeps. In Ms. Reg. 5. et recentioribus editionibus : *populos XXVI*. Prior numerus forte major est; sed antiquioribus libris probatus. Alter exilior videtur. In Mss. Reg. 1. et 2. *pareant*. Complures certe ibi fuere populi, qui Romano imperio parvire.' *Broctier*. DXVI. etiam in cod. Salmant.—9 *Assuritanum*, *Abitacense*, *Apariense*

NOTÆ

'speculatam se artium Deam crediderunt.' Ab eo vicissim ipsa Tritoniæ nomen recepit. Festus : 'Tritonia Minerva, a ripa Tritonis fluminis dicta, quod ibi primitus sit visa.' Alia est Minervæ appellatio, *Τριτογένητα*, aliaque vocis originitio : qua de Eusebium consule, lib. III. Præpar. pag. 89. Hic tamen genitam Minervam Mela ait, l. 7.

^a *Borion*] Borion quoque Melæ l. 7. Straboni lib. XVII. pag. 836. *μικρὸν ἀκρωτήριον Βόρειον*, citra Berenice. Nunc est *Capo di Teiones*.

^b *Africa*] Non ea jam quæ proprie dicta, sed quæ latius sumta, Numidiam quoque complectitur : quo plane modo Africæ proprie appellatæ nomen a Mela accipitur, l. 7. a promontorio Metagonio ad Philænorum aras.

^c *Populos DXVI. [XXVI.]* At codices omnes Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. &c. habent *populos DXVI*. qui numerus fidem omnem superat.

^d *Colonias VI.]* In quibus sunt Uthina, et Tuburbis, inquit, præter jam supra dictas quatuor, Cirtam,

Siccam, Carthaginem, et Maxullam.

^e *Uthinam*] *Οὐθίνα* Ptolem. IV. 3. inter mediterraneas Africæ civitates, inter Tabracam oppidum, et Bagradam amnem, Proconsularis Provinciæ. In Collat. Carthag. pag. 119. 'Isaac Episcopus plebis Utinensis.' Et in Conc. S. Cypriani, de Hæret. Baptiz. 'Felix ab Uthina.'

^f *Tuburbin*] In eadem Zeugitana seu Proconsulari, 'Tuburbo minus,' a Carthagine M. P. XLVI. *Θουβουρβὴ* Ptolemæo, loc. cit. Inter Episcopos Prov. Proconsularis, apud Victorem Vitem. 'Benenatus Tuburbitensis.'

^g *Azuritanum*] In Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. *Absuritanum*. Est hæc *Ἀσσυριανὸς* Ptolem. IV. 2. inter mediterraneas civitates Numidiæ novæ, prope Siccam Veneriam. In Collat. Carthag. num. 120. pag. 98. 'Evangellus Episcopus Ecclesiæ Assuritanæ.'

^h *Abutucense*] In Collat. Carthag. pag. 112. 'Januarinus Episcopus plebis Aptucensis.' Diversa ab Aptuca Aptunga sive Abtugna est : in eadem Collat. pag. CXI. 'Felix Episcopus

manense,^k Simittuense,^l Thunusidense,^m Tuburnicense,ⁿ Tynidrumense,^o Tibigense,^p Ucitana duo,^q majus et minus : Vagense.^r Oppidum¹⁰ Latinum unum Usalitanum.^s Oppidum stipendiarium unum, Castris Corneliis.^t Oppida libera triginta, ex quibus dicenda intus Acolitanum,^u Acha-

Vet. Dalec.—10 Vet. Dalec. *Tichicense U. d. m. et minus. Vagense oppidum*; edd. vet. et Gronov. *Tibigense . . . minus, Vagiense. Oppidum.* Paulo post,

NOTÆ

plebis Aptugnitensis:’ etsi utrumque oppidum quidam temere confuderunt.

^k *Aboriense*] In Collat. Carthag. p. 121. ‘Trifolius Episcopus plebis Aboriensis.’ Huc forte Suidæ illud pertinet, ‘*Ἀβωρα ὄνομα τόπων.*’

^l *Canopicum*] *Καννὴπισσαι* Ptolemæo iv. 3. oppidum est mediterraneum Africæ proprie dictæ, inter Tabracam civitatem, et Bagradam fluvium. Stephanus: *ἔστι καὶ Λιβύης τόπος Κάνωβος.*

^k *Chilmanense*] *Κίλμα* mediterraneum Africæ propriæ oppidum, post Bagradam amnem, sub Carthagine, auctore Ptolem. iv. 3.

^l *Simittuense*] *Σιμιτθου* oppidum mediterraneum Numidiæ novæ, inter Ampsagam fl. et Tabracam oppidum, Ptolemæo, loc. cit. ‘Simittu Colonia’ est in Numidia Antonino, a Bulla Regia, de qua supra, vii. mill. pass.

^m *Thunusidense*] *Θουνοσιδα* Ptolemæo loc. cit. prope Madauram.

ⁿ *Tuburnicense*] *Θουβούρνικα κολωνία* Ptolemæo, loc. cit. Sed idem Tubursicam ab ea diversam facit, quod vereor ut jure faciat. In Notitia Africæ inter Episcopos Numidiæ, ‘Fru mentius Tubursicensis.’

^o *Tynidrumense*] Ptolemæo rursum inter oppida Numidiæ novæ mediterranea, *Θυνουδρουμον κολωνία*, iv. 3.

^p *Tibigense*] Ita libri omnes, etiam Mss. ex quibus Ptolemæus est emen-

dandus, qui loc. cit. permutat syllabis, pro *Τιβίγνα*, scribit *Θυρίβα κολωνία.*

^q *Ucitana duo*] Hornum alterum *Οὐκιβι* Ptolemæo, loc. cit. In Collat. Carthag. p. 131. ‘Octavianus Episcopus plebis Ucimains.’ Et ad Uciminus referendus videtur, qui in Africæ Notitia, inter Episcopos Provinciæ Proconsularis, ‘Quintianus Urcitanus’ dicitur, pro ‘Ucitanus.’
^r *Vagense*] *Ὀδάγ* Ptolem. iv. 3. prope Cirtam.

^s *Usalitanum*] Vetus Inscriptio, apud Gruter. pag. 512. USALLITANI. Diversa ab ista Uzala est, unde Evodius Uzalensis Episcopus, Augustino perfamiliaris, Epist. 147. et Serm. 33. de diversis. Et inter Episcopos Provinciæ Proconsularis in Notitia Africæ ‘Sacconius Uzalensis.’ Coloniā Uticæ vicinā vocat Augustin. de Civit. xxii. 8.

^t *Castris Corneliis*] Hoc est, juxta castra Cornelia, vel appositum oppidum castris Corneliis, de quibus cap. 3. Adversatur Mss. codicibus Pin-tianus, orationemque Plinianam labefactat, cum a *castris Corneliis* legi putat oportere.

^u *Acolitanum*] In Notitia Africæ, inter Episcopos Prov. Byzacenæ, ‘Restitutus Acolitanus.’ Strab. lib. xvii. p. 831. ‘*Ἀχόλλα, ἐλευθέρα πόλις.*’ In vet. inscript. apud Gruter. p. 512. AUVILLITANI, cum Leptitanis Usal-

ritanum,^v Avinense,^w Abziritanum,^x Canopitanum,^y Melzitanum,¹¹ Materense,^a Salaphitanum,^b Tusdritanum,^c Tiphicense,^d Tunicense,^e Theudense,^f Tagestense,^g Tigense,^h

////////

Vet. Dalec. unum. *A castris Cornelii oppida, &c.*—11 *Melzitanum* Chiffi. Mox, pro *Materense*, Gronov. et edd. vett. *Madaurense*; Vet. Dalec. *Madurense*. Deinde, edd. vett. et Gronov. *Tusdritanum*, *Tiricense*, *Tiphicense*; cod. Chiffi. *Tusdritanum*, *Thisicense*, *Tiphicense*. Paulo post, pro *Tagestense* Vet. Dalec.

NOTÆ

litanisque junguntur. Hirtio de Bello Afric. passim Acilla vocatur libera civitas.

^v *Acharitanum*] In R. 1. *Accharitanum*. R. 2. *Accaritanum*. Huc referri debet, qui inter Episcopos Prov. Byzacenæ legitur apud Victorem Vitens. 'Donatus Aggaritanus.' Et is etiam fortassis, qui in Collat. Carthag. p. 151. 'Candorius Aggeritensis' dicitur.

^w *Avinense*] Ita libri omnes. Id oppidum esse arbitror, quod alii Vinense vocant. Nam 'Vina Civitatem' in Zeugirana Antoninus agnoscit. Hermolaus mavult *Avittense*, ab *Aouitra* mediterraneo oppido, inter Tabracam oppidum et Bagradam annem, apud Ptolem. iv. 3.

^x *Abziritanum*] In Coll. Carth. p. 112. 'Fructuosus Abziritensis.' In Notitia Victoris Vitensis, 'Servus Arsuritanus:' scribo *Apsiritanus*.

^y *Canopitanum*] In Collat. Carthag. p. 127. 'Felix Episcopus Caniopitanorum.'

¹¹ *Melzitanum*] In R. 1. 2. et Chiffi. *Melzitanum*. In Collat. Carthag. p. 99. 'Tutus Episcopus plebis Melzitis.'

^a *Materense*] Inter Episcopos Prov. Byzacenæ, in Notitia Victoris, *Adelfus Mattaritanus*. Vide Notas et Emend. num. 17.

^b *Salaphitanum*] Vide Notas et Emend. num. 18.

^c *Tusdritanum*] Nomen oppido Θυσδριτος apud Ptolem. iv. 3. sub Adrumetto. Tusdrum Antonino, in Byzacena, inter Episcopos Prov. Byzacenæ apud Victorem Vitens. 'Florentius Tuziritanus,' pro 'Tusdritanus.' Et in Collat. Carthag. p. 171. 'Aptus Tuziritensis,' pro 'Tusdritensis.'

^d *Tiphicense*] Vide Notas et Emend. num. 19.

^e *Tunicense*] In Mss. R. 1. &c. *Thuniense*. Referendus huc videtur 'Lucianus Episcopus plebis Tuneyensis,' e Collat. Carthag. pag. 110. Oppida modo mediterranea censentur: quamobrem Tunetum, littoralem civitatem, quam *Tunis* vocamus, cave hic appellari a Plinio putes.

^f *Theudense*] Inter Episcopos Prov. Byzacenæ, in Notitia Victoris, 'Decimus Theuzitanus,' sive 'Thenditanus;' nam Theuza et Thenda promiscue scribitur, ut Quiza et Quida, quod ante monuimus, literis D et Z in hisce nominibus permutari invicem solitis, ut vulgo creditur.

^g *Tagestense*] In Mss. omnibus R. 1. 2. &c. *Tagesense*. Nec Tagasta porro, Augusti natalibus, et Alypii sede clara, nec Teveste, locum habere hic potest: est enim utraque Numidiæ Provinciæ: neutra Byzacenæ, cujus nunc lustrantur oppida.

^h *Tigense*] In Collat. Carthag. p. 98. 'Aptus Episcopus plebis Tigienensis.' Vetus inscriptio apud Reines.

Ulusubritanum,^l Vagense aliud,^j Visense,^k Zamense.^l Ex reliquo numero non civitates tantum, sed pleræque etiam nationes jure dici possunt, ut Natabudes,^m Capsitani,¹² Misulani,^o Sabarbares,^p Massyli,^q Nisives,^r Vamacures,^s Ethini,^t Mussini,^u Marchubii,^v et tota Gætulia ad flumen Nigrin, qui Africam ab Æthiopia dirimit.

////////

Tagastense; et pro *Zamense*, Chiffi. *Zyamense*.—12 *Natabutæ*. *Caspitani* Vet. Dalec. Mox, *Musulani*, *Sababares* Chiffi. Paulo post, pro *Marchubii*, margo edd. Dalec. et Grouov. *Macrobii*.

NOTE

p. 458. IULIO. PROCULO. V. C. PRÆF. VRB. PATRONO. COL. BYZACENÆ. ET PATRONO. COLON. ÆLIÆ. ZAMÆ. REGIÆ. ET. PATRONO. TIGISENS.

^l *Ulusubritanum*] Ὀυλύβριττα Ptolemæo iv. 3. inter oppida Africæ mediterranea, in Byzacena, sub Adrumeto.

^j *Vagense aliud*] Aliud nimirum a superiore Vagensi, quod in Numidia positum prope Cirtam diximus: istud, in Byzacena. Unicum Collatio Carthaginensis agnoscit, pag. 211. 'Accedente Ampelio Vagensi,' inquit. Et mox, 'accedente Primulio Episcopo Vagense.'

^k *Visense*] In Collat. Carthag. pag. 178. 'Dativus Episcopus Visensis.' Vide Notas et Emend. num. 20.

^l *Zamense*] In Collat. Carthag. p. 101. 'Dialogus Zamensis.' Inscriptio vetus apud Gruter. p. 364. COL. ÆL. HADR. AVG. ZAMÆ. REGIÆ. Hæc Jubæ regia fuit, Hirtio teste, Vitruvique. Arcem regni Sallustius vocat, in Bello Jugurth. p. 99. Livius lib. xxx. p. 362. 'Zama quinque die-rum iter a Carthagine abest.'

^m *Natabudes*] Ita libri omnes, etiam Mss. Ptolem. iv. 3. Νατάβουρες vocantur.

ⁿ *Capsitani*] Sallustius in Bello Jugurth. p. 127. 'Erat inter ingentes solitudines oppidum magnum atque

valens, nomine Capsa, ejus conditor Hercules Libys memorabatur,' &c. Ibi de hujus urbis obsidione proluxe et eleganter. Κάψα Ptolem. iv. 3. inter Bagradam et Tritonem amnes. Cives Sallustio 'Capsenses.'

^o *Misulani*] In R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Chiffi. *Musulani*. Ptolem. iv. 3. Μισούλαμοι, Cirtæ ad austrum subjecti: quibus vicini Nasabutes proxime appellati. Tacitus Annal. ii. pag. 57. 'Musulanorum valida gens, et solitudinibus Africæ propinqua.'

^p *Sabarbares*] Ita R. 1. 2. et Chiffi. *Sababares*. Ptolemæo iv. 3. Σαβαύβουρες.

^q *Massyli*] Cave hos cum Massæ sylis confundas, de quibus actum est superius, cap. 1. Massyla Numidiæ gens altera a Livio appellatur, lib. xxiv. p. 26.

^r *Nisives*] Νισίβες Ptolemæo, loc. cit. Idem forte qui *Niscetæ* Livio lib. xxxiii. p. 396.

^s *Vamacures*] Ita libri omnes. Forte ii sunt, qui Ptolemæo loc. cit. Ἀσρδκουρες appellantur: vel ii potius, qui in orientali parte Mauritanix Cæsariensis positi, Μάκκουραι vel ii qui in eodem fere tractu Μάχκουρες vocantur, apud eundem Ptolem. iv. 3.

^t *Ethini*] Eos esse suspicor, qui Ptolemæo iv. 3. Κωίθιοι, 'Cinithio-

v. (v.) Cyrenaica,^a eadem Pentapolitana regio, illustratur Hammonis oraculo,^b quod a Cyrenis abest cccc. m. passuum: fonte Solis:^c urbibus maxime quinque, Berenice, Arsinoë, Ptolemaide, Apollonia, ipsa Cyrene. Berenice in Syrtis extimo cornu^d est, quondam vocata Hesperidum^e supradictarum, vagantibus Græciæ fabulis. Nec procul ante oppidum fluvius Lethon,^f lucus sacer, ubi Hesper-



CAP. v. 1 Vet. Dalec. *fluvius Lethe*.—2 Ita cod. et Vet. Dalec. Chiff. et

NOTÆ

rum haud spernenda natio,' Tacito dicitur, juxta Mnsulanos Annal. II. p. 57.

^a *Mussini*] Qui Ptolemæo Μουσουλων, loc. cit.

^v *Marchubii*] Qui in orientali Mauritaniæ Cæsariensis parte positi, juxta Numidiam, Μαλχοῦβιοι a Ptolemæo appellantur, IV. 2.

^a *Cyrenaica*] Hæc deinceps iisdem verbis Martianus, lib. VI. cap. de tertio sinu Africæ, p. 217. et Solinus, cap. 27. p. 52. A Cyrene urbe provinciæ nomen: urbi a *Cyre fonte*, ἀπὸ Κυρῆς πηγῆς, ut Callimachus ait, in Hymno Apollinis: vel a Cyra monte, unde fons oritur, ut Justino visum, XIII. 7. p. 136. Hodie, *le Royaume de Barca*.

^b *Hammonis oraculo*] Describitur a Curtio IV. 28. et seq. Jovis Hammonis porro simulacrum arietino vultu fuisse omnes sciunt: confirmat Athanasius: Λίβυες πρόβατον ὃ καλοῦσιν Ἀμμωνα Θεὸν ἔχουσι, καὶ τοῦτο πολλοῖς παρ' ἐτέρων εἰς θυσίας σφάζεται. Vide Plinium XXXVII. 60. n. 7. Ceterum Hammonem Ægyptii Jovem appellant, teste Herod. lib. II. n. 42. p. 106. Ἀμμοῦν γὰρ Αἰγύπτιοι καλοῦσι τὸν Δία.

^c *Fonte Solis*] De eo diximus, II. 6. Mela quoque de situ Plinio suffragatur: 'Sunt,' inquit I. 8. 'in Cy-

renaica Hammonis oraculum, fidei inclytæ: et fons, quem Solis appellant,' &c.

^d *In Syrtis extimo cornu*] 'Circa extimum Syrtis cornum,' inquit Solinus, cap. 27. p. 53. nempe Syrtis majoris. Botion, credo, promontorium intelligit, de quo cap. sup. quo Syrtium major includitur, seu terminatur ab orientali parte. Oppido nunc vetusti nominis vestigia non obscura, *Bernichio*.

^e *Hesperidum*] Ut vagantur fabulæ, inquit, alibi aliis Hesperidam hortos statuentibus, aliis quidem in Magnesia, aliis ad fretum Herculis, in oceano aliis, hic quoque nonnulli collocarunt Hesperidas, quas cap. 1. ad Atlantem montem posuimus. Ptolemæus IV. 4. Βερενίκη, ἥ καὶ Ἑσπερίδες. Ammianus, lib. XXII. p. 233. 'Berenice, quas Hesperidas appellant.' Hesperis prius dicta est, quæ mox Berenice ab uxore Ptolemæi Evergetæ. Stephanus: Ἑσπερίς, πόλις Λιβύης, ἥ νῦν Βερενίκη. Mela I. 8. p. 110. non alio nomine, quam Hesperidem vocat.

^f *Lethon*] Ita Solinus et Martianus, locis cit. Ἀδδων est Ptolemæo loc. cit. juxta Berenicen. *Ληθαῖος* Straboni, lib. XIV. p. 647. ἐν Ἑσπερίαις Λίβυσι, ubi Casaubonus, qui sint Hesperitæ Libyes, Berenices nimi-

dum horti memorantur. Abest a Lepti CCCLXXV.^{2 s} M. pass. Ab ea Arsinoë,^h Teuchira vocitata, XLIII. M. passuum. Et deinde Ptolemais,ⁱ antiquo nomine Barce, XXII. M. passuum.^j Mox XL. M. pass.^{3 k} promontorium Phycus^l per Creticum mare excurrit, distans CCCL. M. passuum^m a Tænaro Laconicæ promontorio. A Creta vero ipsa CCXXV.ⁿ M. Post id Cyrene,^o a mari undecim M. passuum. A Phycunte Apolloniam^p XXIV. mill. pass. Ad Cherronesum^q

~~~~~  
 Marcian. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CCCLXXXV. edd. vett. et Gronov. Mox, *Tauchera vocitata* Vet. Dalec.—3 Edd. vett. et Gronov. CCL. M. omisso τῶ pass.—4 Cod. Dalec. CCXXV. Vid. supra iv. 20.—5 *A Cherroneso* margo edd. Dalec. et Gronov. et mox ibid. *Inde*

## NOTÆ

rum incolæ, quæ Hesperidum dicta est regio, videtur nescisse. Ptolemæus alter Ægypti rex II. Comment. apud Athen. lib. II. p. 71. *Ἀθήνα* cum Plinio vocat. Et hic quoque, ob similitudinem cum infernali Lethe, creditus oblivionem parere, teste Lucano, IX. 355.

<sup>s</sup> CCCLXXV.] Sic rescripsimus ex Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffi. Paris. atque ex Martiano, lib. VI. p. 217. Prius legebatur, CCCLXXXV.

<sup>h</sup> Arsinoë] *Ἀρσινόη, ἡ καὶ Τεύχαιρα*, Ptolem. IV. 4. et Straboni, lib. XVII. pag. 837. *Τεύχαιρα*, Stephano pag. 115. et Scylaci, pag. 44. Nunc *Trochara*.

<sup>i</sup> Ptolemais] Strabo, loc. cit. ἡ Βάρκη πρότερον, νῦν δὲ Πτολεμαῖς. Ita et Stephanus, verbo Βάρκη. Ptolemæo tamen IV. 4. Πτολεμαῖς et Βάρκη duæ sunt civitates: hæc mediterranea, illa littoralis. Scylaci quoque, loc. cit. Ptolemais igitur condita, non eo loco quo Barce fuit, sed quo Barcæorum portus. Inter Pœnorum hostes a Marone Æneid. IV. censentur, 'lateque furentes Barcæi.' Nunc quoque interius oppidum retinet nomen et mœnia, Barca: unde regni

appellatio: littorale *Tolemeta* nuncupatur.

<sup>j</sup> XXII. M. pass.] A Teuchira Ptolemaidem Antoninus in Itiner. XXVI. M. pass. intervallum facit.

<sup>k</sup> Mox XL. M. pass.] Vide Notas et Emend. num. 21.

<sup>l</sup> Phycus] *Φυκοῦς ἄκρον* Ptolem. IV. 4. Ibi regio Cyrenaica ab occasu incipit flectere se in exortum Solis. Nautis dicitur, *Capo Rusato*.

<sup>m</sup> CCCL. M. passuum] Sive bis mille et octingentis stadiis, ut ait Strab. lib. XVII. pag. 837. quæ mensura eum Pliniana congruit.

<sup>n</sup> CCXXV. [CX XV.] Ita libri omnes, etiam Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. tum hoc loco, tum IV. 20.

<sup>o</sup> Cyrene] *Κυρήνη*, de qua multa vide apud Strab. loc. cit. Nunc esse *Cairoan* a quibusdam falso creditur: cum sit ab Arabibus conditum recens oppidum. Sed est *Ceyret*, nunc pagus.

<sup>p</sup> Apolloniam] *Ἀπολλωνία*, Ptolem. IV. 4. At Straboni, loc. cit. *Ἀπολλωνιάς Κυρηναίων ἐπίκειον*, Cyrenensium navale. Hodie *Bonandrè*: Geographo Nubiensi, *Bondarea*.

<sup>q</sup> Ad Cherronesum] *Χερσόνησος με-*



LXXXVIII. mill. passuum. Unde Catabathmum<sup>r</sup> CCXVI. mill. passuum. Accolunt Marmaridæ,<sup>a</sup> a Parætonii ferme regione ad Syrtin usque majorem porrecti. Post eos Araraueles,<sup>t</sup> et jam in ora Syrtis Nasamones,<sup>u</sup> quos antea Mesammones<sup>v</sup> Græci appellavere, ab argumento loci, medios<sup>6</sup> inter arenas<sup>w</sup> sitos. Cyrenaicus ager,<sup>x</sup> xv. m. passuum latitudine a littore, arboribus<sup>7</sup> fertilis habetur. Intus eodem spatio frugibus tantum: mox triginta mill. passuum latitudine, et ccl. mill. passuum longitudine, lasere modo.<sup>y</sup>

Post Nasamones, Asbystæ,<sup>z</sup> et Macæ vivunt.<sup>a</sup> Ultra

*Catabathmus CCXVI.* Chiff. Unde *C. CCVI.*—6 *Grai* . . . . medio Chiff. —7 Ita Mau. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Biont, et arboribus edd. vett. cum Gronov. et Franz.—8 *Abyta* Vet. Dalec.

## NOTÆ

γᾶλη Ptolemæo iv. 5. inter Marmaricæ nomos, sive Præfecturas. Ubi nunc *Capo di Roxatim*, sinusque cognominis, *Golfo di Roxatim*: alii *Rax-iltim* scribunt. Strab. lib. xvii. pag. 838. Ἀκρὰ Κεφρόνησος λιμένα ἔχουσα. Promontorium cum portu. Stephano, urbs est, cui nomen et Κεφρόουρα fuit: gentile, Κεφρόουριος, ut a Ταυχεῖρα, de qua paulo ante, Ταυχεῖριος.

<sup>r</sup> *Catabathmum*] De Catabathmo et Parætonio, cap. seq.

<sup>a</sup> *Accolunt Marmaridæ*] Μαρμαρίδαι Straboni, loc. cit.

<sup>t</sup> *Araraueles*] Post Marmaridas, versus occasum Solis, Syrtimque majorem. Ἀραυράκιδες Ptolem. iv. 4. quorum magis ad ortum Solis regio vergit, quam Barcitarum.

<sup>u</sup> *Nasamones*] Νασάμωνες, Syrti majori confines, apud Strab. lib. xvii. pag. 838. Gentis mores ac situm Lucanus pereleganter describit ix. 439. Quas Nasamon gens dura legit, qui proxima ponto Nudus rura tenet: quem mundi barbara damnis Syrtis ulit: nam littores populator arenis Imminet, et nulla portus tangente

carina Novit opes. Sic cum toto commercia mundo Naufragiis Nasamones habent.<sup>6</sup>

<sup>v</sup> *Mesammones*] Voce conflata ex μέσος, quod *medium*, et ἄμμος, quod *arenam* sonat. Ex Hebraica originatione vocem derivat Bochartus, parte i. Geogr. iv. 30. pag. 322. quasi Viros Hammonis vox ea significet.

<sup>w</sup> *Inter arenas*] Lucanus hanc oram describens ix. 454. 'Patet omne solum, liberque meatu Æoliam rabiem totis exercet arenis.' Et mox, 'Regna videt pauper Nasamon errantia vento.'

<sup>x</sup> *Cyrenaicus ager*] Accepta hæc sunt ab Herod. lib. iv. n. 199. pag. 287.

<sup>y</sup> *Lasere modo*] De lasere, xix. 15. <sup>z</sup> *Asbystæ*] Ἀσβύσται. Vide Notas et Emend. num. 22.

<sup>a</sup> *Et Macæ vivunt*] Hoc est, degunt, sive habitant. Μακάροι Συρτῶν Ptolem. iv. 3. Μακάρι Herod. iv. n. 175. pag. 280. et Scylaci, pag. 45. et Diodoro Bibl. lib. iii. pag. 178. Solinus hæc transcribens Asbystas lasere pariter vivere inepte pronuntiat.

eos Hammanientes<sup>b</sup> XI. dierum itinere<sup>9</sup> a Syrtibus majoribus ad occidentem, et ipsi quaquaversus arenis circumdati: puteos tamen haud difficiles binum ferme cubitorum inveniunt altitudine, ibi restagnantibus Mauritaniae aquis. Domos sale<sup>c</sup> montibus suis exciso, ceu lapide,<sup>10</sup> construunt. Ab his ad Troglodytas<sup>d</sup> hyberni occasus plagæ dierum septem iter,<sup>11</sup> cum quibus commercium gemmæ tantum, quam carbunculum vocamus, ex Æthiopia invec-tæ.<sup>12</sup> Intervēnit<sup>f</sup> ad solitudines Africæ, supra minorem Syrtin dictas,<sup>13</sup> versa Phazania,<sup>g</sup> ubi gentem Phazaniorum, urbesque Alelen et Cillabam subegimus. Item Cydamum e regione Sabratæ.<sup>h</sup> Ab his mons longo spatio in occasum

*Hasbitæ* edd. vett. et Gronov.—9 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. 5. et Ed. pr. etiam Ald. Junt. Basil. Lugd. Dalec. Elz. et Gronov. *duodecim dierum itinere* codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—10 Gronov. *seu lapide*.—11 Ita Reg. Brot. 1. et Ed. pr. *dierum VII. itinere* codd. Dalec. et Chiffi. *dierum IV. iter* Reg. Brot. 5. et edd. vett. cum Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—12 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *vec-tæ* Gronov. et edd. vett.—13 *Syrtin dictam* Chiffi. Mox, Vet. Dalec. *urbs* pro *versa*.—14

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Hammanientes*] Vel Ammanientes, ut ab ἄμμος, *arena*, traxisse et illi nomen videri possint. Ii plane sunt, quos Solinus cap. 28. pag. 54. Amantes vocat: quos cum Hammonis Jovis accolis Ortelius male confundit: et Bochartus eum secutus, loco mox cit. Nam quod de domibus sale ceu lapide structis mox narratur a Plinio, id Amantibus a Solino arrogatur: situsque idem inter Nasamonas et Troglodytas. Pars est deserti, quod nunc *Bildulgerid* vocant.

<sup>c</sup> *Domos sale*] Accepta hæc ab Herod. lib. IV. n. 185. pag. 284.

<sup>d</sup> *Ad Troglodytas*] Non una modo in parte terrarum Troglodytæ sunt: nam præter eos qui sinum Arabicum accolunt, sunt et in Africæ pæne umbilico, a Syrtibus majoribus sedecim dierum itinere dissiti, versus occasum: ubi nunc *Techortina regio*. Τρω-

*Delph. et Var. Clas.*

γλοδύται *Alθλωτες* hi vocantur ab Herod. lib. IV. n. 185. pag. 283.

<sup>e</sup> *Dierum septem [IV.] iter*] Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffi. *dierum VII. itinere*. De carbunculorum commercio eadem habet Solinus: de his dicemus, xxxvii. 25.

<sup>f</sup> *Intervēnit*] In ea via, inquit, quæ est ab Hammanientibus ad Troglodytas occurrit Phazania regio, vergens ad eas solitudines quas paulo ante diximus supra minorem Syrtin esse positas: initio nimirum superioris cap.

<sup>g</sup> *Phazania*] Φαζανία regionis nomen, apud Agathemerum, Geogr. II. 5. Pars est deserti *Bildulgerid*, cum parte Tunetensis regni, quæ maxime in austrum vergit.

<sup>h</sup> *E regione Sabratæ*] Quam cap. 3. sitam esse diximus in ipso Syrtis minoris cornu, qua spectat Africam

*Plinius.*

3 M

ab ortu tendit, Ater nostris dictus a natura adusto similis, aut Solis repercussu accenso.<sup>14</sup> Ultra eum<sup>i</sup> deserta: Matelgæ<sup>j</sup> oppidum<sup>15</sup> Garamantum: itemque Debris,<sup>k</sup> affuso fonte,<sup>l</sup> a medio die ad mediam noctem aquis ferventibus totidemque horis ad medium diem rigentibus: clarissimumque oppidum Garama<sup>16m</sup> caput Garamantum: omnia armis Rom. superata, et a Cornelio Balbo<sup>n</sup> triumphata: uni huic omnium<sup>o</sup> externo curru et Quiritium jure donato:

~~~~~

Margo edd. Dalec. et Gronov. *velut solis repercussu accensus*.—15 *Mox Tulgæ* oppidum Chiffi. Paulo post, margo edd. Dalec. et Gronov. *effuso fonte*.—16 *Garamana* Vet. Dalec. et mox in eodem, *uni omnium*; al. *uno omnium externorum*; Gronov. et edd. vett. *unius omnium*, &c. Deinde pro *genito*, quod ser-

NOTÆ

proprie dictam.

¹ *Ultra eum*] Versus austrum, ubi desertum vastissimum est, *Biledulgerid*.

^j *Matelgæ*] Forte rectius, *Mox Tulgæ*, ut in Chiffi. cod. Reg. 1. Colb. 1. 2. &c.

^k *Debris*] Meminit hujus oppidi Priscianus in Periegesi, pag. 369. 'Continuo post hos sequitur Phaurusia tellus: Hanc habitant juxta Garamantes Debride clari.' *Bêdespor* est Ptolem. iv. 6. circa fontes Cinyphis amnis, nec procul a Garamæ Metropoli.

^l *Affuso fonte*] De hoc fonte eadem narrant Augustin. de Civit. xxi. 5. Solinus cap. 29. pag. 54. Breviter Isidorus xiii. 13. ex August. 'Apud Garamantes fontem esse aiunt ita algentem din, ut non bibatur: ita ardentem nocte, ut non tangatur.' Causam hujus miraculi Lucretius investigat, lib. vi. Ad ignes subterraneos nocturnumque frigus causam refert Licetus de Quæsitis per Epist. lib. v. pag. 256. quem vide, si tanti esse id putas.

^m *Garama*] Γαρδμῆ μητροπόλις Ptolemæo iv. 6. Videtur esse *Gademes* regionis hodieque cognominis caput.

Ipsa Garamantum tellus regiones tres, ut diximus, complectitur: *Fessen*, quæ nempe ortui propior: *Guargala*, quæ occidenti Soli: *Gademes*, quæ inter utramque media. Hos Strabo lib. xvii. pag. 835. ait esse confines iis gentibus, unde Carchedonii lapilli afferuntur: Troglodytis scilicet, (quæ Techortina nunc regio est,) eum quibus commercium ejus gemmæ esse paulo ante diximus, quam carbunculum vocamus.

ⁿ *Cornelio Balbo*] De hoc Balbo Minore, sive Juniore, Cicero ad Attic. xi. 12. pag. 341. De Majore, qui alterius patris fuit, idem ad Attic. viii. 9. p. 236.

^o *Uni huic omnium*] Uni illi omnium externorum et triumphii honos, et civitas est donata. Triumphavit et P. Ventidius: at non externus ille, sed Italus. Solinus cap. 29. p. 54. de Balbo: 'Primus sane de externis, utpote Gadibus genitus, accessit ad gloriam nominis triumphalis.' Verum non modo primus est externi sanguinis eum honorem est adeptus, sed et privatorum postremus: nam Republica ad unius potestatem revocata, Imperatores tantum, aut Imperatorum propinqui, Romæ consequenti

quippe Gadibus genito civitas Romana cum Balbo majore patruo data est. Et hoc mirum, supradicta oppida ab eo capta, auctores nostros prodidisse: ipsum in triumpho, præter Cydamum et Garamam, omnium aliarum gentium urbiumque nomina ac simulacra duxisse, quæ iere hoc ordine. Tabidium ¹⁷ p oppidum, Niteris ⁹ natio, Negligemela oppidum, Bubeium natio, vel oppidum, Enipi natio, Thuben ^r oppidum: mons nomine Niger: Nitibrum, Rapsa, oppida: Discera natio, ¹⁸ Debris oppidum, flumen Nathabur, Tapsagum oppidum, Nannagi ^a natio, Boin oppidum, Pege oppidum, flumen Dasipari. Mox oppida ^t continua, Baracum, Buluba, ¹⁹ Alasi, Balsa, Galla, Maxala, Zizama. Mons Gyri, in quo gemmas nasci titulus præcessit. ²⁰ u Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit, latronibus gentis ejus puteos (qui sunt non alte fodiendi, si locorum notitia adsit) arenis operientibus. Proximo bello, quod cum Censibus ^v gessere initiis Vespasiani ²¹ imperatoris, com-

vant omnes codd. Harduini et Chiffi. nato præbent edd. vett. et Gronov.—17 *Tabidium* Chiffi. *Thabudis* Ptolem.—18 *Rapsa, oppidum. Viscera natio*, et paulo post, *Dannagi natio* Chiffi.—19 *Bulba* Chiffi. Mox, *Galsa, Galla* margo edd. Dalec. et Gronov. *Balsa, Balla* Vet. Dalec. *Mazala* margo edd. Dalec. et Gronov. *Cyzama* cod. Dalec.—20 *Titus prodidit* cod. et Vet. Dalec.—21 *Margo* edd. Dalec. et Gronov. *quod cum Censibus Romani gessere auspiciis*

NOTÆ

tempore de victis gentibus triumpharunt. In libris hactenus editis perperam unius omnium legebatur. Salmas. p. 383. in Solin. sprete omnium librorum fide locum pro arbitrio mutat.

^p *Tabidium*] Θαβουδῖς Ptolem. iv. 6. circa Bagradæ fontes.

⁹ *Niteris*] Colb. i. 2. *Nitiebres*. Et mox *Viscera* pro *Discera*. Quibus et R. 1. et Chiffi. suffragatur.

^r *Thuben*] Huc, credo, spectat Præpositus limitis Tubnniensis, inter Limitaneos, sub dispositione Comitæ Africæ, in Notitia Imperii Rom. cap. 50.

^a *Nannagi*] Chiffi. *Dannagi*. R. 1. Colb. 1. 2. *Tamiagi*.

^t *Mox oppida*] Horum deinde oppidorum, inquit, in triumpho imagines secutæ sunt. Mss. paulo aliter hæc nomina repræsentant: *Baracum, Halasigalsa, Balla, Mazalla, Cizama*.

^u *Titulus præcessit*] Singulis triumphis simulacris titulus affigebatur, cui inscripta gentium oppidorumque devictorum nomina. In Mss. R. 1. et Colb. 2. *titulus præcessit*. In Colb. 2. *titulus prodidit*.

^v *Cum Censibus*] Ab Cæa oppido, de quo dictum est cap. 4. Solini paraphrasis, cap. 29. p. 54. 'Sub Vespasiano'

pendium viæ quadridui deprehensum est. Hoc iter vocatur Præter caput saxi. Finis Cyrenaicus Catabathmos^a appellatur oppidum et vallis repente convexa. Ad eum terminum Cyrenaica. Africa a Syrta minore^b decies centena LX. M. passuum in longitudine patet: in latitudine, qua cognitum est, DCCC.²²

VI. (VI.) Quæ^c sequitur regio; Mareotis Libya^a appellatur, Ægypto contermina. Tenent Marmaridæ, Adyrmachidæ:^b dein Mareotæ.^c Mensura a Catabathmo ad Parætonium LXXXVI. M. passuum. In eo tractu^d vicus Apis interest, nobilis religione^e Ægypti locus. Ab eo Parætonium^f LXII. M. passuum.²³ Inde Alexandriam cc. millia

Vespasiani; receperunt Harduin. Miller. Bipont. et Franz.—22 Chiffi. DCCCX.

CAP. VI. 1 *Ea quæ* edd. vett. et Gronov. sed illud *Ea* non agnoscunt codd. Harduini, nec Chiffi.—2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XII. M. pass. edd. vett. et Gronov. Mox in iisdem vett. *centum millia passuum*; codd. Harduini, Dalec. Marci. et exempl. antiquiss. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

NOTÆ

pasiano principe, bello quod cum Censibus gestum est, difficultas hæc dissoluta est compendio spatii brevioris invento.' Plinius 'proximum bellum' dixit, quia proxime gestum, cum hæc scriberet. Proximum Solinus nec dixit, nec vero integra fide potuit dicere, tanto nimis Plinio recentior, quantum vel unus hic locus abunde declarat.

^a *Catabathmos*] Mela i. 8. 'Catabathmos vallis devexa in Ægyptum, finit Africam.' Ita et Sallust. Bello Jugurth. p. 65. *Καταβαθμὸς* Græcis, *descensum, devexitatem, acclivitatemque* loci significat.

^b *A Syrta minore*] Ita libri omnes. Cyrenaica provincia a Majore quidem Syrta incipit. At Cyrenaica Africa latius patet: a Minore enim Syrta, ubi Africa proprie dicta desinit, ipsa initium ducit.

^a *Mareotis Libya*] *Μαρεώτις*, quæ Ptolemæo iv. 5. Marmarica dicitur, inter Pentapolim, sive Cyrenaicam, et Alexandriam Ægypti. Pars maxime orientalis regni Barca.

^b *Adyrmachidæ*] *Ἀδυρμαχίδαι*, *ἔθνος* Λιβύων, Scylaci, p. 42. *Πρώτοι Λιβύων*, Herod. lib. iv. n. 167. p. 279. *Ἀδυρμαχίδαι* Ptolemæo, loc. cit. Apud Stephanum *Ἀδαρχίδαι*, mendose.

^c *Mareotæ*] A quibus regioni nomen. *Μαρεώτης νομός*, Mareotis præfectura, apud Ptolem. loc. cit.

^d *In eo tractu*] *Libyæ Mareotidis*. Scylaci, p. 42. *Ἀπὸ πόλιν*, et Ptolemæo quoque, loc. cit.

^e *Nobilis religione*] De cultu bovis Apis dicemus, viii. 71.

^f *Ab eo Parætonium*] *Παρατόνιον* inter oppida hujus Libyæ, apud Ptolem. iv. 5. In Conc. Nic. i. 'Titus Parætonli,' in Provincia Libyæ infe-

passuum: latitudo CLXIX. est. Eratosthenes a Cyrenis Alexandriam terrestri itinere DXXV. m. prodidit. Agrippa totius Africæ a mari Atlantico cum inferiore Ægypto xxx. XL.³ ^h mill. passuum longitudinem. Polybius et Eratosthenes, diligentissimi existimati, ab oceano ad Carthaginem magnam, XI. mill.⁴ ⁱ passuum, ab ea Canopicum Nili proximum ostium, XV. XXVIII.^j fecerunt. Isidorus a Tingi Canopum XXXV. XCIX.^k mill. pass. Artemidorus XL. mill. minus,⁵ ¹ quam Isidorus.

VII. (VII.) Insulas^a non ita multas complectuntur hæc maria. Clarissima est Meninx,^b longitudine xxv.^c mill.

~~~~~

CC. millia passuum.—3 Codd. Dalec. et Chiffi. et Vet. Dalec. LXXX. Mox, Vet. Dalec. longitudinem posuit. Polybius, &c.—4 Ita codd. Dalec. et Marcian. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. XVI. mill. edd. vett. et Gronov. Mox, codd. Dalec. passuum. Ab ea ad Canopicum, et ab ea ad Canopicum N. p. ostio. Regg. Brott. et Ed. pr. passuum: ab ea Canopum, &c. Deinde edd. vett. et Gronov. XVI. mill. passuum: XXX. fecerunt; Vet. Dalec. LXXVIII. mill. pass. fecerunt. Nostram lectionem ex codd. suis recepit Harduinus, eumque secuti recentt.—5 Ita Regg. Brott. et Ed. pr. 78 mill. deest in edd. vulgg. ante Brotier.

# NOTE

rioris. Nunc Raza.

<sup>s</sup> LXII. M. pass.] Vide Notas et Emendat. num. 23.

<sup>b</sup> XXX. XL.] Hoc est, tricies centena, et quadraginta millia passuum, ut recte Martianus interpretatur, lib. vi. cap: de Africæ tertio sinu, pag. 217. apud quem tamen 'quadringenta' perperam, pro 'quadraginta' scribitur. Neque enim Latine dicimus 'tricies quadringenta:' sed si is numerus exprimi debet, 'tricies quater,' subintelligendo centena.

<sup>i</sup> XI. mill.] Hoc est, ut Martianus ait, undecies centena millia. Ita libri Mss. omnes. Editi vitiose, XVI.

<sup>j</sup> XV. XXVIII.] Quindecies centena, et viginti octo mill. pass. Ita Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c.

<sup>k</sup> XXXV. XCIX.] Tricies et quinques centena, et nonaginta novem

millia passuum.

<sup>1</sup> XL. mill. minus] Detrahit Artemidorus de Isidori summa XL. millia.

<sup>a</sup> Insulas] Vide Notas et Emendat. num. 24.

<sup>b</sup> Meninx] Μηρυξ Græcis. Nunc Gerbi, et Zarbi. Quæ appellatio laud recens est: nam Antonino 'Girba' vocatur. Et Sex. Aurel. Victor in Vita Vibii Galli Imperat. 'Creatus,' inquit, 'in insula Meninge, quæ nunc Girba dicitur.' Hinc in Africæ Notitia, inter Episcopos Prov. Tripolitanae, cui ex adverso insula hæc obiacet, 'Faustinus Girbitanus.' In ea urbe C. Mario latebra fuit, inquit Solinus, cap. 27. pag. 52.

<sup>c</sup> Longitudine XXV.] Ita Mss. omnes: non, ut editi, XXXV. Et mox, XXII. non XXV.

pass. latitudine XXII.<sup>1</sup> ab Eratosthene Lotophagitis<sup>d</sup> appellata. Oppida habet duo, Meningem ab Africæ latere; et altero,<sup>e</sup> Thoar: <sup>2</sup> ipsa a dextro<sup>f</sup> Syrtis minoris promontorio passibus mille quingentis<sup>3</sup> sita. Ab ea centum mill. passuum contra lævum,<sup>4</sup> Cercina, cum urbe ejusdem nominis libera, longa XXV. mill. pass. lata dimidium ejus, ubi plurimum: at in extremo<sup>4</sup> non plus quinque<sup>h</sup> mill. passuum. Huic perparva, Carthaginem versus, Cercinitis<sup>i</sup> ponte jungitur. Ab his quinquaginta mill. fere passuum Lopadusa,<sup>5j</sup> longa VI. mill. passuum. Mox Gaulos et Galata, cujus terra scorpionem, dirum animal Africæ, necat. Dicuntur et in Clupea emori, cujus ex adverso Cosyra<sup>k</sup> cum oppido.<sup>6</sup> At contra Carthaginis sinum duæ Ægimori aræ,<sup>l</sup>

////////

CAP. VII. 1 Ita Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *longitudine XXXV. mill. passuum: latitudine XXV.* edd. vet. et Gronov.—2 Thorar cod. Dalec.—3 Ita Regg. Brott. 1. 2. Man. ap. Dalec. et Tolet. cum Ed. pr. et aliis antiq. *passibus CC.* Reg. Brot. 5. Gronov. Dalec. Elz. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—4 Ita cod. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ac in extremo* edd. vet. et Gronov.—5 *Lopadusa* Chiffi.—6 *Cossoracum oppidum* Chiffi. *Cossyria cum oppido* Vet. Dalec. Mox, cod. Dalec. duo *Ægemo, Ærea*; alii ap. Dalec. *Ærea*, vel *Aræ*; alii ap. eund. *Agatæ et Torichæ*; alii, *Ægimori et Aræ*. Gronov. et edd. ante Harduin. *Ægimori a re.*

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Lotophagitis*] Et Ptolemæo quod *Λωτοφάγῳ*, IV. 3. et Polybio, lib. I. pag. 55. *Λωτοφάγων νῆσος, ἡ καλεῖται Μῆνιγξ*. Quoniam in adversa continentis ripa Lotophagi fuerunt. Vide Strab. lib. XVII. pag. 834.

<sup>e</sup> *Et altero*] Altero latere, quod septemtrioni obvertitur. Sed oppido nomen apud Ptolem. IV. 3. *Γέββα*.

<sup>f</sup> *Ipsa a dextro*] Quod est austro propius, et Tripolitano regno: cui promontorio nomen est ab ipsa insula, *Capo di Zerbi*.

<sup>4</sup> *Contra lævum*] Subintellige promontorium, ubi Africa proprie dicta deficit, ubi Sabrata oppidum Syrtim contingit: contra id littus Cercina est, *Κέρκινα νῆσος καὶ πόλις*, Ptolemæo loc. cit. aliisque. Nunc *Gamelera*.

Inscriptio vet. apud Gruter. p. 365. CIRCINA.

<sup>h</sup> *Non plus quinque*] Sic Agathemerus Geogr. I. 5.

<sup>i</sup> *Cercinitis*] *Κερκινίτις* Strab. lib. XVII. pag. 834. Nunc *Chercana*.

<sup>j</sup> *Lopadusa*] *Λωπαδοῦσα* Ptolem. loc. cit. Nunc *Lampedosa*. De Lopadusa, Gaulo, et Galata, III. 14.

<sup>k</sup> *Cosyra*] De ea Ovid. Fast. III. 167. 'Fertilis est Melitæ sterili vicina Cosyræ Insula, quam Libyci verberat unda freti.' Apud Gruter. pag. 297. DE COSSVREN. Vide quæ de eadem diximus, III. 14.

<sup>l</sup> *Ægimori aræ*] Scopuli sunt, de quibus Virgil. Æneid. I. 'Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus, Aras.' Ubi Servius: 'In saxa laten-

scopuli verius, quam insulæ, inter Siciliam maxime et Sardiniam. Auctores sunt, et has quondam habitatas subdisse.

VIII. (VIII.) Interiori <sup>a</sup> autem ambitu Africæ ad meridiem versus, superque Gætulos, intervenientibus desertis, primi omnium Libyægyptii, <sup>b</sup> deinde Leucæthiopes <sup>1c</sup> habitant. Super eos Æthiopum gentes Nigritæ, <sup>d</sup> a quo dictum <sup>e</sup> est flumine : Gymnetes, <sup>f</sup> Pharusii <sup>g</sup> jam oceanum attingentes, et quos in Mauritanicæ fine diximus, <sup>2</sup> Perorsi. <sup>h</sup>

//////////

CAP. VIII. 1 *Leucæ Æthiopes* Chiffi. Mox, cod. Dalec. a quibus dictum est.—  
2 Ita codd. Harduni, Chiffi. et Pintian. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Pharusi*, et jam oc. at. quos . . . diximus edd. vett. et Gro-

#### NOTÆ

tia propter tempestatem. Hæc autem saxa inter Africam et Sardiniam sunt : quæ saxa ob hoc Itali Aras vocant, quod ibi Afri et Romani fœdus inierunt. *Αἰγυπῖοις ῥήσος* dicitur Straboni lib. xvii. pag. 834. *Αἰγυπῖος, ῥήσος Λιβύης* Stephano : cujus saxi geminus vertex, intercurrente forte freto disjunctus, duarum ararum, ob causam a Servio allatam, nomen invenit. Sinum ab alto clandestere, in quo sita Carthago est, a Livio dicitur, lib. xxx. pag. 360. Prius in fibris editis legebatur, *duo Ægimori a re* ; quod plane absurdum.

<sup>a</sup> *Interiori*] Qui intus, et in mediterraneo, Africæ partem descriptam hactenus ambiunt, includuntque, post deserta, quæ interveniunt, sunt Libyægyptii, &c. Ex Mela 1. 4. 'Super ea, quæ Libyco mari alluuntur, Libyægyptii sunt, et Libyæthiopes, et natio frequens, multiplexque Gætuli. Deinde late vacat regio, perpetuo tractu inhabitabilis. Tum primos ab oriente Garamantas,' &c. Descripsit hæc a Plinio Martiano, lib. vi. pag. 217.

<sup>b</sup> *Libyægyptii*] Quasi mixti Ægypti-

tiis Libyes : ad occasum Thebaidis positi, ubi nunc deserta Barcæ et Libyæ.

<sup>c</sup> *Leucæthiopes*] *Λευκαῖοι*, albi Æthiopes, Ptolem. iv. 6. et Agathemero, Geogr. 1. 5. nempe quia ceteris candidiores sunt. Nunc est desertum *Saarra*.

<sup>d</sup> *Nigritæ*] Qui utramque Nigris amnis ripam nunc accolunt. *Le pays des Negres*.

<sup>e</sup> *A quo dictum*] Ita Mss. omnes. Nomen, inquit, Nigritæ habent, ab eo amne, de quo jam diximus, in fine scilicet cap. 4. et ab eo usque amne ad Leucæthiopas tractum ingentem terrarum occupant.

<sup>f</sup> *Gymnetes*] *Γυμνῆτες*, a nuditate corporis nomen sortiti. Ubi nunc regna *Agades* et *Tombut*, cis Nigrim amnem.

<sup>g</sup> *Pharusii*] *Φαροῖοι*. Ptolem. iv. 6. Nunc regna *Zenehora* et *Gualata*, in ora oceani Atlantici, a Nigris ostio septemtrionali. De his rursum in fine hujus cap.

<sup>h</sup> *Perorsi*] De quibus diximus cap. 1. Nunc sunt regna *Zanhaga* et *Tesæet*, inter Marochi regnum a septem-



Ab his omnibus vastæ solitudines orientem versus usque ad Garamantas,<sup>3</sup> Augylasque et Troglodytas: verissima opinione eorum, qui desertis Africæ<sup>1</sup> duas Æthiopias superponunt, et ante omnes Homeri,<sup>1</sup> qui bipertitos<sup>4</sup> tradit Æthiopas, ad orientem occasumque versos. Nigri fluvio<sup>k</sup> eadem natura, quæ Nilo: calamum, et papyrus, et easdem gignit animantes, iisdemque temporibus augescit. Oritur inter Tareleos Æthiopas, et Cæcalicas.<sup>1</sup> Horum oppidum<sup>m</sup> Mavin<sup>5</sup> quidam solitudinibus imposuerunt, Atlantantas juxta eos,<sup>o</sup> Ægipanas semiferos, et Blemmyas, et Gamphasantas, et Satyros, et Himantopodas. Atlantes<sup>p</sup> degeneres sunt humani ritus, si credimus. Nam neque

//////////

nov.—3 Ita e Reg. 1. scripsit Brotier. usque Garamantas in ceteris edd.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. bipartitos. Mox occasumque versus Tolet.—5 Magium Chiffi. Mox, interposuerunt Pintian. juxtaque eos Chiffi.—6 Cod.

#### NOTE

trione, Gualata ab austro, oceanum Atlanticum ab occasu.

<sup>1</sup> Desertis Africæ] Ultra deserta Africæ, versus Austrum.

<sup>1</sup> Homeri] Odyss. A. 23. Ἀἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δαδάλαι, ἑσχατοὶ ἀνδρῶν, οἱ μὲν δυσσιμόνου ὑπερβόας, οἱ δ' ἀνιδύτος. Extremos hominum Æthiopas, quorum altera Solem Nascentem hinc regio videt, altera et inde cadentem.—'Non vidit Plinius Æthiopas illos, ad quos Homerus mari divertisse fingit Ulyssem, fabulosos esse; nihil aliud ibi significante vate, quam Ulyssem eo navigationis suæ tempore inculpatam duxisse vitam, qualem agere negat homines, nisi extra hunc pæne orbem, aut in extremo isto certe positos, quos Æthiopas orientales et occidentales vocat.' Ed. sec.

<sup>k</sup> Nigri fluvio] Hæc totidem verbis Solinus, cap. 30. p. 55. et Martianus lib. vi. cap. de interiori Africa, p. 217.

<sup>1</sup> Cæcalicas] Ἀκαλικαῖς vocat Ptolemæus, iv. 6. inter Æthiopas orientales: ubi nunc regna Zanfara et Gangara, Nigritarum regione, ibi Tarelei olim et Cæcalicæ fuerunt: illi in ulteriore Nigris ripa positi: isti in citeriore.

<sup>m</sup> Horum oppidum] Cæcalicarum, inquit, oppidum nonnulli statim post Africæ solitudines, de quibus proxime dictum est, collocant.

<sup>5</sup> Mavin] R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. Magium.

<sup>o</sup> Atlantantas juxta eos] Sabinetellige, quidam posuerunt. Neque enim fidem hic ipse suam obligat, sed ad eos rejicit auctores qui prodiderunt: Pomponium Melam inprimis, a quo hæc ad verbum accepta, i. 8. p. 10. et 11. Transcripserunt eadem a Plinio Solinus cap. 31. p. 58. et Martianus, loc. cit.

<sup>p</sup> Atlantes] Ultimos ad occasum Atlantantas vocat Mela, loco cit.

nominum ullorum<sup>a</sup> inter eos appellatio est, et Solem<sup>r</sup> orientem occidentemque dira imprecatione contuentur,<sup>s</sup> ut exitialem ipsis agrisque : neque insomnia<sup>6t</sup> visunt qualia reliqui mortales. Troglodytæ specus excavant.<sup>u</sup> Hæ illis domus, victus serpentium carnes, stridorque,<sup>v</sup> non vox : adeo sermonis commercio<sup>7</sup> carent : Garamantes,<sup>w</sup> matrimoniorum exsortes, passim cum fœminis degunt. Augylæ inferos<sup>x</sup> tantum colunt. Gamphasantes nudi, præliorumque expertes, nulli externo congregantur. Blemmyis traduntur<sup>y</sup> capita abesse, ore et oculis pectori affixis. Sa-

Dalec. intuentur, . . . neque in somno.—7 Hæc : adeo s. commercio, &c. transposita infra reponenda : expertes. Ideo s. commercio carent. Nullo externo, &c.

## NOTE

<sup>a</sup> *Nominum ullorum*] Solini paraphrasis : 'Nulli proprium vocabulum, nulli speciale nomen.'

<sup>r</sup> *Solem*] Solinus : 'Diris Solis ortus excipiunt, diris occasus sequuntur : ustique undique torrentis plagæ sidere oderunt Deum lucis.'

<sup>s</sup> *Contuentur*] Ita libri omnes, etiam Mss. quibus invitis Salmasius p. 411. in Solin. legit, *comitantur*.

<sup>t</sup> *Neque insomnia*] Refert id quoque de Atlantibus Rhianus apud Stephan. verbo, Ἀτλαντες, præter auctores proxime laudatos. Martianus, loc. cit. 'Hi nunquam somnare videntur.' Hoc est, nulla signa edunt, risus, pavoris, ceterorumque affectuum, qualia reliqui mortales, quos signis ejusmodi somnare intelligimus. Vide quæ de Cleone refert Plut. de Defect. Orac.

<sup>u</sup> *Specus excavant*] Et inde nomen, a subeundis cavernis. Est enim τρύπη, *caverna, specus* ; δόρυ, *subeo*.

<sup>v</sup> *Stridorque*] Solini paraphrasis : 'Ignarique sermonis, strident potius, quam loquuntur.'

<sup>w</sup> *Garamantes*] Mela, Solinus, Martianus, locis cit. eadem plane de Ga-

ramantibus, Augylis, Gamphasantibusque commemorant.

<sup>x</sup> *Augylæ inferos*] Hoc est, Deos inferos. Mela : 'Augylæ manes tantum Deos putant.'

<sup>y</sup> *Blemmyis traduntur*] Traduntur, inquit : neque enim fidem obstringit suam, August. de Civit. Dei 16. 8. id esse verum putat posse : neque mirum videri oportere, si quemadmodum in singulis quibusque hominum gentibus quædam monstra sunt hominum, ita in universo genere humano quædam monstra sint gentium. Aiunt hodieque genus id hominum conspici in occidentali India rerum Indicarum scriptores. Brevissimo ii collo fortassis, unde thoraci caput jungi creditum. Singulare quiddam sane in eorum hominum specie fuisse certum est ex Vopisco, in Probo, p. 239. 'Blemmyas,' inquit, 'etiam subegit : quorum captivos Romam transmisit : qui mirabilem sui visum stupente populo Romano præbuerunt.' Fabulam alii volunt esse : dictosque sine capite, qui sine cerebro ac sensu forent.

tyris,<sup>a</sup> præter figuram, nihil moris humani. Ægipanum, qualis vulgo pingitur,<sup>a</sup> forma. Himantopodes<sup>b</sup> loripedes quidam, quibus serpendo ingredi natura est. Pharusii<sup>c</sup> quondam Persæ, comites fuisse dicuntur Herculis ad Hesperidas tendentis. Nec de Africa plura quæ memorentur occurrunt.

IX. (IX.) Adhæret Asia,<sup>d</sup> quam patere a Canopico ostio ad Ponti ostium<sup>e</sup> Timosthenes XXVI. XXXIX.<sup>e</sup> M. passuum tradidit. Ab ore<sup>2</sup> autem Ponti ad os Mæotis Eratosthenes XVI. XLV.<sup>f</sup> M. passuum.<sup>3</sup> Universam vero cum Ægypto ad Tanain Artemidorus et Isidorus LXIII. LXXV.<sup>4</sup> M. pass. Maria ejus complura ab accolis traxere nomina: quare simul indicabuntur. Proxima Africæ<sup>b</sup> incolitur

////////

et sic Pintian. ex Herodoto, Pomponio, Solino.<sup>1</sup> Dalec.—8 Ita Steph. et Pintian. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Pharusi edd. vet. ante Harduinum.

CAP. IX. 1 *Ponti os* Pintian.—2 Ita codd. Dalec. Chiff. Vet. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Ab ora* edd. vet. et Gronov.—3 Ita codd. Harduini et edd. recentt. *XVI. centum LXXV. M. pass.* Martianus; *XV. XLV. M. passuum* edd. vet. et Gronov. Mox, *Isidorus LXXXVIII. DCC. L. M. pass.* Vet. Dalec. *LXIII. CCCL. M. pass.* omisso

#### NOTE

<sup>a</sup> *Satyris*] Mela, loc. cit. 'Intra, si credere libet, vix jam homines, magisque semiferi: Ægipanes, et Blemmyes, et Satyri,' &c.

<sup>b</sup> *Qualis vulgo pingitur*] Vultu caprino, hircinis cruribus. Herod. lib. II. n. 46. p. 108. Γράφουσι καὶ γλύφουσιν οἱ ζωγράφοι καὶ ἀγαλματοποιοὶ τοῦ Πανὸς τῷ γαλμα αἰγοπρόσωπον καὶ τραγασκέλεα. Unde Ovid. Met. XIV. 515. 'Semicaper Pan.'

<sup>b</sup> *Himantopodes*] De his auctores jam laudati. 'Ἰμάντιονες Græcis loripedes dicitur, qui pedem in modum lori tortum habet. "Imas lorum est.

<sup>c</sup> *Pharusii*] Solinus et Martianus, locis cit. Vide Notas et Emend. num. 25.

<sup>d</sup> *Adhæret Asia*] Asiæque prima pars Ægyptus, ut ait Mela I. 9.

<sup>e</sup> *XXVI. XXXIX.*] Vicies sexies

centena, et triginta novem millia passuum. Ita Mss. omnes. Numerus posterior apud Martianum corruptus, lib. VI. cap. 'de Ægypto, quæ est Asiæ caput,' p. 218.

<sup>f</sup> *XVI. XLV.*] Martianus: 'Ab ore autem Ponti ad os Mæotis sedecies centena septuaginta quinque millia passuum.' Legit igitur, *LXXV. non XXXV.* Sed insigni, ut videtur, errore numerum intervalli sequentis huc transtulit.

<sup>g</sup> *LXIII. LXXV.*] Ter et sexagies centena, septuaginta quinque millia. Vide Notas et Emend. num. 26.

<sup>b</sup> *Proxima Africæ*] Hæc Pomponii Melæ verba sunt, quæ Plinius ob oculos habuit, ex I. 9. 'Asiæ prima pars Ægyptus, ab hoc littore penitus immissa, donec Æthiopiam dorso con-

Ægyptus, introrsus ad meridiem recedens, donec a tergo prætendantur Æthiopes. Inferiorem ejus partem Nilus, dextra lævaque divisus, amplexu suo determinat,<sup>4</sup> Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco, CLXX.<sup>1</sup> m. pass. intervallo. Quam ob causam<sup>j</sup> inter insulas quidam Ægyptum retulere, ita se findente Nilo, ut triquetram terræ figuram efficiat. Ideo multi<sup>5</sup> Græcæ literæ vocabulo Delta appellavere<sup>k</sup> Ægyptum. Mensura<sup>l</sup> ab unitate alvei, unde se primum findit<sup>6</sup> in latera, ad Canopicum ostium, CXLVI.<sup>m</sup> m. ad Pelusiacum CCLVI. m. est. Summa pars<sup>n</sup> contermina Æthiopiæ, Thebais vocatur. Dividitur in præfecturas oppidorum, quas Nomos<sup>7o</sup> vocant, Ombiten,<sup>p</sup> Apollo-

Isidorus, Chiffi. XIII. M. pass. Tolet. et Salmant.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *determinat*.—5 Ideoque multi cod. Dalec.—6 Chiffi. *fundit*.—7 Nomus Græco accusativo Tolet. Mox, Ombiten, Phatniten, Apollopoliten Gronov. et edd. vett. *Hermokiten* margo edd. Dalec. et Gronov. *Phanturiten* Gronov.

## NOTÆ

tingat, ad meridiem refugit.' Martians loc. cit. eadem hausit a Plinio: et Missi Theodosii, totidem verbis.

<sup>1</sup> CLXX.] Diodorus Bibl. lib. i. p. 30. stadia assignat mille ac trecenta: quæ sunt passuum millia fere CLXIII. Missi Theodosii, male, CCLXX.

<sup>j</sup> Quam ob causam] Hæc totidem verbis Missi Theodosii.

<sup>k</sup> Delta appellavere] Ægypti nomine Thebaidem, quæ Nili ripam utramque accolit, veterum nemo comprehendit; sed solum Delta. Herod. lib. ii. n. 15. p. 95.

<sup>l</sup> Mensura] Martians, loc. citat. Mensura 'a principio fissuræ ipsius fluvialis,' &c.

<sup>m</sup> Ad Canopicum ostium, CXLVI.] Similem et ad Canopicum et ad Pelusiacum ostium mensuram statuunt Missi Theodosii, nempe CLXVI. sed mendose.

<sup>n</sup> Summa pars] Martians loc. cit. Summam porro Ægypti partem vocat,

ab Æthiopiæ finibus, ad Libyæ montes, qui Thebaidem finiunt, ut dicitur cap. 11. longe supra Deltam Ægyptium.

<sup>o</sup> Nomos] Νομός. Id oppidis præcipuis nomen fuit, cum circumjacente et contributo agro. Cyrill. Alex. in Comm. ad Esai. cap. 19. Νομός δὲ λέγεται, παρὰ τοῖς τὴν ἀγροτικὴν οἰκοῦσι χώραν, ἐκαστὴ πόλις, καὶ αἱ περιουκίδες αὐτῆς, καὶ αἱ ἐν' αὐτῇ κάμαι. Herod. in Thalia νομός quoque satrapias Persarum appellat. Has præfecturas Ægyptii nunc *Cassis* vocant.

<sup>p</sup> Ombiten] In Itiner. Anton. 'Contra Ombos,' quod oppidum ibi Arabiæ latere a Syene M. P. XXXIII. statuitur, ubi et a Ptolem. iv. 5. 'Ομβροι corrupte pro 'Ομβροι scribitur. In Notitia Imp. Rom. cap. 20. sub dispositione Ducis Thebaidos, 'Ambo' pro 'Ombo' legitur, ut ante nos alii annotarunt. Reliquarum Thebaidis præfecturarum inprimis hæc cognitæ. 'Ἀπολλωνολίτης νομός, ab Apollinis ci-

politēn, Hermonthiten, Thinitēn, Phaturitēn,<sup>a</sup> Coptitēn,<sup>r</sup> Tentyritēn,<sup>s</sup> Diospolitēn, Antæopolitēn,<sup>t</sup> Aphroditopolitēn, Lycopolitēn. Quæ juxta Pelusium<sup>u</sup> est regio, nomos habet, Pharbætiten,<sup>s</sup> Bubastiten, Sethroitēn, Tanitēn. Reliqua<sup>v</sup> autem Arabicum,<sup>w</sup> Hammoniacum tendentem ad Hammonis Jovis oraculum, Oxyrynchiten,<sup>x</sup> Leontopolitēn,

*Tentyritēn Diopolitēn* cod. Dalec.—8 *Barbetithēn* Vet. Dalec.—9 Ita codd.

## NOTE

vitæ magna in latere Africæ, quam Ptolemæus in nomo Hermonthite collocat. 'Ερμωνθίτης, cujus 'Ερμωνθίς πόλις Αιγύπτου Stephano: Ptolemæo, 'Ερμωνθίς Africæ latere. Θινίτης, cujus metropolis Πτολεμαῖς 'Ερμίου, Ptolemæo: Stephano, Θίς, πόλις Αιγυπτία, πλησίον 'Αβύδου' ὁ πόλις Θινίτης.

<sup>a</sup> *Phaturitēn*] Terra Phathures vel Phatures dicta, in sacris paginis, Jerem. XLIV. 1. et 15. Ezech. XXI. X. &c. Euseb. de locis Hebraicis. Φαθωρὶ χώρα Αιγύπτου, κ. τ. λ. Vide Notas et Emend. num. 27.

<sup>r</sup> *Coptitēn*] Κοπτίτης, cujus metropolis Coptos, de qua cap. 11.—'Κεβθ et Kibth, et *Al-Kibth* Ægyptum Arabes appellant: Ægyptium hominem, *Kebthi*, *Kibthi*, et *Kobthi*, unde Coptorum esse et linguæ Copticæ appellatio creditur: detrita, ut apparet, ex vetere appellatione, 'Ægyptus,' priore syllaba. At Coptorum nomine soli intelliguntur indigenæ, qui et Christiani. Natos enim in Ægypto Arabas Mahometanos, vel Judæos, *Misri* ac *Misraim* vocant.' *Ed. sec.*

<sup>s</sup> *Tentyritēn*] De Tentyra, et Diospoli, non illa centum portarum urbe, sed altera, quæ Jovis dicta est, sect. 11.

<sup>t</sup> *Antæopolitēn*] In Conc. Ephes. I. act. 1. pag. 500. 'Macarius Antei Episcopus.' His præfecturis sua quæque civitates nomina dedere:

'Ανταίου, *Antæi*, 'Αφροδίτης, *Veneris*, Λύκων, *Luporum*. In Thebaide Agatharchides apud Photium, cod. 250. pag. 1340. collocat primo Λύκων πόλιν. Dein 'Αφροδίτης ἄλλην, Πανῶν, Διὸς πόλιν, ἣν καὶ καλοῦσι μικράν, Τεντυρίτην νομὸν, 'Απόλλωνος τόλιν, ἥτις ἐπάνω μὲν Κόπτως, ἔπειτα 'Ελεφαντίνῃ, εἰτα Αἰθιοπῶν χώρα. Plinius contrario ordine, ab Æthiopum finibus exorsus, Nomos Thebaidis est prosecutus.

<sup>u</sup> *Quæ juxta Pelusium*] Tum inter Nili ostia duo, quæ magis versus orientem vergunt, tum extra ea, Arabiæ latere. Φαρβαίτης a Φαρβαίθος metropoli, Βουβαστίτης a Βούβαστος, Τανίτης a Τάνις, nomen habent apud Ptolem. IV. 5. Σεβαστῶν νομοῦ metropolis est Heraclea minor, 'Ηρακλέους μικρὰ πόλις.

<sup>v</sup> *Reliqua*] Subintellige, reliqua pars Ægypti, tam quæ Delta continetur, quam quæ extra Thebaidem est.

<sup>w</sup> *Arabicum*] Qui maxime tendit in Arabiam: ut Ἀμμωνιακὸς ad Hammonem. Ptolem. IV. 5. Ibi Arabes Antei, ut dicitur lib. seq. cap. 33.

<sup>x</sup> *Oxyrynchiten*] Ὀξύρυγχος oppidum, latere Nili occidentali. In nummo vetere Antonini, ΠΙΙ ΟΞΥΡΥΝΧΙΤΩΝ. IH. Nummus 'Oxyrinchitarum, anno XVIII.' Leontopolites, cujus metropolis Λεόντων πόλις, inter Nili ostia, et jam in ipso Delta. Le-

Athribiten,<sup>j</sup> Cynopoliten,<sup>k</sup> Hermopoliten,<sup>l</sup> Xoiten,<sup>b</sup> Mendesium,<sup>c</sup> Sebennyten, Cabasiten,<sup>d</sup> Latopoliten,<sup>e</sup> Heliopoliten,<sup>f</sup> Prosopiten,<sup>g</sup> Panopoliten,<sup>h</sup> Busiriten,<sup>io</sup> Onuphiten,<sup>j</sup>

Regg. Brott. 1. 5. et Ed. pr. *Atharrhabiten* edd. vett. et Gronov. Mox *Capastiten* edd. vett. et Gronov. *Cubastiten* codd. Harduini; *Cabasiten* edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Letopoliten* margo edd. Dalec. et Gronov.—10 *Panopoliten*, *Thermopoliten*, *Busiriten* edd. vett. et Gronov. Mox, codd. Dalec. *Ptenethum*, *Phthemphum*; alii ap. eundem: *Ptenetrum*, *Pthemphtu*;

## NOTÆ

ones ibi studiose ali, auctor est Ælian. Hist. Anim. xii. 7. In Nummo Juliæ Domnæ, ΛΕΟΝΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Prisci nominis vestigia retinet hodieque oppidulum, *Leonton*. In Conc. Ephes. i. act. 1. pag. 485. 'Metrodorus Leontorum.'

<sup>j</sup> *Athribiten* [*Atharrhabitem*] Vel *Athribiten*, inter Nili ostia. Vide Notas et Emend. num. 28.

<sup>k</sup> *Cynopoliten*] Ab urbe quæ in ipso Delta est, cui Κυνών, seu *canum* nomen: quod ibi Anubis colebatur, cui caninum caput: unde a Marone appellatur, 'Latrator Anubis,' *Eneid*. viii. In Notitia Hieroclis, pag. 55. Provincia Ægypti secundæ urbs est et Κώνω, ejus provincie est et Σεβέννυτος, et Εδίς, et Βούσιρις.

<sup>l</sup> *Hermopoliten*] Νομός Ἑρμοπολίτης, ab Ἑρμοнопόλει μεγάλη, est enim et altera ejusdem nominis, sed parva, in Alexandrinorum nomo. Hæc ab latere est occidentali Nili. Hodie *Benisauif* vocari aiunt. Nummus anno Hadriani undecimo cusus, ΕΡΜΟ. L. ΙΑ. hoc est, Ἑρμοπολιτῶν. Λυκάβαντος id.

<sup>b</sup> *Xoiten*] In ipso quoque Delta Εδίς μητρόπολις, Ptolemæo, loc. cit. Stephano, et Straboni.

<sup>c</sup> *Mendesium*] Dedit ei præfecturæ nomen Μένδης πόλις Αιγύπτου, περί την Λύκων πόλιν, Straboni lib. xvii. pag. 802. et Stephano, pag. 457. De Sebennyto oppido, unde nomo appellatio obtigit, dicemus cap. 11.

<sup>d</sup> *Cabasiten*] Καβασίτης Ptolem. iv. 5. in ipso Delta καὶ μητρόπολις Κάβασα. Vide Notas et Emendationes num. 29. Nummus Hadriano Principe cusus, ΚΑΒΑC. L. ΙΑ. Καβασιτῶν. Λυκάβαντος id, anno undecimo.

<sup>e</sup> *Latopoliten*] Ant, si mavis, *Letopoliten*. Est enim Λητοουπόλις νομός Ptolemæo, loc. cit. et Λητούς πόλις, hoc est, *Latona* civitas, latere Nili occidentali, Ptolemæo, et Stephano. Alii sunt *Latopolitæ* dicti ab *urbe Latorum*, πόλις Λάτων, quam Ptolemæus in Hermonthite nomo collocat: quod ibi Λάτων Nili piscem colerent, sic appellatam, ut docet Strabo lib. xvii. pag. 812.

<sup>f</sup> *Heliopoliten*] Ἡλιοπολίτης νομός, ipsaque adeo Heliopolis, quo Phœnix nidum suum deferre credebatur, a quibusdam Ægypto, Arabiæ a nonnullis attributa est. Hinc Stephani error, duas esse Heliopoles existimantis: quoniam in Arabiæ Ægyptique confinio fuit, ut docet Plinius cap. 11. Hodie *Belbesa*, in Cassifatu seu Præfectura de *Mansoura*.

<sup>g</sup> *Prosopiten*] Orientali Nili latere, juxta ipsum Delta, Προσωπίτης νομός Ptolem. iv. 5. Stephano Προσωπῖς, πόλις Αιγύπτου τὸ ἔθνικόν Προσωπίτης. In insula cognomine ponitur ab Herod. lib. ii. num. 165. pag. 154.

<sup>h</sup> *Panopoliten*] Hinc Nonnus vates oriundus, paraphrasi in Joannem, et Dionysiacis notus. Urbs ipsa Ptolemæo, loc. cit. Πανόπολις. Antonino,

Saiten,<sup>k</sup> Ptenethu,<sup>l</sup> Phthemphu,<sup>m</sup> Naucratis,<sup>n</sup> Meteliten,<sup>o</sup>  
Gynæcopoliten,<sup>p</sup> Menelaiten,<sup>q</sup> Alexandriae regione. Item

edd. vett. et Gronov. *Prenethu, Phthemphu*.—11 Ita Pintian. Chiffi. Harduin.  
1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Nitriten* edd. vett. et Gronov. Mox, *Gym-*

## NOTÆ

*Panu*, a Thebis cxxxviii. a Copto cxiv. in Thebaide, latere Nili orientali.—‘Venerem coluisse Aphroditenses, de quibus Plinius inferius, cap. 11. nomen ipsum declarat: sed et Panopolitis eorum vicinis eandem fuisse superstitionem docet ex ære nummus inscriptus: ΘΕΟΤΙΑΝΟΣ: picta feminei vultus effigie, pectore tenus, cum loto in vertice: in altera parte gammarum est tripodis impositus, et L. E. ‘Annus quintus,’ scilicet Hadriani Augusti: nam cuius alterius potest esse? Ergo cum vultus femineus sit, hic Sabina Hadriani pingitur, et appellatur: et sententia sub istis literis latet ista ΘΕΔ’ ΟΥΡΑΝΙΑ ΠΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ ΣΑΒΙΝΑ: *Dea celestis Panopolitarum Sabina*. Ea est quæ *Venus Cælestis* apud Herodotum appellatur, ΟΥΡΑΝΗ Ἀφροδίτη. Cæleste sidus Veneris est, de quo Plinius multa dicit II. 6. Itaque Sabinam Hadriani Venerem cælestem alteram beneficentia sua sibi esse Panopolitæ prædicant. Ante Sabinam Hadriani Juliam Augusti filiam in nummo Græco appellatam novimus ΙΟΥΛΙΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ, *Juliam Venerem*; sed eo nomine posito pro comitate et affabilitate.’ *Ed. sec.*

*Busiriten*] In medio Egyptii Delta posita civitas, teste Herod. loc. cit. num. 29. pag. 100. Βούσειρις πόλις ἐν τῷ Βουσειρίτη νομῷ, Strab. lib. xvii. pag. 802. Hic aræ Busiridis poetarum fabulis decantatæ. In nummo vetere apud Goltzium, ΒΟΥΣΙΡΙΤΩΝ. In altero Hadriani, ΒΟΥΚΙ. L. ΙΑ.

*Onuphiten*] Ὀνονφίς πόλις et Ὀνον.

φίτης νομὸς Ptolem. iv. 5. inter Phthemphuti, et Athribiten: Herodoto quoque, lib. II. num. 166. pag. 154.

<sup>k</sup> *Saiten*] Prope Sebennyticam præfecturam Σάις a Strabone, lib. xvii. pag. 802. inter Cabasiticam et Prosopiticam a Ptolemæo, loc. cit. collocatur in ipso Delta. Ibi Psammithici regis tumulus fuit, Amasis cunæ. In vet. nummo, ΚΑΙΤΩΝ.

<sup>l</sup> *Ptenethu*] In Conc. Calched. *Heraclius Ptenethensis*. Is ipse nomus est, quem Ptolemæus Φθενότην vocat, cuius metropolis Βούτρος, de qua cap. 11. dicitur: quauquam diversos Ortelius facit.

<sup>m</sup> *Phthemphu*] Φθεμβουθί, sive Φθεμβουθί νομὸς Ptolemæo loc. cit. intra ipsum Delta. Metropolis Ταύα. Stephano, Ταύα. Antonino Tafa.

<sup>n</sup> *Naucratis*] Naucratis, Athenæi Dipnosophistæ patria intra Delta fuit. Naucratico Nili ostio inde nomen, uti dicemus cap. 11. Saiticæ præfecturæ quidam ascribunt.—‘Apud D. Sherard, nuper Consulem Anglum Smyrnæ, nummus Traiani Imp. est, inscriptus ΝΑΥΚΡΑΤΙΣ.’ *Ed. sec.*

<sup>o</sup> *Meteliten*] Μετρηλίας νομὸς, et Μέτρηλις μητρόπολις Ptolemæo, loc. cit. in ipso Delta. Vide Notas et Emen-dat. num. 30.

<sup>p</sup> *Gynæcopoliten*] Γυναικόπολις, *urbis mulierum*, et Γυναικοπολίτης νομὸς, Straboni lib. xvii. p. 803. et Stephano. Latere Africæ extra Delta præfectura hæc fuit.

<sup>q</sup> *Menelaiten*] Eodem Africæ latere, in regione Alexandrinorum, prope

Libyæ<sup>r</sup> Mareotis : Heracleopolites<sup>s</sup> est in insula Nili, longa passuum quinquaginta M. in qua et oppidum Herculis appellatum. Arsinoitæ duo<sup>t</sup> sunt : hi et Memphites, usque ad summum Delta perveniunt. Cui sunt contermini ex Africa duo Oasitæ.<sup>12 u</sup> Quidam ex his aliqua nomina permutant, et substituunt alios nomos,<sup>v</sup> ut Heroopoliten,<sup>w</sup> Crocodilopoliten. Inter Arsinoiten autem ac Memphiten lacus fuit, circuitu CCL. M. passuum : aut, ut Mucianus tradit, CCCCL.<sup>x</sup> M. et altitudinis quinquaginta passuum,<sup>y</sup>

*nopoliten* margo edd. Dalec. et Gronov.—12 *Oasitæ* Vet. Dalec. *Oasitæ* edd.

## NOTÆ

Nitriam urbs est *Μένελαος*, inquit Strabo, loc. cit. et post eum Stephanus. In nummo vet. ΜΕΝΕΛΑΩΝ.

<sup>r</sup> *Item Libyæ*] Libyæ, inquit, regioni præfectura adjacet Mareotis dicta. *Μαρεώτης νομός* Ptolem. iv. 5.

<sup>s</sup> *Heracleopolites*] Oppidi ac præfecturæ Strabo meminit, lib. xvii. p. 809. Hanc ille ceteris omnibus nomis anteponit. In insula est, quam Nilus ante efficit, quam ad Memphim et Delta perveniat. Oppidum Ptolemæo dicitur, *Ἡρακλέους πόλις μεγάλη*.

<sup>t</sup> *Arsinoitæ duo*] Major et minor, ut Oasitæ, de quibus mox dicitur. Arsinoën ab occasu insulæ Nili, de qua proxime dictum est, collocat Ptolemæus. Arsinoën hoc loco cave credas esse eam quæ Arabico sinu adjacet, de qua dicturi sumus, vi. 37. Hæc, qua de nunc agitur, Memphi multo propior fuit, et Africæ latere.

<sup>u</sup> *Duo Oasitæ*] *Οἱ δύο Ὀασίται*, Ptolemæo, loco citat. *Ὀασίς μικρά*, et *Ὀασίς μεγάλη*. In Notitia Imperii, cap. 20. Oasis major et minor. Tres Oases distinguit Olympiodorus apud Phot. in Bibl. cod. 8. p. 192. Straboni, lib. ii. p. 130. *Ἀδάσεις* nominantur, quæ *yoχ*, inquit, Ægyptiis

incultam, siticulosam, desertamque regionem sonat. Oasis major hand multum ab Alexandria dissita, Nestorii exilio nobilis. Minor, juxta Mæridis lacum. Utrique nunc nomen est *Agazar*.

<sup>v</sup> *Alios nomos*] In R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. *alias nomos*. Sic muliebri genere *Νιστριῶτιν νομόν* Strabo extulit, lib. xvii. p. 807.

<sup>w</sup> *Heroopoliten*] Heroopoliten quidem Arabiæ latere, ab Heroum urbe *Ἡρώων πόλις*, quæ nunc Suez, vel Herou potius esse existimatur : Crocodilopoliten, Africæ latere, in ipsa Mæride palude, *Κροκοδείλων πόλις*, inquit Stephanus, *ἐν τῇ Μοίριδι τῇ λίμνῃ ἐν Αἰγύπτῳ*.

<sup>x</sup> *CCCCL.*] Mela i. 9. 'quingenta ipsa millia.' Muciano tamen subscribit planissime Herod. lib. ii. n. 149. p. 148. cum lacus ambitum ait esse stadiorum ter mille, et lx.

<sup>y</sup> *Quinquaginta passuum*] Sic Herodotus loc. cit. *πεντηκοντόργυιον* vocat. Orgyam pro passu accipi oportere, ex sequentibus Herodoti verbis liquet. Vide quæ dicturi sumus in Notis et Emend. ad librum viii. num. 37. Diodorus item Bibl. lib. i. p. 48. *τὸ δὲ βάθος . . . ὀργυῶν πενήκοντα*.



manu factus: a rege, qui fecerat, Moeridis<sup>12</sup> appellatus. Inde LXII. M.<sup>14</sup> passuum abest Memphis,<sup>a</sup> quondam arx<sup>b</sup> Ægypti regum: unde ad Hammonis oraculum XII. dierum iter est. Ad scissuram autem Nili, quod appellavimus Delta, XV. M. passuum.<sup>c</sup>

X. Nilus, incertis<sup>d</sup> ortus fontibus, it per deserta et ardentia: et immenso longitudinis spatio ambulans, famaue tantum inermi quæsitu cognitus, sine bellis,<sup>1</sup> quæ ceteras omnes terras invenere. Originem (ut Juba rex potuit exquirere) in monte<sup>2</sup> inferioris Mauritaniae, non procul oceano, habet, lacu protinus stagnante, quem vocant Nili-

\*\*\*\*\*

vett. et Gronov. Mox, *alias nomos* Chiffi.—13 *Myridis* Vet. Dalec.—14 'Ita Mss. Reg. 1. et 2. In Ms. Reg. 5. et editione principe aliisque, LXXII. M. At ipse locorum situs postulat minui potius, quam augeri numeros.' Brotier.

CAP. X. 1 Vet. Dalec. *famaue tantum quæsitus sine bellis*; codex alter ejusdem: *famaue tantum inermi quæsitus sine armis*.—2 Chiffi. *in fonte*.—3 Dalec.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Moeridis*] Μοίριδος, sive Μόριδος: utroque enim modo id nomen apud Herod. scribitur, lib. II. n. 13. et 68. Sic Mysiam et Mæsiam dicimus. Vide quæ dicturi sumus, xxxvi. 16.

<sup>b</sup> *Memphis*] Cujus nunc ipsæ periere ruinæ: loco tamen superesse nomen *Menchis* Postellus ait. Nunc ex adverso, in altera Nili ripa, hoc est, orientali, excitata Cairus est, vulgo *Alcairo*, *le Caire*, ex Mempheos, seu Babylonis Ægyptiacæ ruinis:—'quam falso Babylonem, Βαβυλῶνα, quidam vocarunt. *Babylon*, hoc est, parva Babel, vocabulo diminuentis formæ, verum ei priscum nomen fuit. Hanc designabat Ludovicus XII. Francorum Neapoleosque Rex, in nummo alias a nobis explanato, inscripto scilicet, PERDAM BABILLONIS NOMEN.' Ed. sec.

<sup>c</sup> *Quondam arx*] Usque ad conditam Alexandriam. Diodorus Bibl. lib. I. p. 47.

<sup>c</sup> XV. M. pass.] Strabo l. XVII. p. 807. distare Memphim a Delta scribit, tribus schœnis. Schœnus porro Eratosthenis ratione, ut Plinius ait XII. 31. patet stadia XL. hoc est, passuum quinque millia. Strabonis igitur mensura omnino cum Pliniana congruit.

<sup>d</sup> *Nilus incertis*] At ii fontes nostra demum ætate feliciter deprehensi sunt. Nam testis ἀνδρώνης P. Hieronym. Lobo, e Societ. nostra, referente P. Balthas. Tellez, in Hist. Æthiop. ait oriri in regno Goyam, Æthiopicæ sive Abyssinorum ditionis, mundi parte, seu latitudinis, ut vocant, gradu duodecimo cis Æquatorem: quod Geographicarum Tabularum concinnatores hactenus latuit, qui Nili fontes tantum ultra Æquatorem promovent, quantum hi citra revocant.

<sup>e</sup> *In monte*] Vide Notas et Emend. num. 31.

dem. Ibi pisces<sup>f</sup> reperiuntur alabetæ,<sup>3</sup> coracini, siluri. Crocodilus quoque inde<sup>g</sup> ob argumentum hoc Cæsareæ<sup>h</sup> in Iseo<sup>i</sup> dicatus ab eo spectatur hodie. Præterea observatum est, prout in Mauritania nives imbresve satiaverint,<sup>4,j</sup> ita Nilum increscere. Ex hoc lacu profusus indignatur fluere per arenosa et squalentia, conditque se aliquot dierum itinere. Mox alio lacu majore, in Cæsariensis Mauritaniae<sup>k</sup> gente Massæsylium erumpit, et hominum cœtus veluti circumspicit, iisdem animalium<sup>k</sup> argumentis: iterum arenis receptus conditur rursus xx. dierum desertis ad proximos Æthiopas: atque ubi iterum senserit hominem,<sup>6</sup> prosilit, fonte (ut verisimile est) illo, quem Nigrin vocavere. Inde Africam ab Æthiopia dispescens, etiamsi non protinus populis, feris tamen et belluis frequens, sylvarumque opifex, medios Æthiopas secat, cognominatus Astapus,<sup>l</sup> quod

\*\*\*\*\*

*alabetes* ex Athenæo et Strabone. Mox Gronov. et al. ante Harduin. *coracini*, *siluri*, *crocodilus* quoque. *Inde ob argumentum hoc Nili ortus creditus; Cæsareæ in Iseo dicatus ab eo spectatur hodie.* Hæc, *Nili ortus creditur*, sive *creditus*, non leguntur in Cod. Dalec. Vet. ejusdem, Tolet. neque in Salmant. nec Harduini codd. Pro *Cæsareæ in Iseo* Vet. Dalec. habet *Mauritania Thesæo*.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *sauciaverit*.—5 *Mauretaniæ* per e, ut semper, Chiffi. Mox cod. Dalec. *veluti circuit*.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ho-*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Ibi pisces*] De quibus suis locis dicturi sumus, ix. 32. De alabete privatim, et coracino, Nili piscibus, Strabo, lib. xvii. p. 823.

<sup>g</sup> *Crocodilus quoque inde*] Crocodilus quoque idcirco, inquit, ad indicium hujus rei præbendum, repertus in eo lacu, a Juba rege dicatus est in Isidis templo, et consecratus, Cæsareæ. Vide Notas et Emend. num. 32.

<sup>h</sup> *Cæsareæ*] Quæ nunc *Tenez*, ut diximus.

<sup>i</sup> *In Iseo*] *Ἰσεῖον* Isidis fanum vocari ait Plutarch. de Iside, pag. 352. Fuit et Iseum Romæ, et Serapeum, Urbis regione nona, apud P. Victorium, in descriptione Romæ.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>j</sup> *Satiaverint*] Hoc est, abundaverint. Ita libri omnes. Refert hæc quoque Solinus, cap. 32. p. 59.

<sup>k</sup> *Iisdem animalium*] Eodem, inquit, argumento indicioque intelligimus, ipsum esse Nilum, qui has terras aluat, qui subinde se coudat, emergatque, quod eadem animalia, quæ superius censuimus, hic quoque reperiuntur. Solinus, loc. cit.

<sup>l</sup> *Astapus*] Transcribit hæc quoque Solinus, loc. cit. Eandem ob causam huic anni, ex Atlante monte prorumpenti, nomen primum fuisse Dýrin, mox Melan, hoc est, Nigrum, Vitruvius scripsit: ratus nimirum Nigrin annum, a quo Nigrîtæ, Nilum ipsum esse.

*Plinius.*

3 N

illarum gentium lingua significat aquam e tenebris profluentem. Insulas ita innumeras spargit, quasdamque tam vastæ magnitudinis, ut quanquam rapida celeritate, tamen dierum quinque cursu non brevior transvolet: circa clarissimam earum, Meroën,<sup>m</sup> Astabores<sup>n</sup> lævo alveo dictus, hoc est, ramus aquæ venientis e tenebris: dextro vero Astusapes,<sup>7</sup> quod latentis<sup>o</sup> significationem adjicit: nec ante Nilus, quam se totum aquis concordibus rursus junxit: sic quoque etiamnum Siris,<sup>p</sup> ut ante, nominatus<sup>8</sup> per aliquot millia, et in totum Homero Ægyptus,<sup>q</sup> aliisque Triton:<sup>r</sup>

~~~~~

mines. Paulo post, quem Nigrum cod. Dalec.—7 Astosabas Straboni.—8 Giris

NOTÆ

^m Meroën] Quam insulam esse veteres credidere, peninsulam esse evincunt accuratissimæ recentiorum Tabulæ Geographicæ, quarum exemplar excudi diligenter in Itinerario suo, V. Cl. Thevenotus curavit. Hujus peninsulæ latus orientale aluit Nilus amnis ipse, quem Astusapem, seu Nili ramum dexterum veteres appellarunt: occidentale alter amnis, Rio Maleg, qui circa mundi partem, seu latitudinis gradum xv. cis Æquatorem, Nilo committitur, et cum eo peninsulam facit longissimam a gradu fere decimo. Hunc Astaboren esse, seu lævum Nili alveum, Plinius credidit, Melam secutus, l. 9.

ⁿ Astabores] Permutat hæc Nili ramorum nomina Eratosthenes apud Eustath. in Dionys. pag. 43. Ptolemæo vero, iv. 8. Astabores est, quem Nilum esse diximus, Plinii Astusapes: Astapus a Nilo et Astabore diversus, et ipse in Nilum influens, circa orbis seu latitudinis gradum 20. quem Rio Tacaze appellant recentiores Tabulæ.—'Vide præterea Dissertationem D. Delisle in Historia Academiæ Regiæ Scientiarum, anni 1708. p. 365. de situ in-

sulæ Meroëa.' Ed. sec.—Ceterum pro Astusapes, libentius Astasupes, literis permutatis agnoverim: quoniam in similibus vocibus, Astabores et Astapus, vox Asta iis gentibus aquam sonare videatur.

^o Quod latentis] In Reg. 1. 2. &c, lateris: quasi vox ea significet latus aquæ venientis e tenebris. Id vero vix placet.

^p Siris] Festus Avienus, in Descript. orbis, vs. 336. 'Hic qua secretis incidit flexibus agros Æthiopum in lingua Siris ruit: ntque Syene Cærulus accedens diti loca flumine adulat, Nomine se claro Nilum trahit,' &c. Dionysii Periegetæ carmen illud expressit vs. 223. Σίρις δὴ Λιβύῳπων κυκλῆσκειται· οἱ δὲ Σύνηης Ἐννέεται στρεφθέντι μετ' ὄνομα Νείλον ἔθεντο. Ubi Eustathius ait esse barbaram vocem Sirin, cuius proinde οὐ χρὴ ζητεῖν Ἑλληνικὴν ἐτυμολογίαν. Vide etiam Stephanum, verbo Σύνηη.

^q Homero Ægyptus] Odyss. Δ. vs. 477. Hesychio pariter: Αἴγυπτος, δ Νείλος δ ποταμὸς, ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα ὑπὸ τῶν νεωτέρων Αἴγυπτος ἐκλήθη. Ægyptus, Nilus fluvius, a quo regio a recentioribus Ægyptus est appellata.

^r Aliisque Triton] Lycephroni in

subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis : postremo inclusus montibus, nec aliunde⁹ torrentior, vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui Catadupi⁸ vocantur, novissimo catarracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Postea lenis et confractis aquis, domitaque violentia, aliquid et spatio fessus, multis quamvis¹ faucibus¹⁰ in Ægyptium mare se evomit. Certis tamen diebus aucta magno per totam spatiat¹¹ Ægyptum, fœcundus¹² innatat terræ.

Causas^v hujus incrementi varias prodidere : sed maxime probabiles, Etesiarum^w eo tempore ex adverso flantium repercussum, ultra^x in ora^z acto mari : aut imbres Æthio-

ante nominatus cod. Dalec. *Nigris ut ante*, &c. Salmasius.—9 Ita ex codd. emend. Harduin. enimque secuti recentt. consentiunt etiam codd. Dalec. et Tolet. *nec alibi* edd. vet. et Gronov. Paulo post, *qui C. vocatur* Chiffi.—10 Pintian. *domitque aliqui violentia*. *Et quamvis spatio fessus, multis faucibus*.—11 Cod. Dalec. *secundus*.—12 Ita codd. omnes Harduini, Dalec. et Chiffi.

NOTÆ

Cassandra, pag. 25. Τρίτωνος ἐκβολαῖσιν. Ubi Tzetzes : Τρίτων ὁ Νεῖλος, ὅτι τρίς μετωνομάσθη, κ. τ. λ. *propterea quia ter nomen mutaverit* : primum enim Oceanus, deinde Aëtns, sive Aquila, mox Ægyptus appellatus est. Nili nomenclationem recentissimam putat.

⁸ *Qui Catadupi*] Sic populi catarractarum accolæ vocitantur. Ammianus, lib. xxii. pag. 228. 'Ægyptia gens,' inquit, 'qua orientem prospicit, Elephantinen, et Meroën urbes Æthiopum, et Catadupos, rubrumque pelagus,' &c. Ipsi etiam Nili catarractæ Κατὰδουνα vocantur, quod ibi aqua cum sonitu cadat; a θοῦνός, *cado*.

¹ *Multis quamvis*] Ita libri omnes. Sensus est : Quamvis, ut ait Mela 1. 9. 'septem in ora se scindat, singulis tamen grandis evolvitur.' Et, ut Seneca Natur. Quæst. iv. 2. 'quodcumque elegeris ex his, mare est.'

¹⁰ *Fœcundus*] Atque idcirco Χρυσόρροας ab Epiphanio Cedrenoque vocatur, ob divitias quas importat agris.

^v *Causas*] Quas Plinius nunc causas affert, has a Mela hausit, qui eleganter admodum breviterque complexus, 1. 9. 'Sive quod per ea tempora,' inquit, 'flantes Etesiae, aut actas a septemtrione in meridiem nubes super principia ejus imbre præcipitant : aut venienti obvii adverso spiritu cursum descendentes impediunt : aut arenis, quas cum fluctibus littori applicant, ostia obducunt : sitque major, vel quod nihil ex semet amittit, vel quod plus quam solet accipit, vel quod minus quam debet emittit.'

^w *Etesiarum*] Thaletis hæc sententia fuit, Laërtio teste in ejus vita, pag. 9. quam refellit Seneca, Quæst. Natur. ii. 2. pag. 886. et Herod. lib. ii. n. 19. pag. 97.

^x *Ultra in ora*] Ita libri omnes Mes.

piæ⁷ æstivos, iisdem Etesiis nubila illo ferentibus e reliquo orbe. Timæus mathematicus occultam protulit rationem: Phialam² appellari fontem ejus, mergique in cuniculos ipsum amnem, vapore³ anhelantem fumidis cautibus ubi conditur. Verum Sole per eos dies cominus facto, extrahi ardoris vi, et suspensum abundare,^b ac ne¹³ devoretur,^c abscondi. Id evenire a Canis ortu, per introitum Solis in Leonem, contra perpendicularum fontis sidere stante, cum in eo tractu^d absumantur umbræ. Plerisque e diverso¹⁴

//////////

flantium repercussum ultro alii ap. Dalec. *flantium repercussum, ultro* Gronov. et edd. vett.—13-Margo edd. Dalec. et Gronov. *ac rursum ne.*—14 *Plerisque*

NOTÆ

Hoc est, ulterius in ipsa Nili ostia rejecto mari, Etesiarum ventorum impellentium vi. Seneca, loc. cit. 'acto contra ostia mari.' Legi tamen et *ultro* potest: quod et 'procul' sonat. Plautus in Casin. 'Ultro te amator: apage te a me.' In Capt. 'Ultro istum a me.'

⁷ *Aut imbres Æthiopiæ*] Hæc Democriti Abderitæ opinio, et Agatharchidæ Cnidii, quam pluribus coarguit Diodorus Sic. Bibl. lib. i. pag. 36.

² *Phialam*] Sic et fontem Jordanis *Φιάλην* appellari Josephus est auctor, Bell. Jud. iii. 18. pag. 860. idque ei nomen esse ex rotunditate, quod sinuatus in orbem ambitus ejus visatur.

³ *Vapore*] Calore Solis, ut monimus ii. 40. Refert hæc quoque Solinus, cap. 32. pag. 59.

^b *Et suspensum abundare*] Exundare. Hanc eandem ob causam oceanum intumescere veterum nonnulli credere: extractum nempe solaribus radiis, et erectum suspensumque vi cœlestis ardoris terras inundare. Sic Lucanus cecinit, causas vestigans marini æstus, i. 415. 'Flammiger an

Titan, ut alentes hauriat undas, Erigat oceanum, fluctusque ad sidera tollat.'

^c *Ac ne devoretur*] Ne Solis ardore absumatur, iterum terris se condere.

^d *Cum in eo tractu*] Cum in eo tractu terrarum, Sole fonti ad perpendicularum, *eis adtheron*, imminente, hora diei sexta, sive meridiana, umbræ ibi nullæ sint. Nili fontem igitur Timæus citra Equatorem quintadecima fere mundi parte, sive gradu latitudinis collocavit.

^e *Plerisque e diverso*] Quibus astipulatur Herod. lib. ii. n. 24. p. 98. Id vero quomodo accipiendum sit, planissime Pomponius aperit, i. 9. collatamque simul a Salmasio in Solin. Exercit. p. 426. criminationem omnem in Plinium eluit: 'Sive quod Sol hyeme,' inquit, in Capricornum scilicet austrinumque polum regressus, 'terris propior, et ob id fontem ejus (Nili) minuens, in æstate tunc altius abit,' discedens a fonte longissime, quod fit in Cancro et Leone, 'sinitque integrum fontem, et ut plenissimus est, surgere,' quem illi fontem Capricorni Tropico subjectum esse suspicabantur.

opinatis largiorem fluere, ad septemtrionem Sole discedente, quod in Cancro et Leone evenit, ideoque tunc minus siccari. Rursus in Capricornum et austrinum polum reverso sorberi: et ob id parcius fluere. Sed Timæo^f si quis extrahi posse credat, umbrarum defectus iis diebus et locis sine fine adest.

Incipit crescere^g Luna nova, quæcumque post solstitium est, sensim modiceque Cancrum Sole transeunte, abundantissime autem Leonem. Et residit in Virgine,^h iisdem, quibus accrevit, modis. In totum autem revocatur intra ripas in Libra, ut tradit Herodotus,ⁱ centesimo die. Cum crescit, reges aut præfectos navigare eo, nefas judicatum est. Auctus^j per puteos¹⁵ mensuræ notis deprehenduntur. Justum incrementum est cubitorum xvi.^k Minores aquæ

diverso codd. Dalec. et Chiffi.—15 Ita codd. Harduini, Dalec. et Tolet. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Frauz. Auctus ejus per puteos edd.

NOTE

^f *Sed Timæo*] Si quis Timæo credat aienti extrahi sublimem suspensumque amnem ardoris vi, adversatur ei defectus umbrarum assiduus in eo tractu terrarum, iis diebus, quibus austrinum etiam polum lustrat: intumescere enim anno toto Nilum oporteret.

^g *Incipit crescere*] Ab incrementi causa, quam assequi posse desperat, ad tempus modumque transfert orationem. Hanc Solinus quoque exscripsit, cap. 32. pag. 59. et Missi Theodosii totidem verbis. Excogitavit V. Cl. De la Chambre, Med. Gallus, novam Niliaci incrementi causam, quam in lutum ejus amnis nitrosum conjicit, opere singulari et erudito.

^h *Et residit in Virgine*] Non hoc ex Herodoto Plinius refert, ut putat Salmasius in Solin. p. 436. Nam is, etiam cum est in Virgine Sol, crescere Nilum ad æquinoctium usque

autumni censet.

ⁱ *Herodotus*] Lib. II. cap. 19. pag. 97. et cap. 27. p. 99. Plinio de incrementi initio, de fine Herodoto, Lucanus subscribit, x. 225. 'Nilus neque suscitât undas Ante Canis radios, nec ripis alligat amnem Ante parem nocti Libra sub judice Phœbum.'

^j *Auctus*] Incrementi. Puteus est, inquit Strab. lib. XVII. p. 817. in ripa Nili ex integro lapide structus: in quo et maxima, et minima, et mediocria Nili incrementa notantur: nam putei aqua cum Nilo pariter crescit ac decrescit. Suntque in putei pariete notæ quædam insculptæ incrementorum, &c. Νειλομέτριον e re ipsa hujusmodi puteis factum nomen est.

^k *Cubitorum XVI.*] Id quoque Solinus, loc. cit. Idcirco nimirum a Vespasiano Augusto in Templo Pacis dicata Nili imago est, cum sedecim

non omnia rigant : ampliores detinent, tardius recedendo. Hæ serendi tempora absumunt solo madente : illæ non dant sitiente. Utrumque reputat provincia. In duodecim¹ cubitis famem sentit, in tredecim etiamnum esurit : quatuordecim cubita hilaritatem afferunt : quindecim securitatem : sedecim delicias. Maximum incrementum ad hoc ævi fuit cubitorum decem et octo, Claudio^m principe : minimum quinque,¹⁶ ⁿ Pharsalico bello, veluti necem Magni prodigio quodam flumine aversante. Cum stetere aquæ, apertis mobilibus^o admittuntur.¹⁷ Ut quæque liberata est terra, seritur. Idem amnis unus omnium nullas expirat^p auras.

Ditionis^q Ægypti¹⁸ esse incipit a fine Æthiopiæ Syene :^r ita vocatur peninsula mille passuum ambitu, in qua Cas-



vett. et Gronov.—16 Ita codd. omnes Harduini, Dalec. Vet. ejusdem, et Chiff. cum edd. Elz. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Franz. et Dalec. *minimumque* edd. vett. et Gronov.—17 Chiff. *emittuntur*.—18 *Ditionis Ægyptiæ* margo

NOTÆ

liberis, quibus incrementi Niliaci cubita sedecim significarentur, ut auctor est Plinius xxxvi. 11. His adde ea quæ dicenda sunt xviii. 47.

¹ *In duodecim*] Solinus, loc. citat. Dissentit Strab. lib. xvii. p. 788.

^m *Claudio*] Solinus, loc. cit.

ⁿ *Minimum quinque*] Ita Solinus, et Mss. omnes, non Plinii modo, sed et Missorum Theodosii : 'In duodecim cubitis famem sentit : in xiii. esurit : xiv. cubiti hilaritatem afferunt : xv. securitatem : xvi. delicias. Maximum incrementum ab hoc ævo fuit cubitorum xvii. Claudio principe : minimum, v. Pharsalico bello,' &c. Perperam in editis hactenus, *minimumque*. His adde et quæ Seneca refert, Natur. Quæst. iv. 2. p. 886. 'Bienio continuo, regnante Cleopatra, non ascendisse Nilum, decimo regni anno et undecimo constat. Significatum aiunt duobus rerum potentibus defectionem. Antonii enim Cleopatracque defecit imperium.'

^o *Molibus*] Perfossis aggeribus, quibus inhibentur aquæ, admittuntur eæ in agros arte et industria, cum ultro ac sponte non increscit Nilus.

^p *Nullas expirat*] Id quoque Solinus a Plinio, loc. cit. Plinius ab Herod. lib. ii. n. 19. p. 97. Ab utroque Ammianus, lib. xxii. p. 228. et alii. Auras autem crassiores intellige nebulas, nec tennes exclude halitus : qua laude Borysthenes Nilo antecellit, ut dicemus xxxi. 30.

^q *Ditionis*] Solinus, cap. 32. p. 60.

^r *Syene*] Hodie *Asna*, ad Nilum, sub Cancrî Tropico, sub mundi parte, seu latitudinis gradu 23. 50. min. ut Ptolemæus habet, iv. 5. Huc Juvenalis ablegatus specie honorificæ militiæ : nam tres cohortes Romanæ ibi præsidii causa exstabant, teste Strabone lib. xvii. p. 797. quæ mox Castra Plinius appellat. Ibi et obiit : hoc ei Satiræ profuerunt. De Syene diximus jam ii. 75.

tra¹⁹ sunt, latere Arabiæ: et ex adverso^t insula IV.^u Philæ,^v DC. M. passuum a Nili fissura, unde appellari diximus Delta. Hoc spatium edidit Artemidorus, et in eo CCL. oppida fuisse. Juba CCCC. M. passuum. Aristocreon ab Elephantide ad mare^w DCCL. M. pass. Elephantis²⁰ x insula intra novissimum^y catarracten IV. M. passuum, et supra Syenen^z XVI. M.²¹ habitatur, navigationis Ægyptiæ

edd. Dalec. et Gronov.—19 Ita codd. Harduini et Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *peninsula centum mille passuum ambitu, in qua Cerastæ* edd. vett. et Gronov. Mox in iisdem *et in adverso insula IV. Philæ*; cod. Dalec. *et ex adverso insula IV. Philæ*.—20 *Elephantine margo* edd. Dalec. et Gronov. et sic etiam conj. Pintian. Mox, pro *intra*, quod servant Chiffi. alique codd. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *infra* Gronov. et edd. vett. et in iisdem: *tria M. pass.* Tolet. *quatuor M. pass.*—21 'Errat hic Plinius. Elephantis insula non distat a Syene XVI. M. pass. immo proxima est, et ex adverso. Crediderim Plinium perperam scripsisse Syenen, cum scribendum esset *Philas*; et adhuc longior, quam par est, videbitur mensura.' Brotier. *Syenen XII. M.* margo edd. Dalec. et Gronov. ex Strabone.

NOTÆ

¹⁹ *In qua Castra*] Vide Notas et Emend. num. 33.

^t *Et ex adverso*] Hoc est, ex adverso Africæ latere. Sententia enim hujus loci est, Nilum ditionis Ægyptiæ censi, latere quidem Arabiæ, a Syene: adverso Africæ latere, a Philis insula, Africæ contributa: Nili alveo, qui Philas circumit, eas ex adverso continentis, in qua Syene est, collocante. Quamobrem eo latere 'Regni claustra Philas' Lucanus appellat, x. 313. 'Quæ dirimunt Arabum populis Ægyptia rura.'

^u *Insula IV.*] Hoc est, insula quatuor millium passuum ambitu, uti Syene peninsula mille tantum.

^v *Philæ*] In Notitia Imperii, cap. 20. *Philæ*. Τὰς Φιλὰς appellat Strab. lib. xvii. p. 818. Parvam eam insulam fuisse testis est *ἀδρόντης* Aristides, qui fere totam urbe ipsa ait occupari: quod et Seneca asseverat, Natur. Quæst. iv. 2. p. 885.

^w *Ad mare*] Mediterraneum.

^z *Elephantis*] Quæ ceteris Ἐλεφαν-

τὸν, ea Melæ i. 9. et Parthenio apud Stephanum, p. 258. Ἐλεφαντίς. Posterioribus temporibus Tabenna vocitata, unde Tabennesiotæ Monachi, celebratæ sanctitatis.

^y *Intra novissimum*] Hoc est, infra, citra. Nam supra Elephantinam insulam, sive ulterius versus austrum, est catarractes. Strab. lib. xvii. p. 817. *Μικρὸν δ' ὅπερ τῆς Ἐλεφαντίνης ἐστὶν ὁ μικρὸς καταβάκις, κ. τ. λ.*

^z *Et supra Syenen*] Hoc est, etiam supra Syenen habitatur. Nam cum Syene sit sub parte mundi, seu gradu 23. 50. min. Elephantines autem insulæ oppidum, sub 23. 56. min. teste Ptolem. iv. 5. reliqua insulæ pars ultra Syenen versus austrum protenditur, ad 23. 30. min. Inde iter est per catarracten ad insulam Philas, quæ est sub gradu 23. 6. eodem Ptolemæo annotante. Strabonis locum, lib. xvii. p. 817. de Elephantines situ, constat esse vitiatum. Cave autem Salmasio credas aienti, p. 437. in Solin. Elephantinen pro Philis a

finis,^a ab Alexandria DLXXX.^{22b} M. pass. In tantum erravere suprascripti.^c Ibi Æthiopicæ conveniunt naves. Namque eas plicatiles^d humeris transferunt, quoties ad catarractas ventum est.

xi. Ægyptus^e super ceteram antiquitatis gloriam xx. m. urbium^f sibi Amase regnante^g habitata præfert: nunc quoque multis, etiamsi ignobilibus,¹ frequens. Celebratur² tamen Apollinis:^h mox Leucotheæ:ⁱ Diospolis^j magna, eadem Thebe portarum centum^k nobilis fama: Coptos¹

—22 Ita codd. Hardnini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. DLXXXV. Chiffli. DCXXXVI. Gronov. et edd. vett.

CAP. xi. 1 Vet. Dalec. ibi pro sibi. Mox, Tolet. etiam non ignobilibus.—2 Celebrantur codd. Dalec. Mox, Leucotheæ, et Diospolis Gronov. et edd. vett.

NOTÆ

Plinio acceptam esse, topographiam-que ab eo inversam.

^a *Navigationis Ægyptiæ finis*] Philas enim, quæ a Syene centum stadiorum itinere disjunctæ, supra catarracten sitæ sunt, plaustro iter est, non amne, ut docet Strab. lib. xvii. p. 818.

^b *DLXXX.*] Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. At Chiffli. DLXXXV.

^c *Suprascripti*] Artemidorus, Juba, et Aristocreon.

^d *Plicatiles*] Quoniam fiebant fortassis ex pellibus. Ejusmodi erant navigia Babyloniorum coriacea, *πλοῖα πάντα σκόντια*, quæ Herodotus describit, lib. i. n. 194. pag. 81. *neque enim ex lignis fiebant, sed ex pellibus: οὐκ ἐκ ξύλων ποιεῖνται τὰ πλοῖα, ἀλλ' ἐκ διφθερέων.* Forte etiam et ex papyro plicabilia fieri potuerunt.

^e *Ægyptus*] Accepta hæc a Mela, 1. 9. p. 13.

^f *XX. M. urbium*] Amplius xxxiiii. urbium millibus habitam fuisse Ptolemæo Lagida regnante, scribit Tzetzes, Chiliad. iii. Hist. 67. vs. 72. Amplius xviii. millibus, Diodorus Bibl. lib. i. p. 27.

^g *Amase regnante*] Olympiade circiter xlv. paulo ante Cambysæ Persarum regis tempora.

^h *Apollinis*] 'Ἀπόλλωνος πόλις μεγάλη, quam Antoninus in Itiner. Thebaidis, 'Apollonos superioris' vocat, citra Syenen passuum millibus lxxii. Africæ latere. Ab ea nomen Apollopoliten nomen esse sortitum diximus cap. 9.

ⁱ *Leucotheæ*] Hoc credo Lucinæ fuisse nomen inditum a candore, qualis in luce cernitur. Sane Ovid. Fast. ii. a luce nomen Lucinæ derivat: 'Gratia Lucinæ: dedit hæc tibi nomina lucus; Aut quia principium tu, Dea, lucis habes.' Lucinæ porro oppidum, *Ελευθολας πόλιν* inter Thebas et Syenen Ptolemæus agnoscit, iv. 5.

^j *Diospolis*] *Διὸς πόλις μεγάλη, αἱ Θῆβαι*, Ptolemæo loc. cit. unde regionem Thebaidis nomen. Arabiæ latere posita civitas fuit, a Copto M. P. xlv. apud Antonin. Nunc Minio vocari aiunt.

^k *Portarum centum*] Unde 'Ἑκατόμυλος ab Homero primum, Iliad. A. et a Stephano cognominata, verbo *Διὸς πόλις*. Mela 1. 9. p. 13. 'Thebæ,

Indicarum Arabicarumque mercium Nilo proximum opporium. Mox Veneris^m oppidum, et iterum Jovis,ⁿ ac Tentyris: infra quod^o Abydus, Memnonis regia, et Osiris^p templo inclytum, VII. M. D. passuum in Libyam^q remotum a flumine. Dein Ptolemais,^r et Panopolis,^s ac Veneris iterum. Et in Libyco^t Lycon, ubi montes finiunt Thebaidem. Ab iis^u oppida Mercurii,^v Alabastron,³ w Canum,

~~~~~

—3 *Alabastrôn* gen. pl. Græca forma in quibusdam vett.—4 Pintian. ex He-

#### NOTÆ

quæ ut Homero dictum est, centum portas, sive, ut alii aiunt, centum aulas habent, totidem olim principum domos, solitasque singulas, ubi negotium exigeret, dena armatorum millia effundere.' Sic ex una civitate exhibant armatorum militum centum myriades: Galli dicunt, *un million*.

<sup>1</sup> *Coptos*] A quo Coptiticæ præfecturæ nomen, de qua cap. 9. Hodie *Cana*, teste Rhamnuso.

<sup>m</sup> *Mox Veneris*] Illud ipsum, a quo Aphroditopolites nomos nomen habet, de quo cap. 9.

<sup>n</sup> *Et iterum Jovis*] Hoc est, alia Diospolis: *Διὸς πόλις μικρά*, Ptolem. iv. 5. Diospolis parva, a qua Diospolitice præfecturæ nomen, de qua cap. 9. Proxima ei est *Tέντυρα*, unde Tentyrites nomos dictus: utraque Africæ latere, sive ad Nili ripam occidentalem posita, in Thebaide. Tentyra versus austrum recedit a Diospoli, M. P. xxvii. ex Antonino. Diospolis rursum ab Abydo, de qua mox, M. P. xxviii.

<sup>o</sup> *Infra quod*] Infra Diospolim et Tentyram, secundo Nili flumine, Ægypto, quod Delta vocant, propius. Abydon porro, *Ἀβυδὸν*, Memnonis regia et Osiridis fano inclytum fuisse, tradit quoque Strab. lib. xvii. pag. 813. et Solinus, cap. 32. p. 61. Hodie *Abutich*.—<sup>3</sup> Sed *Memnonis* legi hic oportet,

non *Memnonis*, quanquam sic habent editiones vetustæ, dicemus ad vi. 35.' *Ed. sec.*

<sup>p</sup> *Et Osiris*] Osiris quem Ægyptii colunt. Bacchum esse aiunt, inquit Herod. lib. ii. n. 42. pag. 106.

<sup>q</sup> *In Libyam*] In eam Africæ partem, quam Libyes Ægyptii obtinent.

<sup>r</sup> *Dein Ptolemais*] Ab Abydo versus septemtrionem et Delta Ægyptiacum refugiens, M. P. xxi. eodem Africæ latere, in Thebaide, apud Anton. Urbs haud Memphi minor, teste Strabone, loc. cit.

<sup>s</sup> *Et Panopolis*] Hæc eodem ordine Strabo, loc. cit. *Πανῶν πόλις, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Λύκων πόλις*. Hoc Veneris oppidum multo magis ad Boream et Delta Ægyptiacum accedit, quam supradictum. De Panopoli diximus cap. 9. Luporum urbem in Thebaide Africæ latere collocat Antoninus, a Ptolemaide LXIII. M. P. Ab his oppidis nomi Lycopolites, Panopolites, et Aphroditopolites, nomen accepere.

<sup>t</sup> *In Libyco*] A Nili fissura, quæ Delta efficit, usque ad fines Thebaidis, quicquid terrarum interjacet, comprehensa etiam regione Alexandriæ et Mareotidi proxima, Libyam appellabant: quod adverso Nili latere, Arabiam. Strabo, lib. xvii. p. 806.

<sup>u</sup> *Ab iis*] Ab iis montibus,

et supra dictum \* Herculis. Deinde Arsinoë,<sup>7</sup> et jam dicta Memphis: inter quam et Arsinoiten nomon, in Libyco,<sup>8</sup> turres, quæ pyramides<sup>9</sup> vocantur: Labyrinthus in Mæridis lacu<sup>4 b</sup> nullo addito ligno exædificatus: et oppidum Crialon.<sup>c</sup> Unum præterea intus et Arabiæ conterminum claritatis magnæ, Solis oppidum.<sup>d</sup>

(X.) Sed jure<sup>e</sup> laudetur in littore Ægyptii maris Alexandria, a Magno Alexandro condita, in Africæ parte, ab ostio Canopico XII. mill. passuum juxta Mareotim lacum, qui locus<sup>f</sup> antea Rhacotes<sup>5</sup> nominabatur. Metatus est eam Dinocrates<sup>8</sup> architectus pluribus modis memorabili inge-

\*\*\*\*\*

rod. ad Mæridis lacum.—5 Gronov. et edd. vett. ante Harduin. qui lacus antea

#### NOTÆ

<sup>v</sup> Mercurii] Hermupolim intelligit, 'Ερμού πόλιν, jam extra Thebaidem in Ægypto positam, a Lycon oppido Thebaidis, M. P. LIX. dissitam, versus septemtrionem, Africæ latere, teste Anton. in Itiner. Ab hac Hermopolitæ nomo facta appellatio est, quo de nomo, cap. 9.

<sup>w</sup> Alabastron] Græce dixeris, 'Αλαβαστρῶν, Κυνῶν, 'Ηρακλέους. In his enim vox oppida subintelligi debet. Ptolem. IV. 5. 'Αλαβαστρῶν πόλιν, in Cynopolite nomo: cui ad septemtrionem Κυνῶν πόλιν imponitur, quo situ et a Plinio collocatur, Africæ latere.

<sup>x</sup> Et supra dictum] Cap. 9. in Hæracleopolite nomo.

<sup>y</sup> Arsinoë] Eodem Africæ latere, haud procul Memphi. Ab ea nomos Arsinoites, de quo cap. 9.

<sup>z</sup> In Libyco] Africæ latere.

<sup>a</sup> Pyramides] De his dicemus, XXXVI. 16. De Labyrintho, eodem libro, cap. 19.

<sup>b</sup> In Mæridis lacu] In Reg. I. et 2. et Mæridis lacu. Forte pro ad Mæridis lacum. Nam Herod. lib. II. n. 149. p. 147. παρὰ Μόλιος λίμνην, et n.

148. ὁλίγον ὑπὲρ τῆς λίμνης τῆς Μολίος.

<sup>c</sup> Crialon] Ita libri omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiff. An pro Crocodilon, Κροκοδείλων πόλιν, quam in Mæride palude sitam esse ex Stephano superius diximus, cap. 9. confirmatque Herod. lib. II. n. 147. ubi Labyrinthum ait exstructum esse supra stagnum Mærios, versus urbem Crocodilon.

<sup>d</sup> Solis oppidum] Heliopolis, de qua diximus cap. 9. in Heliopolite nomo, Arabiæ confini.

<sup>e</sup> Sed jure] Transcribit hæc Martianns, lib. VI. c. de Ægypto, p. 219. —' In Comment. Acad. Reg. Sc. anni 1716. p. 298. dicitur altitudo Alexandriæ esse graduum 31. 11". Ed. sec.

<sup>f</sup> Qui locus] Vide Notas et Emend. num. 34.

<sup>8</sup> Dinocrates] Ita libri omnes, tum hoc loco, tum XXXIV. 42. Etsi Solinus, cap. 32. p. 62. Dinocrates legisse videatur. Valerius item Max. I. 4. 'Cum Rex Alexander urbem in Ægypto constiturere vellet, architectus Dinocrates, cum cretam non haberet,

nio, xv. m. passuum<sup>b</sup> laxitate insessa,<sup>d</sup> ad effigiem Macedonicæ chlamydis<sup>j</sup> orbe gyrato laciniosam, dextra lævaque anguloso procursu: jam tum tamen quinta<sup>k</sup> situs parte regiæ dicata.<sup>7</sup>

Mareotis<sup>l</sup> lacus, a meridiana urbis parte,<sup>8</sup> euripo e Canopico ostio mittitur mediterraneo commercio, insulas quoque<sup>m</sup> plures amplexus, triginta mill.<sup>n</sup> passuum trajectu, cl. ambitu,<sup>9</sup> ut tradit Claudius Cæsar. Alii schoenos<sup>p</sup> in longitudinem patere xl. faciunt, schoenumque stadia triginta: ita fieri<sup>q</sup> longitudinis cl. mill. pass. tantundem et latitudinis.

~~~~~

Arapotes. Mox *Dinocrates* cod. Dalec. et Vet. ejusdem.—6 Cod. Dalec. *immensa*; Vet. ejusdem, *inserta*.—7 Strab. *quarta situs parte regiis dicata*.—8 Cod. Dalec. *ad meridianam urbis partem*; Vet. Dalec. *parte Euripo in Canopicum ostium*; Pintian. ex Strabone, *parte Euripo Canopico ostio committitur*.—9 Tolet. *CCL. ambitu*; Gronov. et edd. vett. ante Harduin. *DC. ambitu*.—

NOTÆ

polentæque futuræ urbis lineamenta duxisset,' &c. Vide etiam Ammianum, lib. xxii. pag. 233. *Δεινοκράτης* est Straboni, lib. xiv. p. 641.

^b *XV. M. pass.*] Strabo longitudinem ait fuisse stadiorum xxxiv. latitudinem, octo: circuitum, centum et decem stad. hoc est, xlii. m. dccc. pass. quæ mensura Plinianæ affinis est.

^d *Laxitate insessa*] Occupato telluris laxissimo spatio. Sic Statius i. Sylv. i. 56. *insessam* pondere humum dixit, hoc est, occupatam, pressam.

^j *Macedonicæ chlamydis*] Ea forma Chlamys Macedonica fuit, ut non totum ambiret corpus, sed posteriora fere tantum, præterquam ad pectus et humeros, ad quos nodo colligabatur: anteriore parte ejus aperta. Non Alexandriæ modo Strabo lib. xvii. p. 793. sed et habitabili terræ, Macedonicæ chlamydis speciem veteres tribuerunt, *χλαμυδοειδὲς σχῆμα*, cujusmodi forma orbis Tabula exhibetur a Brietio nostro, i. part. Parall. Geogr. v. 5. Paludamentum Im-

peratorum idem fuit cum chlamyde. Chlamys igitur humi extenta, ac tota quanta quanta est porrecta, speciem exhibuit et Alexandriæ, et *τῆς οἰκουμένης*, qualem veteres agnoverunt. Similes fere sunt, quæ in sacris ritibus Trabeæ induuntur, *les Chapes*. Sed in chlamyde humi extenta, dextra lævaque sunt angulosæ incisuræ duæ, quibus illæ carent.

^k *Jam tum tamen quinta*] Quarta etiam, tertiave, inquit Strab. lib. xvii. p. 793.

^l *Mareotis*] Græcis *Μαρία*, *Mapia*, et *Μαρεώρις*. A circumjacente agro vinum Mareoticum appellatum, xiv. 4.

^m *Insulas quoque*] Octo omnino, ex Strab. lib. xvii. p. 799.

ⁿ *Triginta mill.*] Strabo loc. cit. lacus longitudinem intra stadia trecenta definit, quæ sunt passuum millia xxxvii.

^o *CL. ambitu*] Vide Notas et Emend. num. 35.

^p *Alii schoenos*] De schoenis agemus libro seq. cap. 30.

Sunt in honore et intra decursus Nili multa oppida, præcipue quæ nomina ¹⁰ dedere ostiis, non omnibus, (XII. enim reperiuntur, superque quatuor, quæ ipsi falsa ora ⁷ appellant,) sed celeberrimis septem, proximo Alexandriæ Canopico,⁸ deinde Bolbitino,⁴ Sebennytico,¹¹ ¹² Phatnitico,⁹ Mendesico,¹⁰ Tanitico,⁸ ultimoque ⁷ Pelusiaco. Præterea Butos,² Pharbæthos,³ Leontopolis, Athribis, Isidis oppidum,^b

~~~~~

10 Gronov. qui nomina. Mox, Tolet. non omnibus (nunc n. XI.) Gronov. et edd. ante Harduin. non omnibus, (XI. enim, &c.—11 Sebennitico Gronov. et mox in eodem et edd. ante Harduin. Buros, Pharbætos. Deinde, pro Athri-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Ita fieri] Martianus, lib. vi. cap. de Ægypto, pag. 219.

<sup>7</sup> Falsa ora] Ψευδοστόματα, pervia tantum scaphis, non vero majoribus navigiis, propter brevia et paludes. Strab. lib. xvii. pag. 801. Seneca, Natur. Quæst. iv. 2. ignobiles ramos appellat.

<sup>8</sup> Canopico] Sive Canobico, a Canobo, sive Canopo, Menelai navis rectore, a quo et Canopum oppidum, nbi sepultus.—'At Canopum oppidum Plinius nusquam appellat: adeo ut an ab oppido, an ab homine, vel aliunde, datum sit Canopico ostio nomen, nobis adhuc incompertum sit.' Ed. sec.

<sup>4</sup> Bolbitino] Βολβιτινον στόμα Ptolem. iv. 5. Aliis Βολβιτικόν, a Bolbitine oppido, de quo Stephanus. Nunc vocant, *Bras de Raschit*, ou de *Rossette*, ab oppido cognomine.

<sup>11</sup> Sebennytico] Per medium Delta decurrit in mare, teste Herodoto, lib. ii, n. 17. pag. 96. Nomen ei a Sebennytico oppido, nomoque. Oppidi rudera vetus nomen servant, *Sebenit*.

<sup>9</sup> Phatnitico] Φατνικόν στόμα Straboni, lib. xvii. pag. 802. Παθμητικόν Ptolemæo, loc. cit. Hodie, *Bras de Migny*.

<sup>10</sup> Mendesico] Vel, ut alii, Mendesio, ab oppido nomoque cognomine. Hodie *Bras de Baraugner*.

<sup>12</sup> Tanitico] Tanicum Mela vocat, i. 9. Nonnulli et Saiticum, apud Strab. lib. xvii. pag. 802. Proximum est Pelusiaco, juxta urbem quam veteres Τάινω appellavere. Falluntur enim ii qui Damiatam Pelusium interpretantur, cum ultimo Nili ostio Pelusium olim insederit, Arabiæ Syriæque latere, extra Delta: Damiatia intus, non novissimo, sed anteriori ostio imposita sit, hoc est, Tanitico: cui a Tanite nomo, de quo egimus cap. 9. nomen fuit. Hodie *Bras de Tacari*.

<sup>7</sup> Ultimoque] Quod maxime vergit in orientem. *Le bras de Peluse*. Nomen habet a Pelusio oppido, unde Isidorus Pelusiota cognomen traxit. Vide quæ diximus in libro De Nummis Antiquis Populorum et Urbium.

<sup>2</sup> Butos] Βούτος Ptolem. iv. 5. metropolis νομού Φθενότου. Prope Sebennyticum ostium Straboni, lib. xvii. pag. 802.

<sup>3</sup> Pharbæthos] Φάρβαθος Ptolemæo, loc. cit. Φαρβητης νομῆς Straboni, inter Mendesium Taniticamque ostium, loc. cit. Cui nomo et Leontopolin quoque vicinam facit, ceteras-

Busiris, Cynopolis, Aphrodites, Sais, Naucratis : unde ostium quidam Naucraticum<sup>12</sup> nominant, quod alii Hera- cleoticum,<sup>13</sup> Canopico, cui proximum est, præferentes.<sup>c</sup>

XII. (XI.) Ultra Pelusiaceum Arabia est, ad Rubrum mare<sup>d</sup> pertinens, et odoriferam illam, ac divitem, et beatæ cognomine inclutam. Hæc<sup>e</sup> Catabanum<sup>1f</sup> et Esbonitarum,<sup>g</sup> et Scenitarum<sup>h</sup> Arabum vocatur, sterilis, præterquam ubi Syriæ confinia attingit, nec nisi Casio monte<sup>i</sup>

bis Strab. *Atheribis*; Stephan. *Athlibis*.—12 *Naucraticum* Salmant. *Naucraticum* Gronov. et edd. vett.—13 *Ceramicum* Athen. Mox, cui VI. M. pass. proximum, &c. codd. Dalec. et Vet. ejusdem.

CAP. XII. 1 Hæc Catabanum Vet. Dalec.

## NOTÆ

que præfecturas quæ nunc recensentur, Athribiten, sive, ut diximus cap. 9. Atharrabiten, Busiriten, Cynopoliten, Prosopiten, in quo *Ἀποδοίτης*, hoc est, *Veneris*, oppidum fuit, teste eodem Strabone, lib. xvii. pag. 802. Saiten, et Naucraticen. Notitia Eccles. Hieroclis, in prov. Augustamnica secunda, p. 55. *Κάπρεθος*, pro *Φάρβαθος*. Item *Ἀθήρις*, pro *Ἀθρίβις*.

<sup>b</sup> *Isidia oppidum*] Stephano, *Ἰσείον*, πόλις *Ἀγύπτιου*. Hoc vero cum intra Nili decursus, hoc est, in ipso Delta contineatur, Plinio teste, diversum esse necesse est ab *Isiu* Antonini, quæ mediterranea civitas est, longe supra Memphin. Isis porro Ceres est, ut omnibus notum.

<sup>c</sup> *Præferentes*] Sic Ptolemæus, Canopico prætermisso, Heracleoticum nominat, quod Canopico proximum fuit, ut Dionysius Periegetes censuit, teste Eustathio ad illius vs. 13. et Tacitus Annal. ii. pag. 61. Quare nihil hic mutandum, quantumlibet Pintianus inclamet, in tanto præsertim tamque conspirante codicum scriptorumque consensu.

<sup>d</sup> *Ad Rubrum mare*] Ad Arabicum sinum, unde fere odorifera illa, et Felix appellata Arabia incipit.

<sup>e</sup> *Hæc*] Non illa odorifera et Felix dicta, ut hallucinatus credidit Solinus, cap. 33. pag. 62. sed illa Arabia, quæ a Pelusiaco incipit ostio, deserta et sterilis.

<sup>f</sup> *Catabanum*] Hi Catabanes Arabiæ sterilis et Petrææ incolæ, a Catabanis illis diversissimi sunt, quos ad Rubrum seu meridianum mare, in Arabia felice ac penitiora, positos dicemus vi. 32.

<sup>g</sup> *Esbonitarum*] Quorum regia Essebbon, de qua Hieronymus, in locis Hebr. post Eusebium: 'Essebbon,' inquit, 'civitas Sehon regis Amorrhæorum... nunc vocatur Esbus' (*Ἐσβός* Eusebio) urbs insignis Arabiæ in montibus qui sunt contra Iericho, &c.

<sup>h</sup> *Scenitarum*] Commune id multis Arabum populis nomen fuit, ut dicemus vi. 30. et 32. Hi *Ægypto* confines, alias Saraceni appellati, ut Ptolemæus admonet, v. 17. in Arabia Petræa. De his Ammianus, lib. xxii. p. 228. 'Ægyptus,' inquit, 'usque ad Scenitas prætenditur Arabas, quos Saracenos appellamus.' Idem in sacris paginis Ismaëlita dicti.

<sup>i</sup> *Casio monte*] De quo cap. 14.

nobilis. His Arabes junguntur, ab oriente Canchlei,<sup>j</sup> a meridie Cedrei,<sup>k</sup> qui deinde ambo Nabatæis.<sup>2 1</sup> Heroopoliticus<sup>m</sup> vocatur, alterque Ælaniticus sinus Rubri maris in Ægyptum vergentis, CL. mill.<sup>n</sup> pass. intervallo inter duo oppida, Ælana, et in nostro mari Gazam. Agrippa a Pelusio Arsinoën,<sup>o</sup> Rubri maris oppidum, per deserta cxxv. M. passuum tradit: tam parvo distat ibi tanta rerum naturæ diversitas.

XIII. (XII.) Juxta Syria<sup>a</sup> littus occupat, quondam terrarum maxima, et pluribus distincta nominibus. Namque Palæstina vocabatur, qua contingit Arabas,<sup>b</sup> et Judæa, et Coele, dein<sup>1</sup> Phœnice: et qua recedit intus, Damascena: ac magis etiamnum meridiana, Babylonia. Et eadem Mesopotamia<sup>2</sup> inter Euphratem et Tigrin: quaque transit Taurum, Sophene: citra vero etiam Commagene. Et ultra Armeniam, Adiabene, Assyria ante<sup>c</sup> dicta:<sup>3</sup> et ubi Cili-

<sup>2</sup> Gronov. *Nabathæis*.

CAP. XIII. 1 Chiffi. *exin*.—2 ' *Exinde Mesopotamia ex eadem cod. noster et Chiffi. Lego, Hæc eadem.*' Dalec.—3 Chiffi. *antea dicta*.—4 *Euphraten Sy-*

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Canchlei*] Qui in sacris literis Amalecitiæ dicti videntur. Nec Bocharto assentior, Chavilæos nunc significari, qui erant Babylonis proximi.

<sup>k</sup> *Cedrei*] 'Habitantes Cedar,' Psal. 119. Hieronymus in locis Hebr. 'Cedar. . . est regio in eremo Sarcenorum, a filio Ismaëlis Cedar ita cognominata.'

<sup>1</sup> *Nabatæis*] Quorum oppidum Petra. De his dicemus, vi. 32.

<sup>m</sup> *Heroopoliticus*] Ab Heroum oppido, ut dicemus vi. 33. De Ælanitico, ejusdem libri cap. 32.

<sup>n</sup> *CL. mill.*] Strab. lib. xvi. p. 759. stadia numerat mille ducenta et sexaginta, quæ passuum efficiunt CLVII. mill.

<sup>o</sup> *Arsinoën*] De ea vi. 33.

<sup>a</sup> *Juxta Syria*] Hæc totidem ver-

bis ac pæne syllabis Martianus, lib. vi. cap. de Arabia et Syria, p. 219. a Plinio expressit: Plinius a Mela i. 11. p. 14.

<sup>b</sup> *Arabas*] Non eos qui Arabiam peninsulam incolunt, sed qui ab Arabia Petræa post Jordanem amnem ad Libanum usque montem penetrant, ut Plinius ipse ait vi. 32.

<sup>c</sup> *Assyria ante*] Ammianus, lib. xxiii. p. 251. 'Juxta hunc circuitum Adiabena est, Assyria priscis temporibus vocitata, longaque assuetudine ad hoc translata vocabulum, ea re quod inter Cenam et Tigridem sita, navigeros fluvios, adiri vado nunquam potuit. *Transire enim διαβαλεω* dicimus Græci. Et veteres quidem hoc arbitrantur. Nos autem dicimus, quod in his terris amnes sunt duo perpetui, quos et transivimus,

ciam attingit, Antiochia.<sup>d</sup> Longitudo ejus inter Ciliciam et Arabiam,<sup>e</sup> CCCCLXX. M. passuum est. Latitudo a Seleucia Pieria, ad oppidum in Euphrate Zeugma, CLXXV. M.<sup>f</sup> passuum. Qui subtilius dividunt, circumfundi<sup>g</sup> Syria Phœnicen volunt: et esse oram maritimam Syriæ:<sup>4</sup> cujus pars sit Idumæa et Judæa, deinde Phœnice, deinde Syria. Id quod præjacet mare totum, Phœnicium appellatur. Ipsa gens Phœnicum in magna gloria<sup>h</sup> literarum<sup>i</sup> inventionis, et siderum,<sup>j</sup> navaliumque<sup>j</sup> ac bellicarum artium.

XIV. A Pelusio Chabriæ castra,<sup>a</sup> Casius<sup>b</sup> mons, delu-

riam, Phœnicen esse volunt oram, &c. cod. noster manuscriptus. Lege ex Bnd. de Asse iv. et vetust. exempl. *Esse enim primum oram maritimam Syriæ ab Arabia, cujus pars sit Idumæa et Judæa: deinde Phœnicen. Deinde rursus Syriam. Introrsus autem Syria Damasci claudi Phœnicem.* Dalec. Vet. Dalec. deinde Assyria.—5 Ita codd. Hardnini et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. gloria magna Gronov. et edd. vett.

# NOTE

Diavas et Adjavas, juncti navalibus pontibus, ideoque intelligi Adjavenam cognominatam. Assyriæ videlicet pars nobilissima Adiabene fuit, in qua Ninus, Arbela, et Gaugamela: de quibus vi. 16.

<sup>d</sup> Antiochia] Non id oppidi modo nomen, sed regionis est, quæ Syria Antiochia dicebatur, non ut nunc vulgus Geographorum loquitur, Syria Antiochena. Ita cap. 18. 'Promontorium Syriæ Antiochiæ:' sic enim libri veteres habent. Mela i. 12. 'Reliqua pars Syriæ, cui Antiochiæ cognomen additur.'

<sup>e</sup> Et Arabiam] Sive Ostracinen, ubi finitur Arabia, ut mox dicetur.

<sup>f</sup> CLXXV. M.] Vide Notas et Emend. num. 36.

<sup>g</sup> Circumfundi] Qui subtilius dividunt, inquit, Phœnicen undequaque Syria includi aiant: primumque ab Ostracine, ubi Arabia desinit, occurrere Syriæ oram maritimam, cujus pars Idumæa sit, et Judæa: deinde sequi Phœnicen; mox Syriam rursus

proprie appellatam, et quæ Cœle, et quæ Antiochia dicebatur. Locum hunc frustra sollicitant Schefferus, de Milit. Navali i. 2. p. 16. alique.

<sup>h</sup> Literarum] Vide quæ dicturi sumus vii. 57. Hausit hæc Plinius, a Mela Pomponio i. 12.

<sup>i</sup> Et siderum] Tum ad viam mari regendam contemplatione siderum, tum ad præsignificandum ex iisdem quæ sint futura hominibus. Propert. ii. 989. 'Quæritis et cœlo Phœnicum inventa sereno, Quæ sit stella homini commoda, quæque mala.'

<sup>j</sup> Navaliumque] 'Mara navibus adire,' inquit Mela, 'classe configere, imperitare gentibus, regnum præliumque commenti.'

<sup>a</sup> Chabriæ castra] In via quæ a Syria et Casio monte Pelusium ducit Chabriæ castra locat et Strabo, lib. xvi. p. 760. ὁ Χαβρίου λεγόμενος χάραξ. Videntur a Chabria Atheniensi dicta, de cujus expeditione in Ægyptum multa Diodorus Sic. Bibl. lib. xv. p. 400.



brum<sup>c</sup> Jovis Casii, tumulus Magni Pompeii.<sup>d</sup> Ostracine<sup>e</sup> Arabia finitur, a Pelusio LXV. mill.<sup>f</sup> passuum.

(XIII.) Mox Idumæa incipit, et Palæstina, ab emersu Sirbonis lacus,<sup>g</sup> quem quidam CL. M. passuum circuitu tradidere: Herodotus<sup>h</sup> Casio monti applicuit: nunc est palus modica. Oppida: Rhinocolura,<sup>i</sup> et intus Raphea:<sup>j</sup> Gaza,<sup>k</sup>

//////////

CAP. XIV. 1 *Trachine. Arabia finitur a Pel. &c.* cod. Dalec. et Vet. ejusdem; *Ostracine. Arabia finitur a Pel. &c.* Gronov. et edd. vett.—2 *Rhino-*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Casius*] Montem hunc Κάσιον πρὸς Ἀλυβίτῃ, et Κάσιον πρὸς τῇ Πηλουσίῃ, a locorum vicino appellat Strabo: ut ab altero ejusdem nominis seceratur, de quo cap. 18. Errant qui montem hunc Sinai esse arbitrantur.

<sup>c</sup> *Delubrum*] Cum oppido, quod Antoninus et Ammianus Cassium vocant. Διὸς λεπὸν Κασίου Straboni, loc. cit.

<sup>d</sup> *Pompeii*] Dio lib. XLII. p. 188. ad Casium montem interfectum ait ea ipsa die, qua quondam de Mithridate et piratis triumphum egerat. Quin et ipso suo die natali, inquit Plutarchus, in Camillo, pag. 138. qui et idem dies triumphus fuit. Eum alii pridie, alii ipso die natalis sui aiunt obiisse, ut idem monet, Sympos. VIII. 1. p. 717. Sed nodum solvunt Fasti Capitolini, ex Verrii fragmentis, in quibus legitur 'per biduum' triumphus pompam esse protractam. Dicta hæc sunt in antecessum, ad XXXVII. 6.

<sup>e</sup> *Ostracine*] Ὀστράκινῃ Ptolem. IV. 5. oppidum est, unde 'Abraamius Ostracinensis' Episcopus, in Conc. Calched. Ostracena dicitur Antonio, inter Casium montem et Rhinocorura medio intervallo posita, utrimque M. P. XXVI. Regionem Ostracinen Solinus nugando commi-

niscitur. In Notitia Eccles. pag. 55. inter sedes Episcopales Prov. Augustamnica, cujus Metropolis Pelusium fuit, censetur Ὀστράκινῃ.

<sup>f</sup> *LXV. mill.*] Martianus, loc. cit. LXVI. Antoninus item in Itiner. 'Ostracina Cassium, XXVI. Pentaschœnon, XX. Pelusium, XX.'

<sup>g</sup> *Sirbonis lacus*] Ptolem. IV. 5. in Casiotide, ἐκρηγμα Σαρβωνίδος λίμνης, eruptio paludis Sirbonidis. Siccatam hanc hodie paludem aiunt. Sirbonidem lacum cum Asphaltite magno errore confundit Strab. lib. XVI. pag. 763.

<sup>h</sup> *Herodotus*] Lib. III. n. 5. pag. 163. Σαρβωνίς λίμνη, παρ' ἣν δὴ τὸ Κάσιον ἔσται.

<sup>i</sup> *Rhinocolura*] Rhinocolura quoque Livio, lib. XLV. p. 575. et Strab. lib. XVI. pag. 759. Ῥινοκόλουρα. Seneca de Ira III. 20. pag. 594. 'Rex Persarum totius populi nares recidit in Syria: inde Rhinocolura loci nomen est.' At sæpiusculæ Seneca in historia nominibusque sublabitur. Verius Diodorus Sic. Bibl. lib. I. pag. 55. hoc Æthiopix Regi ascribit, idque a diversa valde causa: benignitas enim et miseratio fuit. Is, Ægypto subacta, latrones, quos ceperat, acerbius ratus omnes neci dare, quod magno numero erant; iniquius, impune dimittere; ita mediam viam legit, ut

et intus Anthedon : <sup>1</sup> mons Argaris. <sup>3</sup> <sup>m</sup> Regio per oram Samaria. Oppidum Ascalo <sup>n</sup> liberum, Azotus : <sup>4</sup> Jamneæ

cera Ptolem. Mox, *Raphea* Gronov.—<sup>3</sup> Ita Mss. Reg. 1. 2. et Editio princeps. Male Ms. Reg. 5. et recentiores editiones, *Angaris*. Mons est Garizim, Samariæ celeberrimus, quem videre est in nummis Philippi imperatoris Neapoli cusi. *Brotier*.—<sup>4</sup> *Azotos* Chiffli. Mox *vicus* pro *intus* in Vet. Da-

## NOTÆ

resectis naribus, quo dignoscerentur, in desertis Ægypti finibus colere iusserit, urbe ibi structa, cui a re et facie nomen esset. Græci enim *βίνα, nasum, κόλουρον, curtatum* dicunt. Ptolemæus tamen et Stephanus scribunt *Ῥινοκόρουρα*.

<sup>1</sup> *Raphea*] Stephanus, *Ῥάφεια, πόλις Συρίας*. Strab. lib. xvi. pag. 759. *Ῥαφία, μετὰ Γάζαν, post Gazam sequitur Raphia*. In nummo Commodi, *ΡΑΦΙΑC. AC.* hoc est, *Raphiaæ asylum*. Distat a Gaza, et a Rhinocorura, pari intervallo, xxii. M. P. apud Anton.

<sup>2</sup> *Gaza*] Sic Persæ ærarium vocant, inquit Mela, 'et inde nomen est, quod cum Cambyses armis Ægyptum peteret, huc belli et opes et pecuniam intulerat.' 'Hic Jovis Crætæ templum,' inquit Stephanus, 'quem Marnan nostra ætate vocant, hoc est, *Κρηταγενῆ*, Creta natum.' Huc spectat igitur variissimus Musei nostri Parisiensis nummus æreus formæ mediocris, Tito principe cusus, cum hac epigraphe, *ZETC. KPHTAΓENHC*. Distat ab Ascalone Gaza, litore maris mediterranei, xvi. M. P. Hodie *Gazzara*.—*Gazæ* fuisse Stephanus ait Jovis Crætæ templum, quem (inquit,) *Κρηταγενῆ* vocant. Festivo sane errore, si vel ipse, vel alius qui ei præverit, in Creta genitum esse idcirco fluxit, quia in nummo Titī Imp. legit, *ZETΞ KPHTAΓENHC*. Est nummus ille singularis, nunc in Museo nostro, ex ære mag-

no. Prior area habet *ATTO. TITO. Imperatori Tito*: capite ipsius laureato. Altera Jovem, virili ætate, et fulmen dextra vibrantem, inter septem sidera, exhibet: qui habitus situsve in Creta genitum nihilo magis, quam apud Antipodas, denotat. Præterea in nummis Cretensium rarius multo, quam in plurimorum Asiæ oppidorum numismatibus occurrit Jovis effigies: semel tantum vidimus, in nummo scilicet Hadriano inscripto, *KOINON KPHTON*: et ibi sedet aquilam dextra tenens. Quod si *KPHTAΓENHC* in Creta natum significaret, fortassis ut *Αθηγενῆς*, sic *Κρηταγενῆς* scribi oporteret. At est hic ista, opinor, sententia, quæ egre gie convenit cum argumento in area nummi picto: *ZETΞ Καταστήσας Ῥωμαίων Ἡγεμόνα Τίτον, Ἀνθρώπων Γένει Ἐνεμεν Ὀγδοὺν Σέλας. Jupiter constituens Romanorum Rectorem Titum, Humano Generi dedit octavum lumen, vel sidus*. Est enim ibi posterior littera pro numero octonario. *Ed. sec.*

<sup>1</sup> *Anthedon*] *Ἀνθηδών* Ptolem. iv. 5. in Cassiotide. Palæstina ab Hesychio accensetur, pag. 103.

<sup>2</sup> *Argaris*] Vide Notas et Emend. num. 37.

<sup>3</sup> *Ascalo*] Græcis *Ἀσκάλων*, atque ita Nummi Augusti, Titī, et Antonīni.

<sup>4</sup> *Azotus*] *Ἀζωτὸς, πόλις Παλαιστίνης*, Stephano, et Ptolem. v. 16. Distat a Jamnia littorali xx. M. P. si Antonino credimus: si Strabonī, lib.

*Delph. et Var. Clas.*

*Plinius.*

3 O

duæ,<sup>p</sup> altera intus. Joppe<sup>q</sup> Phœnicum, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt. Insidet collem<sup>r</sup> præjacente saxo, in quo vinculorum Andromedæ<sup>s</sup> vestigia ostendunt. Colitur illic fabulosa Ceto.<sup>6</sup><sup>t</sup> Inde Apollonia:<sup>u</sup> Stratonis<sup>v</sup> turris, eadem Cæsarea, ab Herode rege condita: nunc colonia<sup>w</sup> prima Flavia, a Vespasiano imperatore deducta:



lec.—5 *Insidet colli* Vet. Dalec.—6 *Ceto* Chiffi. *Derceto* Gronov. et edd.

## NOTÆ

vi. p. 759. xxv. hoc est, cc. stadiis. Hodie *Alcette*.

<sup>p</sup> *Jamnæ duæ*] Quarum altera Jamnitarum portus ad mare, Ἰαμνιῶν λιμὴν Ptolem. v. 16. altera urbs ipsa paululum a mari semota, Ἰδυμεια Straboni, lib. xvi. p. 759. Stephano Ἰδυμια. Ipsi Ptolemæo in urbibus mediterraneis, Ἰδυμεια, cui hodieque vestitum nomen manet, *Zenia*.

<sup>q</sup> *Joppe*] Ἰόππη, nunc *Jaffa*. Ex Mela hæc Plinius; is enim, i. 11. 'Est Ioppe,' inquit, 'ante diluvium, ut ferunt, condita.'

<sup>r</sup> *Insidet collem*] Colli imponitur adeo edito, ut inde conspici Hierosolyma, Judæorum metropolis, possit. Strab. lib. xvi. p. 159.

<sup>s</sup> *Andromedæ*] Quam ibi ceto a matre expositam, mox a Perseo ereptam fabulantur. Visa ibi hæc vincula testis est quoque Josephus Belli Jud. iii. 15. Vide Apollodorum de Diis, lib. ii. p. 35.

<sup>t</sup> *Ceto*] Quæ Nereidos fere forma pingebatur, figura ex pisce fœminaque composita: cuiusmodi in vetustis Syriæ ac Mesopotamiæ nummis conspicitur. Idcirco fabulosam vocat. Ciceronis illud eo forte pertinet, 'Pisces Syri venerantur,' de Nat. Deor. lib. iii. Vide Notas et Emend. num. 38.

<sup>u</sup> *Apollonia*] Stephano, Ἀπολλωνία κατὰ Ἰόππη. Nunc *Alzufa*.

<sup>v</sup> *Stratonis*] Στρατόνως πύργος Straboni, lib. xvi. pag. 758. Eadem *Kaisarëia Στρατόνως* Ptolem. v. 16. et Cæsarea Palæstinæ vulgo appellata, quam cum Cæsarea Philippi, sive Paneade dicta, perperam Surita confundit in Itiner. Anton. Hieronym. in Chron. p. 155. an. 4. Olymp. 191. 'Herodes Cæsaream in nomine Cæsaris condidit, quæ prius Turris Stratonis vocabatur.' Nunc est *Casair*, provinciæ caput, *la Principauté de l'Hemir de Casair*.—'Herodes rex cum a Plinio dicitur, is designatur, quem Romani et nummi veteres regem appellavere; ac proinde is, qui prius tetrarcha Galilææ, deinde et rex fuit: in nummis ΗΡΩΔΗΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ. Ab eo condita, cincta muris Cæsarea dicitur. Prior Herodes ΕΘΝΑΡΧΗΣ tantum, non ΒΑΣΙΛΕΥΣ fuit.' *Ed. sec.*

<sup>w</sup> *Nunc colonia*] Musci nostri Parisiensis nummus æreus formæ mediocris, M. Aurelio principe cusus, cum Serapidis effigie, et epigraphæ ejuscemodi, COL. PRIMA. FL. AVG. CÆSAREÆ. Prima Flavia vocatur, quod prima omnium coloniarum dicta sit Flavia a Vespasiani nomine. Ulpian. lib. l. Digest. tit. 15. 'de Censibus,' 'Divus Vespasianus Cæsarienses colonos fecit, non adjecto ut et juris Italici essent, sed tributum his remisit capitis,' &c.—'Est in Museo nostro nummus perrarus, argen-

finis Palæstines \* centum octoginta novem millibus passuum, a confinio Arabiæ: deinde Phœnice. Intus autem Samariæ oppida: 7 Neapolis, 7 quod antea Mamortha 3 dicebatur: Sebaste 2 in monte, et altiore Gamala. 9 a

vett.—7 *Samaria. Oppida* Chiffi.—8 'Josephus Bel. Judaic. lib. v. *Maxboram* nominat.' Dalec.—9 Ita codd. Dalec. et Harduin. cum edd. Harduin, 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. 'Non recte meo animo; *Gamala* namque ultra Jordanem.' Dalec. *Sebaste, in monte altiore Gamala* edd. vett. ante Harduinum.

## NOTE

teus, in quo solis vultus radiatus, Idemque juvenilis, ut orientem significet, aream unam implet. In altera Vespasianus stans, capite nudo, dextra elata, imperanti ac jura danti similis, sinistra bacillum imperatorium tenet. In media area scriptum est, hinc VESPASIA, inde NVS. Docet ille Vespasianum, priusquam declararetur Augustus, Imperatorem sive Ducem Exercituum in Oriente fuisse. Tunc est deducta colonia Cæsarea a 'Vespasiano Imperatore,' ut ait Plinius, anno Christi LXX. statim a captis Hierosolymis. Nec multo postea census hic nummus argenteus est, quem Patinus exhibet in Famil. p. 265. Caput Neptuni, retro-tridens, symbolum maritimarum urbium. (X). Civis togatus, capite nudo, dextro genu flexo, dextra tangit tropæum, victoriæ symbolum: stante ex adverso Imperatore, et tropæum idem similiter manu apprehendente. Infra MARCVS IMP. Quibus literis non Marcus aliquis, sed sententia hæc continetur: 'Maritimæ Urbes Restitutæ Cæsarem Vespasianum Salutant Imperatorem.' Ed. sec.

\* *Finis Palæstines*] Id quoque Martians habet, lib. vi. cap. de Arabia et Syria, p. 219.

7 *Neapolis*] Νεάπολις in Samaria, Ptolem. v. 16. Sichem Christi Domini temporibus dicta, teste Benjâmino in Itiner. p. 38. Indigenis *Mambortha*, auctore Josepho, Bell. Jud.

v. 4. quanquam Plinio 'Mamortha' dicitur. Hodie *Naplosa*. Nummus Faustinae junioris, ex ære, forma mediocri, in Museo nostro Parisiensi: ΦΛ. NEAC. ΠΟΛ. CΥΡ. ΠΑΛΑΙΟΤΥΝΗΣ.—'Est nummus ex ære mediocri in Gaza regia; in quo mons Garizim pingitur, cum templo gemino in vertice: infra, Aquila est alis expansis. In ambitu ΦΛ. NEAC ΠΟΛΕΩC. ubi cave legas scribasve cum imperitiis NEAPOΛΕΩC. In parte nummi priore legitur, ATT. KAI ΓΟΥ. C. ΤΡΕ. ΓΑΛΛΩC. Caput laureatum: hæc verba sic D. Bandurius interpretatur: *Imp. Cæsar Caius Vibius Cæsarὺς Augustus Trebonianus Gallus*. Prave, nam Augusti titulus, cum officium denotet, magistratumque summum in provincia vice Senatus, quamvis sit hæreditarius, tamen non nisi post nomina et cognomina ponitur. Lege, *Imperator Cæsar Caius Vibius Sulpicius Trebonianus Gallus*. Ibi C. Cουλπίκιος est, non Σεβαστός. Galli cognomen proprium esse Sulpiciæ gentis, docet ipse Plinius, II. 9. ex eaque proditiisse Gallum Augustum alibi ostendimus. Nummi ipsius ceteri Græci in fine habent BEB. ATT. unus singularis ex ære mediocri, apud D. Foucault, habet ET. CEB. hoc est, Εὐσεβὴς Σεβαστός, *Pius Augustus*.' Ed. sec.

2 *Sebaste*] Ab Herode Ascalonita in gratiam Augusti sic appellata ipsa

XV. (XIV.) Supra Idumæam et Samariam Judæa longe lateque funditur. Pars ejus Syriæ<sup>b</sup> juncta, Galilæa vocatur: <sup>c</sup>Arabia vero et Ægypto proxima Peræa,<sup>1d</sup> asperis

//////////

CAP. XV. 1 'Petrae Vet. Lego, Arabia vero Petrae et Ægypto altera proxima. Ad. Immo vero *πηγαία*, quia *πέραν* seu ultra Jordanem sita. Unde et Olivar. super Mel. i. 11. recte vocat regionem trans Jordanem. Videatur et

### NOTÆ

urbs Samaria est. Vide Benjam. loc. cit. *Σεβαστή, ἐν τῇ Σαμαρειτῖδι πόλει*, Stephano. In Conc. Nic. 1. et CP. 1. subscribunt Episcopi 'Sebastenses,' vel 'Sebasteni,' ex Prov. Palæstinæ. Hodie *Sebastia*. Vide Notas et Emendationes num. 39.

\* *Gamala*] Diversum hoc Samariæ oppidum ab altero ejusdem nominis ultra Jordanem posito, quam Judæa urbem validissimam Suetonius appellat in Tito. Quanquam eadem utriusque vocis originatio est: sic enim dicta videtur ab Hebræo *גמלא*, quasi

Camela, quod dorso montis insidens, cameli dorsum referre credatur. Illam certe, quæ Judæa est, jugo montis aspero editoque impositam docet Josephus, Bell. Jud. iv. 1. Hanc idem iii. 2. p. 832. ait *Γάμαλα πόλιν Ἰππέων, civitatem Equitum*, quos eo colonos duxit Herodes, appellatam ait, Carmelo monti insidentem.

<sup>b</sup> *Syriæ*] Hoc est Syriæ Antiochiæ, ut diximus cap. 13.—'Judæa hic appellatur, quæ in libris sacris 'terra Chanaan' sæpe dicitur, eo quod filii Chanaan eam inter se sibi dividerunt, in ortu Phaleg, et Hebræam ibi linguam integram servavere, immunem a confusione, quæ in Babylonia post annos quinquaginta pluresve contigit. Hic enim sensus verborum illorum est, Gen. x. 25. 'Nomen uni Phaleg, eo quod in diebus ejus divisa sit

terra.' Gallice vere ac recte dixeris: *Le pays fut alors partagé entre les enfans de Canaan.* Ed. sec.

<sup>c</sup> 'Galilæa vocatur] Etiam Aureliani Imperatoris temporibus altera alteri paruisse principi videtur: quorum unius nomen hactenus arbitramur fuisse ignotum, nunc demum proferendum. Est nummus singularis ex ære mediocri, apud D. de Boze sic inscriptus *ΑΤΡΗΑΙΑΝΟC. ΑΘΗΝΟΔΩΡΟC*. Capita duo adversa: Aureliani laureatum, diadematum Athenodori.)(. L. A. L. Δ. in corona laurea, quæ conjunctis copiis ac viribus victorem utrumque fuisse demonstrat: in Syria certe: quoniam extra Syriam et Ægyptum non fuit mos scribendi L. pro ET. sub Augustis. At in nummis Judææ et Herodis ac Philippi tetrarcharum in Galilæa reperitur. Annus Athenodori, ut in aliis nummis annus Vaballathi quartus, incidere hic indicatur in annum Aureliani Imp. primum. Unde suspicamur in Galilæa Athenodorum, ubi olim Zenodorum tetrarcham fuisse nummi testantur, Vaballathum in Judæa gessisse principatum: et cum utroque Aurelianum Imperatorem fœdus iniisse adversus Arabes. Propterea Aurelianus in nummis *PACATOR ORBIS* scribitur. Vaballathus, inquam, in Judæa fuit, genus fortasse ducens ex Sanballat Horonite, hoc est Moabita; qui in Samaria consti-

dispersa montibus, et a ceteris Judæis Jordane amne discreta. Reliqua Judæa dividitur in toparchias decem,<sup>a</sup> quo dicemus ordine: Hiericuntem<sup>e</sup> palmetis consitam, fontibus irriguam: Emmaum,<sup>f</sup> Lyddam,<sup>g</sup> Joppicam,<sup>h</sup> Acrabatenam,<sup>i</sup> Gophniticam, Thamniticam,<sup>j</sup> Bethleptephenen,<sup>k</sup> Orinen,<sup>l</sup> in qua fuere Hierosolyma,<sup>m</sup> longe clarissima urbium orientis, non Judææ modo: <sup>n</sup> Herodium<sup>o</sup> cum oppido illustri ejusdem nominis.

Joseph. de Bel. Jud. III. 14. *Dalec.*—2 Cod. Dalec. in toparchias XII.—3 *Acrebitenam* Chiffi. *Ἀκραβατταλ* Josepho. Mox, pro *Gophniticam* Chiffi. *Zophaniticam*. Deinde, pro *Bethleptephenen*, quod ex codd. restituit Harduinus,

## NOTÆ

tisse narratur, II. Esd. 2. 10. 19. Non est utrumque nomen certe Hebræum, sed Moabiticæ linguæ, ab Hebræa diversæ, ex II. Esdr. 13. 23. 24. *Ed. sec.*

<sup>d</sup> *Peræa*] Περæα, hoc est, ulterior, sive trans Jordanem posita. Vide Notas et Emend. num. 40.

<sup>e</sup> *Hiericuntem*] Ἱερικὺν Straboni, lib. XVII. p. 763. De hujus agri palmetis dicemus XIII. 9. Vide Notas et Emend. num. 41.

<sup>f</sup> *Emmaum*] Ἐμμαοὺς sive Ἀμαοὺς, a Tito captis Hierosolymis Nicopolis appellata, una e Judææ toparchiis Josepho, Bell. Jud. III. 2. p. 833. *Emaüs.*

<sup>g</sup> *Lyddam*] Λυδδὰ, una ex toparchiis Judææ, apud Joseph. loc. cit. Diospolis postmodum appellata. Unde in Conc. CP. I. Dionysius Diospolitannus, Prov. Palæstinæ.

<sup>h</sup> *Joppicam*] A Joppe, de qua cap. sup.

<sup>i</sup> *Acrabatenam*] Ἀκραβατταλ et Ἀκραβαττηῶν τοπαρχία, apud Joseph. loc. cit. In sacris paginis, I. Machab. 5. 'Acrabathane.'

<sup>j</sup> *Thamniticam*] Ἡ Θαμνὰ τοπαρχία Judææ, apud Joseph. Bell. Jud. V. 4. p. 890.

<sup>k</sup> *Bethleptephenen*] Τὴν Βεθλεπτηφῶν

τοπαρχίαν Josephus vocat, loco proxime citato. Vide Notas et Emendationes num. 42.

<sup>l</sup> *Orinen*] Græci Ὀρεινὴν vocant. De Virgine Deipara sacer codex, Luc. I. ἐπορεύθη εἰς τὴν ὄρεινὴν μετὰ σκουδῆς, abiit in montana Judææ cum festinatione. Pars Judææ plurimum montuosa, in qua fuere Hierosolyma, Rama, Bethlehem. Lapidosum hunc tractum ad LX. stadia esse Strabo est auctor, lib. XVI. p. 761.

<sup>m</sup> *Hierosolyma*] De urbe satis multa alii. De urbis nomine recte admonet Hieronymus, Ep. 126. ad Evagr. 'Non, ut Josephus, et nostri omnes arbitrantur, Hierusalem nomen est ex Græco Hebraicoque compositum: id enim absurdum esse peregrinæ linguæ mixtura demonstrat.' Ex Hebræo tota conflata vox est יְרוּשָׁלַיִם.

arbitramur pro יְרֵשָׁה-שָׁלֵם: *Possessio pacificorum*, sive quiete degentium. Nam visio pacis, ut vulgo definitur, contra leges Hebraicarum originationum est. At istiusmodi contracta nomina quædam ibi reperimus, ut est Jordanis יַרְדֵּן contractum pro יַרְדֵּן-יָרֵךְ *fluvius voluptatis*, et similia.

<sup>n</sup> *Non Judææ modo*] Hanc vocem

(xv.) Jordanis<sup>4</sup> amnis<sup>p</sup> oritur e fonte Paneade, qui cognomen dedit Cæsareæ, de qua dicemus:<sup>q</sup> amnis amœnus, et, quatenus locorum situs patitur, ambitiosus, accolisque se præbens,<sup>r</sup> velut invitus Asphaltiten lacum dirum natura petit, a quo postremo ebibitur, aquasque laudatas perdit pestilentibus mixtas. Ergo ubi prima convallium fuit occasio,<sup>s</sup> in lacum se fundit, quem plures Genesaram<sup>t</sup> vocant, xvi. mill. passuum<sup>t</sup> longitudinis, vi. mill. latitudinis, amœnis circumseptum oppidis:<sup>6</sup> ab oriente, Juliade,<sup>u</sup> et Hippo:<sup>v</sup> a meridie, Tarichea,<sup>7</sup> quo nomine aliqui et lacum<sup>x</sup> appellant: ab occidente Tiberiade,<sup>y</sup> aquis calidis<sup>z</sup> salubri.



edd. vett. et Gronov. habent *Betholenen, Tephenen*.—4 *Jordanes* Chiffi.—5 *Salmant. fit occasio*. Paulo post, pro *XVI. mill.* Chiffi. habet *XV. mill.*—6 *Perperam Salmasius ad Solinum pag. 578. circumseasum oppidis.* Heinsius in *Advers. i. 12. p. 128. circumceptus oppidis* cod. Dalec. *circumspectus oppidis* Vet. Dalec.—7 *Trachæa* Vet. Dalec. *Tarichia* Strabo.—8 Chiffi. *LXXV.*—

#### NOTÆ

non modo adversativæ orationis parti postponere, familiare ac solenne Plinio est. Sic vi. 22. 'Omnium in India prope, non modo in hoc tractu, claritatem antecedunt Prasii,' &c.

<sup>o</sup> *Herodium*] Nomen unius est e Judææ toparchiis apud Josephum, Bell. Jud. iii. 2. pag. 833. 'Ἡρώδειον.

<sup>p</sup> *Jordanis amnis*] Describit hæc Martianus lib. vi. c. de Syria, p. 219.

<sup>q</sup> *De qua dicemus*] ap. 16.

<sup>r</sup> *Se præbens*] Veluti moras nectat, invitusque lacum petat.

<sup>s</sup> *Genesaram*] Γεννησαρίτις λίμνη Straboni, lib. xvi. pag. 755. In sacris paginis, 'Lacus Genesareth,' et mare Tiberiadis, et mare Galilææ. Hodie *Mer de Tabarie*.

<sup>t</sup> *XVI. mill. pass.*] Ita Solinus, cap. 35. p. 64.

<sup>u</sup> *Juliade*] Ἰουλιὰς Ptolem. v. 16. in Galilæa. Hanc Philippus Tetrarcha in Gaulanitide condidit: et Juliadem, in gratiam Julæ, quæ Tiberii mater,

volnit appellari. Auctor Josephus Bell. Jud. ii. 8. p. 789. qui in Peræa, hoc est, ultra Jordanem sitam dicit: hoc est, ut Plinius ait, ab oriente Genesaræ lacus.

<sup>v</sup> *Hippo*] A quo Ἰππηνη regio cognominata, apud Joseph. Bell. Jud. iii. 2. pag. 832.

<sup>w</sup> *Tarichea*] Ταριχία Stephano. Josepho, Bell. Jud. iii. 16. p. 857. Ταριχάται. Urbem Judææ validissimam Tarichæam vocat Suetonius in Tito.

<sup>x</sup> *Et lacum*] Genesaram scilicet, quem Tarichæum aliqui vocabant, et Tiberiadis, a vicinis urbibus: ut Genævæ dicimus, et Lausannæ, et Lemannum lacum. A Tarichæa nomen quoque invenisse lacum eum innuit Strabo lib. xvi. p. 764. ut inanis jam sit Drusii conjectura, locum hunc pro arbitrio immutantis, in Comm. ad voces Hebr. Novi Testam. cap. 24. p. 41.

<sup>y</sup> *Tiberiade*] Τιβεριάς, πόλις τῆς Ἰουδαίας, πρὸς τῇ Γεννησαρίτιδι λίμνῃ,

(XVI.) Asphaltites nihil præter bitumen gignit: unde et nomen.<sup>a</sup> Nullum corpus<sup>b</sup> animalium recipit: tauri<sup>c</sup> camelique fluitant. Inde fama, nihil in eo mergi. Longitudine excedit centum m. passuum, latitudine maxima xxv.<sup>3d</sup> implet, minima sex. Prospicit eum ab oriente Arabia Nomadum,<sup>e</sup> a meridie Machærus,<sup>9f</sup> secunda quondam arx Judææ, ab Hierosolymis. Eodem latere<sup>g</sup> est calidus fons medicæ salubritatis Callirrhœ,<sup>h</sup> aquarum gloriam ipso nomine præferens.<sup>10</sup>

(XVII.) Ab occidente<sup>i</sup> littora Esseni fugiunt,<sup>11</sup> usque qua nocent: gens sola,<sup>j</sup> et in toto orbe præter ceteras mira,

9 *Macherus* Gronov.—10 Margo edd. Dalec. et Gronov. *præ se ferens*.—11 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Ab o. l. fugitant* Gronov. et edd. vett. *Ab occidente littora Esseni habitant. Hos fugitant usquequaque nocentes* Vet. ita legit et Rhodig. Lego, *Ab occidente*

## NOTE

Steph. In gratiam Tiberii ab Herode tetrarcha sic appellata, quæ prius *Cenereth* dicebatur.

<sup>a</sup> *Aquis calidis*] Josephus, Antiq. Jud. xviii. 3. p. 619.

<sup>b</sup> *Unde et nomen*] *Ἀσφαλτος* enim Græcis bitumen est.

<sup>c</sup> *Nullum corpus*] Vivum scilicet; qua de re vide Philosophum, Meteorol. ii. 3. p. 557. et Strabon. lib. xvi. p. 763. Id vero expertum esse Vespasianum Aug. projectis in lacum hominibus nandi imperitis, vinctisque post terga manibus, auctor est Josephus, Bell. Jud. v. 5. p. 892.

<sup>e</sup> *Tauri*] Solinus, cap. 35. pag. 64. Aliud est quod Josephus ait, loc. cit. lacum eum plurimis locis vomere bituminis glebas, quæ super undam et facie et mole tauris assimilés uant.

<sup>d</sup> XXV.] Vide Notas et Emend. num. 43.

<sup>e</sup> *Arabia Nomadum*] Quæ a Palmyrenis solitudinibus, unde initium ducit, ad meridiem descendit ultra Asphaltiten lacum.

<sup>f</sup> *Machærus*] Μαχαίρου Stephano, et Josepho, qui Antiq. xviii. 7. p. 626. ibi necatum ab Herode Christi Dómini Præcursorem refert. In Perææ regionis Judææ parte meridionali a Josepho locatur, iii. 2. pag. 833.

<sup>g</sup> *Eodem latere*] Latere Asphaltitæ lacus meridionali.

<sup>h</sup> *Callirrhœ*] Καλλιρρόη Ptolem. v. 16. Καλλιρόη Josepho, Antiq. Jud. xvii. 8. p. 598. cujus fontes calidos, præter vim medicam, potui quoque jucundos esse asseverat. Solini halucinationem, cap. 35. p. 65. hunc fontem Hierosolymis proximum stuentis, Plinii loco perperam intellecto, jam pridem Salmasius insectatus est, p. 579.

<sup>i</sup> *Ab occidente*] Ab occidente, inquit, littora Asphaltitæ lacus Esseni refugiunt, sive tantum ab eo lacu recedunt, quoad vis illius malefica pertingit. Nam letales exspirat auras, vicinumque aërem inficit. Vide Notas et Emend. num. 44.

<sup>j</sup> *Gens sola*] Hoc est, solitaria, et a



sine ulla foemina, omni Venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum.<sup>k</sup> In diem ex æquo convenarum turba renascitur, large frequentantibus, quos vita fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat.<sup>12</sup> Ita per sæculorum millia (incredibile dictu) gens æterna est, in qua nemo nascitur. Tam foecunda illis aliorum vitæ poenitentia est. Infra hos<sup>1</sup> Engadda oppidum fuit, secundum ab Hierosolymis fertilitate, palmetorumque nemoribus: nunc alterum bustum. Inde Masada<sup>m</sup> castellum in rupe, et ipsum haud procul Asphaltite.<sup>13</sup> Et hactenus Judæa est.

XVI. (XVIII.) Jungitur ei latere Syriæ<sup>a</sup> Decapolitana regio, a numero oppidorum, in quo non omnes eadem ob-

~~~~~

littora Esseni habitant usquequaque, Gens, &c. Dalec.—12 Pintian. quos vita fessos fortunæ fluctus ad mores eorum agit. Chiffi. et Tolet. fluctibus agitat.—13 Margo edd. Dalec. et Gronov. haud procul ab Asphaltite.

NOTÆ

populorum frequentia sejuncta. De Theoreticis Essenis accipi hæc debere, qui in sola sacrorum codicum meditatione diem totum transigebant, neque artem exercebant ullam, tum verba hæc suadent, tum quod mox addit, gentem eam sociam esse palmarum, hoc est, in palmetis, adeoque desertis locis ætatem degere. De Practicis, quod alterum genus est Essenorum, (quanquam et ii divisi bifariam, nam alii ἄγαμοι et cœlibes fuerunt, alii nuptiis implicati,) refert Josephus eos in urbibus degere, Bell. Jud. II. 7. p. 785. ubi ceteros Essenorum mores accurate describit.

^k *Socia palmarum*] Vide Notas et Emendationes num. 45.

¹ *Infra hos*] Solinus, cap. 35. p. 65. 'Infra Essenos Engadda oppidum fuit, sed excisum est.' Πολύχη Ἐν-γὰδδ Josepho, Bell. Jud. v. 3. 'Inde opobalsamum venit,' inquit Hieron. lib. de Loc. Hebr. 'quas vineas En-

gaddi Salomon nuncupat. Vicus est prægrandis Judæorum juxta mare mortuum.'

^m *Masada*] Solinus, loc. cit. 'Judææ terminus Massada castellum.' Ita et Martianus, lib. vi. pag. 219. *Maadā* Josepho, Bell. Jud. v. 3. p. 887. castellum validissimum haud procul Hierosolymis, οὐ πόρρω Ἱεροσολύμων. Straboni, lib. xvi. p. 764. *Maasda*.

^a *Latere Syriæ*] Qua vergit in Syriam Cælen, et Libanum montem. Oppida habuit Decapolitana regio celebriora ultra Jordanem, atque, ut Plinius ait, in Arabiam recedentia. Arabiæ enim Nomadum appellatione fere censetur, quicquid ultra Jordanem est. Tamen etiam cis Jordanem habuit nonnulla. Nam et Christus a finibus Tyriorum ad mare Galiliæ perrexisse dicitur per fines Decapoleos.

servant. Plurimi ¹ tamen Damascum ex epoto riguis ^b amne Chrysorrhoea fertilem: ² Philadelphiam, ^c Rhaphanam, ^d omnia in Arabiam recedentia. Scythopolin, ^e (antea Nysam, ^f a Libero patre, sepulta nutrice ibi,) Scythis deductis. Gadara, ^g Hieromiace ^h ³ præfluente, et jam dictum ¹ Hip-

CAP. XVI. 1 *Plurimum* Chiffi.—2 Sic partim ex codd. partim ex conjectura emend. Harduin. *Damascum et Opaton riguas amne Chrysorrhoea fertilem* Gronov. et edd. vett. Mox: *Scythopolin deductis Scythis, antea Nysam, a Libero patre sepulta nutrice ibi* margo edd. Dalec. et Gronov.—3 *Gaddara Hieromiace* conjunctim Gronov. *Hieromice* Chiffi. et Regg. Brot. *Hieromice* alii codd. ap. Brotier. Mox, *Hippon Dion* conjunctim Gronov. *Hippodion* Chiffi. Margo edd. Dalec. et Gronov. *divitem Gadaram*. Denique Vet. et codd. Dalec. et

NOTÆ

^b *Damascum ex epoto riguis*] Fertilem ait esse Damascenum agrum, quia totum epotat Chrysorrhoeam amnem, dum ad rigua distrahitur. Testatur id etiam Strabo, lib. XVI. pag. 755. Ὁ μὲν Χρυσόρροας, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Δαμασκηῶν πόλεως καὶ χάρας, εἰς τὰς ὄχρεας ἀναλίσκεται, κ. τ. λ. Hodie *Damas*. Chrysorrhoeam sic distrahi, ut in singulis ædibus et hortis fontem ex eo derivatum habeant in urbe cives, auctor est Bellonius, Observ. II. 91. Volusiani nummus æreus minoris formæ in Cimelio nostro Parisiensi: COL. DAMAS. METR.

^c *Philadelphiam*] Φιλαδέλφια Ptolem. v. 15. in Decapollitana regione. Stephanus a Ptolemæo Philadelpho nomen invenisse ait. A Josepho, Bell. Jud. III. 2. p. 833. in Peræa collocatur. In Arabiæ confinio, a Plinio. Unde circumjunctus ager Ἀραβία τῆς Φιλαδέλφιας dicitur Epiphonio in Ἀνακεφαλ. p. 145. In nummis, ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. ΚΟΙΝ. ΤΥΡ. Κολῆς Συρίας.

^d *Rhaphanam*] Ῥαφανέου Stephano: Josepho, Bell. Jud. VII. 19. Ῥαφαναΐαι. In Conc. Nic. I. Bassianus Rhaphaneensis, ex Provinc. Syriæ Cœles.—^e Insignis est Raphanæ nummus percussus, Annæ Aureliæ Faus-

tinæ nomine, quæ soror fuit M. Aurelii Severi Alexandri Imp. ANNIA ΑΤΡΗΑΙΑ ΦΑΤΚΤΕΙΝΑ C. hoc est, Σεβαστή, Augusta.)(· ΕΠΙ ΤΥΡ. ΚΥΡΠΙΝΟΥ. Sub Prætorē Cyrino. ῬΑΦΑΝΕΩΤΩΝ. Nummus Raphaneotaurum. AOC. A. CCLXXI. æræ Cæsarianæ. Egimus de hoc nummo fusiis in Diario Trevoltiano, et alibi. Ed. sec.

^e *Scythopolin*] Cis Jordanem hæc sita, nec jam in Arabiam recedens, ut superius memoratæ urbes. Civitatem Decapoleos maximam, et Tiberiadi vicinam facit Josephus, Bell. Jud. III. 16. p. 856. Galilææ Strabo, lib. XVI. p. 763. Meminere Ptolemæus, Stephanus, et alii. Antoninus a Gadara, de qua statim dicemus, distare ait M. P. XVI.

^f *Antea Nysam*] Ita Stephanus: Νύσα κολῆς Συρίας, Σκυθῶν πόλις. Hæc porro parentesi inclusimus, ne forte cum Solino existimares Scythas a Libero patre deductos. Scytharum excursionis meminit Eusebius in Chron. qui eosdem ait suum huic urbi nomen indidisse, quæ prius Βεθσάνη, καλουμένη πρὸς Ἑλλήνων Σκυθόπολις, inquit Josephus, Antiq. Jud. XII. 12. p. 418.

^g *Gadara*] Γάδαρα Stephano, qui Cœles Syriæ urbem esse ait. Ptole-

pon: Dion,^j Pellam^k aquis divitem, Galasam,^l Canatham.^m Intercursant cinguntque has urbes tetrarchiæ,ⁿ regionum instar singulæ, et in regna^o contribuuntur, Trachonitis,^p Paneas,^q in qua Cæsarea cum supradicto fonte: Abila,^r Arca,^s Ampeloëssa,^t Gabe.^u



Chiffi. regnorum instar.—4 Gabala Vet. Dalec.

NOTE

mæus, v. 15. Decapolitanæ, (sic enim habet Paris. cod.) adjudicat. Τὰ Γάδαρα, et Ἰκκον, et Γαυλαντίδα regionem, ceu loca inter se vicina admodum conjungit Josephus, Bell. Jud. II. 19. p. 813.

^k Hieromiace] Amne. Mss. Hieromice. Iarmoch, e montibus Galaad fluens, in regione Gergessæorum, quorum fuit regio Gadarena.

^l Et jam dictum] Sup. cap. Palæstinæ urbs a Stephano appellatur.

^j Dion] Δίων Ptolem. v. 15. in Decapolitana, Pellam inter et Gadara.

^k Pellam] Πέλλα Ptolemæo, loc. cit. Steph. Πέλλα, κοίτης Ξυρίας, ἡ Βούτις λεγομένη. A Josepho Bell. Jud. III. 2. p. 833. in Peræa collocatur.

^l Galasam] Vide Notas et Emend. num. 46.

^m Canatham] Τὰ Κάναθα τῆς κοίτης Ξυρίας, Josepho, Bell. Jud. I. 14. p. 742. Ptolemæo item et Stephano.

ⁿ Tetrarchiæ] Tetrarchia non modo pars regni quarta appellatur, sed et mediocris quælibet ditio: ita ut singulæ fere urbes tetrarchiæ fuerint, cum circumjacente agro. Plures etiam quandoque tetrarchiæ in unum tetrarcham Imperatorum beneficio ac jussu collatæ.

^o Et in regna] Totidemque regna censentur. Sic Abilenen Lysaniæ regnum, Ἀντωνίου βασιλείαν, Josephus appellat, Bell. Jud. II. 11. p. 796.

^p Trachonitis] Trachonitidis regio-

nis tetrarcha Philippus, apud Luc. III. 1.

^q Paneas] Paveas regionis nomen, in qua condita Cæsarea Philippi dicta, tetrarchæ nomine, Herodis Magni filii. Eadem quoque a vicino fonte, Cæsarea Paneas appellata. In nummo M. Aurelii, quem vidisse se Spanhemius ait, p. 985. I. de Nummor. præst. ΚΑΙC. CEB. ΙΕΡ. ΚΑΙ. ΑCΤ. ΤΠ. ΠΑΝΕΙΩ. hoc est, Καισάρεια σεβαστὴ ἱερὰ καὶ ἑσυλος ὑπὸ Πανεῖφ. Sic et a fonte nomen accepisse videtur, ut Plinio et Stephano creditum: et a monte unde fons manat, quod Πάνειον ὄρος Eusebio dicitur, Hist. Eccl. VII. 17. Ipsa urbs in nummo Diadumeniani, quem Patinus exhibet, p. 327. per Φ non per Π scribitur. ΦΑΝΕΑC ΠΟΛΕΩC. CΤΡ. ΠΑΑ. Hoc est, Ξυρίας Παλαιστίνης. Si Patino credimus: sed ΦΑ. ΝΕΑC. legi oportere, ut in nummo Faustinae diximus cap. 14. ex libro nostro de Nummis Antiquis Populorum et Urbium palam fiet.

^r Abila] Hinc Lysanias Ἀβιληνῆς tetrarcha, Luc. III. oppidum Ἀβιλή Joseph. Antiq. IV. 7. p. 118. in loco palmatis consito ad Jordanem. In Cælesyria collocatur ab Antonino in Itiner. a Damasco, M. P. XVIII. Hodie Bellinas.

^s Arca] Ἀρκας et Παρναβας regni Agrippæ civitates duas appellat Josephus, Bell. Jud. VII. 24. p. 976. Phœniciæ a Ptolemæo ascribitur Ἀρ-

XVII. (XIX.) Hinc redeundum^a est ad oram, atque Phœnicen. Fuit oppidum¹ ^b Crocodilon, est flumen: ^c memoria urbium, Doron,^d Sycaminon.^e Promontorium² Carmelum,^f et in monte oppidum, eodem nomine, quondam Ecbatana³ dictum. Juxta Getta,^h Jebba: rivus Pagida,ⁱ

CAP. XVII. 1 Vet. Dalec. ac Phœnicem in qua fuit oppidum. Mox, cod. Dalec. et flumen.—2 Gronov. et edd. vet. Dorum, Sycaminon, promontorium; Harduin. 2. 3. Bipont et Franz. Dorum, Sycaminum. Promontorium. Lectionem nostram dedit Harduin. in ed. prima.—3 Pigida ἀπὸ τῶν πηγῶν margo

NOTE

κα, v. 15. inter oppida mediterranea. A Stephano quoque, Ἀρκη πόλις Φοινίκης, κ. τ. λ. etsi Stephani interpres cum Ace, hoc est, cum Ptolemaide confundit. Fuit Arca scilicet in confinio Phœnicæ et Decapoleos.

^a *Ampeloëssa*] Ἀμπελόεσσα. Vitibus consitam regionem vox ea sonat: ut vel Arcæ potius, vel Gabes cognomen, quam oppidi alterius nomen id esse videatur.

^b *Gabe*] Ita libri omnes. Γάβαν appellat Josephus, Belli Jud. II. 19. p. 814. Gabbam Plinius XII. 41. et Stephanus Γάββα, πόλις Συρίας ἧς τὸ ἐθνικὸν Γαβηνός. Petri Ep. Gabbi mentio in Epist. synodali primæ Syriæ ad Leonem Imp. in Conc. Calched. tom. IV. Concil. pag. 915. In vetere nummo Musei nostri Parisiensis, ΓΑΒΗΝΩΝ.

^a *Hinc redeundum*] Unde oratio deflexerat, cap. 14. ab his verbis: 'Finis Palæstinæ . . . Deinde Phœnice.'

^b *Fuit oppidum*] Nihil ejus superesse innuit præter nomen: quod et Strabo significat his verbis, lib. XVI. pag. 758. Καὶ πολυχρῶν ὀνόματα, πλέον δ' οὐδέν. Συκαμίνων πόλις, Βουκόλων, καὶ Κροκοδείλων πόλις, καὶ ἄλλα τοιαῦτα.

^c *Est flumen*] Quo vero id nomine? An eodem quo oppidum? ποταμὸς κροκοδείλων. An potius eum cujus ostia Ptolemæus v. 15. prope Dora collo-

cat, Χερσέου ποταμοῦ ἐκβολαί. Utrovis nomine idem amnis designatur.

^d *Doron*] Ita scripsi, pro Dorum. Sic Crocodilon, et Sycaminon dixit, patrio casu. Nam Græce Δῶρα Ptolemæo loc. cit. in ora Phœniciæ. Scylaci, pag. 40. Δῶρος, πόλις Σιδωνίων. Meminere Eusebius et Hieron. de locis Hebr.—^e *Dorum*] Fuit cum Doron scribi mallet, et Sycaminon, quia sic Crocodilon dixisse videtur, patrio casu. At libros veteres sequimur probatiores. ^f *Ed. sec.*

^e *Sycaminon*] Συκαμίνων Straboni, loc. cit. a recto Συκαμίνων, ut docet Stephanus.

^f *Carmelum*] Κάρυλλος τὸ ὄρος Straboni, loc. cit. Vide Notas et Emend. num. 47.

^g *Ecbatana*] In Mss. Acbetana. Stephanus, pag. 12. Ἀγβάτανα, πολίχνην Συρίας. Per a et e scribi a priscis auctoribus promiscue monet. Et p. 255. Ἐκβάτανα, Συρίας πόλις. In hac urbe Cyri F. Cambyses obiit, oraculo delusus, cum in Ecbatanis Mediæ decessurum se speraret. Herod. lib. III. p. 186. et 187.

^h *Getta*] Forte Γίττα, quam πόλις Παλαιστίνης Polybius vocat in Excerptis, e lib. XVI. Non est Gith vel Geth, de quo Eusebius et Hieronymus in loc. Hebr. De Jebba ceteri scriptores silent.

ⁱ *Pagida*] Mss. Pacida. Reg. 1. 2,

sive Belus,^j vitri fertiles arenas parvo⁴ littori miscens. Ipse e palude Cendevia^{s k} a radicibus Carmeli profluit. Juxta colonia Claudii Cæsaris Ptolemais,^l quæ quondam Ace.^{6 m} Oppidum Ecdippa.ⁿ Promontorium Album.^o Tyrus^p quondam insula, præalto mari septingentis passibus



edd. Dalec. et Gronov. *Pacida* Chiffi.—4 Voc. *parvo* deest in cod. Dalec.—5 *Candelabra* Vet. Dalec.—6 Idem codex et cod. Dalec. *Acon*.—7 *Rom*.

NOTÆ

Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. Qui *Pagida* scripserunt, ἀπὸ τῶν πηγῶν deduci nomen Syrum voluerunt.

^j *Belus*] Stephano, Βῆλος, verbo Ἄκη. Josepho, Bell. Jud. II. 9. pag. 790. Βήλεος ποταμὸς παντάπασιν ὀλίγος, stadiis a Ptolemaide duobus, hoc est, pass. ccl. vallem præterfluens, atque arenam volvens secum perpetuo, vitreis operibus conficiendis aptam. De eo amne rursum xxxvi. 65. De arenis littoris hujusce vitrariis vide etiam Strab. lib. xvi. p. 758.

^k *Cendevia*] Mss. omnes, *Cendebria*. An a Κενδεβαίω duce nomen, quem ab Antiocho missum ad vastandam Judæam refert Josephus, Antiq. xiii. 13. pag. 447. Lib. xxxvi. 65. Mss. *Candebea*.

^l *Ptolemais*] Huc pertinent nummi Caracallæ et Getæ, apud Patinum, p. 299. et 317. COL. PTOL. ille præsertim Caracallæ, qui Serapidis effigiem habet: cujus cultum in Syria familiarem fuisse, ex Cæsareæ nummo a nobis antea laudato, perspicuum est. Frustra igitur hæret Patinus, quo sui illi nummi spectent.

^m *Ace*] Strabo, lib. xvi. pag. 758. ἦν Ἄκη ἀνόμερον πρότερον. Ex Strabone Stephanus: Ἄκη, πόλις Φοινίκης . . . αὐτὴ Πτολεμαῖς ἐκαλεῖτο. Deme- trius apud Harpocrat. verbo Ἄκη, id nominis arci Ptolemaidis fuisse ait. Causam appellationis hujus vide apud Stephan. verbo Πτολεμαῖς. Hodie S.

Jean d'Acre.

ⁿ *Ecdippa*] Ἐκδιππα Ptolem. v. 15. inter Ptolemaida et Tyrum. Josepho, Belli Jud. I. 11. Ἐκδιππος.

^o *Album*] Hi Tyrii montes, Christiano in his oris bello notissimi: quorum promontorium hodie *le Cap Blanc*.

^p *Tyrus*] Hodie *Sour*: ut apud Hebræos olim טַּוֶּר *Tsor*, quæ vox munitum oppidum sonat.—^c Est nummus Antonini Soæmiadis filii, inscriptus, TYRIORVM, superne: infra ΔΕΙΔΩΝ. At cave ibi Didonem cogites, ut nobis olim alios secutis incaute excidit: cum viri potius nomen foret Δεῖδων, ut Πλάτων, Ἀπίστων, et similia, quam fœminæ. Dea quæ ibi pingitur stolata, ipsa Tyrus est: et literis illis subest hæc sententia: ΔΕΙΜῶν Δόμους Ὅρα Νέους, Nunc tempus est novas ædificare domos. Quoniam videlicet sub Severo Imp. diruta ab Arabibus vel Parthis Tyro, colonia eo missa Latina fuerat: unde nummi Latine deinceps inscripti leguntur, COL. &c. ascitis etiam Græciæ hominibus in civitatem: quam ob causam et ΗΡΑΚΛΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ certamina in uno TYRIO- RVM nummo Græce scribuntur. Itaque sub Antonino Soæmiadis filio aiunt incolæ, quiete a bellis data, tempus esse, ut novæ civibus ædificentur domus, prioribus ab hoste dirutis. Propterea pictus est in eo nummo ad Tyri pedes operarius, qui

divisa, nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens,⁴ olim partu clara, urbibus genitis, Lepti,⁵ Utica, et illa Romani imperii æmula,⁷ terrarum orbis avida, Carthagine: etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura constat. Circuitus XIX. mill. passuum est, intra Palætyro⁸ inclusa. Oppidum ipsum XXII. stadia obtinet. Inde Sarepta,⁸ et Ornithon⁹ oppida: et Sidon artifex⁹ vitri, Thebarumque Bœotiarum parens.

(XX.) A Tergo ejus⁹ mons Libanus orsus, mille quin-

Imp. æmula in exemplari Tolet. non leguntur, nec in Chiffi.—8 *Inde Euhydra*, *Sarepta* Gronov. *Inde Euhydra Sarapta* Vet. Dalec. Lectionem nostram ex

NOTE

ligone domorum fundamenta fodit: et alter tecto domus tegulas disponit.' *Ed. sec.*

⁴ *Continens*] Hoc est, continenti adhærens, illo ipso, quem Alexander struxerat, aggere. Strabo, lib. xvi. p. 757.

⁵ *Lepti*] Isidorus, Orig. xv. 1. 'Phœnices a Rubro mari profecti, Sidonem urbem opulentissimam condiderunt.... Ipsi etiam Tyrum in Syria: ipsi Uticam in Africa, Hipponem, Leptim, aliasque urbes in ora maritima condiderunt: ipsi Thebas in Bœotia duce Cadmo,' &c. Curtius, iv. 19. de Tyro: 'Coloniæ certe ejus pæne orbe toto diffusæ sunt: Carthago in Africa, in Bœotia Thebæ, Gades in oceano.' A Tyriis Thebas esse conditas asseverat, quas Plinius Sidoniis ascribit: ut vicissim Tyriorum partum Leptim Plinius esse statuit, quam a Sidoniis conditam Sallustius pronuntiavit, de bello Jugurth. p. 115. Sed ab iisdem nimirum orti parentibus, Phœnicibus scilicet, Tyrii Sidonique. Uticam a Tyriis conditam Velleius quoque affirmat, lib. I. p. 3. Quo vero id anno

contigerit, dicemus ad xvi. 79.

⁸ *Palætyro*] Παλαίτυρος, (ea vox antiquam Tyrum sonat) quam a Tyro nova distare stadiis xxx. hoc est, pass. ter mille, DCCL. auctor est Strabo, lib. xvi. p. 758.

⁸ *Inde Sarepta*] Σαρεπθὰ Josepho, Antiq. viii. 7. p. 285. medio Tyrum inter et Sidonem intervallo. Hinc Sareptana vidua, iii. Reg. 17. Hactenus editum sic est: *Inde Euhydra, Sarepta*. Sed *Euhydra* nulli Mss. agnoscunt. *Ευοδρα* Strab. lib. xvi. pag. 753. ultra Aradum sita, non est hujus loci.

⁹ *Ornithon*] Medio quoque intervallo Tyrum inter et Sidonem, hoc est, centum utrimque stadiis, sive pass. XII. M. D. *Ὀρνίθων πόλις λεγόμενη, Αἶνιον*, seu mavis *Gallinarum oppidum*, a Strabone colloclatur, lib. xvi. pag. 758.

⁹ *Et Sidon artifex*] Quoniam arenæ vitrarie, de quibus superius dictum, Sidonem deferuntur, ubi fornaces officinæque vitrarie, arenarum fusioni aptæ. Strabo, loc. cit. Hodie *Sayd*.

⁹ *A tergo ejus*] Sidonia.

gentis stadiis Simyram usque porrigitur,^{*} qua Cœle Syria cognominatur. Huic par, interjacente valle,⁹ mons adversus Antilibanus obtenditur, quondam muro conjunctus. Post eum^z introrsus, Decapolitana regio est, prædictæque cum ea tetrarchiæ, et Palæstinæ tota laxitas. At in ora etiamnum subjecta Libano, fluvius Magoras:¹⁰^a Berytus colonia, quæ Felix Julia^b appellatur. Leontos^c oppidum:

////////

codd. recepit Harduinus, eumque secuti recentt.—9 Harduin. 1. in Nota, Harduin. 2. 3. in textu, cum Bipont. et Franz. *interveniante valle*.—10 In ora

NOTÆ

^{*} *Porrigitur*] A Sidone Simyram usque, versus septemtrionem: quæ pars Syriæ, Cœle dicitur, hoc est, Cava.

⁹ *Interjacente valle*] In amphitheatrici formam: claudente vallem a septemtrione, et ab occasu, Libano monte, quem nunc populi incolunt, nova appellatione dicti, *les Druses*. Ab meridie, et oriente, Antilibano, *l'Antiliban*.

^z *Post eum*] Post Antilibanum, versus ortum Solis, Damascus occurrit, et Decapolitana: versus meridiem, laxissimus, hoc est, vastissimus Palæstinæ tractus.

^a *Magoras*] Qui Straboni lib. xvi. p. 756. medio spatio inter Sidonem et Berytum. Nunc vocant incolæ, patria lingua, *la Riviere d'Amour*.

^b *Felix Julia*] Nummus æreus formæ mediocris Trajano Imp. cusus, in Cimelio nostro Parisiensi asservatur, cujus epigraphe, COL. IVL. AVG. FEL. BER. 'Colonia Julia Augusta Felix Berytus.'—'Est unus singularis ex ære magno in Museo D. Abbatis de Fontenu, sic inscriptus: IMP. C. M. OP. SEV. MACRINO. 'Imperatorii Cæsari Marco Opelio Severo Macrino.' Caput laureatum.)(Lupa cum gemellis. Supra, BOS: infra, FEL. Sic interpretatur: 'Berytus

Opeliis Salvis FELIX.' Fuere Macrinus et Diadumenianus ex gente Opelia: utrique obtigerat tutanda Phœnice. Idcirco alludens ad suum cognomen 'Berytus' colonia, 'salvis Opeliis Felicem' se esse ac fore prædicat. Sic in Diocletiani et Maximiani Augustorum nummis, et Constantii et Maximiani Cæsarum legimus, SALVIS. AVGG. ET CÆSS. FELIX KARTHAGO. *Opelios* scripsit Berytus, non Macrinum; ut *Opelios* æque Diadumenianos complecteretur, ac Macrinos: quæ sunt duo Opeliorum cognomina: quemadmodum si 'salvis Borboniis' dixero, omnes ex ea gente, cum ipso Rege, Aurelianenses, Condæos, Contiosque eo nomine comprehendero. Sub effigie Imperatoris sunt literæ quatuor ΔΕ SC. Δημόῦ Εὐχῆ, *Populi Rogatu, Senatus Consulto*. Ab Agrippa Augusti genero deductam coloniam auctor est Strabo l. c. Verius suspicamus a Lucio Sylla Felice collega Augusti Consulis dno decimum: unde illi cognomina Felicis Juliæ Augustæ.' *Ed. sec.*—'Berytensis colonia Augusti beneficiis gratioſa,' inquit Ulpianus, lib. l. Dig. tit. 15. de censibus. Βερύτης Græcis dicitur, producta penultima syllaba: nobis *Barut*, indigenis *Birot*. Olim binominis fuit: nam et Berœam ap-

flumen Lycos:^d Palæhyblos: flumen Adonis. Oppida: Byblos,^e Botrys,^f Gigarta,^g Trieris,^h Calamos:ⁱ Tripolis,^j quam Tyrii et Sidonii et Aradii obtinent. Orthosia,^k Eleutheros flumen. Oppida: Simyra,^l Marathos,^m contraque Aradosⁿ septem stadiorum^o oppidum¹² et insula, ducentos passus^p a continente distans. Regio in qua^q su-

autem subjecta Lib. II. Nagoras Chiffi.—11 Sycarda Chiffi.—12 Codd. Dalec. Vet. ejusdem, et Chiffi. contraque Arados septem stadiorum oppidum; et sic Strab. contraque Aradum Antarados septem, &c. edd. vett. et Gronov. Mox, ducentis passibus Chiffi. II. M. D. pass. Pintian. ex Strabone.

NOTÆ

pellatam esse auctor est Eusebius in Chron.

^c *Leontos*] Λέοντος, vel, ut Scylax, p. 40. et Strabo vocat, lib. XVI. pag. 756. Λεόντων, hoc est, Leonum oppidum.

^d *Lycos*] Straboni, pag. 755. Λόκος ποταμός inter Byblum et Berytum. Mox Byblum sequi deinde dicit Ἀδωνιν ποταμόν, ac postea Παλαίβυβλον, quo ordine a Plinio nunc commemorantur. Canis nomen ei amni fecere nunc indigenæ, la riviere du Chien. Adonidi vero Abrahæ, la riviere d'Abraham.

^e *Byblos*] Βύβλος Stephano, cujus vocis originationem pluribus idem investigat. Hodie Gebail.

^f *Botrys*] Βότρυς πόλις Φοινίκης, Stephano. Indigenis El Batron. Hinc Diagoras Botryensis, de quo dicemus in Auctorum Syllabo.

^g *Gigarta*] Strabo, lib. XVI. p. 755. Βόστρα (lego Βότρυν,) καὶ Γίγαρτον, inter oppida numerat, quæ sunt subjecta Libano. In Notitia Eccles. Prov. Phœnicix, Γίγαρτα κόμη.

^h *Trieris*] Τριήρης χωρίον τι Straboni, pag. 754. πόλις est Stephano, pag. 664.—' Hinc sunt Trieres appellati a Daniele Propheta XI. 3. ut acute vidit Vulgatus Interpres.' Ed. sec.

ⁱ *Calamos*] Has eodem ordine ap-

pellat Polybins, lib. v. p. 574. Βηρυτὸν, Βότρυν, Τριήρη, καὶ Κάλαμον.

^j *Tripolis*] Mela concise I. 12. 'Tria oppida fuerunt, singulis inter se stadiis distantia: locus ex numero Tripolis dicitur.' Plinio Strabo suffragatur, loc. cit. Nunc Tripoli de Syrie.

^k *Orthosia*] Ὁρθοσιὰς Straboni, p. 753. juxta Ἐλεῦθερον amnem, quem hodie aiunt Sanctum vocari, le Fleuve Saint. Urbem 'Orthosida sacram' appellat Priscianus in Periegesi, pag. 389. In nummis, ΟΡΘΩΣΙΕΝΝ.

^l *Simyra*] Σίμυρος, τὰ Σίμυρα, Stephano, et Straboni, lib. XVI. p. 753. Simyra castellum, Melæ loc. cit.

^m *Marathos*] Μάραθος πόλις ἀρχαία Φοινίκων κατεσπασμένη, vetus Phœnicum civitas, nunc diruta, inquit Strabo, loc. cit. Restituta posterius, hodie Tortosa dicitur.

ⁿ *Contraque Arados*] Hoc est, ex adverso Marathi oppidi Arados insula in alto objacet, cum oppido. Vide Notas et Emend. num. 48.

^o *Septem stadiorum*] Hoc ipsum de Arado insula oppidoque, Strabo lib. XVI. pag. 753.

^p *Ducentos passus*] Strabo, stadia XX. quæ efficiunt passus bis mille et ducentos.

^q *Regio in qua*] Transcribit hæc

pradicti desinunt montes, et interjacentibus campis, Barygylus mons incipit.

XVIII. Hinc rursus^a Syria, desinente Phœnice. Oppida: Carne, Balanea, Paltos, Gabale:^b promontorium, in

NOTÆ

Martianus, lib. vi. cap. de Arabia et Syria, pag. 220.

^a *Hinc rursus*] Hinc appellari rursus Syria incipit, etiam in ora, ubi Phœnicæ desinit. Phœniciæ tamen, Carne, Balaneaue a Stephano ascribuntur. *Κάρνη, πόλις Φοινίκης*. Et, *Βαλανέαι, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Λευκάς*. Utraque Aradiorum ditionis est, cum Palto, teste Strabone, lib. xvi. p. 153. *ἡ τῶν Ἀραδίων καλαὴ Πάλτος, καὶ Βαλαναί, καὶ Κάρνος τὸ ἐπὶ τῆς Ἀράδου, Aradiorum navale*.—‘ Syria hæc maritima est, cujus mentio est in nummis tribus Egnatiæ gentis, perperam (opinor) hactenus intellectis. Sunt ii argentei in Museo nostra, et apud Patin. in Famil. p. 103. Primus exhibet Cupidinis caput alatum, cum pharetra et arcu; symbolum Principis amici ac fœderati, pro sociis bellum gerentis. Epigraphæ retro, *MAX-SVMVS*.)(. Templum in quo Jupiter stat, supra templum posito fulmine parte dextra, qua stat ille: et e regione, Astaroth Dea Sidoniorum, uti appellatur iv. Reg. xxiii. 13. cum pileo, indice libertatis, supra templum similiter posito, parte sinistra, ita ut Deæ vertici immineat. Infra c. *EGNATIVS CN. F.* latere sinistro *CN. N.* ‘ Cnei filius, Cnei nepos.’ Dextro denique, xii. denarii pretium, quod tunc fuit assium duodecim. Alter habet caput Concordiæ: retro, Cupido alatus, veluti stringit Deæ monile, *son collier de perles*. Retro, *MAX-SVMVS*.)(. Imperator in curru bijugo, Victoria supervolitante, et coronam porrigente. Infra c. *EGNATIVS CN. F. CN. N.* Tertius exhibet caput Libertatis: retro, pileus est, liberta-

tis index: retro, *MAX-SVMVS*.)(. Inter duos temones, qui sint situs ad mare indices, stant Jupiter et Astaroth, cum hastis, Jove pedem proræ navis imponente; Victoria Deam Astaroth coronante. Infra, c. *EGNATIVS CN. F.* latere sinistro, *CN. N.* Pro Jove et Astaroth, quidam hic arbitrantur Honorem et Virtutem pingi; et *MAX-SVMVS* scriptum esse pro *MAXIMVS*; atque istud cognomen fuisse gentis Egnatiæ. Sententia his literis comprehensa hæc est: ‘ *Maxima Severi Victoria, Maritimæ Vota Syriæ*.’ Hæc illa est, quæ in nummis Severi Imperatoris, *VICT. PARTH. MAX.* ‘ Victoria Parthica maxima’ inscribitur: quæ pulsus nimirum Parthis urbes Syriæ maritimas, alioqui liberas, Romano revinxit Imperio, atque, ut ita dicatur, Jovi Capitolino Astaroth Syrorum Deam reconciliavit. Nam id ea numina in nummis picta significant; ut temones et proræ navium urbes maritimas denotant. Liberas eas fuisse pileus bis signatus admonet. Quam ob causam Virgilius cecivit in laudibus Augusti: ‘ *Victorque Volentes per populos dat jura*.’ Egnatius Triumvir Monetalis fuit, et (ut gloriatur) filius ac nepos Triumviri.’ *Ed. sec.*

^b *Gabale*] Oppidula Laodiceæ proxima a Strabone hæc numerantur, lib. xvi. pag. 753. *Τῇ γὰρ Λαοδικείᾳ πλησιάζει πολὺν, τὸ τε Ποσειδών, καὶ τὸ Ἡράκλειον, καὶ τὰ Γάβαλα*. Hinc Imperatori Elagabalo factum nomen, quæ vox Gabalitarum Deum sonat: quod esset Solis sacerdote geditus, ut fabulantur. Hodie *Jably*.

quo Laodicea libera,^c Diospolis,^{1 d} Heraclea, Charadrus,^e Posidium.

(XXI.) Deinde promontorium Syriæ Antiochiæ.² Intus ipsa Antiochia^f libera, Epidaphnes^g cognominata, Oronte^h

////////

CAP. XVIII. 1 *Dipolis* Chiff. — 2 Ita ex codd. emend. Harduin. eumque secuti recentt. *D. p. S. Antiochenæ* edd. vett. et Gronov. Deinde *Syriæ Antiochiæ*, nulla promontorii mentione, cod. et Vet. Dalec. Mox, *Epihanes*

NOTE

^c *Laodicea libera*] Hi sunt *Λαοδικεῖς οἱ παρὰ λίαν*, *Laodicensēs maritimī*, apud Joseph. Bell. Jud. i. 16. pag. 748. Horum est nummus ille, apud D. Vailant, in *Histor. Regum Syriæ*, pag. 262. *ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΙΟC ΘΑΛΑCΚΑΝ*. 'Laodicensium qui sunt ad mare.' A Seleuco Nicatorē condita, ac de matris nomine appellata. Sic Antiochiam *ἐπὶ Δάφνῃ* patris Antiochi, Seleuciam suo, Apameam matris nomine insignivit. Strabo lib. xvi. pag. 749. Ulpianus, lib. l. Digest. tit. 15. de Censibus: 'Laodicea in Syria juris Italici est, et solum earum.' Hodie *Latakīē*.

^d *Diospolis*] Mss. omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiff. *Dipolis*. Cave enim existimes hanc esse Diospolin Palæstinæ, cuius sedis Episcopi in Conciliis sæpe subscribunt, cuius apud Antoninum mentio, ceterosque: hæc enim haud procul Ascalone et Cæsarea Palæstinæ fuit, Lydda prius, ut cap. 15. monuimus, appellata. — 'De Heraclea diximus in libro de Nummis Antiquis Populorum et Urbium.' *Ed. sec.*

^e *Charadrus*] Quoniam id oppidum in confinio Ciliciæ Syriæque est, Ciliciæ a Scylace, pag. 38. Stephanoque ascribitur. *Χαράδρος λιμὴν καὶ ἐπίγειον Κόλκας*.

^f *Antiochia*] Cognomento etiam alio *ἐπὶ τοῦ Ὀρόντου*, ad *Orontem*, dicta, Ptolemæo v. 15. ab eo amne, qui eam

Delph. et Var. Clas.

urbem præterfluit. Incolis nunc *Ἀντεκίε*. A mari unius diei navigatione adverso flumine distare auctor est Strabo, lib. xvi. pag. 751. Liberam fuisse, id est, suis, non Romanis, vixisse legibus, docet nummus antiquus apud Spanhem. p. 789. *ANTIOXΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. ΑΥΤΟΝΟΜΟΤ*.

^g *Epidaphnes*] *Ἐπὶ Δάφνης*. Straboni, lib. xvi. pag. 749. *Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ*. In nummo æreo minoris formæ, Musei nostri Parisiensis, *ANTIOXΕΩΝ ΤΩΝ ΠΙΟC ΔΑΦΝΗΝ*. Est autem Daphne, inquit Strabo, vicus modicus ab Antiochia stadiis xl. situs: ubi fana Apollinis et Dianæ, cum asylo. Stephano suburbium est, ad orientem Antiochiæ. — 'Non est huic Daphnæ locus in nummo Constantiniani Max. inscripto *CONSTANTINI ANADAFNE*. Est is ex ære minimo perquam affabre factus in Museo nostro: parte priorē, *CONSTANTINVS MAX. AVG.* capite cincto lapillis. Parte altera Victoria sedens, dextra laurum, sinistra palmam tenet: e regione tropæum, ad pedes miles prostratus, cum allata inscriptione. Non est hic *DAFNE* pro *δάφνῃ*, *laurus*: cum neque Græca vox jungi cum Latina debuerit, nec scribi per F: nec denique pro victoria scribi *laurus* Latine possit. Delineatur hic nummus in Constantinopoli Christ. Tab. III. et apud Patinum, p. 466. sed divisim perperam *ANA DAFNE*: pejus etiam

Plinius.

3 P

amne dividitur. In promontorio autem Seleucia¹ libera, Pieria appellata.

(XXII.) Super eam mons eodem, quo alius,² nomine, Casius. Cujus excelsa³ altitudo quarta vigilia⁴ orientem per tenebras Solem aspicit: brevi circumactu⁵ corporis, diem noctemque pariter ostendens. Ambitus ad cacumen XIX. M. pass. est: altitudo per directum, IV. At in ora amnis Orontes, natus inter Libanum et Antilibanum juxta Heliopolin.⁶ Oppidum Rhosos:⁷ et a tergo Portæ, quæ

NOTÆ

in Thesaurο Brandenburgico p. 803. puncto inserto post ANA. cum in ipso numismate conjunctissimæ literæ sint, velut unica voce, ANADAFNE: nimirum hac sententia; 'CONSTANTINI Augusti Nostri Adventus Adjungit Feliciter Narbonensibus Ebrodunenses: ' captis prædonibus, qui interjacentem regionem excursionibus infestam haberent. Infra 'cons. Civitates Omnes Narbonensis Secundæ: ' nempe ubi nunc est Delphinatus cum Provincia.' *Ed. sec.*

¹ Oronte] 'Ορνόν Straboni, lib. xvi. pag. 751.

² Seleucia] Nummus Severi, apud Patinum, pag. 282. CEΛETKEQN ΠI-EPIAC. Alter Caracallæ, p. 304. CE-ΛETKIAC ΠI-EPIAC. Alii item Trajani, pag. 180. et Antonini, pag. 228. In quibus insculptus cernitur mons ipse Casius, urbi proximus, quem Jovem Casium appellabant: CEΛETKEQN. Π. CTPIAC. ZETC. KACIOC. Hoc est, Ζελευκίων Πιερίας Κυρίας. Ζεὺς Κόσμιος. Porro Πιερία ὄρος mons est prope Casium, a quo Seleuciæ oppido ac regioni nomen. Ptolem. v. 15. Straboni mons Anticasius appellatur. Ejecto e Syria Tigraue, Seleuciam libertate Pompeius donavit, teste Strabone, lib. xvi. p. 751. Testis et nummus apud Spanhem. p. 782. CE-ΛETKEQN THC IEPAK KAI ATTONO-

MON.

³ Quo alius] In confinio Ægypti et Syriæ positus, de quo cap. 14.

⁴ Cujus excelsa] Narrat id quoque Solinus iisdem verbis, cap. 36. pag. 65. et Martianus, lib. vi. pag. 220.

⁵ Quarta vigilia] Ternis horis ante Solis exortum. Eadem ferme non de Casio, sed de Caucasο monte refert Arist. Meteorol. i. 13. p. 545. Ac de Caucasο quidem id vere a Philosopho dictum esse, probat egregie Cabens, in Meteorol. i. text. 63. pag. 388. At Pomponius Mela i. 10. pag. 14. Casio id quidem tribuit, non tamen Antiocheno, sed Ægyptio. Item Lucanus, x. 434. 'Lucifer a Casia prospexit rupe, diemque Missit in Ægyptum primo quoque Sole calentem.'

⁶ Circumactu] Globosi verticis parte altera lucem, altera tenebras ostendente.

⁷ Heliopolin] 'Ηλιόπολις Ptolemæo, v. 15. in Syria Cœle, vel, ut alii codices habent, in Decapolitana. Ab Antonino medio ferme itinere ponitur inter Laodiceam et Damascum: utrimque circiter mill. pass. lx. Haud procul Apamea, a Strabone, lib. xvi. p. 752.

⁸ Rhosos] 'Ρῶσος Stephano: Strab. lib. xvi. p. 751. 'Ρῶσος inter Issum Ciliciæ oppidum et Seleuciam.

Syriæ^p appellantur, intervallo Rhosiorum montium et Tauri. In ora oppidum Myriandros:^q mons Amanus,^r in quo oppidum Bomitæ. Ipse ab Syris^s Ciliciam separat.

XIX. (XXIII.) Nunc interiora dicantur. Coele^a habet Apamiam,^b Marsya amne^c divisam a Nazerinorum^d tetrarchia: Bambycen,^e quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris vero Magog:^f (ibi prodigiosa Atargatis,¹ Græcis

//////////

cognominata cod. Dalec.—3 *Ipse ab Assyriis* in eodem codice.

CAP. XIX. 1 *Atargatis* Vet. Dalec.—2 *Chiffi. colit.*—3 *Cyrrhistica* Gronov.

NOTÆ

^p *Portæ, quæ Syriæ*] Sic angustias vocat, inter Tauri montis partem, Rhossicumque scopulum, de quo Ptolem. v. 15. qua transitus aditusque est in Syriam a Cilicia, et Myriandros. *Συρία πύλαι*, Ptolem. loc. cit. et Strab. lib. xiv. p. 676.

^q *Myriandros*] *Μυριανδρος* Scylaci, p. 38. in Syriæ Ciliciæque confinio. Hodie *Candelona*.

^r *Amanus*] Quo de monte Cicero multa ad Attic. v. 20. p. 150. Hic enim castra posuit: hinc nomen Imperatoris obtinuit. 'Amanus,' inquit, 'Ciliciam a Syria aquarum divortio dividit.'

^a *Cœle*] Syria Cœle, *Κόλη Συρία*, Syria Cava, quoniam inter editissimos montes, Libanum, Antilibanumque, depressa et humilis.

^b *Apamiam*] *Ἀρραμεία* Græcis, indigenis, *Haman*, ad Orontem sita, Strabone teste lib. xvi. p. 752.

^c *Marsya amne*] Apameam ab oriente circumit, ac demum in Orontem labitur. Hunc esse arbitror quem Græci ob similitudinem aliquam cum amne Macedonico Axium appellarunt: unde nammus extat apud D. Vaillant, de Hist. Regnum Syriæ, p. 261. cum epigraphe, ΑΠΑΜΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΤΩ. ΑΞΙΩ.

^d *Nazerinorum*] Quos, ut arbitror,

Apamiensium ab ortu vicinos, juxta Marsyam, Strabo facit, pag. 753. et *Φυλάρχους Ἀραβας* vocat. Ab his profecti qui versus occasum refugientes, Marsyam Orontemque transgressi, inter Orontem amnem ab ortu, mare mediterraneum ab occasu, Marathum Tortose a meridie, a septemtrione Laodiceam, montes incolunt, priscumque retinent nomen, *les Nassaries*.

^e *Bambycen*] *Βαμβύκη* Straboni, lib. xvi. pag. 751. Plutarch. in Anton. *Ἰερὰν πόλιν, ἣν Βορβύκην* (lege *Βαμβύκην*) *πρότερον ἐκάλουν*. A Seleuco Hierapolim esse appellatam, auctor est Elian. Hist. Anim. xii. 2.

^f *Magog*] A filio Japheth. Nomen id hodieque servare dicitur.—'Ut autem apud Plinium civitas una e primariis Syriæ Cœles Magog appellata fuisse dicitur, sic apud Ezech. cap. xxxviii. 'Gog terra Magog' gens ipsa Cœles Syriæ est, oriunda a Magog filio Japhet: cuius gentis exercitus penitus interiisset, Nabachodonosor victoria, ab Ezechiele l. c. dicitur, anno ante Christum 573. desolationis templi quartodecimo: anno antequam Nabachodonosor Tyrum expugnaret, ut Ezechielis capite sequente narratur.' *Ed. sec.*

autem Derceto dicta, colitur : ²) Chalcidem ^h cognominatam ad Belum, ¹ unde regio Chalcidene fertilissima Syriæ. Et inde ^j Cyrrhestice ³ ^k Cyrrhum : Gazatas, Gindarenos, ¹ Gabenos : ^m tetrarchias duas, quæ Granucomatæ ⁴ ⁿ vocantur. Emesenos, ^o Hylatas, Ituræorum ^p gentem, et qui ex iis

//////////

et edd. vett. Mox, pro Gazatas, cod. Dalec. *Irneazates*. Pro Gindarenos, Vet. Dalec. *Gindaneos*.—4 Chiffl. *Granocumatia*. Mox, *Hemisenos* Gronov.

NOTÆ

² *Atargatis*] Strabo, lib. xvi. pag. 748. de Hierapoli, ἐν ἡ τιμῶσιν, inquit, τὴν Συρίαν θεὸν τὴν Ἀταργάτιν. Et p. 786. eandem appellatam esse a Ctesia Δερκετὸν docet : ab aliis Ἀθάραν. Forte pro Ἀσθάραν. Est enim id nomen quod sacræ paginæ Astaroth vocant. Prodigiousam appellat, quod facie hominis esset, reliquo corpore in piscem desinente. Ovid. Met. iv. 44. 'De te, Babyloniam, narret, Derceti, quam versa squamis velantibus artus Stagna Palæstini credunt celebrasse figura.' Alii Atargatim, sive Atergatin, muliebri plane forma fuisse aiunt, et Matrem esse Deum. Quo spectare videtur nummus æreus, mediæ formæ, Musei nostri Parisiensis, Antonino Pio Principe cusus, cum hac epigraphe, ΘΕΑC. CΥΠΙΑC. ΙΕΡΟΠΟΛ. hoc est, Θεὰς Συρίας Ἱεροπολιτῶν, quam Rheam esse Phurnutus interpretatur, lib. de Nat. Deor. p. 9. —'Sed prave : nam Θεὰ Συρίας Ἱεροπολιτῶν Latine verti debet, *Prænobilis civitas Syriæ, Hieropolitarum civitas.*' Ed. sec.

^h *Chalcidem*] Χαλκὶς Συρίας Stephanus, et Ptolem. v. 15. A Beræa M. P. xviii. apud Anton. Regio ipsa ἡ Χαλκιδικὴ dicta Straboni, lib. xvi. p. 753. et Ptolém. In Conc. CP. i. 'Eusebius Chalcidensis, ex Prov. Cæles Syriæ.'

¹ *Ad Belum*] Πρὸς Βήλφ. Montis id nomen esse videtur.

^j *Et inde*] Versus septemtrionem, Amano monti et Commagenæ contigua, Strabo, lib. xvi. p. 751. Cicero ad Attic. v. 18. p. 147. 'Cyrrhestica Syriæ pars proxima est provincie mææ,' nempe Ciliciæ.

^k *Cyrrhestice*] Κυρρηστική Ptolemæo, v. 15. Κυρρηστική, Straboni, lib. xvi. p. 751. Nummus æreus mediocris formæ, sub Antonino Pio cusus, in Museo nostro Parisiensi extat, cum epigraphe, ΚΥΡΡΗCΤΩΝ. Videtur Cyrrhestice ea esse, quæ Amos ix. 7. 'Cyrene' vocabatur : eademque 'Lyba,' Judith. iiii. 1. Regioni nomen ab oppido, quod Κύρρος Ptolemæo : Tacito item, Annal. ii. pag. 60. In Conc. Calched. Κύρος. Theodoretus hæc sedes fuit : qui bidui itinere distare illam ait ab Antiochia, in Hist. Eccles. A Beræa Antoninus xlii. M. P. Hodie Kelles. Vide Notas et Emend. num. 49.

¹ *Gindarenos*] Γίνδαρος ἀρχή πόλις τῆς Κυρρηστικῆς, *arx Cyrestice regionis*, Straboni, lib. xvi. p. 751. 'Petrus Gindarensis,' ex Prov. Syriæ Cæles, in Conc. Nic. i. p. 51.

^m *Gabenos*] 'Bassonus Gabenus,' ex Prov. Syriæ Cæles, in Conc. Nic. i. p. 52.

ⁿ *Granucomatæ*] Γράνου κυμήται, quasi Grani pagani, sive e Grani pagis.

^o *Emesenos*] Ἐμεσηνοὺς appellat Strabo, p. 753. ab Emesa oppido, de quo cap. 21. De Hylatis, ceteri silent.

Bætarrēni^q vocantur: ⁵ Mariammitanos: ^r tetrarchiam, quæ Mammisea^s appellatur: Paradisum,^t Pagras,^u Pinaritas,^v Seleucias præter jam dictam ⁶ duas, quæ ad Euphraten,^x et quæ ad Belum^y vocantur, Cardytenses.⁷ ^z Reliqua au-

et edd. vett. Deinde, *Heliatas* Vet. Dalec.—⁵ *Betaceni* vocantur codd. et Vet. Dalec. *Bethemi* appellantur Chiffi. Mox, *Mariammitanos* Chiffi.—⁶ *Seleuciam* præter jam dictas Chiffi.—⁷ *Carditenses* Gronov. et edd. vett.—⁸ *Epiphanienses* in iisdem.

NOTÆ

Forte *Heliatas* ab Heliopoli legendum Barbarus suspicatur, cui vix assentior.

^p *Ituræorum*] *Ἰτουραίων ἀρεινῶν*, montana *Ituræorum*, haud procul Chalcidene statuere Strabo videtur, p. 753. et 755. Tetrarchia Iturææ, Luc. III. juxta Trachonitis, ex eodem Strab. p. 753. et 756.—^r Hujus Philippi nummus est singularis ex ære minimo apud D. Abbatem de Fontenu, ex Regia Academia Inscriptionum Humaniorumque literarum. Ex una parte caput Augusti laureatum exhibet ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΤ. Ex altera templum est, cujus inter columnas literæ sunt Λ. ΑΓ: in ambitu ΦΙΑΙ... ΤΕΤΡΑΡΧΟΤ. Est annus ille XXXIII. post Asiam receptam, incidens in annum Christi tertium, urbis Romæ DCCCLVI. usque ad Septembrem: quo anno prior Herodes diem supremum obiit, ut ex Evangelio necesse est colligi. Is primus videtur Philippi Tetrarchæ fuisse: quo propterea ad clientelam suam profitendam hunc nummum Augusti honori cudi fecit. Nullus certe ante hunc annum visus est Philippi nomine nummus percussus. *Ed. sec.*

^q *Bætarrēni*] Vide Notas et Emend. num. 50.

^r *Mariammitanos*] In Notitia antiqua Eccles. Provinciæ Syriæ secundæ, p. 58. *Ἐπιφάνεια, Μαριαμμη, Σελευκόβηλος*. In Conc. Calched. pag. 483. 'Paulus Episcopus Mariamnæ

Syriæ secundæ.'

^s *Mammisea*] Vide Notas et Emend. num. 51.

^t *Paradisum*] Παράδεισος πόλις Συρίας Stephano. Laodiceus regionis a Ptolemæo ascribitur, v. 15.

^u *Pagras*] Juxta Gindarum, de qua proxime dictum est. Strabo, lib. XVI. p. 751. *τῇ δὲ Ἰωδάφῃ συνάπτουσα αἰ Πάγρας*, prope Amani transitum, quæ ex portis Amanidibus appellatis in Syriam itur.

^v *Pinaritas*] Πίναρα, juxta Pagras, in Pieria, apud Ptolem. v. 15. unde Πινάρται.

^w *Jam dictam*] Cap. sup.

^x *Ad Euphraten*] Cujus sedis Episcopus fuisse videtur Byzus Seleuciensis, cujus subscriptio legitur in Conc. CP. I. p. 955. inter Episcopos Provinciæ Syriæ Cæles, cum Apa-meense, Epiphaniense, et Seleucobelitano.

^y *Ad Belum*] Montis id nomen, ut videtur. *Σελευκίας πρὸς Βήλῳ* meminit Ptolemæus, in Cassiotide, v. 15. inter Antiochiam et Larissam. In Conc. CP. I. p. 955. 'Marcianus Seleucobelitanus.' In Conc. Calched. Act. IV. p. 487. 'Eusebius Episcopus Seleucobeli, Syriæ secundæ.' *Σελευκόβηλος* Stephano, p. 592.

^z *Cardytenses*] Ab oppido, de quo Stephanus, pag. 356. *Καρδύτις, πόλις Συρίας μεγάλη*, ex Hecatæi periegesi Asia: *τὸ ἐθνικὸν Καρδύτιος*.—'Tamen series literarum poscere videtur, ut

tem Syria habet, (exceptis quæ cum Euphrate dicuntur,^a) Arethusios,^b Berœenses,^c Epiphaneenses.^d Ad orientem Laodiceos, qui ad Libanum^e cognominantur, Leucadios,^f

NOTÆ

legatur, *Tardytenes*.’ Ed. sec.

^a *Dicuntur*] Cap. seq.

^b *Arethusios*] In Notitia antiqua Ecclesiastica, Provinciæ Syriæ secundæ, oppida hæc recensentur: Ἀρθέμεια, Λαρίσσα, Ἐπιφάνεια, Ἀπέθουσα, κ. τ. λ. Antoninus, in itinere ab Antiochia Emesam, ab Epiphania Arethusam collocat xvi. M. P. pari ab Emesa intervallo.

^c *Berœenses*] Ab urbe, quæ Beroa Antonino, in Cyrrhestice. Græcis Βέρροια, Βέροια, et Βερρόη, teste Stephano. In Conc. CP. i. pag. 955. ‘Acacius Berœensis,’ ex Provinc. Syriæ Cœles. Hodie *Alep*, emporium Orientis celeberrimum. Qui hodie Græci Episcopi Aleppi sedem habent, ‘Episcopi Berœenses’ subscribunt. Nicetas Chron. in Joan. Conn. pag. 19. Ἐπιστὰς δὲ τῇ Χάλεπ, τὸ δ’ ἐστὶν ἡ πόλις λεγομένη Βέρροια. Nicephorus Callist. xiv. 39. p. 526. ἀπὸ Βερρόλιας, εἴη δ’ ἂν αὕτη τὸ Χάλεπ. Sic etiam Zonaras et Cedrenus.— Ad hanc Berœam pertinent nummus Antonini Pii ex ære magno apud Oiseilium, Tab. LXV. n. 7. cujus in aversa parte stat Dea turrito capite, dextra canistrum tenens, sinistra cornucopiæ; pede calcit hominem in fluvio natantem; id quod situm urbis ad amnem denotat. Inscriptio est, SYBELE. In area, hinc S. et inde C. *Senatusconsulto*. Hic Cybelem frustra quæerunt, sive Matrem Deum, cum nullus hic adsit leo, Matris Deum in nummis comes. Lege: ‘SYRIACA BERœa Legionem Excepit.’ Gallice: *La ville de Berée en Syrie a reçu en garnison une Legion Romaine*. Syriaca Berœa vocatur, ad discrimen Berœæ

alterius, quæ est in Macedonia, apud Plin. iv. 17. Legionem Romanam excepisse dicitur, quæ tutaretur cives ac mercatores a Parthis et Arabibus, eosdem Romanis subjectos contineret. Confer ejusdem Antonini Pii nummum inscriptum: SYRIA COS. II. Sunt ejusdem et Græci nummi inscripti, ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ. Sed post eum nulli. Aleppi hodie amnis est exiguus, qui mœnia præterfluit: quem *Coic* incolæ vocant. Hic in nummo priore designatur, cum vir natans pingitur: aut Berœa dici non debet esse Aleppum, sed alia quæpiam civitas, quam fluvius eo paulo major allueret. Neque enim de situ veteris Berœæ Geographi omnes consentiunt; tametsi in eo tractu incolæ Aleppum esse asseverant.’ Ed. sec.

^d *Epiphaneenses*] Larissam inter et Arethusam, pari utrimque xvi. M. P. intervallo disjuncta, Epiphania collocatur, ab Antonino in Itiner. In Conc. Nic. i. p. 51. ‘Mauricius Epiphaneensis,’ inter Episcopos Provinciæ Syriæ Cœles. In Conc. CP. i. p. 955. ‘Eusebius Epiphaniensis.’

^e *Qui ad Libanum*] In nummis Caracallæ, ΛΑΟΔΙΚ. ΠΡΟΚ. ΛΙΒΑΝ. A Laodicea libera, sive maritima, de qua diximus sect. sup. ut cognomine, ita et situ, Laodicea hæc diversa.

^f *Leucadios*] De hac Leucade Asiatica ceteri scriptores silent. Sunt hæc a Macedonibus, dum rerum in Asia potirentur, Græca urbibus imposita nomina, quibus sua jam essent alia Syra et vernacula. Nam id de Larissa Stephanus docet, pag. 410. Λάρισσα Συρίας, ἣν Σύροι Σίσαρα καλοῦσιν.

Larissæos,^s præter tetrarchias in regna descriptas barbaris nominibus xvii.

xx. (xxiv.) Et de Euphrate hoc in loco dixisse aptissimum fuerit. Oritur^a in præfectura Armeniæ majoris Caranitide,^b ut prodidere ex iis, qui proxime viderant,¹ Domitius Corbulo, in monte Aba,^c Licinius Mucianus sub radicibus montis, quem Capoten^d appellant, supra Zimaram,^e xii. m. pass. initio Pyxurates nominatus. Fluit Derxenem^f primum, mox Anaiticam,² Armeniæ^h regiones a Cappadocia excludens. Dascusa abest a Zimara lxxv.

CAP. xx. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *viderunt* Gronov. et edd. vett. Mox, in monte Aga Chiffi. Paulo post, *supra Simyram* Gronov. et edd. vett.—2 *Anaitiam* Jo. Gorop. ap.

NOTE

^s *Larissæos*] Vicinam Apameæ Larissam facit Strabo, lib. xvi. p. 752, mediam inter Apameam et Epiphaniam Antoninus. In Conc. Nic. i. pag. 51. 'Leontius Larissæus,' inter Episcopos Provinciæ Syriæ Coeles. In Notitia Eccles. Hieroclis, p. 58. Syriæ secundæ ascribitur, ut et 'Ἐριφάχεια et 'Αρθέουσα. In contestatione Orientalium ad S. Cyrillum, inter Epistolas Theodreti, 'Julianus Episcopus Larissæ Syriæ Secundæ.'

^a *Oritur*] Habet hæc Solinus, cap. 37. p. 66.

^b *Caranitide*] Ipsa est quam Καρηνίτις Strabo vocat, lib. xi. p. 528. minori Armeniæ a quibusdam attributa: adjuncta deinde majori est.

^c *In monte Aba*] Straboni, lib. xi. pag. 527. ac Ptolemæo, v. 13. 'Αβος appellatur, unde Euphrates prolabitur, Araxesque. Mss. tamen, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffi. habent, *In monte Aga*: et Eustathio quidem in Dionys. p. 125. dicitur 'Ακος ὄρος.

^d *Capoten*] Ita etiam Solinus, loc. cit. *Capodem* Martianus legit, lib. vi.

cap. de Euphrate, p. 220. *Capoten* in libro de Mensura orbis terræ Ms. legitur.

^e *Supra Zimaram*] Quæ Ptolemæo Armeniæ minoris civitas dicitur. Vide Notas et Emend. num. 53.

^f *Derxenem*] Ita etiam Mss. Sed multo rectius arbitror *Xerxenem*, *Ξερξην*, ut Straboni, lib. xi. pag. 528. Stephano, *Ξερξήν* a Xerxe dicta regio, ut a Cambyse Cambyse: Armeniæ minori contermina: *Ξερξήν* . . . τῇ μικρῇ Ἀρμενίᾳ συνορος.

^g *Anaiticam*] A cultu Deæ 'Αναϊτίδος, cui præcipue addictos fuisse Armenios docet Strabo, lib. xi. p. 532. nomen regioni factum videtur, vel loco potius in quo ejus Deæ fanum fuit: de quo rursum Plin. xxxiii. 24. 'Templum Anaitidis,' inquit, '(quo sit situ terrarum nomen hoc significavimus,) numine gentibus illis sacratissimo.'

^h *Armeniæ*] Majoris scilicet Armeniæ, a Cappadociæ parte, quæ minori Armeniæ ascripta aliquando est, majori prætenta, ut dicitur, vi. 3.

m. pass. Inde navigatur Pastonam,³ i quinquaginta m. passuum: Melitenen^j Cappadociæ, xxiv. mill. passuum. Elegiam^k Armeniæ^k decem mill.^l passuum, acceptis fluminibus Lyco,^m Arsania,ⁿ Arsano. Apud Elegiam occurrit ei Taurus mons: nec resistit,^o quanquam xii. mill. pass. latitudine prævalens.⁵ Omiram^p vocant irrumpen-



Dalec. *Anatiam* Gronov. et edd. vett.—3 *Sartonam* Chiffi. et mox in eodem, *XXIV. mill. passuum*, quam lectionem recepit Harduinus, cum antea legere-
tur, *LXXIV. mill. passuum*.—4 *Elegeam* Chiffi.—5 Vet. Dalec. *tanquam XII. M. p. latitudine perforata prævalenti*; alii codd. ap. eund. *nec resistit*

NOTE

¹ *Pastonam*] R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. *Sartonam*.

^j *Melitenen*] Quæ minoris Armeniæ metropolis dicitur Procopio bell. Pers. lib. 1. Ammianus, lib. xix. p. 144. 'Exindeque Melitinam minoris Armeniæ oppidum venimus:' quod iterum repetit, lib. xx. p. 172. Apud scriptores belli sacri, 'Malotina' scribitur. De ea rursum vi. 3. Vide Notas et Emend. num. 53.

^k *Elegiam Armeniæ*] Et idcirco trans Euphratem posita intelligitur, ut Melitene e contrario cis amnem eum, quia Cappadociæ ditionis. Stephanus, pag. 257. 'Ἐλέγεια, χωρίον πέραν Εὐφράτου.'

^l *Decem mill.*] Infra Melitenen, ad amnis ripam.

^m *Lyco*] De Lyco, qui in Euphraten influat, nemo alius. Neque enim aut Ptolemæi *Λευκός*, aut Curtii Lycus huc pertinet, ut falso existimavit Ortelius: nam is Assyriæ amnis est, in Tigrinique delabitur.

ⁿ *Arsania*] *Ἀρσανίας ποταμός* Dioni, lib. Lxii. p. 710. et Plutarch. in Lucullo, pag. 513. De Arsano ceteri scriptores silent.

^o *Nec resistit*] Nec mons, inquit, amni resistit, namque eum perfringit Euphrates, etsi latum ea parte xii.

millibus pass. Sive, Taurum intrat Euphrates, penetratque, per latitudinem xii. millium. Solinus hæc quoque iisdem verbis, cap. 37. p. 66.

^p *Omiram*] R. 1. aliique Mss. *Omnam*. Et mox, *saxuosum* pro *saxosum*.—In libro Judith, ii. 12. dicitur Holofernes, 'cum pertransisset fines Assyriorum venisse ad magnos montes Ange qui sunt a sinistro Ciliciæ.' Hic est mons Taurus. 'Fines' autem 'Assyriorum,' ipse amnis Euphrates ibi est, ubi nondum Euphrates, sed *Omirus* vocabatur. Quam ob causam accuratus scriptor maluit 'fines Assyriorum' dicere, quam Euphratem. Assyria eo ævo dicebatur, ut ostendimus in Tractatu de Situ Paradisi terrestri, quæ nunc Mesopotamia est. Versu deinde 14. ubi legitur de eodem Holoferne: 'et transivit Euphratem, et venit in Mesopotamiam Syriæ, et fregit omnes civitates excelsas, quæ erant ibi, a torrente Mambre, usque quo perveniatur ad mare,' mediterraneum scilicet, 'torrens Mambre' videtur ipse Euphrates esse, 'ubi' Taurum montem 'perfrigit,' ut ait Plinius, 'tum quoque et saxuosus et violentus.' *Ed. sec.*

tem : mox, ubi perfregit, Euphraten :⁶ tum quoque saxosum⁷ ac violentum. Arabiam inde læva,^q Oreon^r dictam regionem, trischœna^s mensura, dextraque^t Commagenem determinat, pontis tamen, etiam ubi Taurum expugnat, patiens. Apud Claudiopolim Cappadociæ^u cursum ad occasum Solis agit. Primum hunc^v illi in pugna Taurus aufert :⁸ victusque et abscissus sibimet, alio modo vincit, ac fractum expellit in meridiem. Ita naturæ dimicatio illa æquatur, hoc eunte^w quo vult, illo prohibente ire qua velit. A catarractis^x iterum navigatur; XL. M. passuum inde^y Commagenes caput Samosata.^z

aque prævalenti.—6 Tolet. *perfregit cornu Euphraten.*—7 Ita codd. Hardnini et edd. recentt. *ultra quoque saxosum* Gronov. et edd. vett. *ultra quoque saxuosum* Chiffi. Paulo post, *Moreon dictam* Chiffi. *Merorum dictam* Gronov. et edd. vett. Lectionem nostram ex codd. recepit Harduinus, eumque secuti recentt.—8 Ita codd. Hardnini, Dalec. Vet. ejusdem, et Chiffi. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. 'In Basiliensi codice legitur, *Primum hunc illi impugnatus Taurus aperit.*' Dalec. *Primo hunc illi impugnatus, cursum Taurus aufert* Gronov. et edd. vett. Paulo post, quidam ap. Dalec. legunt, *ac fractum cursum.*

NOTÆ

^q *Arabiam inde læva*] Nempe ab ortu. Arabiam veteres ad loca Armeniæ finitima extendebant. Hinc Mesopotamiam accenset Arabiæ Xenoph. *Ἀναβάτορ*. lib. 1. Atque ita hoc loco Plinius Arabiam vocat eam Mesopotamiæ partem, quæ proxima Armeniæ est.

^r *Oreon*] *Ὀρελῶν*, Oreorum, hoc est, montanorum. De his iterum Plin. vi. 9. Vide Notas et Emend. num. 54.

^s *Trischœna*] Amnem ibi latum esse ait schœnis tribus: qua de mensura dictum est superius, cap. 11.

^t *Dextraque*] Occidentali latere fluvii.

^u *Claudiopolim Cappadociæ*] Quam rursum minori Armeniæ Ptolemæus adjudicat, v. 7, in Cataonia præfectura, quæ Commagenæ prætenditur, ut ait Plin. vi. 3.

^v *Primum hunc*] Hunc, inquit, am-

nis cursum, quem versus occasum Solis ibi flectere incipit, Taurus abruptit, atque hæc prima veluti Tauri victoria, in ea pugna quam invicem habent: victusque et abscissus sibimet, atque perfractus, alio modo vincit: cursu enim versus occasum Solis inhibito, fractum amnem expellit in meridiem, 'ni Taurus obstat, in nostra maria,' hoc est, mediterranea 'venturum,' inquit Mela iii. 8. p. 61. Vide Notas et Emendat. num. 55.

^w *Hoc eunte*] Euphrate quidem in mare pergente, quo vult ire; sed non qua vult; avertente Tauro monte cursum, quem in occasum destinabat.

^x *A catarractis*] Ab eo loco ubi fractus a Tauro monte Euphrates expellitur in meridiem: non ab Elegia, ut Salmasius credidit in Solinum, p. 628.

^y *XL. M. pass. inde*] A catarrac-

XXI. Arabia, supra dicta, habet oppida : Edessam,^a quæ quondam Antiochia dicebatur, Callirhoën^b a fonte nominatam : Carrhas^c clade Crassi nobiles.¹ Jungitur præfectura Mesopotamiæ, originem ab Assyriis trahens,² in qua Anthemusia^d et Nicephorium^e oppida. Mox Arabes, qui Prætavi³ vocantur : horum caput Singara.⁵ A Samosa-

CAP. XXI. 1 Chiffi. *nobile*.—2 Ita codd. Harduini; *ab Assyriis originem trahens* Chiffi. *a Syris trahens* Gronov.—3 Ita codd. Regg. Brot. et Colbert. *Prætani* Ed. pr. *Retavi* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. Gronov.

NOTÆ

tis, et Claudiopoli. A Melitene vero usque Samosata, per Enphratis ripam numerat Antoninus in Itiner. LXXXIV. M. P.

^a *Samosata*] Hodie *Scempsat*, ad Enphratem. Nummus Hadriani, apud Patin. p. 201. ΦΛΑ. CAMO. ΜΗΤΡΟ. ΚΟΜ. Hoc est, *Φλαούτας Σαμοσάτης Μητροπόλεως Κομμαγηνῆς*. Hæc Luciani patria, et Pauli Samosatani dicti. Commagenem posterior ætas Enphratisiam appellavit. Procop. Bell. Pers. lib. i. p. 49.

^b *Edessam*] Mesopotamiæ ceteri vulgo ascribunt : Notitia antiqua Eccles. Edessam et Carrhas Osroënæ. Nunc est *Orpha*, et alio rursum nomine *Roha* : sed verius citra Chaboram amnem, cui Ophra imposita est, fuisse veterum Edessam putamus.

^c *Callirhoën*] Edessæ hoc cognomen alterum, ut Stephanus indicat, verbo *Ἀντιόχεια* : cum octavam eo nomine urbem ait esse, ἐν τῇς Καλλιρόης λίμνης. Multo vero apertius nummus Antiochi xv. cujus ectypum exhibet D. Vaillant, de Histor. Regum Syriæ, pag. 199. cum hac epigraphe : ANTIOΧΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟC. ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ. Neque enim hic nummus ad Callirhoën illam pertinet, sitam in Palæstina ad Jordanem, de qua diximus cap. 15. quanquam vir eruditus ita existimavit : nam quis veterum

Antiochiæ nomen ei oppidulo dedit, quod Edessæ tot monumenta asserunt ?

^c *Carrhas*] De utriusque Crassi clade, M. patris, et P. filii, consulendi Romanarum rerum scriptores : Dio, lib. xL. p. 182. Val. Max. i. 6. Florus, III. 11. p. 128. Ammianus, lib. xxiv. &c. Stephano, *Κάρραι, πόλις Μεσοποταμίας*. Nunc *Heren*. Nummus Alexandri Severi ex ære, mediæ formæ, in Museo nostro Paris. ΜΗΤ. ΚΟΑ. ΚΑΡΡΗΝΩΝ. hoc est, 'Metropolis Colonia Carrhenorum.'

^d *Anthemusia*] *Ἀνθεμουσία* Straboni, lib. xvi. p. 747. in Mesopotamia. Tacit. Annal. vi. p. 148. 'Nicephorium, et Anthemusiada, ceterasque urbes, quæ a Macedonibus sitæ, Græca vocabula usurpant.' Indigenis *Χάρανα Σίδου* Anthemusiam appellatam esse, auctor est Isidorus Charac. ἐν Στραβ. μοῖς. p. 185.—'Nummum Avenione et Massiliæ sibi visum esse ex ære minimo, scripsit ad nos amicus ex urbe Roma, sub Antonino Severi filio percussum, hoc titulo : ΑΤ. Κ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ. capite laureato.)(Caput muliebree turritum ac velatum, symbolum liberæ civitatis : epigraphe, ΑΝΘΕΜΟΥΣΙΩΝ.' Ed. sec.

^e *Nicephorium*] *Νικηφόριον, ἡ περὶ Ἐδεσσῶν πόλις*, Stephano.

¹ *Prætavi* [*Retavi*] R. 1. 2. Colb.

tis autem, latere Syriae, Marsyas amnis^b influit. Cingillaⁱ Commagenen finit, Imme civitas incipit.⁴ Oppida^j alluuntur Epiphania^k et Antiochia,^l quæ ad Euphraten vocantur. Item Zeugma,^m LXXII. millibus passuum a Samosatis, transitu Euphratis nobile. Ex adversoⁿ Apamiam Seleucus, idem utriusque^o conditor, ponte junxerat. Qui coherent Mesopotamiæ, Rhoali vocantur. At in Syria oppida, Europum,^p Thapsacum^q quondam, nunc Amphipolis.^t

Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—4 Pinet. *fluvius Singa Comag.* &c. Chiffi. *Cingila*, &c. Gronov. et edd. vett. *Cingla Comagenem finit*, Mero-

NOTE

1. 2. *Præavi.*

^s *Singara*] Stephanus: *Σίγγαρα*, πόλις Ἀραβίας πρὸς τῇ Ἐδέσσῃ. Ibi Singarensis pugna Constantii Imp. adversus Chosroën Persarum Regem, de qua nos egimus in Notis ad Themistium, orat. i. Hodie *Sangiar* vicus est.

^b *Marsyas amnis*] De quo dictum est cap. 19. Nunc *Cingis* vocant, Syrorum voce antiqua: nam et *Σίγγας* Ptolemæo dicitur ad v. 15.

ⁱ *Cingilla*] *Κεκιλλία* Ptolemæo, v. 15. Commagenes oppidum: Ἴμμα Seleucidis. Vide Notas et Emend. num. 56.

^j *Oppida*] In Commagene.

^k *Epiphania*] *Ἐπιφάνεια* altera ab ea, cujus cives Epiphaneenses vocati, cap. 19. Isti enim ab Euphrate sejuncti procul: hæc eo amne alluitur, et ab eo cognominatur, *Ἐπιφάνεια παρ' Εὐφράτην*: nec de ea dicturum se Plinius pollicitus est ante, quam de Euphrate diceret.

^l *Antiochia*] Ipsa esse videtur Ἀντιόχεια πρὸς Ταύρων ὄρει, Antiochia ad montem Taurum, cujus urbis ima alueret Euphrates. Hanc in Commagene quoque statuit Ptolem. v. 15. et Stephanus: sed ab Euphrate ille, ut opinor, longiuscule summovet.

^m *Item Zeugma*] Hac Parthi solent Euphratem transire. Dio, lib. XLIX. pag. 403. Huic riparum junctioni nomen suum *Ζεύγμα* debet. Hac Bacchus Indiam petiturus, hac Alexander Macedo transmisit Euphratem, ut ait Plinius XXXIV. 43. et Strabo, lib. XVI. pag. 746. ponte videlicet ferreæ catenis juncto. Quare Zeugma Pellæum dicitur Lucano, VIII. 237. a Pellæo juvene, hoc est, Alexandro.

ⁿ *Ex adverso*] Zeugmatis. Hæc porro Apamia trans Euphratem sita ea est, de qua Stephanus, verbo Ἀδάμεια. Ἔστι καὶ τῆς Περσολας, Ἐδέσσης πρὸς ἄκτους. Est et alia, inquit, Persici juris, quæ Edessa ad septemtrionem objacet. Latuit hoc Stephani interpretem. Persis diu Mesopotamiam paruisse, exploratum est.

^o *Utriusque*] Zeugmatis et Apameæ.

^p *Europum*] *Εὐρωπὸς Συπλάς*, Stephano, pag. 280. Cyrrhesticæ a Ptolemæo adjudicatur, uti et Zeugma ipsum, inter oppida quæ Euphrati adjacent, *παρὰ τὸν Εὐφράτην πόλεις*.

^q *Thapsacum*] *Θάψακος*, πόλις Συπλάς πρὸς Εὐφράτην, Stephano. A Zeugmate Thapsacum duobus stadiorum millibus, hoc est, M. P. ccl. distare

Arabes Scenitæ.⁵ Ita fertur usque Uram⁶ locum, in quo conversus ad orientem relinquit Syriæ Palmyrenas solitudines, quæ usque ad Petram urbem, et regionem Arabiæ fellicis appellatæ, pertinent.

(xxv.) Palmyra⁷ urbs nobilis situ, divitiis soli, et aquis amœnis, vasto undique ambitu⁸ arenis includit agros, ac velut terris exemta a rerum natura, privata sorte⁹ inter duo imperia summa, Romanorum Parthorumque, et prima in discordia semper utrimque cura. Abest a Seleucia¹⁰ Parthorum, quæ vocatur ad Tigrin, cccxxxvii.⁶ x mill. passuum: a proximo vero Syriæ littore, cciii.⁷ millibus: et a Damasco viginti septem propius.⁷

~~~~~

rum civitas incipit.—5 Ita ex codd. emend. Harduinus, enmque secuti recentt. vasta undique ambitu vett. edd. et Gronov. Mox, harenosos pro arenis margo edd. Dalec. et Gronov.—6 Ita codd. Dalec. et Chiff. alique ap. Harduin. cum edd. Harduin. 1. 2. et Miller. CCCXXXVIII. Bipont. et Franz. DXXXVII. edd. vett. et Gronov.—7 Ita codd. Dalec. et Harduin. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CCLII. vel, ducentis

#### NOTE

auctor est Strab. lib. xvi. p. 747.

<sup>1</sup> *Amhipolis*] E *Thapsaci* ruinis excitata, ad Euphratem, a Seleuco. Indigenæ *Turmeda* appellabant. Stephanus verbo, Ἀμφίπολις Ἔστι καὶ πόλις Συρίας, πρὸς τῇ Εὐφράτῃ, κτίσμα Σελεύκου. Καλεῖται δὲ ὅπδ τῶν Σύρων Τοῦρμεδα.

<sup>2</sup> *Arabes Scenitæ*] Palmyrenarum solitudinum vicini. De his dicemus uberior, libro sequente, cap. 32.

<sup>3</sup> *Uram*] Ζοῦρα latere Syriæ ad Euphratem positum Palmyrenes oppidum, teste Ptolem. v. 15. Vide Notas et Emend. num. 57. quibus adde ea quæ mox addituri sumus, cum Suram iterum Plinius appellabit.

<sup>4</sup> *Palmyra*] Nomen a palmis habet, quibus omnis ager est consitus. Hodie *Theudemor*.—Nunc rudera supersunt, magnæ olim urbis indicia, ut referunt ii, quorum tamen nolum fidem præstare. Quidam *Thamor* hodie appellari asseverant, hoc uno

ducti argumento, quod Palmiram a Salomone ædificatam 'in terra solitudinis,' uti dicitur iii. Reg. ix. 18. quæ in Hebræo *Thamor* est, a palmetorum copia, ipsam hanc esse Plinii Palmiram arbitrati sunt, magno et manifesto errore, uti alias ostendimus, in interpretatione nummi antiqui Zenobiæ Augustæ. *Palmiram* autem, non *Palmyram*, exhibent codices Pliniani Mss. et vetustæ editiones omnes: Græci Πάλμυραν constanter scribunt. Plinianis codicibus suffragatur Vulgata editio, quæ civitatem in Judæa huic cognominem, ut videtur, *Palmiram* scribit, non *Palmyram*.<sup>7</sup> Ed. sec.

<sup>5</sup> *Privata sorte*] Sui juris, nec Romanis subjecta, nec Persis.

<sup>6</sup> *Seleucia*] Σελεύκεια ἐπὶ τοῦ Τίγρητος Appiano in Syriacis, pag. 125. De ea multa dicenda, vi. 30.

<sup>7</sup> *CCCXXXVII.*] Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiff. non *DXXXVII.*

(xxvi.) Infra Palmyræ solitudines Stelendena<sup>2</sup> regio est, dictæque jam<sup>a</sup> Hierapolis, ac Berœa, et Chalcis. Ultra Palmyram<sup>3</sup> quoque ex solitudinibus iis aliquid obtinet Emesa:<sup>b</sup> item Elatium, dimidio propior Petræ, quam Damascus. A Sura<sup>c</sup> autem proxime est Philiscum, oppidum Parthorum<sup>9</sup> ad Euphratem. Ab eo Seleuciam<sup>d</sup> dierum decem navigatio, totidemque fere Babylonem. Scinditur<sup>10</sup> Euphrates a Zeugmate DLXXXIV. millibus passuum<sup>11</sup> circa vicum Massicen: et parte læva in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam, circa eam<sup>12</sup> præfluenti infusus Tigri. Dexteriore<sup>f</sup> autem alveo Babylonem, quondam Chaldæa caput, petit, mediamque permeans, item quam Otrin<sup>8</sup> vocant, distrahitur<sup>h</sup> in paludes. Increscit autem<sup>i</sup> et ipse Nili modo statis diebus, paulum differens, ac Mesopotamiam inundat, Sole obtinente vicesimam par-

quinquaginta duobus edd. vett. et Gronov.—8 Cod. Dalec. est, dictaque jam Hierapolis. At vero ea et Calchis ultra Palmiram. Mox, Hemesa pro Emesa edd. vett. et Gronov.—9 Assur autem proxime est, Philiscum oppidum Parthorumque codd. Dalec. et Chiffi. Asura, &c. edd. vett. et Gronov.—10 Scinditur enim Chiffi.—11 Ita Regg. Brott. 1. 2. et Ed. pr. LXXXIV. millibus passuum Reg. Brot. 5. octoginta tribus millibus passuum Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. DLXXXIII. millibus passuum Chiffi.—12 Chiffi. circaque eam.—13 Margo edd. Dalec. et

## NOTÆ

ut editi. Et mox, CCIII. non CCLII.

<sup>1</sup> Viginti septem propius] Igitur abest a Damasco CLXXVI. quod intervallum et nos esse accepimus ab iis qui viderunt.

<sup>2</sup> Stelendena] Ceteris scriptoribus de ea regione silentium.

<sup>a</sup> Dictæque jam] Cap. 19.

<sup>b</sup> Emesa] Εμεσα Ptolem. v. 15. in Apamene. Hinc Eusebins Emissenus Episcopus. Nummus Antonini apud Patinum, pag. 228.—EMICHNQN. Trebellius Pollio in Aureliano Emesam vocat. In nummo Juliæ Domnæ, p. 290. EMICQN. ΚΟΛΩΝΙΑC. Hodie Hemz.

<sup>c</sup> A Sura] Sive Ura, de qua dictum est paulo ante. Est hæc Flavia Fir-

ma Sura, de qua in Notitia Imp. Rom. cap. 24. p. 41. sub dispositione Ducis Syriæ et Enphratensis. Vide Notas et Emend. num. 58.

<sup>d</sup> Ab eo Seleuciam] Martianus, lib. vi. cap. de Euphrate, p. 220.

<sup>e</sup> Circa eam] Est enim Seleucia in confluyente Enphratis fossa perducti, atque Tigris, ut dicetur, vi. 30.

<sup>f</sup> Dexteriore] Occidentali.

<sup>8</sup> Otrin] Mss. omnes, Mothi.

<sup>h</sup> Distrahitur] Vide Philostr. de Vita Apoll. i. 14. p. 29.

<sup>i</sup> Increscit autem] Solinus, cap. 37. pag. 66. Auctor libri de Mensura Orbis Terræ, Ms. Strabo, lib. xvi. p. 740.

tem Cancrī: minui incipit in Virgine,<sup>1</sup> et Leone transgresso. In totum vero remeat in vicesima nona parte Virgīnis.

XXII. (XXVII.) Sed redeamus ad oram Syriæ, cui proxima est Cilicia. Flumen Diaphanes, mons Crocodilus, portæ Amani<sup>1</sup> a montis. Flumina: Andricus, Pinarus,<sup>b</sup> Lycus: sinus Issicus.<sup>c</sup> Oppidum Issos, inde Alexandria: <sup>a</sup>d flumen Chlorus, oppidum Ægæ<sup>e</sup> liberum, amnis Pyramus,<sup>f</sup> portæ Ciliciæ: <sup>g</sup> oppida, Mallos,<sup>h</sup> Magarsos,<sup>i</sup> et

Gronov. in *virginem a Leone transgresso*; edd. vett. et Gronov. in *Virgine, Leone, &c.* Nostram lectionem testantur Regg. Brott. 1. 2. 5. Ed. pr. aliæque edd. antiq.

CAP. XXII. 1 Cod. Dalec. parte Amani.—2 Idem codex, inde est Alexan-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> In *Virgine*] Forte, in *Virginem et Leone*. Mss. In *Virgine, et Leone transgresso*.

<sup>a</sup> Portæ Amani] Angustię sunt, qua ex Amano monte atque interiore Cilicia in Syriam est aditus. 'Αμανικαὶ πόλαι Ptolem. v. 8. 'Αμανίδες πόλαι Straboni, lib. xiv. p. 676. prope Ægæas.

<sup>b</sup> Pinarus] Stephanus, verbo 'Ισσός, ἐκεῖ δὲ καὶ ποταμὸς Πινάρης ὀνομαζόμενος. Straboni, loc. cit. 'Ισσός πολλήνιον, καὶ ποταμὸς Πίνθος, scribo Πίνθρος.

<sup>c</sup> Sinus Issicus] Hodie *Golfe de Laïazzo*, id enim Isso hodie nomen est. Græcis 'Ισσός. Mela de eo oppido, et sinu 1. 13. 'At in recessu intimo locus est magni aliquando discriminis, fusorum ab Alexandro Persarum, fugientisque Darii spectator ac testis. Nunc ne minime quidem, tunc ingenti urbe celebris Isso fuit, et hac re sinus Issicus dicitur.'

<sup>d</sup> Alexandria] Stephano 'Αλεξάνδρεια Κιλικίας. In Conc. Nic. 1. 'Hesychius Alexandriæ minoris,' ex Provincia Ciliciæ. Nunc est Ales-

sandrona.

<sup>e</sup> Ægæ] Αἰγὰι Stephano, et Ptolem. v. 8. Philostrato quoque 1. 5. Straboni, lib. xiv. pag. 676. Αἰγὰι. In Conc. Nic. 1. 'Tarcondimantus Ægetanus,' ex Prov. Ciliciæ. In Conc. Antioch. 1. idem 'Ægeates' appellatur.

<sup>f</sup> Pyramus] Πύραμος, ποταμὸς ἐν Μαλλῷ τῆς Κιλικίας, Stephanus. Mela quoque, 1. 13. 'Pyramus Isso prior Mallon præterfluit' Et Scylax, p. 38. <sup>g</sup> Portæ Ciliciæ] Per Tanri montis angustias in Ciliciam transitus.

<sup>h</sup> Mallos] Μαλλός Ptolemæo, aliisque. Incolæ Μαλλῶται dicuntur. Hodie *Malo*.—In libro Judith, 11. 13. videtur hæc esse 'civitas opinatissima Melothi,' juxta 'filios Tharsis.' Ed. sec.

<sup>i</sup> Magarsos] Stephano Μάγαρος collis est juxta Mallum, μέγιστος ὄρος ἐν Κιλικίᾳ, πρὸς τῇ Μαλλῷ. Oppido a monte nomen inditum. Lycophroni, vs. 444. Μάγαρος. Is. Tzetæ in Lycophr. pag. 71. Μάγαρος πόλις κείται πρὸς ταῖς ἐκχόρσει τοῦ Πυραμοῦ ποταμοῦ, in astuariis Pyrami amnis.

intus Tarsos.<sup>3j</sup> Campi Aleii:<sup>k</sup> oppida Cassipolis,<sup>4</sup> <sup>1</sup> Mopsos<sup>m</sup> liberum, Pyramo impositum: Thynos,<sup>n</sup> Zephyrium,<sup>o</sup> Anchiale. Amnes: Saros,<sup>p</sup> Cydnus<sup>q</sup> Tarsum<sup>s</sup> liberam

*dria. Mox, oppidum Æge edd. vett. et Gronov.—3 Cod. Daler. Margissos, et intus Tarsos.—4 Cassipenis Chiffi.—5 Sydnus Tarsum Gronov.—6 Addana*

## NOTE

<sup>j</sup> Tarsos] Nulla re clarior, quam quod Doctorem Gentium orbi Paulum dedit.—Describitur a Strabone, lib. xiv. pag. 673. Nunc quoque Tarsos.—<sup>k</sup> Eadem Tharsis est, in libro Judith, ii. 13. At in libris Hebraice scriptis proprie Tharsis regio est procul dissita, ad quam mari itur, vel ipsum etiam mare. Unde naves תרשש Isai. ii. 16. et xxiii. 1. et 14. 'naves maris sunt: et filia תרשש ibidem, xxiii. 10. 'filia maris est,' et lxvi. 19. gentes תרשש 'gentes in mare sunt,' ex Vulgato Interprete, viro supra fidem erudito. Itaque non repugnant inter se duo scriptores sacri; cum iii. Reg. 22. 49. Josaphat rex fecisse dicitur classes תרשש, quæ navigarent Ophir: id quod idem Interpres vertit 'naves in mari, quæ navigarent in Ophir: secundo autem libro Paralip. xx. 36. dicitur idem Josaphat præcepisse 'ut facerent naves, quæ irent in Tharsis,' hoc est, in regiones mari adnendas. Sic accipe Tharsis, ii. Par. 9. 21. Jer. x. 1. Jon. i. 3. &c. ii. 4. ac fortassis Ps. xlvi. 8. lxxi. 10. nisi forte in Psalmis, ut Ez. xxvii. 12. תרשש Carthago est, ex eodem Vulgato Interprete.' *Ed. sec.*

<sup>k</sup> Aleii] Festus Avienus, in descript. Orbis, vs. 1045. 'Clari post ultima Bellerophontis Hic cespes late producit Aleius arva.' Dionysio Periegetæ, quem carmine Latino Festus expressit, vs. 872. πειλον ῥδ

Ἀλῆιον. Stephano item, pag. 58. et Straboni, pag. 676.

<sup>1</sup> Cassipolis] Eadem plane quæ Ptolemæo, v. 8. Σεβήπολις κόμη appellatur, prope Mallum et Pyramum.

<sup>m</sup> Mopsos] Ptolemæus, alique Μόψου ἐστῖαν, quasi Mopsi lares, appellant, quæ appellatio altera frequentior, notiorque est. Stephanus: Μόψου ἐστῖα Κιλικίας, ἐπὶ τῇ Πυρράμῳ ποταμῷ. Hinc Theodorus Mopsuestenus. Longe hæc diversa a Mopsucrene, seu Mopsi fonte, cujus mentio apud Sex. Aurelium Victorem, in Juliano. De Mopso Apollinis filio, unde huic loco nomen, Strabo multa disserit, xiv. pag. 675.

<sup>n</sup> Thynos] Ita libri quidem editi: at Mss. omnes, Reg. i. 2. &c. Tyros.

<sup>o</sup> Zephyrium] Ζεφύριον et Ἀγχιδάλην finitima oppida Strabo quoque facit, lib. xiv. pag. 671. et Stephanus, pag. 19. In Conc. CP. i. 'Aërius Zephyriensis.' Prov. Ciliciæ.—In nummis antiquis Severi, Getæ, et aliis, ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ.' *Ed. sec.*

<sup>p</sup> Saros] Σάρως Ptolem. v. 8. inter Pyramum et Cydnum. A Saro duce nomen accepisse, cum prius Κόλρανος diceretur, auctor est Stephanus, verbo Ἀδανα.

<sup>q</sup> Cydnus] Κύνδος Straboni, lib. xiv. pag. 672. Mela i. 13. 'Cydnus per Tarsum exit.' Festus Avienus, vs. 1041. 'Pyramus hic undas, hic volvit Pinarus æquor, Cydnus item mediæ discernit mœnia Tarsi.'



urbem<sup>r</sup> procul a mari secans : regio Celenderitis<sup>s</sup> cum oppido. Locus Nymphæum,<sup>t</sup> Solœ Cilicii,<sup>u</sup> nunc Pompeiopolis : Adana,<sup>v</sup> Cibyra,<sup>w</sup> Pinara,<sup>x</sup> Pedalie,<sup>y</sup> Ale, Selinus,<sup>z</sup> Arsinoë,<sup>a</sup> Iotape, Doron.<sup>b</sup> Juxtaque mare Corycos,<sup>c</sup>

Chiffi. Mox, *Cibira* Gronov. Paulo post, cod. Dalec. *Pedalie*, *Halix*, *Clinus*, *Arsi*, *I. Dorion* ; Chiffi. *P. Halix*, *Elini*, *Arsi*, *I. Dorion* ; Vet. Dalec. etiam

## NOTÆ

<sup>r</sup> *Liberam urbem*] Nummus Caracallæ, apud Patin. pag. 310. ΚΟΛ... ION. ΕΛΕΥΘ. ΤΑΡΧ. cum signo Libertatis.— Nummus Antonii Severi F. ΚΟΙΝΟΒΟΤΑΙΟΝ ΕΛΕΥΘ. ΤΑΡΧΟΞ. *Senatus libera civitatis Tarsi*, cum signo libertatis. Ed. sec.

<sup>s</sup> *Celenderitis*] Κελενδερίς πόλις, Scylaci, pag. 38. in Cilicia. Item Ptolem. v. 8. Straboni, pag. 670. Κελένδερης πόλις λιμένα ἔχουσα, *oppidum cum portu*. Et Mela hujus meminit l. 13. et Tacit. Annal. 11. pag. 65.

<sup>t</sup> *Nymphæum*] Νυμφαῖον Snidæ, fannum est delubrumve Nympharum. Alias Nymphæum locus est bituminis ferax, qualis in Apollonitarum agro.

<sup>u</sup> *Solœ Cilicii*] Σόλοι Κιλικιοί, ut discernantur a Solis Cypridis. Solæcisimo nomen ea urbs dedit. Hujus incolæ Σολείς : Cypridæ, Σόλοι, teste Laërtio, in Solone, pag. 13. A Pompeio decus et nomen traxit, Πομπηίου πόλις, inquit Stephanus, pag. 613. Nummus Musei nostri Parisiensis, in quo Arati et Chrysippi Solensium icones, cum epigraphe, ΠΟΜΠΗΙΟ ΠΟΛΕΙΤΩΝ.— In alio vetustiore, e Museo P. Chamillart, Minervæ caput sive Palladis est, et noctua, cum epigraphe, ΣΟΛΕΩΝ ΘΕ. Σολέων Θεά, *Solensium Dea*. Ed. sec.

<sup>v</sup> *Adana*] Τὰ Ἀδανα Appiano in Mithrid. pag. 237. Stephano, Ἀδανα, Κίλισσα πόλις. In Conc. Nic. 1. 'Paulinus Adanorum,' inter Episcopos Ciliciæ. In nummis, ΑΔΑΝΕΩΝ.

<sup>w</sup> *Cibyra*] Κίβυρα Ptolem. v. 8. et

Stephano, verbo Τάβυρα.

<sup>x</sup> *Pinara*] Crago Ciliciæ monti imposita. Stephanus : Πινάρα, πόλις μεγίστη, ὑπερκειμένη τῇ Κράργῃ τῆς Κιλικίας. De hoc Ciliciæ promontorio Crago Strabonem consule, lib. xiv. pag. 669.

<sup>y</sup> *Pedalie*] Forte *Podalie*, Ποδάλλια, rectius : nam in Conc. CP. 1. 'Calliconicus Podaliensis' legitur, ex Prov. Pisidiæ, cui provinciæ attributa hæc ora aliquando est.— Ex *Ale* autem fit Ἀληνός. Unde nummus est perrarus, ex ære mediocri, apud D. Abb. de Fontenu, sic inscriptus : ΑΥ. ΚΑΙ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. capite laureato. In aversa parte, ΑΛΗΝΩΝ. ΕΠΙ ΔΗΜΟΝΙΚΟΤ ΔΙΩΝΟΞ. Nummus 'Ale' norum. Sub Demonico Dionis F. Jupiter ibi stans sinistra hastam, dextra tenet aquilam. In alio, qui est ex ære maximo, apud eundem, hinc caput est Genii civitatis laureatum, ΔΗΜΟΞ ΑΛΗΝΩΝ. Inde Isis, cum modio in capite : dextra temonem tenens, sinistra cornu copiæ. Epigraphe : ΕΠΙ ΑΔ. Μ. Κ. ΑΡΧΟΝΤΟC Δ. Hoc est, ἐπὶ Ἀλεξάνδρου μάρτυρος καὶ ἄρχοντος δ'. sub *Alexandro Augure*, et *Archonte quartum*. Ed. sec.

<sup>z</sup> *Selinus*] Σελινούς, Ἀρσινόη, Ἰοτάπη, Ptolem. v. 8.— Cave autem existimes civitatem hanc designari in nummo Trajani Imp. sic inscripto apud Occonem, p. 215. IMP. CÆS. NERVÆ TRAIANO. OPTIMO. AVG. GER. DAC. PARTH. TR. P. COS. VI. P. P. capite laureato. .X. s. P. Q. R. OPTIMO

eodem nomine oppidum, et portus, et specus.<sup>d</sup> Mox flumen Calycadnus.<sup>e</sup> Promontorium Sarpedon.<sup>f</sup> Oppida: Holmœ,<sup>g</sup> Myle.<sup>h</sup> Promontorium et oppidum Veneris,<sup>i</sup> a quo proxime Cyprus insula. Sed in continenti oppida, Myanda,<sup>j</sup> Anemurium,<sup>k</sup> Coracesium,<sup>l</sup> finisque antiquus Ciliciæ

*Dorion*; Gronov. et edd. vett. *Pedalie*, *Halix*; *Arsinoë*, *Tabæ*, *Doron*.—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Gr. Ὀλμοι. *Olme* edd. vett. et

## NOTE

PRINCIPI. Ædificium sphaericum, lapide quadrato, in portæ peristyllo, SELINVENTEM. Viso hoc numismate, fictor carminum Sibyllinorum, et alii, Trajanum Selinunte in Cilicia obiisse finxerunt: nec satis feliciter nos olim oppidum in Sicilia a Trajano amplificatum coniecimus: cum de sententiis, quæ primis tantum singularum vocum literis exprimuntur in nummis, nondum quantum oportuit suspicaremur. Murus hic et porta civitatis Narbonis est: superscriptionis hæc sententia: 'Salva Ebrodunensium Libertate Imperator Narbonem Voluit Narbonensis Totius Esse Metropolim.' Ebrodunenses postea noluit excipi Severus: ut docet nummus Juliæ Domnæ, inscriptus: IVNONEM: hoc est, 'Imperator Voluit Narbonem Omnium Narbonensium Esse Metropolim.' Sed iisdem postea libertatem suam recipientibus, vide quid acciderit ex eo, in nummo Constantini Max. CONSTANTINI ANADAFNE, de quo diximus ad cap. 18. libri hujus quinti. *Ed. sec.* Vide Notas et Emend. num. 59.

<sup>a</sup> *Arsinoë*] Ἀρσινόη Ptolemæo, loc. cit. et Stephano, Ἀρσινόη Κιλικίας, post Strab. lib. xiv. pag. 670.

<sup>b</sup> *Doron*] In Mss. *Dorio*.

<sup>c</sup> *Corycos*] Κόρυκος ἕκτα, et Κωρύκιον ἄντρον Straboni, lib. xiv. p. 670. In Conc. Constant. i. 'Germanus Corycensis,' ex Prov. Ciliciæ. In num-

mis ΚΟΡΥΚΙΩΝΤΩΝ.

<sup>d</sup> *Et specus*] Mela i. 13. 'Non longe hinc Corycos oppidum portu aalloque incingitur, angusto tergoe continenti annexum. Supra specus est, nomine Corycius, singulari ingenio, ac supra quam describi facile sit eximius.' Quæ sequuntur, ita sunt elegantius scripta, ut nihil concinnius, nihil ornatus uspiam legi posse videatur. Hic Corycius nemus, ubi crocus optimus gignitur.

<sup>e</sup> *Calycadnus*] Ptolemæo, Καλύκαδνος, et Straboni, loc. cit. 'Mediam Isauriam,' inquit Ammianus, lib. xiv. pag. 19. 'navigabile flumen Calycadnus interscindit.'

<sup>f</sup> *Sarpedon*] Σαρπηδὼν ἕκτα, iisdem auctoribus. Mela loc. cit. 'Promontorium Sarpedon, finis aliquando regni Sarpedonis.' Et Σαρπηδὼν πόλις, Scylaci, pag. 38.

<sup>g</sup> *Holmæ*] Ὀλμοι, ut *Solæ*, Σόλοι. Stephanus: Ὀλμοι, πόλις Τραχελᾶς Κιλικίας, κ. τ. λ. Eadem Holmia, vetusque Seleucia, quæ a mari deinde, ut mox dicetur, in mediterraneum situm retracta adductaque est.

<sup>h</sup> *Myle*] Μύλη, vel Μύλαι. Forte *Moloë*, Μωλόη, quæ in Notitia Eccles. Isauriæ ascribitur.

<sup>i</sup> *Oppidum Veneris*] Ἀφροδισιὰς Ptolemæo, loc. citat. Meminit et Solinus, cap. 38. p. 68.

<sup>j</sup> *Myanda*] In Mss. R. 1. 2. &c. *Mysanda*.

*Delph. et Var. Clus.*

*Plinius.*

3 Q

Melas<sup>m</sup> amnis. Intus autem dicendi Anazarbeni,<sup>n</sup> qui nunc Cæsarea:° Augusta,<sup>8p</sup> Castabala,<sup>q</sup> Epiphania,<sup>r</sup> quæ antea Eniandos,<sup>9</sup> Eleusa,<sup>s</sup> Iconium:† Seleucia<sup>u</sup> supra amnem Calycadnum,<sup>10</sup> Tracheotis<sup>v</sup> cognomine, a mari relata, ubi vocabatur Holmia.<sup>w</sup> Præterea intus flumina, Liparis,<sup>x</sup> Bombos, Paradisus.<sup>11y</sup> Mons Imbarus.

Gronov.—8 Ita Chiffi. alique codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Cæsaraugustani* Gronov. et edd. vett. Mox, *Castabula* Vet. Dalec. *Castabla* in aliis codd.—9 *Eniandos* Gronov. et edd. vett. —10 *Calycadnum* Chiffi. *Calicadnum* Gronov. et edd. vett. Mox, *Tracheodos* cod. Dalec. *Trachea* Steph. *Trachiotis* Gronov. et edd. vett. Paulo post, *Olmia* Vet. Dalec. *Hormia* Gronov. et edd. vett.—11 *Paradius* Vet. Dalec. *Mons Imbarisia* Chiffi.

## NOTÆ

<sup>n</sup> *Anemurium*] 'Ανεμούριον Straboni et Ptolemæo, oppidi ac promontorii nomen, Meta i. 13. 'Quod Ciliciam a Pamphylia distingnit, Anemurium.' Nummi, ANEMOTPIEΩN, in Museo nostro Parisiensi.

<sup>q</sup> *Coracesium*] Κοραχσιον, primum Ciliciæ castellum, teste Strabone, lib. xiv. p. 668. In Notitia Eccles. antiqua Coracesium Pamphylia accensetur. Et in Conc. CP. i. 'Theodulus Coracesiensis,' e Prov. Pamphylia.

<sup>m</sup> *Melas*] Caute finem antiquum Ciliciæ dixit hunc amnem esse: recentiores enim Pamphylia ascripserunt. Mela, i. 14. 'In Pamphylia est Melas, navigabilis fluvius.' Item Strabo, pag. 667.

<sup>n</sup> *Anazarbeni*] 'Αναζάρβος μητρόπολις, in Notitia antiqua Eccles. Ciliciæ secundæ. Nummus est Alexandri Severi, in Museo nostro Parisiensi, ex ære, majori forma, cum epigraphe ANAZAPBO. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Hæc Dioscoridis patria.

° *Qui nunc Cæsarea*] Ptolemæo, v. 8. Καίσαρεια πρὸς 'Αναζάρβος.—† Fuit ante annos aliquot in Cimelio Viri Clariss. D. de Bose, Custodiæ Regiorum Numismatum nunc Præfecti, nummus ex ære minimo: hinc capite laureato, cum apicis duabus: inde

capite tarrito, cum epigraphe: ΚΑΙΣΑΡ ΠΙP ANAZAP, Καίσαρ πρὸς 'Αναζάρβος. ΓΑΡ. Anno æræ Anazarbensium, cxxxiii. Ed. sec. Vide Notas et Emendationes num. 60.

<sup>p</sup> *Augusta*] Ἀβυδόστια Ptolemæo, in Bryelice Ciliciæ regione.

<sup>q</sup> *Castabala*] Καστάβαλα. Vide Notas et Emend. num. 61.

<sup>r</sup> *Epiphania*] 'Επιφάνεια Κιλικίας, Stephano, et Ptolem. v. 8. et Appiano, in Mithrid. p. 237. Ammiano item, lib. xxi. p. 223. Ciliciæ secundæ accensetur in Notitia Eccles.

<sup>s</sup> *Eleusa*] Ἐλεούσα Oppiano, patriam suam describenti, Halient. iii. 209. Σεβαστή Ptolemæo est, v. 8. Et in Notitia Eccles. Ciliciæ primæ. Josephus Antiq. xvi. 8. p. 558. Κατὰ Κιλικίαν ἐν Ἐλεούσῃ, τῇ μετωνομασμένῃ νῦν Σεβαστῇ.

<sup>t</sup> *Iconium*] Mss. R. 1. 2. Riconium.

<sup>u</sup> *Seleucia*] Σελεύκεια ἐπὶ τῇ Καλυκάδων Straboni, lib. xiv. pag. 670. Nummus Gordiani, apud Erizzo, p. 516. ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟC. ΚΑΛΥΚΑΔ. ΕΛΕΥΘΕΡΑC.

<sup>v</sup> *Tracheotis*] Τραχειώτις Straboni, lib. xiv. p. 668. hoc est, aspera. Τραχείων ceteri scriptores appellant eodem vocis significatu. Vide Notas et Emend. num. 62.

<sup>w</sup> *Holmia*] Ita rescripsimus, pro

XXIII. Ciliciæ Pamphyliam omnes junxere, neglecta gente Isaurica. Oppida ejus<sup>a</sup> intus, Isaura,<sup>b</sup> Clibanus, Lalasis:<sup>1c</sup> decurrit autem<sup>d</sup> ad mare Anemurii regione<sup>e</sup> supra dicti. Simili modo omnibus, qui eadem composuere, ignorata est contermina illi gens<sup>a</sup> Homonadum, quorum intus oppidum Homona.<sup>f</sup> Cetera castella<sup>g</sup> XLIV. inter asperas convalles latent.

XXIV. Insident verticem<sup>h</sup> Pisidæ, quondam Solymi<sup>i</sup> ap-

CAP. XXIII. 1 *Lariasis fl.* Vet. Dalec. *Lalasis* edd. vett. et Gronov. Mox, e regione supra Chiffi.—2 Sic ex codd. emend. Harduin. sic quoque codd. Dalec. Chiffi. Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz, *illi contermina gens* Gronov. et edd. vett.

## NOTÆ

*Hormia*. Vide Notas et Emend. num. cit. In Mss. tamen R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Hermia* legitur.

<sup>a</sup> *Liparis*] Amnis hic Ciliciæ Solos alluit. Vitruvius, VIII. 3. pag. 159. 'Solis, quod oppidum est Ciliciæ, flumen nomine Liparis, in quo nantes, aut lavantes, ab ipsa aqua unguntur.' Idem narrat Antigonus, Hist. Mirab. cap. 150. *Alrapis*, quæ vox pinguedinem sonat.

<sup>7</sup> *Paradisus*] Meminit hujus etiam Martiannus, lib. VI. cap. de Euphrate, p. 220.

<sup>a</sup> *Oppida ejus*] Isauriæ.

<sup>b</sup> *Isaura*] Τὰ Ἰσαυρα Stephano et Straboni, lib. XIV. p. 665. quibus expugnatis Servilius Isauricus est appellatus.—'Est nummus ex ære magno perrarns, in Gaza Serenissimi Ducis Cenomanensis, nec aliubi adhuc visus: in quo pictus Heraclius uterque, pater et filius: in altera superficie, litera majuscula M. cum cruce superposita; et infra ISAVR. quæ Mercatores Narbonenses Christianos significant, in Isauria negotiantes, qua parte nimirum, ut hic Plinius prodidit, decurrit ad mare.' Ed. sec.

<sup>c</sup> *Lalasis*] Ea est, quæ Stephano

dicitur Λαλιζανδα πόλις Ἰσαυρικῇ, quæ deinde posteriore ævo, ut idem monet, Δαλίσανδα est appellata. Sane in Notitia Eccles. antiq. Δαλίσανδος Provinciæ Isauriæ sedes Episcopalis est. Et in Conc. CP. I. p. 956. inter Episcopos Prov. Isauriæ, 'Marinus Dalisandensis' subscripsit.

<sup>d</sup> *Decurrit autem*] Isaurica scilicet, quæ declivis est, qua versus mare protenditur, editiore situ mediterraneo, ut Gelenius animadvertit.

<sup>e</sup> *Anemurii regione*] Circa Anemurium, de quo cap. sup.

<sup>f</sup> *Homona*] Homonadenses inde dicti Pisidis confines, Ὅμοναδείς συνάπτοντες τοῖς Πισιδαῖς, apud Strabon. lib. XIV. p. 679. De castellis Homonadensium in Cilicia Tacitus, Annal. III. p. 85. Lycaoniæ accensetur in Conc. CP. I. 'Cyrillus Homonadensis.'—'Notit. Eccl. pag. 17. in prov. Lycaoniæ δ Οὐμανάδων. P. 29. Οὐμάνδα. Pag. 51. Ὅνονμανάδων. Leunclavius, p. 74. δ Μανδάων ubique mendose.' Ed. sec.

<sup>g</sup> *Castella*] Homonadensium. Tacit. loc. cit.

<sup>h</sup> *Insident verticem*] Montium obtinent juga. Πισίδαι ὄρεσιν Straboni, lib. XII. p. 570.

pellati, quorum colonia Cæsarea,<sup>j</sup> eadem Antiochia. Oppida: Oroanda,<sup>k</sup> Sagalessos.<sup>l</sup>

xxv. Hos includit Lycaonia in Asiaticam<sup>m</sup> jurisdictionem versa, cum qua conveniunt Philomelienses,<sup>n</sup> Tymbriani,<sup>o</sup> Leucolithi,<sup>p</sup> Pelteni,<sup>q</sup> Tyrienses.<sup>r</sup> Datur<sup>s</sup> et tetrarchia ex Lycaonia, qua parte Galatiæ contermina est, civitatum xiv. urbe celeberrima Iconio.<sup>t</sup> Ipsius Lycaoniæ

//////////

CAP. XXIV. 1 *Agaleos* Vet. Dalec. et Chiffi.

CAP. XXV. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduini 1. 2. 3.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Solyimi*] Οἱ Πισιδῆαι πρότερον Σόλυμοι, Steph. p. 551.

<sup>j</sup> *Colonia Cæsarea*] Ulpianus, lib. L. Dig. tit. 15. de Censibus: 'In Pisidia juris Italici est colonia Antiochensium.' Nummus Severi, in Theodoro Goltzii, p. 238. COL. CÆS. ANΤΙΟΧΙΑ. Stephano, p. 87. 'Αντιόχεια Πισιδίας. Item Ptolemæo, in Conc. CP. 1. p. 957. 'Optimius Antiochenus,' Prov. Pisidiæ.

<sup>k</sup> *Oroanda*] Oroanda quoque Livio, lib. xxxviii. p. 480. et Oroandenses, p. 474. qui Ptolemæo, v. 4. 'Ορονδικοί, inter Pisidiam et Isauriam positi.

<sup>l</sup> *Sagalessos*] Livius, lib. xxxviii. p. 473. 'Agrum Sagalassenum, ubere fertilemque.... colunt Pisidæ.' Σαγαλασσός Straboni, lib. xii. p. 570. et Ptolemæo, v. 3. In Conc. CP. 1. p. 957. 'Ionius Sagalessensis,' Prov. Pisidiæ. Nummus Vespasiani, in Thes. Goltzii, pag. 230. ΣΑΓΑΛΑΚΧΝΩΝ. In Notitia Eccles. 'Αγαλασσός, et ita Mss. Pliniani quidam.

<sup>m</sup> *In Asiaticam*] Jus coacta petere in Asiam proprie dictam, de qua cap. 28. in conventum nempe Synnadicum, in majorem Phrygiam, ut dicemus cap. 29. cum recensitæ hactenus gentes non sic e longinquo peterent, sed domesticos apud se judices et Prætores habere.

<sup>n</sup> *Philomelienses*] In Conc. CP. 1. p. 957. 'Theosebius Philomeliensis,' e Prov. Pisidiæ. Phrygiæ magnæ Φιλομήλιον adjudicant Ptolemæus, v. 2. et Stephanus.

<sup>o</sup> *Tymbriani*] In Mss. *Timbriani*. Ab oppido, ut arbitror, Τιβρίας Tymbriani appellandi. In Conc. CP. Gener. iii. sive vi. Synodo, act. 18. p. 1068. subscribit Constantinus τῆς Τιβριαδέων πόλεως Episcopus: Τιβριδίων scribitur, pag. 1017. Addit Latina versio antiqua, Pisidiæ provinciæ hanc sedem fuisse. In Notitia Eccles. Antiq. inter sedes Episcopales Prov. Pisidiæ censetur Τυμβιδίων.— 'At p. 19. altera Notitia, δ Τυμβιδίων. Tertia, p. 51. δ Τιβριδίων. Leunclavio, pag. 96. mendose, ut remur, δ Τυωμαριδός.' Ed. sec.

<sup>p</sup> *Leucolithi*] Ab albo saxo, quod incolerent, traxisse nomen videntur.

<sup>q</sup> *Pelteni*] Qui Πελτινοί Ptolemæo, v. 2.

<sup>r</sup> *Tyrienses*] Τύριοι Pisidiæ populi. Vide Notas et Emend. num. 63.

<sup>s</sup> *Datur*] Adjicitur, inquit, ei conventui, seu jurisdictioni Asiaticæ, etiam tetrarchia ex Lycaonia.

<sup>t</sup> *Iconio*] Lycaoniæ quondam metropolis 'Ικόνιον in Notitia vet. Eccles. unde Amphilochius Iconiensis.

celebrantur Thebasa<sup>2u</sup> in Tauro: Hyde<sup>3v</sup> in confinio Galatiæ atque Cappadociæ. A latere autem ejus<sup>w</sup> super Pamphyliam veniunt Thracum soboles, Milyæ,<sup>4x</sup> quorum Arycanda oppidum.

XXVI. Pamphylia,<sup>a</sup> ante Mopsopia appellata. Mare Pamphylium Cilicio jungitur. Oppida ejus: Side,<sup>b</sup> et in monte Aspendum,<sup>c</sup> Pletenissum,<sup>d</sup> Perga.<sup>e</sup> Promontorium

Miller. Bipont. et Franz. *Hyrienses* Gronov. et edd. vett.—2 *Terbasa* Vet. Dalec. *Tembasa* Gronov. et edd. vett.—3 *Idæa* Chiffi. *Sinda* edd. vett. et Gronov.—4 *Milienses* Vet. Dalec. *Myliæ* Gronov. et edd. vett. Mox, *Aricana* Chiffi.

## NOTE

Nunc ingentis Asiæ tractus caput, 'Prisca Side.' In Conc. CP. vi. Gen. p. 1030. *Σιδιῶν μητρόπολις Παμφυλίων*.—<sup>c</sup> In nummis antiquis: *ΣΙΔΗΤΩΝ ΔΑΜΙΠΟΤΑΤΗΣ ΕΝΔΟΞΟΥ*. Sideratarum splendidissimæ et clarissimæ civitatis.' Ed. sec.

<sup>a</sup> *Thebasa*] Thebasan in Minore Asia non semel appellat Paulus Diac. histor. lib. xxiv. p. 770. et 771. Vide Notas et Emend. num. 64.

<sup>v</sup> *Hyde*] *Ῥῆη*, in Lycaonia. Vide Notas et Emend. num. 65.

<sup>w</sup> *A latere autem ejus*] Lycaoniæ latere occidentali.

<sup>x</sup> *Milyæ*] Quorum regio *Μιλυὰς* appellata Herodoto, lib. i. n. 173. p. 72. Straboni, lib. xii. p. 570. et Arriano Alex. lib. i. pag. 69. Phrygiæ quondam majoris pars, eadem ab Alexandro Lyciæ contributa, inquit Arrianus. Quamobrem et eorum oppidum *Ἀρύκανδα* Lyciæ accensetur a Stephano, p. 119. et ab Athenæo.

<sup>a</sup> *Pamphylia*] Nunc cum Cilicia uno Caramaniæ nomine censetur. Qua tamen ad mare vergit *Scandalor* appellatur. Mopsopiam veteres appellarunt, a Mopso, qui post bellum Trojanum eam oram obtinuit, ut Strabo refert, lib. xiv. p. 668.

<sup>b</sup> *Side*] *Σίδη* Straboni, lib. xiv. p. 667. Nunc *Scandalor* vocant. Incolæ *Σιδίται* Arriano, Exped. Alex. lib. i. p. 73. Prope Enrymedontis ostia *Σίδη* locatur a Ptolemæo, v. 5. Avieno,

<sup>c</sup> *Aspendum*] *Ἀσπενδος*, quam in civitatem adverso amne Enrymedonte a mari navigatur, per stadia LX. seu passus VII. M. D. teste Strabone, loc. cit. Hinc 'Domnus Aspendius' e Prov. Pamphylia, in Conc. Nic. i. In edito colle posita civitas a Mela dicitur, i. 14.

<sup>d</sup> *Pletenissum*] *Πλετενισσός* Ptolem. v. 5. Vide Notas et Emend. num. 66.

<sup>e</sup> *Perga*] *Πέργη* Straboni, pag. 667. Hinc Apollonius Pergæus, Conicorum anctor. Mela i. 14. 'Inter eos amnes (Cestron et Catarracten) Perga est oppidum, et Dianæ, quam ab oppido Pergæam vocant, templum. Trans eosdem mons Sardemisos,' &c. 'Vidimus apud D. Abbatem de Fontenu, Nervæ, Augusti nummum argenteum majoris moduli: IMP. NERVA. CÆS. AVG. P. M. TR. POT. P. P. Capite laureato. X. COS. III. Cum templo duabus columnis, et gradibus tribus insigni: cujus in peristylio scriptum est *ΔΙΑΝΑ ΠΕΡΓ.* hoc est, *PERGÆA*. Refertur et ab Occone,

Leucolla.<sup>f</sup> Mons Sardemisus:<sup>2</sup> Amnes: Eurymedon<sup>h</sup> juxta Aspendum fluens: Catarractes,<sup>i</sup> juxta quem Lyrnessus et Olbia,<sup>j</sup> ultimaque ejus oræ Phaselis.<sup>k</sup>

XXVII. Junctum ei mare Lycium est, gensque Lycia, unde vastum sinum<sup>a</sup> Taurus mons,<sup>l</sup> ab Eois veniens lit-

CAP. XXVII. 1 *Aspendum*, *Platanistum* Chiffi. *Aspendus*, *Platanistus* Gronov. et edd. vett.—2 *Mons Sarpessus* Vet. Dalec. Mox, *Amnis*, *Eurymedon*, &c. Gronov. et edd. vett.

CAP. XXVII. 1 Ita ex codd. emend. Harduin. ita quoque Miller. Bipont.

## NOTÆ

p. 190. inter picturas Alberti Principis.' *Ed. sec.*

<sup>f</sup> *Leucolla*] Græcis Λευκόλλα. Salmasius in Solin. pag. 252. Λευκόλλαν in Cypro portum, cujus Strabo meminit lib. xiv. pag. 682. cum promontorio isto Pamphyliæ confundit.

<sup>g</sup> *Sardemisus*] Sic Mela, loc. cit. *Σάρδησος* in hoc ipso tractu, juxta Lyrnessum, urbs Lyciæ Stephano appellatur, in qua Jupiter *Σάρδησιος* colitur. Idem fortassis monti nomen, vel geminum fuit. Vespasiani nummus, in Thesaurο Goltzii pag. 230. CAPATHCICION.

<sup>h</sup> *Eurymedon*] Dionysius Perieg. vs. 583. Ἀσπενδον, ποταμὸς παρὰ ῥόδον Εὐρυμέδοντος. Meminere Strabo, Ptolemæus, Mela, loc. cit. et Philostr. de Vita Apoll. i. 11. Ἀσπενδος, ἡ Παμφύλων, πρὸς Εὐρυμέδοντι, κ. τ. λ.

<sup>i</sup> *Catarractes*] 'Quia se præcipitat, ita dictus,' inquit Mela i. 14. Strabo, lib. xiv. pag. 667. Καταρβάκτης λεγόμενος, ἀπ' ὕψους πέτρας καταρβάντων ποταμὸς πολλὸς, κ. τ. λ.

<sup>j</sup> *Lyrnessus et Olbia*] Λυρνησσοὺς καὶ Ὀλβία Straboni, loc. cit. inter Pamphyliæ oppida.

<sup>k</sup> *Phaselis*] Mela i. 14. 'Phaselis a Mopso condita, finis Pamphyliæ.' Stephanus quoque, Φασηλὶς, πόλις Παμφύλιας. A Strabone, lib. xiv. pag. 666. et Scylace, pag. 37. Lyciæ ascribitur, cujus in confinio est. Livius, lib. xxxvii. pag. 456. 'In confinio

Lyciæ et Pamphyliæ Phaselis est: prominet penitus in altum,' &c.—'Quoniam erat in ora posita Phaselis, ibi naves construebantur, sicut illa quæ Domitianum vexit in orientem, ut mari vinceret, dum Vespasianus et Titus bellum terra gererent; nam id testantur nummi ejus inscripti, VICTORIA NAVALIS. Navem autem ipsius structam fuisse a Phaselitis, docet nummus singularis ex argento didrachmus, in Museo D. de Boze. Nam is navim exhibet, cujus in una parte puppis, prora est in altera. E prora effigies emicat radiata Solis orientis: puppi eminet hæc epigraphe: ΝΙΚΑΝΔ ΦΑΣΗ. Sententia est: ΝΙΚηφόρου Ἀρχιτέκτονος Νάβς Δομιτιανῶ ΦΑΣΗΛΙται, *Victricis fabricatores navis Domitiano fuere Phaselitæ*. Exædificatam a se navim fuisse, qua vixit Domitianus, sibi ipsi Phaselitæ oblique gratulantur, cum Domitiani victoriam prædicant.' *Ed. sec.*

<sup>a</sup> *Unde vastum sinum*] Inde, inquit, mare Lycium incipit, gensque Lycia, ubi vastum sinum Taurus mons suo promontorio, quod Chelidoniis insula opponitur, claudit et terminat. 'Lycia,' inquit Mela i. 15. 'Sidæ portu (primum illud est Pamphyliæ oppidum, versus ortum) et Tanri promontorio grandem sinum claudit.' Sinul nomen est hodie Attalico, *le Golfe de Satalia*: Lyciæ provinciæ, *Mentesia*.

toribus, Chelidonio <sup>c</sup> promontorio disternat.<sup>2</sup> Immensus ipse, et innumerarum gentium arbiter, dextro latere septemtrionalis, ubi primum ab Indico mari exsurgit, lævo meridiano, et ad occasum tendens: mediamque distrahens Asiam, nisi opprimenti terras occurrerent maria. Resilit ergo a septentrione:<sup>3</sup> flexusque immensum iter quærit, velut de industria rerum natura subinde æquora opponente, hinc Phœnicium, hinc Ponticum, illinc Caspium et Hyrcanium, contraque <sup>d</sup> Mæoticum lacum. Torquetur itaque <sup>e</sup> collisus inter hæc claustra, et tamen victor, flexuosus evadit usque ad cognata Riphæorum montium juga, numerosis nominibus et novis, quacumque incedit,<sup>5</sup> insignis: Imaus <sup>e</sup> prima parte dictus, mox Emodus,<sup>f</sup> Paropamisus,<sup>g</sup> Circius,<sup>h</sup> Chambades,<sup>6</sup> Paryadres,<sup>i</sup> Choatras,<sup>j</sup> Oreges,<sup>k</sup> Oroandes,<sup>l</sup> Niphates,<sup>m</sup> Taurus:<sup>n</sup> atque ubi se quoque<sup>o</sup> exsuperat,

et Franz. *Unde vastus sinus: Taurus mons* Gronov. et edd. vett.—2 Cod. Dalec. *disternatur*.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ad Septentriones*.—4 Codd. et Vet. Dalec. *lacum torquetur*. *Itaque*.—5 Cod. Dalec. *quocumque tendit*.—6 *Chambages* Cliffl. Mox, codd. Dalec. et Cliffl. *Pariades*; edd. vett. et Gronov. *Pharphariades*.—

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Taurus mons*] Accepta hæc sunt, delibataque totidem ferme verbis ex Mela Pomp. l. 15. Ex Plinio quoque Solinus hausit, cap. 38. pag. 68. et Martianus, lib. vi. cap. de Euphrate, pag. 220.

<sup>c</sup> *Chelidonio*] Sacrum appellat Strab. lib. xiv. pag. 666. quod Chelidoniis insulis opponitur, de quibus cap. 35. Nunc *Capo Cameroso*.

<sup>d</sup> *Contraque*] Ex adverso Hyrcanii, seu Caspii maris. Solini paraphrasis: 'Interdum Caspio vel Hyrcano mari intercluditur: quibus renitentibus subinde fractus, contra Mæoticum lacum flectitur, multisque difficultatibus fatigatus, Riphæis se jugis annectit.' Male Plinii verba distinxit.

<sup>e</sup> *Imaus*] Qua primum parte attollitur, ab Eoo mari.

<sup>f</sup> *Emodus*] Melæ, *Emodes*. In In-

dia. Straboni lib. xv. pag. 689. 'Εμωδός.

<sup>g</sup> *Paropamisus*] In Bactriana. Mss. Reg. 1. 2. &c. *Paropanisus*. Ptolem. quoque vi. 11. Παροπάνισος. At Straboni, loc. cit. Παροπάνισος.

<sup>h</sup> *Circius*] Mss. *Cirtius*, *Campages*.

<sup>i</sup> *Paryadres*] Παροδρύς Straboni, in Armenia. Vide Notas et Emendationes num. 67.

<sup>j</sup> *Choatras*] Choatras apud Parthos, inquit Solinus, cap. 38. pag. 88.

<sup>k</sup> *Oreges*] Mss. *Oreges*.

<sup>l</sup> *Oroandes*] Ptolem. vi. 2. 'Ορόντης *Mediæ mons*: prope Ecbatana, Diod. Bibl. lib. ii. pag. 101.

<sup>m</sup> *Niphates*] In Majore Armenia, unde Tigris oritur, Straboni lib. xi. pag. 529.

<sup>n</sup> *Taurus*] Apud Elegiam Armeniæ, ut dictum est cap. 20. Ibi enim



Caucasus: ubi brachia emittit, subinde tentanti maria similis, Sarpedon,<sup>p</sup> Coracesius,<sup>7</sup> Cragus,<sup>r</sup> iterumque Taurus: <sup>s</sup> etiam ubi dehiscit, seque populis aperit, portarum tamen nomine unitatem sibi vindicans,<sup>8</sup> quæ alibi<sup>t</sup> Armeniæ, alibi Caspiæ, alibi Ciliciæ vocantur. Quinetiam confractus, effugiens quoque maria,<sup>9</sup> plurimis se gentium nominibus hinc et illinc implet: a dextra Hyrcanius,<sup>10</sup> Caspius: a læva Paryadres,<sup>u</sup> Moschicus, Amazonicus, Co-

\*\*\*\*\*

7 *Coracesius* Vet. Dalec.—8 Chiff. *vindicans*.—9 Cod. Dalec. *quæque maria*.—10 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont.

#### NOTÆ

peculiari appellatione Taurus nuncupatur.

<sup>o</sup> *Ubi se quoque*] Ubicumque surgit in altissimum verticem.—‘Ad hanc vocem *exsuperat*, redeunt in memoriam nummi duo Commodi Imperatoris, in quibus *Jovi Exsuperatori* legebamus ipsi olim, tum a Dione decepti, tum ab iis qui nobis præverunt. Prior sic inscribitur: M. COMMODVS ANT. P. FEL. AVG. BRIT. ‘Marcus Commodus, Antoninus Pius Felix Augustus Brittannicus.’ )( . IOVI EXSVP. P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P. ‘Pontifex Maximus, Tribunitia Potestate duodecimum, Imperator octavum, Consul quintum, Pater Patriæ.’ Nummus est argenteus apud D. Vaillant, p. 194. et apud Patinum in Thesauro, p. 74. Jupiter sedens dextra fulmen tenet, sinistra hastam. Sed Patinus fallentibus oculis pro fulmine lauri ramum exhibet. Fefellit omnes Dio, ut diximus, ex quo Xiphilinus in Commodo, p. 291. cognomen *Exsuperantis* perpetuo retinuisse Commodum refert, quasi omnes homines longe in rebus omnibus superaret. Τὸν ὀρεπαίροντα παγίως ἐαυτῷ ἔθετο, ὡς καὶ ἐν πᾶσιν ἀπλῶς πάντας ἀνθρώπους καθ’ ὑπερβολὴν νικῶν. At vera hujus inscriptionis sententia

haud dubie hæc est: ‘*Jovi extincta Seditione Urbis Pacatori.*’ Idcirco sedens pingitur, quia Pacator, sive pacis auctor. Alter nummus est ex ære magno et mediocri, in Gaza Regia, priori similis, sed post biennium percussus, TR. POT. XIII. ET IOVI EXSVP. Hoc est, ‘*Jovi extincta Seditione Urbis Pacatori, Exules Revocanti.*’ Ed. sec.

<sup>p</sup> *Sarpedon*] In promontorio, Sarpedone dicto, de quo cap. 22.

<sup>q</sup> *Coracesius*] Ad urbem cognominem, de qua cap. 22.

<sup>r</sup> *Cragus*] In Lycia, ut dicetur cap. seq.

<sup>s</sup> *Iterumque Taurus*] Mela 1. 15. ‘Et ubi jam nostra maria contigit, hoc est, mediterranea, Taurus iterum.’

<sup>t</sup> *Quæ alibi*] Armeniæ portæ eadem Caspiæ appellatæ, vi. 12. De Caspiis eodem libro cap. 16. De Ciliciis, hoc libro quinto cap. 22.

<sup>u</sup> *Paryadres*] Unde fundi Absarum amnem dicemus, lib. seq. cap. 9. Moschicus a Moschorum gente, de qua eodem lib. cap. 4. ubi et de Amazonico dicturi sumus. Coraxius idem qui Heniochius, vi. 10. Scythicus a Scythi incolis nomen habet.

raxicus, Scythicus appellatus. In universum vero Græce<sup>11</sup> Ceraunius.<sup>v</sup>

XXVIII. In Lycia igitur, a promontorio ejus<sup>a</sup> oppidum Simena,<sup>b</sup> mons Chimæra<sup>c</sup> noctibus flagrans, Hephæstium<sup>d</sup> civitas, et ipsa sæpe flagrantibus jugis: Oppidum Olympus<sup>e</sup> ibi fuit: nunc sunt montana, Gagæ,<sup>f</sup> Corydalla,<sup>g</sup> Rhodiopolis. Juxta mare, Limyra<sup>h</sup> cum amne, in quem

et Franz. Hyrcanus edd. vett. et Gronov.—11 In universa vero Græcia cod. Dalec.

CAP. XXVIII. 1 *Lymira* Gronov. et edd. vett.—2 *Andria civitas mira* Chiff.

## NOTE

<sup>v</sup> *Ceraunius*] Sic etiam Mela i. 15. Strabo tamen peculiarem hanc appellationem esse existimat eorum montium, qui Caspio mari incumbunt, *ὄρη Κεραυνία*, in Albania, et Amazonum regione, lib. xi. pag. 504. Hunc Plinii locum Solinus præpostere admodum accepit, ut Salmasius annotavit in Solin. pag. 800.

<sup>a</sup> *A promontorio ejus*] Nempe Tauri montis, quod promontorium Chelidonium appellari paulo ante dixit.

<sup>b</sup> *Simena*] *Σίμωνα, πόλις Λυκίας*, Stephano.

<sup>c</sup> *Chimæra*] *Χίμαιρα*, unus est ex octo Cragi montis verticibus, cum valle cognomine. Vide Strabon. lib. xiv. pag. 665. Melam i. 15. Hic Chimæra fabula ortum habet. Ovid. Met. ix. 647. 'Jam Cragon, et Lymyren, Xanthique reliquerat undas, Quoque Chimæra jugum mediis in partibus ignem, Pectus et ora leæ, caudam serpentis habebat.'

<sup>d</sup> *Hephæstium*] Seneca, Epist. lxxix. pag. 346. 'In Lycia regio notissima est, Hephæstion incolæ vocant, perforatum pluribus locis solum, quod sine ullo nascentium damno ignis innoxius circuit. Læta itaque regio est, et herbida, nil flammis adurentibus,' &c. Hephæstion 'Ἡφαίστιον, quasi Vulcanium, a re ipsa dictum.

<sup>e</sup> *Olympus*] Solinus, cap. 39. p. 69. 'Olympus quoque inter alia ibi oppidum nobile fuit: sed intercidit: nunc castellum est.' 'Ὀλυμπος πόλις

Ptolemæo, in Lycia, v. 3. et Strab. lib. xiv. p. 665. In Conc. Calched. 'Aristocritus Olympuensis,' Prov. Pamphylia.—<sup>f</sup> Notitia Eccles. pag. 15. et 47. et apud Leunclavium, pag. 93. inter episcopos prov. Lyciæ, δ 'Ὀλύμπου.' Ed. sec.

<sup>g</sup> *Gagæ*] Stephano: *Γάγαι πόλις Λυκίας*. Plin. xxxvi. 34. 'Gagates lapis nomen habet loci et amnis Gaggis Lyciæ.' In Notitia Eccles. Prov. Lyciæ, *Γάγα*.

<sup>h</sup> *Corydalla*] *Κορύδαλλος* et 'Ροδία, Ptolem. v. 3. inter oppida Lyciæ mediterranea censentur, ad Massyciten montem. 'Ροδίας et Stephanus meminit.—'In Notit. Ant. Eccl. inter episcopos prov. Lyciæ, δ 'Ροδοπόλεως, καὶ δ Κορυδάλλον. Leunclavius habet, δ 'Ροδιαπόλεως, et δ Κορυδάλιον. Altera Notitia p. 15. *Κυριδάλλον*, et 'Ροδιαπλ. mendose.'

<sup>i</sup> *Limyra*] *Λίμυρα πολίχνη*, et *Λίμυρος ποταμός* juxta Myram, apud Strab. lib. xiv. p. 666. Apud Melam, et oppido et amni nomen est Limyra.

Arycandus<sup>1</sup> influit: et mons Massycites:<sup>2</sup> Andriaca civitas, Myra.<sup>3</sup> Oppida: Apyre,<sup>1</sup> et Antiphellos, quæ quondam Habessus: atque in recessu Phellus. Deinde Pyrrha, itemquæ Xanthus<sup>m</sup> a mari xv. m. passuum, flumenque eodem nomine. Deinde Patara,<sup>n</sup> quæ prius Sataros: et in monte, Sidyma.<sup>3o</sup> Promontorium Cragus.<sup>p</sup> Ultra, par sinus<sup>q</sup> priori: ibi Pinara,<sup>r</sup> et quæ Lyciam finit Telmessus.<sup>s</sup> Lycia quondam lxx.<sup>t</sup> oppida habuit,<sup>4</sup> nunc xxxvi. habet. Ex his celeberrima, præter supra dicta, Canas,<sup>u</sup> Candyba,<sup>v</sup>

et paulo post, in eodem, *Habesos*. Deinde, cod. Dalec. *recessu*, *Dionysiopolitis*, *Phellus*.—3 *Solima* Strab. *Sydima* edd. vett. et Gronov.—4 Ita codd. omnes Harduini, Vet. Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *LX. o. habuit* edd. vett. et Gronov.—5 *Con dica* aliis Geo-

## NOTE

<sup>1</sup> *Arycandus*] A quo forte Arycanda oppidum appellatum, cap. 25. In Notitia Eccles. Prov. Lyciæ, 'Αρχανδα pro 'Αρχανδα. In altera, pag. 47. 'Ορυανδαν pro 'Αρυανδαν.

<sup>2</sup> *Massycites*] Μαρκυρος ἕρος Ptolemæo loc. cit. apud quem et 'Ανδριάκη πόλις. Myrensiens navale 'Ανδριάκη dicitur Appiano Bell. Civ. lib. iv. p. 636.

<sup>3</sup> *Myra*] D. Nicolai Episcopali sede clara: ut Patara, natalibus. Μύρα. Nunc *Strumita*.

<sup>1</sup> *Apyre*] Ptolemæo 'Απέρραι dicuntur, in Lycia, v. 3. In Notit. Eccles. Prov. Lyciæ hæ sedes eo ordine numerantur, 'Αρχαλαί, Φελλός, 'Αντιφελλος: hand dubie 'Αρχαλαί pro 'Απέρραι. Phelli et Antiphelli meminere Strabo, p. 666. Stephanus, alique.

<sup>m</sup> *Xanthus*] Lyciæ urbium maxima Ἰάνθος dicitur a Strabone, loc. cit. Meminit oppidi cum amæ cognomine Ptolem. v. 3. Stephanus, p. 502. Appian. Bell. Civ. lib. iv. p. 635. Videatur a mari Strabo removere stadiis tantum lxx. quæ passuum vix efficiant millia novem.

<sup>n</sup> *Patara*] Mela l. 15. oram hanc

Lyciæ describens: 'Atque ut multa oppida,' inquit, 'sic, præter Patara, non illustria. Illam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus et oraculi fide Delphico simile.' Hinc Apollo Patareus nomen accepit. Nunc *Patera*.

<sup>o</sup> *Sidyma*] Σιδύμα, πόλις Λυκίας Stephano: et Ptolemæo, ad Cragum montem, v. 3. Vide Notas et Emend. num. 68.

<sup>p</sup> *Cragus*] Κράγος ἕρος Λυκίας Stephano: Scylaci, p. 37. ἀκρωτήριον. Nunc *Capo Serdeni*, ὃ *Sette Capi*.

<sup>q</sup> *Ultra par sinus*] Ultra promontorium sinus est, nunc *Golfo di Macari*, par ingenti illi sinui, de quo dictum est prius, cap. 28. quem Taurus mons determinat Chelidonio promontorio, *Golfo di Sattalia*.

<sup>r</sup> *Ibi Pinara*] Πίναρα Straboni lib. xiv. p. 665. et Ptolem. v. 3.

<sup>s</sup> *Telmessus*] Iisdem verbis Mela l. 15. Τελμησσός est Ptolemæo, Τελμυσός Straboni, locis cit.

<sup>t</sup> *Lycia quondam LXX.*] Ita Mss. omnes, (non *LX.*) et Martianus, lib. vi. cap. de Euphrate, p. 220.

<sup>u</sup> *Canas*] Κανὰς in recto Græcis.—

ubi laudatur *Ænium nemus*,<sup>w</sup> *Podalia*,<sup>x</sup> *Choma*<sup>y</sup> præfluente *Adesa*:<sup>z</sup> *Cyaneæ*,<sup>a</sup> *Ascandalis*,<sup>b</sup> *Amelas*, *Noscopium*, *Tlos*,<sup>c</sup> *Telandrus*.<sup>d</sup> Comprehendit in mediterraneis *Cabaliā*,<sup>e</sup> cujus tres urbes, *Ænoanda*, *Balbura*, *Bubon*. A *Telmesso*

graphis.' Dalec. Mox, *Ænias nemus* Chiffi. Deinde, *Podalæa* Pinens; *Podalia*, C. p. *Edesa* Vet. Dalec. *Podalia*, C. p. *Adesa*, *Ganea*, *Scari*, *Ælimala* Steph. Denique, *Nisa* pro *Noscopium* Ptolem. *Tlos*, *Telanorus* Elz. Gronov. et al. vett.—6 Cod. Dalec. et *Carbaliā*. Mox, in eodem codice: *Ænandra*,

## NOTÆ

\* In Notit. Eccles. Ant. inter episcopos provinciæ Lyciæ, p. 15. δ Κανού. Et p. 49. δ Κανού, ἡτοι τῆς Ἀκαλείας. Leunclavii Notit. p. 94. δ Κανού.' *Ed. sec.*

† *Candyba*] In Notitia Eccles. Antiq. Prov. Lyciæ, Κάνδυβα. Item Stephano. Ptolem. v. 3. forte mendose, Κόνδυβα.

‡ *Ænium nemus*] Mss. omnes *Ænias nemus*.

§ *Podalia*] Ποδάλια in Notitia Eccles. Prov. Lyciæ. Ptolem. v. 3. Ποδαλλία. Stephano, Ποδάλεια, πόλις Λυδίας, lego Λυκίας.

¶ *Choma*] Χώμα inter Lyciæ oppida mediterranea Ptolemæo, loc. cit. et in Notitia Eccles. Antiq. In Conc. Ephes. 'Endoxius Chomatenus.'

‡ *Adesa*] In Mss. *Ædesa* ei amni nomen.

§ *Cyaneæ*] Κυάνεαι, in Notitia Eccles. Antiq. Prov. Lyciæ. Apud Ptolem. v. 3. Κόδνα pro Κύανα.

¶ *Ascandalis*] In Mss. R. 1. 2. &c. *Ascandandalis*, *Amelas*, *Noscopium*. Forte hic locum habere debet Ἀκασσός Lyciæ Prov. sedes Episc. in Notit. Eccles. antiqua Hieroclis, pp. 15. 31. et 49.—'Item *Acanda*. Nam in ea ipsa Notitia inter episcopos prov. Lyciæ p. 49. censetur δ Ἀκίδων, qui p. 15. δ Ἀδκίδων mendose nuncupatur: cum et apud Leunclavium, p. 94. pariter δ Ἀκίδων extet.'

*Ed. sec.*

† *Tlos*] Τλῶς πόλις Λυκίας, Stephan. p. 659. et Ptolem. v. 3. Et in Notitia Eccles. Antiq. Τλῶ. 'pag. 31. et pag. 51. δ Τλῶν. pag. 47. δ ὕλων, pro δ Τλῶν, qui error et apud Leunclavium ipsum irrepsit, p. 94.' *Ed. sec.*

‡ *Telandrus*] Τήλανδρος, quam Stephanus Cariæ adjudicat: quoniam est in confinio utriusque provinciæ posita.

§ *Cabaliā*] Καβαλίαν. Strabo, lib. xiv. p. 631. Καβαλίδα vocat. Id re-giunculæ in Lycia nomen, etiam Ptolem. v. 3. cujus urbes ex tres, *Οινεινδα*, *Βούβων*, *Βάλβουρα*. De his vide Strab. lib. xiii. p. 631. In Notitia Eccles. *Βουβών*, Ἠνώραδα, *Βαλούρα*, pro *Βαλβούρα*, pag. 31.—'At p. 17. et 49. δ Βαρβούρων, uti et apud Leunclavium, p. 94. pro δ Βαλβούρων. In iisdem Notitiis p. 15. δ Ὑνούδων, et p. 94. δ Ὀνούδων, apud Leunclavium δ Ὀνούρων l. c. ubique mendose, pro δ Οινεινδών. Item, p. 15. δ Βόβον ἡτοι Σοφισανοπόλεως, et apud Leunclavium, δ Βόβον ἡτοι Σοφισανοπόλεως, de *Bubone* accipienda sunt. *Ed. sec.*—Stephano.' *Βουβών*, et τὰ *Βάλβουρα*, et *Οινείων*, πόλεις Λυκίας. In Conc. CP. i. p. 957. 'Patritius *Ænandensis*, et 'Romanus *Bibonensis*, pro 'Bubonensis.'

Asiaticum mare, sive Carpathium, et quæ proprie vocatur Asia.<sup>f</sup> In duas eam partes Agrippa divisit. Unam inclusit<sup>g</sup> ab oriente Phrygia et Lycaonia, ab occidente Ægæo mari, a meridie Ægyptio, a septemtrione Paphlagonia. Hujus longitudinem CCCCLXX. mill. passuum, latitudinem CCCXX.<sup>7</sup> mill. fecit. Alteram determinavit ab oriente, Armenia minore: ab occidente, Phrygia, Lycaonia, Pamphylia: a septemtrione, provincia Pontica: a meridie, mari Pamphylia: longam DLXXV. mill. passuum, latam CCCXXV. mill.

XXIX. In proxima ora Caria<sup>a</sup> est, mox Ionia: ultra eam Æolis. Caria mediæ Doridi circumfunditur, ad mare utroque latere ambiens.<sup>1</sup> In ea<sup>b</sup> promontorium Pedalium. Amnis Glaucus<sup>c</sup> deferens Telmessum.<sup>2</sup> Oppida: Dædala,<sup>d</sup>

*Ptolemæo. Oæniandra.* Deinde, pro *Bubon*, Chiff. habet *Dubon*.—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CCC. edd. vett. et Gronov.

CAP. XXIX. 1 *Æolis, media Doride.* Circumfunditur mari utroque latere ambiente margo edd. Dalec. et Gronov.—2 *Telmedium* codd. Tolet. et Dalec.

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Vocatur Asia*] Hodie Natoliam vocant. Ciliciam tamen Bithyniamque, et Lyciam, Paphlagoniam, provinciamque Ponticam, Phrygiam, Lycaoniam, Pamphyliaque, Plinius, Agrippam secutus, eo Asiæ proprie dictæ nomine negat contineri.

<sup>g</sup> *Unam inclusit*] Exscribit hæc a Plinio Martianus, lib. vi. c. de Euphrate, pag. 220. Et Missi Theodosii: 'Et quæ proprie vocatur Asia, in duas eam partes Agrippa divisit: unam inclusit ab oriente, Phrygia, Lycaonia: ab occidente, mari Ægæo. Hujus longitudinem CCCCLXX. latitudinem, CCCXX. fecit: (sic etiam Pliniani codices Mss. quos inspeximus, et vetus Dalec. ac Chiff. etsi Martianus, cum Plinii typis, tantum CCC. præferat:) alteram determinavit ab oriente, Armenia minore: ab occidente, Phrygia, Lycaonia, Pamphylia:

a septemtrione, provincia Pontica: a meridie, mari Pamphylia: longitudinem DLXXV. latitudinem CCCXXV.'

<sup>a</sup> *Caria*] Nunc *Aidinelli*, et *Germanian*. Doridem Caria includit a continente: reliqua sui parte mari Doris alluitur.

<sup>b</sup> *In ea*] In Caria, unde ipsa post Lyciam incipit. Mela i. 15. 'Quæ Lyciam finit, urbs Telmessos.' Mox cap. 16. 'Caria sequitur... Promontoria duo: Pedalion, et Crya.'

<sup>c</sup> *Glaucus*] Γλαῦκος, quem Q. Calaber, iv. 6. et 11. in confinio Lyciæ recte collocat, Λυκίης σχεδὸν αἰῆς. In hunc exonerare se amnem alterum Plinius ait, quem *Telmedium* Mss. omnes, *Telmessum* maluit Barbarus appellare.

<sup>d</sup> *Dædala*] Δαίδαλα Stephano, πόλις Λυκίας, et Straboni, lib. xiv. p. 651.

*Crya* <sup>e</sup> fugitivorum. Flumen Axon, oppidum Calynda.<sup>3 f</sup>

(XXVIII.) Amnis Indus <sup>4 g</sup> in Cibratarum <sup>h</sup> jugis ortus, recipit LX. perennes fluvios, torrentes vero amplius centum. Oppidum Caunos liberum, deinde Pynos.<sup>1</sup> Portus Cressa,<sup>j</sup> a quo Rhodus insula XX. M. Locus Loryma.<sup>k</sup> Oppida: Tisanusa,<sup>5 l</sup> Paridion, Larymna. Sinus Thymnias.<sup>m</sup> Promontorium Aphrodisias. Oppidum Hyda.<sup>6 n</sup> Sinus Schoenus. Regio Bubassus.<sup>o</sup> Oppidum fuit Acanthus,<sup>p</sup>

//////////

Mox, pro *Crya*, Vet. Dalec. *Caræa*; Ptolem. *Carya*; Chiffi. *Cyrcia*.—3 *Calynta* cod. et Vet. Dalec.—4 '*Amnis Ninus* ex Alex. et Hermol.' Dalec.—5 *Tysanusa* Gronov. Mox, *Paridon* Chiffi.—6 *Hyla* Vet. Dalec. et paulo post,

#### NOTÆ

Ptolemæo item, v. 3. *Δάδαλα* pro *Δαίδαλα*, in Lycia, citra Telmessum oppidum, quod finem esse Lyciæ proxime antea diximus. Cariæ nimirum Lyciæque confinia sæpe permixta.

<sup>e</sup> *Crya*] Promontorii nomen est Mela, loc. cit. Stephano, *Κρύα πόλις Λυκίας*, in Lyciæ nempe vicino. Ptolem. v. 3. *Κάρια*, mendose. *Κρύασσαν* in Caria Plutarchus agnoscit, de Virtut. Mulier. p. 246.

<sup>f</sup> *Calynda*] *Κάλυνδα*. Vide Notas et Emend. num. 69.

<sup>g</sup> *Amnis Indus*] *Κάλβω* hunc vocat Strabo, lib. XIV. p. 651. et Ptolem. v. 2. Mela quoque, i. 16. 'Secundum Calbin amnem,' inquit, 'Caunos oppidum valetudine habitantium infame.' Fecit hoc alterum amni nomen Indus quidam in eum ab elephanto dejectus, ita prodente Livio, lib. XXXVIII. p. 472. 'Hinc ipsa Caria 'Indorum regio' appellatur, i. Mach. VIII. 8.' Ed. sec.

<sup>h</sup> *Cibratarum*] *Κιβυράται*, quorum oppidum *Κιβύρα μεγάλη* Straboni, lib. XIII. p. 630. quam in magnæ Phrygiæ civitatibus mediterraneis collocat Ptolem. v. 2. quod et mox Plinius facit, his verbis: 'Ipsam oppidum Phrygiæ est.'

<sup>1</sup> *Pynos*] *Πύρνος, πόλις Καρίας*, Steph. <sup>j</sup> *Cressa*] *Κρήσσα λιμὴν* Ptol. v. 2.

<sup>k</sup> *Loryma*] *Λόρυμα* Ptolem. loc. cit. Littus esse asperum ait Strabo, lib. XIV. p. 652. Stephano oppidum est, *Λόρυμα, πόλις Καρίας*.—'In Concilio Quinisexto, p. 1199. *Γεώργιος ἐπίσκοπος πόλεως Ἐλαρμίων ἐπαρχίας Καρίας*. Et in Notit. Eccl. Ant. p. 48. inter episcopos provinciæ Cariæ, *ἔ Ἐλαρμίων*. Ubi Leunclavius, p. 94. *ἔ Ἐαρμίων*.' Ed. sec.

<sup>l</sup> *Tisanusa*] Mela, i. 16. ubi de Caria: 'Portus duo: Gelos, et cui ex urbe, quam amplectitur, *Tisanusa* cognomen est. Inter eos oppidum Larymna, et Pandion collis in mare emissus.' An Mela ex Plinio emendandus? an ex Mela Plinius? Mss. Pliniani omnes, *Parydon*: Pomponiani, *Pandion*.

<sup>m</sup> *Thymnias*] Hæc sunt ex Pomponio Mela i. 16. 'Tum tres,' inquit, 'ex ordine sinus: Thymnias, Schoenus, Bubassius. Thymniæ promontorium Aphrodisium est. Schœnus ambit Hydram: Bubassius Acanthum: Gnidus in cornu penisulæ.'

<sup>n</sup> *Hyda*] Mss. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Hydas*.

<sup>o</sup> *Regio Bubassus*] Cui et urbs cognominis, *Βύβησσος, πόλις Καρίας*, apud

alio nomine Dulopolis. Est in promontorio<sup>q</sup> Gnidos<sup>r</sup> libera, Triopia,<sup>s</sup> dein Pegusa et Stadia<sup>7</sup> appellata. Ab ea<sup>t</sup> Doris incipit.

Sed prius terga, et mediterraneas jurisdictiones indicasse conveniat.<sup>8</sup> Una appellatur Cibyratice. Ipsum oppidum Phrygiæ<sup>u</sup> est. Conveniunt eo xxv.<sup>9</sup> civitates, celeberrima urbe<sup>v</sup> Laodicea.<sup>w</sup>

(xxix.) Imposita est Lyco flumini, latera alluentibus Asopo et Capro, appellata primo Diospolis,<sup>x</sup> dein Rhoas.

~~~~~

in eodem Cynethon pro Acanthus.—7 Pegasa et Stadia Vet. Dalec. Pegusa et Candia Chiffi. pro v. l.—8 Cod. Dalec. conveniet.—9 Chiffi. XXII. Edd. vet. et Gronov. XXV. civitates. CAP. XXIX. Celeberrima, &c. Ita distinguit etiam cod. Dalec. exhibens: XXV. civitates. CAP. XXIX. Celeberrima urbs Laodi-

NOTÆ

Steph.

^p *Acanthus*] *Ἀκάνθος* quoque in peninsula juxta Cnidum Stephanus collocat, p. 49.

^q *In promontorio*] Quod nunc *Capo Crio* nautæ vocitant.

^r *Gnidos*] *Κνίδος* Straboni, lib. xiv. p. 656. et aliis. Hodie *Gnido*. Hinc Ctesias, Endoxius, alique, de quibus in Auctorum Indice.

^s *Triopia*] Varia hæc sunt Gnidi, obsoletaque nomina. Triopiam a Triopa Rege dictam significat Diodorus Sic. Bibl. lib. v. p. 331. Hinc Apollo Triopius, templumque Triopium, mare denique Triopium pariter, quo Gnidorum ager pertingit, apud Herod. lib. i. n. 144. et n. 174. p. 72. Stephano, aliisque, *Τρίοπιον πόλις Καρίας*, quod Gnidum deinde translatus est. Scylaci, p. 36. *ἀκρωτήριον*, promontorium est juxta Cnidum.

^t *Ab ea*] A Cnido.

^u *Ipsum oppidum Phrygiæ*] Cibyra nimirum, de quo nos paulo ante egimus. Cariae tamen ascribitur in Notitia Eccles. Episcop. Et in Conc. CP. i. Leontius Cibyrensis subscri-

bit, e Prov. Cariae. Strabo, lib. xiii. p. 631. inter ea oppida numerat, quæ sunt jura veluti dubii, quod incerti fines essent, Lyciæ, Phrygiæ, Cariaeque. Unam e maximis Asiæ præfecturis, *διοικήσει*, Cibyraticam fuisse, idem prodit.

^v *Celeberrima urbe*] Ab his verbis novi capitis factum hactenus initium est: quam inepte, sat liquet.

^w *Laodicea*] Mediterranea civitas ea fuit, *Λαοδικεία πρὸς τῷ Λύκῳ*, Straboni, lib. xii. p. 578. et Philostr. de Vitis Sophist. lib. i. p. 530. Nunc excisa penitus: vix e ruderibus moletrina una velari superstit. Loco tamen Turcæ fecere nomen *Eskihissar*, hoc est, 'vetus castellum.' Errant qui *Laudichia* dici adhuc putant. Phrygiæ a Strabone ascribitur, loc. cit. ubi Capro et Lyco allui urbem ait. Lycum porro Curtius temere confundit cum Marsya, de quo mox, ut Salmasius monuit, p. 828. in Solin. alique.

^x *Diospolis*] Ceu civitas Jovia. *Rhoas*, a *ῥέω*, *fluo*, hoc est, ab amni fluxu urbem circumambientium.

Reliqui in eo conventu, quos nominare non pigeat, Hydrelitæ,⁷ Themisones,⁸ Hierapolitæ.^a Alter conventus a Synnada^{10 b} accipit nomen. Conveniunt Lycaones,^c Appiani,^d Eucarpeni,^{11 e} Dorylæi,^f Midæi, Julienses,^g et reliqui ignobiles populi xv. Tertius^h Apamiam vadit, ante appella-

cea, imposita, &c.—10 Synnade Chiffi.—11 Cercopeni Vet. Dalec. Mox, Chiffi.

NOTÆ

⁷ Hydrelitæ] Ὑδρηλα τῆς Καρίας, Stephano, pag. 676. Ὑδρηλος Straboni, lib. xiv. pag. 660. Livius, lib. xxxvii. pag. 466. 'Cariam,' inquit, 'quæ Hydrelæ appellatur, agrumque Hydrelitanum, ad Phrygiam vergentem.'

⁸ Themisones] Et hi Phrygiæ contributi. Θεμισώνιον χωρίον Φρυγίας, Stephano. Circa Laodiceam positum dicitur Θεμισώνιον oppidum Straboni, lib. xii. pag. 576.

^a Hierapolitæ] Ab Hierapoli, Phrygiæ magnæ oppido, inter Cibyra et Apameam, apud Ptolem. v. 2. Carisæ a Stephano attribuitur, Ἱερὰ πόλις Καρίας. In Notitia Episcopatum, Prov. Phrygiæ Capatianæ, Λαοδικεία, Ἱερὰ πόλις, Θεμισώνιος, pro Θεμισώνιος. In Conc. Gener. vi. pag. 1031. Sisinnius Episc. τῆς Ἱερραπολιτῶν μητροπόλεως τῆς Φρυγῶν ἐπαρχίας.

^b A Synnada] Synnadica Jurisdictione, seu conventus Synnadicus inde dictus. Majoris Phrygiæ mediterraneum oppidum Ptolem. v. 2. Σύνναδα Phrygiæ Salutaris, in Notitia Episcopatum, et in Concil. Gener. vi. p. 1031. Martiali ix. 76. 'Synnas Phrygia.'

^c Lycaones] Ut dictum est cap. 25.

^d Appiani] In Conc. vi. Gener. pag. 1039. Petrus Episcopus πόλεως Ἀππίας, cum Ancyrano Phrygiæ Episcopo subscribit. In Notitia Eccles. antiq. inter Episcopales sedes Phrygiæ Capatianæ, Ἀππία.

^e Eucarpeni] Ab oppido Phrygiæ, Εὐκαρπία Straboni, lib. xii. pag. 576. Majoris Phrygiæ, ut ipsa Synnada, Ptolemæo loc. cit. Phrygiæ Salutaris, in Notit. Episcop.

^f Dorylæi] Δορυλῆιον, ejusdem Phrygiæ majoris, et Salutaris, liadem auctoribus. Μιδάϊον quoque. Ptolemæo Δορύλειον, Μιδάειον. Caracallæ nummus apud Spanhem. pag. 905. ΜΙΔΑΕΩΝ. De Dorylao rursum, cap. 31. De Midaio, a quo Midæi, cap. 41.

^g Julienses] Quorum oppido nomen Ἰουλιόπολις apud Ptolem. v. 2. Vide librum quem edidimus, de Nummis Antiquis Populorum et Urbium, verbo ΙΟΥΛΙΕΩΝ, et ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ.

^h Tertius] Apamenus conventus ab Ἀπάμεια, quæ prius Κέλαμαι, ut refert Strabo, lib. xii. pag. 577. et Stephanus, pag. 91. deinde Κιβωτὸς, ut idem Strabo ait, pag. 576. hoc est, Arca dicta est, quod in arcæ modum a tergemino amne illam ambiente clauderetur. Κέλαμαι, quod ab eo oppido Apameam cives transducti. Magnæ Phrygiæ tum a Strabone accensetur, loc. cit. tum a Ptolem. v. 2. Nummus antiquus apud Spanhemium, pag. 890. ΚΙΒΟΤΟΣ. ΑΠΑΜΕΩΝ. ΜΑΡΤΙΑΣ.—^c Eorundem autem Apamenorum, quos Marsyas amnis alluit, nummi sunt insignes tres in Museo nostro, ex ære mediocri. Eorum fabrica ac metalli genus ætatem omnino refert Galbæ, Vitellii, et Otho-

tam Celænas, dein Ciboton. Sita est in radice montis Sig-

NOTÆ

nis: ut et litera Σ vetus in BIANOΠΟΣ. Ex una parte caput est Romæ galeatum, cum crista retro rejecta. In altera est aquila, alis expansis inter soles tres, quorum unus supra caput, alii duo ad latera bina nummi, et ad pedes aquilæ. Aquila ipsa Romani Imperii symbolum molli insistit, in qua sunt lineæ multipliciter flexuosæ, quod 'opus' propterea 'Mæandratum' vocant Antiquarii. Et symbolum quidem illud est Apameæ Mæandro appositæ: quæ propterea in aliis nummis ΑΠΑΜΕΙΑ ΠΡΟΣ ΜΑΙΑΝΔΡΟΝ appellatur. Hinc et inde pileus est, index libertatis. Supra ΑΠΑΜΕΩΝ. Aut tres soles circa Romanam Aquilam totidem Imperii Romani Rectores significant, æquales inter se et diu saltem concordēs, aut expecto dum quid illi denotent aliquis felicior in conjectando indicet. Nummi Latini sub illis tribus Principibus cusi, inscriptique hoc lemmate, LIBERTAS RESTITUTA, æque atque pilei in istis Apamensibus, libertatem sub tribus illis restitutam prædicant, quam Nero scilicet Senatui populoque Romano ademerat. In imo margine nummi unus legitur, ΦΑΙΝΙΠΠΟΥ: quod nomen est unius e Magistratibus Apamenis. In altero est ΚΩΚΟΥ: quod nomen et in Apolloniatum nummo legitur, e Gaza Regia, sub Augusto. In tertio denique ΑΤΤΑΛΟΥ BIANOΠΟΣ: *Attuli, qui Bianoris filius*: cujusmodi nomen legitur in Ecloga Virgillii nona. Sunt hi tres iidem nummi probi et integri etiam in Museo D. de Boze: ac præter illos alii tres ejusdem plane formæ et fabricæ, similitudine indiscreta, exceptis Magistratum nominibus; quæ sunt in uno ΦΙΑΟΚΡΑΤΟΡ... ΑΡΙΣΤΕΟ. Forte, *Philocratoris Aristæ filii*: in altero ΑΝΤΙΦΩΝΟΣ, *Antipho-*

nis: in tertio demum, ΑΝΑΡΟΝΙΚΟΥ ΠΑΚΙΩΝ... *Andronici Rhacionis filii*, ut videtur: nam hujus postremi nominis prior litera et posteriores duæ obscuriores paulo sunt. Ergo tempus hi nummi sex fortassis indicant, quo fuerint hi tres Augusti simul, nimirum a Natali Urbis anni 821. usque ad Natalem anni 823. qui dies Natalis incidit in diem xi. Kal. Maii, ut Plinius docet xviii. 66. Nam cum sint in nummis istis diversi sex magistratus: ΦΑΙΝΙΠΠΟΣ, ΚΩΚΟΣ, ΑΤΤΑΛΟΣ BIANOΠΟΣ, ΦΙΑΟΚΡΑΤΟΡ ΑΡΙΣΤΕΟΥ, ΑΝΤΙΦΩΝ, et ΑΝΑΡΟΝΙΚΟΣ: qui duo primi ex his, quique illi fuerint, Magistratum, sive Duumviratum obtinuerunt, illi anno 821. post Natalem Urbis percuti nummos curare potuerunt suis nominibus: alii duo, anno 822. duo denique postremi, anno 823. ante diem xi. Kal. Maii. Neque enim aliis nominibus Magistratum inscripti hoc ævo, vel hac forma nummi Apamenses occurrunt. Et sunt isti sex inter se, si nomina Magistratum exceperis, ut ovum ovo, simillimi. Libertatem autem suam jactant Apamenses in eo positam, quod licuit eis Duumviros e suis civibus creare illo triennio: cum prius sub Nerone, ut postea sub Vespasiano, Romanos Latinosve habuerint. Itaque nunc illi se quidem fœderatos esse cum Romanis profitentur, vultu Urbis Romæ cum Aquila in suis nummis impresso, sed liberos tamen, gemino addito in altera parte pileo, in qua nomen ΑΠΑΜΕΩΝ est. Ceteræ autem fere orbis Romani Græcæ civitates, si Cyprum insulam et Cretam exceperis, et cum Amiso Alexandriam, a fœdere cum Romanis hoc triennio discessisse possunt videri: argumento eo, quod nulla ex iis vel Othonii, vel Vitellii, vel

niæ, circumfusa Marsya,ⁱ Obrima, Orga,¹² fluminibus in Mæandrum cadentibus. Marsyas ibi^j redditur, ortus, ac paulo mox conditus, ubi certavit^{13 k} tibiæ cantu cum Apolline, Aulocrenis:¹ ita vocatur convallis decem mill. passuum ab Apamia, Phrygiam petentibus. Ex hoc conventu^m deceat nominare Metropolis,ⁿ Dionysopolitas,^o

Mydæi; Vet. Dalec. *Mudæi*.—12 *Orba* Chiffi.—13 'Lege, ubi *Marsyas* cer-

NOTE

Galbæ nomine nummum percusserit. Extat eorundem Apamensium nummus, ævo M. T. Ciceronis percussus, inscriptusque P. LENTVLVS IMPERATOR. ΑΠΑ. Ἀπαμίων ΜΥΤΣΚΟΤ, *Myisco* Duumviro. Est apud Patinum, in Thes. Numism. p. 43. Alius omnino similis est apud D. Abbatem de Fontenu: sed pro *Myisco* 'Attalus Bianoris' filius est, abavus haud dubie illius Attali pariter Blanoris filii, qui sub Othone, Galba, et Vitellio gessit Magistratum. Hoc illud tempus est, quo civitates liberæ et fœderatæ addictas se profitebantur esse Romæ et Imperio. Sic enim in nummo coloniae Corinthii, apud Seguinum, p. 65. pingitur Victoria stans, dextra coronam ostentans, palmam sinistra: L. CAN. AGRIPPA. IIIVIR. COR. 'Lucio Caninio Agrippa Duumviro. Corinthus.' Parte altera, caput est muliebre, coloniae utique Corinthi, turritum: cum inscriptione magnifica: ROMÆ ET IMPERIO. Tunc et civitas Massilia in provincia Narbonensi, nummum argenteum cudit, quinarium mole, qui nunc est apud D. de Clesves, Parisiis. Exhibet is ab una parte caput Romæ galeatum, Aquilam ab altera, Imperii symbolum. Hoc vero fuit ingeniose idem prædicare per picturam, quod per voces significavit colonia Corinthus: ROMÆ ET IMPERIO. Ad latus scriptum est ΜΑΣΣΙΑ, hoc est, Μασσαλιωτῶν: Græ-

Delph. et Var. Clas.

ce quidem, ad suam originem ostendendam, quoniam fuit, ut Plinius ait, 'Massilia Græcorum Phocæensium,' eademque cum Roma et Imperio 'fœderata.' *Ed. sec.*

¹ *Marsya*] *Μαρσῶν* et *Ὀργῶν* Strabo quoque nominat, lib. XII. pag. 577. quos in Mæandrum labi ait. Obrimæ fontium Livius meminit, lib. XXXVIII. pag. 473.

^j *Marsyas ibi*] *Marsyas*, inquit, ibi emergit amnis, qui post paulo, quam ortus erat, sese in terram abdiderat, in eo loco qui Aulocrene dictus est, αὐλοῦ κρήνη, quasi *fontem tibiæ*, vel *tibiæ* dixeris: a quo fonte, et monti deinde, et convalli, et regioni nomen idem est inditum. Ita Maximus Tyrius, Dissert. XXXVIII. pag. 385. Vide Notas et Emendationes num. 70.

^k *Ubi certavit*] *Marsyas* nimirum, cujus e sanguine amnem exortum fabulæ narrant. Vide Apollod. de Diis, lib. I. pag. 13. Diodor. Sic. Bibl. lib. III. pag. 192. Photium in Bibl. cod. 190. pag. 477. Hygin. fab. 165. Livium, lib. XXXVIII. pag. 472. Ovid. Met. VI. 390.

¹ *Aulocrenis*] Αὐλοῦ κρήνη. Solinus et Martianus, *Aulocrene*. Salmasius frustra, contra tot testes unus, αὐλοθρήνης, in Solin. pag. 834. Plinius ipse XVI. 89. regionem *Aulocrenen* vocat.

^m *Ex hoc conventu*] *Apameno*.

ⁿ *Metropolis*] Μητρόπολις Φρυγίας,

3 R

Euphorbenos, Acmonenses,^p Peltenos,^q Silbianos.¹⁴ Reliqui ignobiles IX.

Doridis in sinu, Leucopolis,^r Hamaxitos,^s Elæus, Euthene.^t Dein Cariæ oppida, Pitaium,^u Eutane,^v Halicarnassus.^w Sex oppida contributa^x ei sunt a Magno Alex-

tavit.' Dalec.—14 Vet. Dalec. *Enonienses, Peltenos, Sylleanos*.—15 *Amaritos* Gronov. et edd. vett. Mox, pro *Elæus*, Ptolem. *Elæa*. Paulo post, *Pitaium*, *Eutane* Chiffi. *Pitaium, Eutania* Gronov. et edd. vett. *Pitavium* Ptolem.—

NOTÆ

ἀπὸ τῆς μητρὸς τῶν Θεῶν οἰκισθεῖσα, inquit Stephanus, a Deum Matre nomen accepit, quæ sedem ibi habuit. Urbs est Magnæ Phrygiæ, Ptolem. v. 2. Phrygiæ Salutaris, in Notitia Episcop. In nummis, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙ-ΤΩΝ.

^o *Dionysopolitas*] Ab urbe Dionysopoli Phrygiæ, quam Eumenes et Attalus condidere. Auctor Stephanus, pag. 239. Vide librum, quem nuper edidimus, de Nummis Antiquis Populorum et Urbium, verbo ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Phrygiæ.

^p *Acmonenses*] Oppidum magnæ Phrygiæ Ἀκμονία, Ptolem. v. 2. et Stephano. Ἀκμῶνα Phrygiæ Capatiane, in Notitia Episcop. Nummus Agrippinæ Claudii, apud Patin. pag. 109. ΑΚΜΩΝΕΩΝ.

^q *Peltenos*] Quorum oppidum Phrygiæ magnæ Πέλται, apud Strabon. lib. XII. pag. 576. et Ptolem. loc. cit. ut Silbianorum Σιλβίων. In Notitia Episcopatum Phrygiæ Capatiane, Σιλβία, permutatis literis, pro Σιλβία.

—^r *Peltenorum* istorum nummus est ex ære apud D. Sherardum Consulem Anglum Smÿrnæ: ex una parte caput velatum exhibet, cum epigraphæ, ΒΟΥΛΗ ΠΕΑΘΝΩΝ, Curia *Peltenorum*. In altera superficie, Mercurius alatus, cum dolio: vini mercatores significat. Inscriptio: ΠΕΑΘΝΩΝ ΜΑΚΕΔΩΝΩΝ. *Peltenorum* Ma-

cedonum. Macedones hi cognominantur, ut ab aliis Peltenis secernantur superius positus, cap. 25. Fuere igitur in hoc tractu, ut in Ionia, Lydiaque, Macedones.^r Ed. sec.

^r *Leucopolis*] Oppidum videtur in littore fuisse cognomine: Mela enim, I. 16. unde hæc Plinius: 'Trans Halicarnassum illa sunt,' inquit: 'Litus Leuca: Urbes, Myndus,' &c.

^s *Hamaxitos*] Et alia est ejusdem nominis in Troade. Ἀμαξιτός, *Hamaxitos* orbitam Græce sonat, seu viam quæ ad agendum curriculum patet.

^t *Elæus, Euthene*] Illa Græcis Ἐλεῖος, vel potius Ἐλεούς haud procul Lorymis, apud Strabonem, lib. XIV. pag. 655. Hæc vero Ἐδθηναί. Stephanus: Ἐδθηναί, πόλις Kaplas. In Thesauro Goltzii, pag. 215. ex nummo vetere, ΕΥΘΗΝΙΤΩΝ.

^u *Pitaium*] Stephano, pag. 552. Πιτταῖον, πόλις Kaplas.

^v *Eutane*] Hæc Pomponii Mela Euthane est, I. 16. inter Cnidum et Cercamicum sinum, in recessu posita.

^w *Halicarnassus*] Mela, I. 16. 'Halicarnassos, Argivorum colonia, et cur memoranda sit, præter conditores, Mausoleum efficit, regis Mausoli monumentum, unum de miraculis septem, Artemisiæ opus.' Nunc rudera vix supersunt hujus civitatis in deserto loco, cui nomen *Boudron*,

andro, Theangela,⁷ Sibde,⁸ Medmassa,¹⁶ Euranium, Pedasum,⁹ Telmessum.^b Habitat^c inter duos sinus, Ceramicum^d et Iasium. Inde Myndos,^e et ubi fuit Palæmyndus, Nariandus, Neapolis,^f Caryanda,^g Termera^h libera, Bargyla,¹⁷ i et a quo sinus Iasius, oppidum Iasus.^j

Caria^k interiorum nominum fama prænitet: quippe ibi

16 *Mednasa* Chiffi.—17 *Arianda* T. l. *Bargilia* Vet. Dalec. *Carianda* T. l. *Bar-*

NOTE

contra insulam Coam. Hinc Dionysius Halicarnasæus rerum Romanarum scriptor, cui Ælius prænomen fuit, teste Eustathio in Iliad. B. pag. 368. Hæc pariter Herodoti patria.

^x *Contributa*] Jura petere Halicarnassum coacta: sive Halicarnassensi jurisdictioni subjecta. Aliud est quod Strabo refert, lib. xiii. p. 611. a Mansolo Cariae rege sex oppidorum cives Halicarnassum esse transductos.

^y *Theangela*] Θεαγγελα, πόλις Καρίας, Stephano. Apud Athen. lib. vi. p. 271. Philippus Θεαγγελεὺς Historicus. Apud Plutarchum in Alexandro, p. 691. Χάρης Εἰσαγγελεὺς, pro Θεαγγελεὺς. Et apud Strab. lib. xiii. p. 611. Συναγέλα, pro Θεαγγελα.

^z *Sibde*] Σίβδα, πόλις Καρίας, et Μέδμασος, πόλις Καρίας, Stephano.

^a *Pedasum*] Τὰ Πήδασα Straboni, lib. xiii. p. 611. unde regioni nomen Πηδασιος. Apud Auctorem libri de Mirab. Auscult. Πηδασία τῆς Καρίας. Apud Herod. lib. vi. p. 340. n. 20. Κάρες Πηδασιεύς.

^b *Telmessus*] Forte rectius *Telmisum*, per unicum σ, ut a Telmessio Lyciæ hac nota dirimatur. Incolæ Τελμισοὶς a Polemone vocitantur, apud Suidam: ab Halicarnasso stadiis LX. disjuncti, hoc est VII. M. D. pass.

^c *Habitatur*] Halicarnassus nimirum.

^d *Ceramicum*] Ab oppido Ceramo: Κέραμος in Doride, Ptolemæo, v. 2. Nunc *Golfo di Castel Marmora*. De Iasio mox.

^e *Myndos*] Stephanus: Μύνδος, πόλις Καρίας. ἔστι καὶ πόλις ἄλλη Καρίας, Παλαιὰ Μύνδος, hoc est, antiqua *Myndos*. In Notitia Eccles. Ἀμυνδός.

^f *Neapolis*] Pomponio quoque, i. 16. et Ptolemæo, v. 2. nota Cariae civitas: et in Notitia Episcop. Prov. Cariae.

^g *Caryanda*] Καρυάνδα Straboni lib. xiv. p. 658. et Harpocrat. p. 192. Hinc ortus Scylax Caryandensis, scriptor rerum Geographicarum.

^h *Termera*] Τέρμερον Strabo vocat, p. 657. juxta promontorium Myndiorum, cui nomen pariter Τερμέριον fuit. Stephano, Τέρμερα, πόλις Καρίας.

ⁱ *Bargyla*] Stephano, τὰ Βάργυλα, πόλις Καρίας, prope Iasum et Myndum. Mss. Pliniani, *Bargilia*. Straboni, lib. xiv. p. 654. τὰ Βαργύλια.—‘In nummis antiquis Severi et Antonii, ΒΑΡΓΥΛΙΑΝΤΩΝ.’ Ed. sec.

^j *Iasus*] Ἰασός Straboni lib. xiv. p. 658. Ptolemæo, v. 2. et Stephano. Melæ, *Iasos*. In Notit. Episcop. Prov. Cariae, Ἰασός. Nunc *Askem*, sive *Askem Kalesi*: ut aunt ii, qui hæc loca proxime viderunt.

^k *Caria*] Quæ deinceps recensentur, sunt Alabandici conventus.

sunt¹⁸ oppida, Mylasa¹ libera, Antiochia,^m ubi fuere Semine^{thos}^a et Cranaos oppida : nunc eam circumfluunt Mæander, et Orsinus.¹⁹^o Fuit in eo tractu et Mæandropolis.^p Est Eumenia^q Cludro flumini apposita, Glaucus amnis, Lysias^r oppidum, et Orthosia :²⁰^a Berecynthius^t tractus, Nysa :^u Trallis, eadem Euanthia,^v et Seleucia,^w et Antio-

gyla edd. vett. et Gronov.—18 Ita codd. Harduini, Daleo. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ubi sunt edd. vett. et Gronov. Mox, *Simmethos* et *Cranaos* Chiffi.—19 Sic codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Mossinus* Gronov. et edd. vett.—20 *Othrusa* Chiffi. Mox, *Nisa* Strab.—21 *Arizon* Chiffi. Mox, *Stratonice*,

NOTE

¹ *Mylasa*] Straboni lib. xiv. p. 658. Ptolem. v. 2. Dioni lib. xlviii. pag. 373. *Μόλασσα*. Stephano, *Μόλασα*. Augusti nummus apud Spanhem. p. 905. CEBACTO. MTAACEON. Hodie *Melazzo*, ut recentiores volunt, qui nuper hanc oram lustrarunt : etsi id nomen Mileto Ioniz oppido Geographorum vulgus adjudicat.

^m *Antiochia*] Stephano, pag. 87. *Ἀντιόχεια τῆς Καρίας*, quam et ab Antiocho Seleuci F. conditam, et Pythopolin prius appellatam tradit. Straboni lib. xii. p. 630. et Ptolem. v. 2. *Ἀντιόχεια πρὸς Μαϊάνδρῳ*, ab amne quo alluitur. Nummus Trajani Decii, apud Spanhem. pag. 888. ANTIOXEON MEANΔΡΟΣ.

^a *Seminethos*] Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. *Simmethos*.

^o *Orsinus*] Ita Mss. proxime laudati. Editi, *Mossinus*.

^p *Mæandropolis*] Stephano, *Μαυανδροπόλις*, *Μαγνησίας πόλις*, hoc est, Magnetum ditionis.

^q *Eumenia*] *Εὐμένεια*, Stephanus : Ptolem. v. 2. Strabo lib. xii. p. 576. alique Phrygiæ magnæ *Εὐμενίαν* adjudicant : Phrygiæ Capatianæ, Notitia Episcop.

^r *Lysias*] *Λυσιάς* Straboni lib. xii. p. 576. et Ptolem. v. 2. in Phrygia mag-

na. Phrygiæ Salutaris, in Notitia Episcop.—^t In nummis, ΒΟΥΛΗ ΑΥ-ΣΙΑΔΕΩΝ. Ed. sec.

^u *Orthosia*] Ptolem. v. 2. in Caria, *Ὀρθωσας*. In Notit. Episcop. Prov. Cariz, *Ὀρθωσας*. Straboni lib. xiv. p. 650. trans Mæandrum, circa Nysam, posita *Ὀρθωσία*.

^t *Berecynthius*] Nysæ urbi, Marsyæque amni proximus, in Phrygia. Hesychius : *Βερεκύνται, Φρυγῶν τι γένος*, Strabo, lib. x. p. 469. *Βερέκυντες, Φρυγῶν τι φύλον*. Hinc Cybele Berecynthia mater appellata.

^u *Nysa*] *Νύσα* Straboni lib. xiv. p. 649. proxime Tralles. Ab Antiocho Seleuci F. de matris nomine *Νύσαν* appellatam esse, auctor est Stephanus. verbo *Ἀντιόχεια*. Nummus Elagabali Imp. mediæ formæ, ex ære, in Cimelio nostro Paris. NYCAEON.

^v *Euanthia*] A copia scilicet florum, qui in agro Tralliano nascuntur. Stephanus : *Τράλλις, πόλις Ἀνδρίας, πρὸς τῷ Μαϊάνδρῳ ποταμῷ· ἡ πρότερον λεγομένη Ἀνθεία, διὰ τὸ πολλὰ ἐνθὲ ἐκεῖ πεφυκέναι*. Cariz Ptolemæus ascribit, lib. v. cap. 2. Lydiæ Stephanus, et Notitia Episcop. Nempe in eo tractu posita fuit, quem Lydi, Cares, et Iones incolerent, ut Strabo monet, lib. xiv. p. 648. Nummus L. Veri in

chia dicta. Alluitur Eudone amne, perfunditur Thebaide.^x Quidam ibi Pygmæos habitasse tradunt. Præterea sunt Thydonos,^y Pyrrha, Eurome, Heraclea, Amyzon,^z Alabanda^z libera, quæ conventum eum cognominavit: Stratonicea^a libera, Hynidos,^b Ceramus,^c Trœzene,^d Phorontis. Longinquoires eodem disceptant foro,^e Orthronienses,^z f



et Alinda libera margo edd. Dalec. et Gronov. ex Ptolem.—22 Sic codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Othronienses*.

NOTE

Thes. Goltzii, ΤΡΑΑΙΑΝΩΝ.

^w *Seleucia*] Antiochus Selenci F. et suum urbi, et patris nomen imposuit.

^x *Thebaide*] Amne oppidum intersecante. Rectius, ut in Mss. quibusdam, *Thebaite*.

^y *Thydonos*] De hac ceteri silent. Πύρρα in Caria Ptolemæus agnoscit, v. 2. Εὐρωμον, Ἡράκλειαν, Ἀμύζονα, Strabo, lib. xiv. pag. 658. Stephanus, aliique. Ptolemæo hæc Ἡράκλεια πρὸς Ἀλβάνη dicitur, a monte, ut arbitror, proximo.

^z *Alabanda*] Unde conventus Alabandicus. Ἀλάβανδα Ptolemæo, loc. cit. in Caria. In Notitia Episc. Ἀλ-πανδα, mendose. In mediterraneis civitatibus, cum Stratonicea, apud Strab. loc. cit. Nummus Augusti, apud Spanhem. pag. 644. ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ.—^c Est apud Oconem, p. 510. e Cimelia Ferdinandi Archiducis nummus inscriptus, AT. K. ΟΠΕΛΙ. ΚΑΡΕΙΝΟCCE. *Imperator Cæsar Opellius Carinus Augustus*. Haud dubie enim legit Occo ΟΠΕΝ. pro ΟΠΕΛΙ. quo *Opellius* significatur: qua ex gente fuit etiam Macrinus uterque, et uterque Diadumenianus.)(Quadrigæ disjunctis dextrorsum et sinistrorsum bigis: inscriptio ΑΛΙΩΝ. ΔΝC. Hoc est, opinor, Αλαβανδείς Ἰωνίας, Διὰ Νίκην Σεβαστοῦ. *Alaban-*

denses Ioniae, ob victoriam Augusti. Docet hic nummus, præter nomen gentis, unde Carinus prodit, Parthos Persasque, quos Carinus et Carus vicerunt, haud procul Ionia et Alabandis devictos fuisse.¹ *Ed. sec.* De Alabandis, Livius lib. xxxviii. pag. 472.

^a *Stratonicea*] Στρατονίκη Straboni, loc. cit. Ptolem. v. 2. in Cariæ mediterraneis urbibus, Στρατονίκη.

^b *Hynidos*] Forte literis permutatis Ἰδυμος, quæ urbs Ptolemæo loc. cit. in Cariæ mediterraneis appellatur, cum Stratonicea, aliisque.—¹ Aut Hyniandos, Ἡνιαυδός, quæ provinciæ Lyciæ ab aliis adjudicatur, ut in Conc. Quinisexto, p. 1197.¹ *Ed. sec.*

^c *Ceramus*] Hæc vero cum mediterranea sit, ab ea situ dispar videtur, a qua Ceramicum sinum paulo ante diximus appellari, inter Cnidum et Halicarnassum.

^d *Trœzene*] In Caria Trœzenios olim habitasse, auctor est Strabo lib. xiv. pag. 656. Cum autem Stephano teste, Trœzenis in Græcia Phorbantium mons fuerit, ab eo Φορβαντίδα urbem hic quoque in Caria cognominasse Trœzenios putarim, non *Phorontin*.

^e *Eodem... foro*] Nempe Alabandico.

^f *Orthronienses*] Ita Mss. omnes: non *Othronienses*.

Halydienses,^g seu Hippini,^h Xystiani,ⁱ Hydissenses, Apolloniatae,^j Trapezopolitæ, Aphrodisienses liberi. Præter hæc sunt Coscinus,^k Harpasa^l apposita fluvio Harpaso, quo et Trallicon,^m cum fuit, alluebatur.

xxx. Lydia autem perfusa flexuosiⁿ amnis Mæandri recursibus, super Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad septemtrionem Mysiæ, meridiana parte Cariam amplectens, Mæonia ante^o appellata. Celebratur maxime Sardibus^b in latere Tmoli montis, qui antea^a Ti-

nianses edd. vett. et Gronov.—23 Tralle Ptolem.

CAP. xxx. 1 Chiffi. *flexuosis*.—2 Ita codd. Hardnini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. qui ante edd. vett. et Gronov.—

NOTÆ

^g *Halydienses*] In Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. *Alidienses*. Haud dubie *Alindienses*, ab oppido Cariæ mediterraneo, Ἰλνδα Ptolem. v. 2. τὰ Ἰλνδα Strab. lib. xiv. pag. 657. et, qui Strabonem transcripsit, Arriano Exped. Alex. lib. i. pag. 67.

^h *Hippini*] Forte *Hipsini*: est enim Ἴψος inter Episcopales sedes Phrygiæ Salutaris, in Notitia Eccles. Antiq.

ⁱ *Xystiani*] Ξύστις et Ὑδιστὸς Cariæ civitates, apud Stephanum. Ὑδισσα hoc dicitur Ptolemæo, inter mediterranea oppida.

^j *Apolloniatae*] Et hæ inter Cariæ mediterraneas civitates a Ptolemæo recensentur, v. 2. Ἀπολλωνία πρὸς Λαμβάνῃ, Τραπεζόπολις, Ἀφροδισίας. In Notitia Episcop. Ἀπολλωνίας et Ἀφροδισίας, Provinciæ Cariæ: Τραπεζόπολις, Phrygiæ Capatianæ ascribitur. Et in Conc. Quinisexto, pag. 1200. Eugenius Episcopus πύλεως Τραπεζῶν Πακατιανῆς. Lydiam inter et Cariam sitam hanc Aphrodisiadem ait Stephanus, pag. 144.

^k *Coscinus*] Pagus est trans Mæandrum positus, Κοσκινία Straboni lib. xiv. p. 650.

^l *Harpasa*] Stephanus: Ἀρπασα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Ἀρπασοῦ ποταμοῦ. In Cariæ mediterraneis oppidis, Ptolemæo v. 2. et in Notitia Episcop. Ἀρπασά. De fluvio Harpaso, Livius lib. xxxviii. pag. 472.

^m *Mæonia ante*] Hesychius: Μαονία, ἢ Λυδία. Ab amne Mæone sic appellatam Stephanus prodidit, ἀπὸ Μαίονος ποταμοῦ. A Mæone Rege, Diodorus, Bibl. lib. iii. pag. 191. A Lydo Atyis filio, qui Meon prius vocabatur, Herod. lib. i. n. 7. pag. 4. Λυδὸς δ' Ἄτυος, ἀπ' οὗθεν ὁ δῆμος Λύδιος ἐκλήθη ὁ πᾶς οὗτος, πρότερον Μήων καλούμενος. Homero B. 866. Μήωνες. Dionysio Halic. lib. i. Antiquit. pag. 21. Μητιονία dicitur: nempe Ionico idiomate: nam communis lingua Μαίονας et Μαιονίαν effert. Vide Strabonem, lib. xiii. pag. 625.—ⁿ In nummo Juliæ Mammææ CAP. ΠΡΩ. ΜΑΙΟΝΩΝ. Σάρδεϊς Πρώτῃ Μαίονων. Sardes prima civitas Mæonum.' Ed. sec.

^b *Sardibus*] Σάρδεις Ptolemæo in Lydia, v. 2. Αἱ Σάρδεϊς Straboni, lib. xiii. pag. 625. et in Notitia Episcop. Prov. Lydiæ. Nummus Musei Parisiensis, ex ære, mediocriis formæ, Hadriano Principe cusus, ΠΑΦΙΗ

molus^c appellabatur, vitibus^d consitus, et ex eo profuente^e Pactolo, eodemque Chrysorrhoa, ac fonte Tarne: a Mæoniis civitas ipsa Hyde vocitata^f est, clara stagno Gygæo.^g Sardiana nunc appellatur ea jurisdictio. Conveniuntque in eam extra prædictos,^h Macedones Cadueni,ⁱ Philadelpheni,^j et ipsi in radice Tmoli Cogamo flumini apppositi Mæonii, Tripolitani: iidem et Antonipolitæ Mæandro alluuntur: Apollonoshieritæ,^k Mesotimolitæ,^m et alii ignobiles.

3 Ita Harduinus ex codd. ita quoque Miller. Bipont. et Franz. *Cadueni*, *Lorenti*, *Philadelphini* Gronov. et edd. vett.—4 *Apollonishieritæ* margo edd. Dalec. et Gronov. *Apollonihieritæ* Chiffi. Mox, *Mysotimolitæ* al. ap. Dalec. *Mysormolitæ* Gronov.

NOTE

CΑΡΔΙΑΝΩΝ. Sardibus Tmolus imminet, inquit Strabo, loc. cit.

^c *Antea Tmolus*] Ovid. Met. vi. 15. 'Deseruere sui Nymphæ vineta Timoli.' Et xi. 86. 'Sui vineta Timoli, Pactolumque petit.'

^d *Vitibus*] Ovid. ex Ponto: 'Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos.' De Tmolite vino dicemus xiv. 9.

^e *Ex eo profuente*] Strabo, loc. cit. Chrysorrhoam, ab auri ramentis, quæ devehebat olim, appellatum scribit: at ævo suo ea defecisse. Vide et Plutarch. de Fluviiis, pag. 1153.

^f *Hyde vocitata*] Oppido ipsi alii, alii arci tantum id nomen inditum esse voluerunt, inquit Strabo, loc. cit. Hesych. Ὕδη, πόλις Ἀνδίας.

^g *Gygæo*] Γυγαία λίμνη, a Sardibus stadiis XL. seu v. mill. pass. teste Strab. loc. cit. Γυγαία λίμνη, Eustathio in Iliad. B. pag. 365. et Scholiastæ Nicand. in Theriac. pag. 30. Circa hunc locum monumenta regum Lydiæ fuisse posita, auctor est Strabo.

^h *Extra prædictos*] Orthronienses, Alindienses, &c. quos Alabaudici conventus esse monuimus.

ⁱ *Cadueni*] Vel *Cadieni*. Oppidum Κάδοι. Vide Not. et Emend. num. 71.

—'Hi porro, alique, quos Plinius pariter 'Macedones' appellat, cap. 31. et 32. 'Macedones' ii sunt, qui commemorantur in Epistola Artaxerxis, Esther. cap. ult.' Ed. sec.

^j *Philadelpheni*] Stephano, Φιλαδέλφεια, πόλις Ἀνδίας, Straboni quoque, lib. xiii. p. 628. Ptolem. v. 2. et in Notitia Episc. Prov. Lydiæ. Græci incolæ nomen antiquum retinent: Turcæ *Allahscheyr*, hoc est, 'Dei civitatem' vocant: ab Hebræo, ut quidem videtur, ἱερὴ πόλις.

^k *Mæonii*] In Notitia Episc. Provinciæ Lydiæ, tertio loco Τρίπολις, sexto Μεονία, pro Μαιονία, vel Μιονία, nominatur. In Conc. Quinisexto, pag. 1194. Ἀναστάσιος ἐπισκοπος τῆς Μαυονιτοπόλεως τῆς Ἀνδῶν ἐπαρχίας. Tripolin Cariæ Ptolemæus et Stephanus accensent. Eam Mæandro allui, præter Plinium, nummus testatur, apud Spanhemium, pag. 888. ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΜΑΙΑΝΑΡ.

^l *Apollonoshieritæ*] Oppido nomen Ἀπόλλωνος ἱερὸν, *Apollinis fanum*: in Notitia Episcopatum, Provinciæ Lydiæ. Vide Notas et Emend. num. 72.

^m *Mesotimolitæ*] Qui medium Tmolium, seu Tmolium montem incole-

xxxI. Ionia ab Iasio sinu incipiens, numerosiore^a ambitu^a littorum flectitur. In ea primus sinus Basilicus, Posideum promontorium et oppidum, oraculum Branchidarum^b appellatum, nunc Didymæi^c Apollinis, a litore stadiis³ viginti. Et inde centum octoginta, Miletus³ d Ionie caput, Lelegeis^e ante, et Pityusa, et Anactoria nominata, super nonaginta⁴ f urbium per cuncta maria genitrix: nec fraudanda cive Cadmo, qui primus prosam⁵ orationem condere instituit. Amnis Mæander^h ortus e lacu in monte Aulocrene,ⁱ plurimisque affusus oppidis, et repletus flumi-

~~~~~

CAP. xxxI. 1 Cod. Dalec. *numerosæ*. Vet. Dalec. *numeroso*.—2 Ita codd. Harduini, Dalec. Chiffi. et Vet. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *stadiorum* Gronov. et edd. vett.—3 *Miletus* Gronov. Paulo post, *Pityusa* Vet. Dalec.—4 Ita Regg. Brotti. et Ed. pr. *super* XC. cod. Dalec.

#### NOTÆ

rent; sic appellati. Vide Notas et Emend. num. 73.

<sup>a</sup> *Numerosiore ambitu*] Ex Pomponio id expressum, ita scribente, I. 16. 'Post Basilicum sinum Ionia aliquot se ambagibus sinuat, et primum a Posideo promontorio flexum inchoans,' &c. Sinui ac promontorio nomen est hodie a Mylassis, *Golfo di Melasso, Capo di Melasso, Ποσειδιον τὸ Μιλησίον* a Strabone oppidum vocatur, lib. xiv. p. 632.

<sup>b</sup> *Branchidarum*] Hæc sunt e Mela transcripta, I. 17. A Branchio Apollinis sacerdote posteri Branchidæ *Βραγχίδα* sunt appellati, quos penes ejus templi, quod *Διδυμῆος* vel *Διδυμῶν* 'Ἀπόλλωνος ἐν Βραγχίδα dictum est, cura sacerdotiumque mansit. Strabo, lib. ix. p. 421. et alibi passim.

<sup>c</sup> *Didymæi*] A loco in quo oraculum fuit nomen id traxit. Stephanus: *Διδυμα, ὀδδότερος, τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου, ἀφιερῶμενον Διὶ καὶ Ἀπόλλωνι. Didyma, neutro genere, locus et oraculum Miletī, Jovī sacrum, et Apollini.*

<sup>d</sup> *Miletus*] *Μίλητος* Græcis. Hodie

*Palatschia*, quod ex ingenti civitate vix palatiorum superbarumque ædium rudera nunc supersint. Ibi repertam nuper aiunt veterem Inscriptionem, in qua legeretur ΠΟΛΙΣ ΜΙΛΗΤΙΩΝ.

<sup>e</sup> *Lelegeis*] Stephanus, de Miletō: *Πρώτον Λελεγγῆς ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τῶν ἐνοικοῦντων.* A Lelegibus incolis id nomen traxit. A copia pinuum, *Πιρόουσα*. Ab Anactore rege, 'Ἀνακτορία. Ita cum Stephano Eustathius in Dionys. vs. 825. p. 109. et vs. 456. pag. 65. Item Scholiastes Apollon. ad Argon. I. 186. Pausan. in Achaic. lib. vii. p. 398. et Schol. Aristoph. in Pluto, p. 62.

<sup>f</sup> *Super nonaginta* [octoginta] Vide Notas et Emend. num. 74.

<sup>g</sup> *Qui primus prosam*] Id quoque Solinus habet, cap. 40. pag. 70. Vide quæ dicturi sumus, vii. 57.

<sup>h</sup> *Mæander*] Incolis *Mindre*: Turcis, *Boiouc-Mindre*, hoc est major *Mæander*: Caystrum enim minorem *Mæandrum* vocant.

<sup>i</sup> *Aulocrene*] De eo diximus cap. 29. ubi et de Apamena regione, et de

nibus crebris, ita sinuosus flexibus, ut sæpe credatur reverti: Apamenam primum pervagatur regionem, mox Eumeneticam, ac dein Bargyleticos<sup>5</sup> campos: postremo Cariam placidus, omnesque eos<sup>1</sup> agros fertilissimo rigans limo, ad decimum a Mileto stadium lenis illabitur mari. Inde mons Latmus. Oppida, Heraclea montis ejus cognominis: <sup>k</sup> Carica, Myus,<sup>l</sup> quod primo condidisse Iones narrantur, Athenis<sup>m</sup> profecti: Naulochum, Priene.<sup>6n</sup> In ora, quæ Trogilia<sup>o</sup> appellatur, Gessus<sup>p</sup> amnis. Regio<sup>q</sup> omnibus Ionibus sacra, et ideo Panionia appellata. Juxta a fugitivis<sup>7r</sup> conditum (uti nomen indicio est) Phygela fuit,

super octoginta Lugd. Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. super septuaginta Vet. Dalec. et Basil. super LXXV. Senec.—6 Bargyleticos edd. vet. et Gronov.—7 Cadme Straboni.—7 Juxta fugitivis in quibusdam vet. ‘Ob similitudinem duæ literæ a a in unam coaluere.’ Dalec.—

## NOTÆ

Eumenia, ac de Bargylis.

<sup>1</sup> Omnesque eos] Ita libri omnes: neque necesse est Iones vel Ionum agros, invitis iis, supponere, quod Salmasius facit, p. 836. in Solin.

<sup>k</sup> Montis ejus cognominis] Hoc est, ejusdem cum eo monte nominis, Latmos quoque et ipsa vocitata. Vide Notas et Emend. num. 75. Est autem mons Latmus, ut ait Mela, 1. 17. Endymionis a Luna, ut ferunt, adamati fabula nobilis.

<sup>l</sup> Myus] Μυούς, πόλις Ἰωνίας, Stephanus: una de duodecim Ionis urbibus, Straboni lib. xiv. p. 636. Nec Myntis, nec Prienes ulla hodie extant vestigia. Myuntem Iones deduxisse colonos, testis Pausan. lib. vii. p. 400.

<sup>m</sup> Athenis] Id quoque Vitruvius affirmat, iv. 1. p. 60.

<sup>n</sup> Naulochum, Priene] Ναύλοχος, Πρίηνη. Hæc Biantis patria: quam et Cadmen Strabo vocitatam ait, lib. xiv. p. 636.

<sup>o</sup> Trogilia] Τρωγίλιον, Straboni, loc. cit.

<sup>p</sup> Gessus] Gæsus amnis Mela 1. 17. Γαίσιον Ephoro, lib. v. apud Athen. lib. vii. p. 311.

<sup>q</sup> Regio] Juxta Prienen ‘est Panionium,’ inquit Mela, loc. cit. ‘sacra regio, et ob id eo nomine appellata, quod eam communiter Iones colunt.’ Straboni lib. xiv. p. 639. Πανιώνιον. Ibi Iones solennem conventum agere soliti, Neptunoque sacra facere Panionia dicta. Urbibus duodecim Panionion constabat, teste Herod. lib. i. n. 143. p. 61.—‘Certamina ad quæ admitterentur ex tota Ionia pugiles ΠΑΝΙΩΝΙΑ ΠΙΤΘΕΙΑ appellantur in nummo vetere Salonis Aug. a Milesiis percusso. Nummus alter ex una parte caput Jovis exhibet, cum epigraphe ΖΕΥΣ ΑΚΡΑΙΟΧ: ex altera pugilem CΜΤΡΝ. ΠΑΝΙΩΝΙΟΧ. Σμυρναίων Πανιώνιος subintellige ἀγών.’ Ed. sec.

<sup>r</sup> A fugitivis] Mela pereleganter: ‘Ibi a fugitivis, ut aiunt, condita, (nomen famæ annuit) Phygela.’ Strabo, loc. cit. Stephanusque eum secutus, et Suidas tomo ii. p. 653. non a

et Marathesium<sup>1</sup> oppidum. Supra hæc Magnesia<sup>2</sup> Mæandri cognomine insignis, a Thessalica Magnesia orta. Abest ab Epheso xv. mill. passuum: Trallibus eo amplius iii. mill.<sup>3</sup> Antea Thessaloce et Androlitia nominata: et littori apposita<sup>4</sup> Derasidas insulas secum abstulit mari. Intus et Thyatira<sup>5</sup> alluitur Lyco, Pelopia aliquando, et Eukhippa<sup>6</sup> cognominata.

In ora autem Manteium,<sup>10</sup> Ephesus<sup>7</sup> Amazonum<sup>8</sup> opus, multis antea<sup>9</sup> expetita nominibus: Alopes, cum pugnatum

\*\*\*\*\*

8 Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *eo amplius MMM.* codd. Dalec. et Vet. *eo amplius CCC.*—9 *Intus et Tyana* Vet. Dalec. et Chiffi. Mox, et *Eukhippia cognominata* codd. Dalec. et Vet.—10 *Mantium* Vet. Dalec. et

#### NOTÆ

φυγάς, quæ vox fugitivum sonat, φύγε-λα, sed Πύγελα scribunt. Suidas appellationis originem trahit a morbo τῶν πυγῶν, quo socii Agamemnonis laborantes, ibi manserunt. Vinum Phygelites, οἶνον φυγέλιτην, ab hoc loco commendat Dioscorides v. 12. Hodie Figela.

<sup>1</sup> *Marathesium*] Scylaci, p. 35. Μαραθήσιον, inter Ephesum et Magnesiam. Ephesiorum urbs a Stephano appellatur, quod his parebat.

<sup>2</sup> *Magnesia*] Magnesia quæ super Mæandrum, Livio lib. xxxvii. pag. 462. Straboni lib. xiv. p. 636. Μαγνησία ἢ πρὸς Μαιάνδρῳ, Μαγνήτων ἀποικία τῶν ἐν Θερραλίᾳ, καὶ Κρητῶν, Magnetum Thessaliæ, Cretensiumque colonia. Idcirco πόλις Ἑλληνίς, urbs Græcanica a Scylace vocatur, p. 35. A Lacedæmoniiis colonos eo missos scribit Velleius lib. i. p. 3.

<sup>3</sup> *Littori apposita*] Cum in littore esset, plurimum limi deferente amne, junctæ sunt continenti, oppidoque ipsi Derasidæ insulæ. Hoc antea Plinio jam memoratum, ii. 91.

<sup>4</sup> *Thyatira*] Lydiæ a Stephano accensetur: Θυάτειρα, πόλις Λυδίας, ἡ πρότερον Πελοπίεια. A Ptolemæo item,

v. 2. et in Notitia Episcopatum. In nummo Juliæ Titi, apud Patin. p. 156. ΘΤΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Turcis hodie *Akhissar*, hoc est, *Castellum novum*. Quidam, affinitate nominis decepti, Tiria esse putaverunt, quæ urbs Epheso distat xxv. mill. pass. Sed hanc recenter esse conditam constat.

<sup>5</sup> *Eukhippa*] Εὐκίππος, equitatu præstans: quod equos generosos aleret. Mss. *Eukhippia*. Stephanus: Εὐρίππη, δῆμος Κερίας.

<sup>6</sup> *Manteium*] Μαντείον, hoc est, oraculum.

<sup>7</sup> *Ephesus*] Nunc pagus est, Turcis *Aiasalouc*: Italis, *Efeso*. In nummis ΕΦΕCΙΩΝ.—‘Prioris denique appellationis meminit Hyginus fab. ‘Echion,’ inquit, ‘Mercurii filius, ex urbe Alope, quæ nunc vocatur Ephesus.’’ *Ed. sec.*

<sup>8</sup> *Amazonum*] Unius Amazonum nomine Ἐφεσσον appellatam scribit Heracleides de Politis, tit. Ἐφεσος. Mela i. 17. non ipsam Ephesum, sed Templum eas struxisse scribit, Dionysium Perieg. et alios secutus.

<sup>9</sup> *Multis antea*] Ex iis hæc Stephanus habet: Ἐκαλεῖτο δὲ Σμύρνα, a Smyrne Amazone: Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Σάμορ-

apud Trojam est, mox Ortygia, et Morges vocata est, et Smyrna<sup>11</sup> cognomine Trachea, et Samornion, et Ptelea. Attollitur monte Pione,<sup>b</sup> alluitur Caystro<sup>c</sup> in Cilbianis jugis<sup>12</sup> orto, multosque amnes deferente, et stagnum Pegasium,<sup>e</sup> quod Phyrites<sup>f</sup> amnis expellit. Ab his multitudo limi est, qua terras propagat, mediisque jam campis Syrien insulam<sup>g</sup> adjecit. Fons in urbe Callipia,<sup>h</sup> et templum Dianæ complexi e diversis<sup>13</sup> regionibus duo Selenuntes.<sup>i</sup> Ab Epheso Manteium aliud Colophoniorum, et intus ipsa Colophon,<sup>j</sup> Haleso<sup>14</sup> k affluente. Inde Apollinis Clarii<sup>l</sup>

Chiffi. *Manteum* alii ap. Dalec.—11 *Ortygia. Morges vocata et Smyrna est* Chiffi. Mox, *cognomine Trichia* codd. Dalec. et Chiffi.—12 *Cilbianis jugis* Gronov.—13 *Callipea* (vel *Callippe*) *templum Dianæ complexa, e diversis* codd. Dalec. et Vet. Mox, *Selinuntes* Gronov.—14 *Haleta*, cujus fluvii hoc in

## NOTÆ

va, καὶ Τριχία (lege Τραχίαια, ex Eustathio eadem referente ad Dionysii vs. 827. p. 109.) καὶ Ὀρτυλία, καὶ Πτελέα. Hesychius: Σαμωρία, οἱ δὲ Σαμωρία, ἡ Ἐφεσος. Smyrnæ quoque nomen inditum Epheso auctor est Strabo lib. xiv. p. 633. Ab ulmorum frequentia Pteleæ nomen traxit.

<sup>b</sup> *Monte Pione*] Τοῦ Πίονος τοῦ ὄρους in Ephesio agro fertilitatem commendat Pausan. lib. vii. p. 406.

<sup>c</sup> *Caystro*] Amne, qui Κῆδιστρος Græcis, accolis hodie *Carason*: Turcæ, ut diximus, Mæandrum minorem, seu nigrum, vocant.

<sup>d</sup> *Cilbianis jugis*] Sic juga montium appellantur quæ Caystro sunt proxima, et circumjecto pariter agro id nomen fuit. Eustathius in Dionys. vs. 837. p. 111. ἀπὸ δὲ τοῦ Καθστρου καλεῖται καὶ πεδίον Καθστριον, ὃ συνεχὲς τὸ Κιλιανόν.

<sup>e</sup> *Pegaseum*] Πηγῶσειον, cujus appellationis ratio eadem, quæ fontis illius, quem ungulæ icu Pegasus aperuisse dicitur, ut ait Festus, verbo *Pegasides Musæ*.

<sup>f</sup> *Quod Phyrites*] Mss. R. 1. 2. &c.

*Pyrrhites*, quod sincerius videtur.

<sup>g</sup> *Syrien insulam*] Et hoc jam dicere antevertit, II. 91.

<sup>h</sup> *Callipia*] Ita Mss. omnes. Rectius *Callippia*. Sed *Alitæam* non ausim reponere cum Pintiano, etsi id fonti nomen est apud Pausaniam, loc. cit.

<sup>i</sup> *Duo Selenuntes*] Σεληνούντες Xenophonti Exped. Cyri lib. v. p. 350. Σεληνούντες Laërtio, in Xenophonti Vita, p. 46.

<sup>j</sup> *Colophon*] Κολοφών Græcis. Nunc diruta.

<sup>k</sup> *Haleso*] Ἁλῆς Pansaniæ dicitur, totius Ioniæ amnis frigidissimus, lib. vii. p. 406. Et Schol. Lycophr. p. 125. Ἁλῆτος ποταμοῦ Κολοφῶνος.

<sup>l</sup> *Apollinis Clarii*] Tacitus Annal. ii. de Germanico: *Appellit Colophona, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur. Non fœmina illic, ut apud Delphos, sed certis e familiis, et ferme Mileto accitus sacerdos,* &c. Pansaniæ est *Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν Κλάφῳ*, loc. cit.—*An illud Apollinis fanum, aliudve, designet nummus ex ære maximo, apud D. Vaillant, p. 232. amplius considerandum. Utriusque*

fanum, Lebedos <sup>m</sup> fuit et Notium <sup>n</sup> oppidum. Promontorium Coryceon, <sup>o</sup> mons Mimas <sup>p</sup> CL. mill. pass. <sup>15</sup> excurrrens, atque in continentibus campis residens. Quo in loco Magnus Alexander intercidi planitiem eam jusserat VII. mill. D. pass. <sup>16</sup> longitudine, ut duos sinus jungeret, Erythrasque <sup>1</sup> cum Mimante circumfunderet. Juxta eas <sup>r</sup> fuere oppida <sup>17</sup> Pteleon, <sup>s</sup> Helos, Dorion : nunc est Aleon fluvius, <sup>t</sup> Corynæum <sup>18</sup> u Mimantis promontorium, Clazomenæ, <sup>v</sup> Parthenie, <sup>w</sup> et Hippi, <sup>x</sup> Chythophoria <sup>y</sup> appellatæ cum insulæ

tractu meminit et Pausanias. <sup>1</sup> Dalec.—15 Ita Ed. pr. *Mimas* CCL. mill. pass. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—16 Chiffi. VII. mill. passuum.—17 In eodem, fuerunt oppida.—18 Gronov. et edd. vett. *Corinæum*, et mox in iisdem *Glazomene*.

## NOTÆ

Philippi capita exhibet, tertiumque Concordiæ; titulus, CONCORDIA AVGVSTORVM. In pagina aversa templum est rotundum eximium, in quo stat effigies Apollinis: supra, Aquila Romana. In ambitu: EX ORACVLO APOLLINIS. <sup>1</sup> Ed. sec.

<sup>m</sup> *Lebedos*] Λέβεδος, a Colophone distans stad. 120. hoc est, xv. M. P. Nummus Caracallæ in Museo Parisiensi, ΑΕΒΕΔΙΩΝ. Antonii Severi est.

<sup>n</sup> *Notium*] Νότιον, juxta Colophonem Stephano, Suidæ, Harpocrati, et Livio lib. xxxvii. p. 457.

<sup>o</sup> *Coryceon*] Κυρῳκειον, aliud a Mimantis montis promontorio, quod Corynæum deinde vocatur. Stephanus: Κόρυκος ὄρος πλησίον Τέω τῆς Ἰωνίας. Juxta Erythras, Straboni lib. xiv. p. 645.

<sup>p</sup> *Mimas*] Μίμας pariter Straboni, lib. xiv. p. 645. Ptolem. v. 2. et Solino cap. 40. p. 70.

<sup>1</sup> *Erythrasque*] Ut Erythras oppidum, Mimantemque montem circumfuso mari insulam faceret. De Erythris, Pausan. lib. vii. pag. 401. Incolæ Ἐρυθραῖοι Herod. lib. i. n. 18. Hinc Sibylla creditur Erythræa dic-

ta, teste Strab. l. xiv. p. 645. Hodie pagus *Gesmé*, ut produnt ii qui nuper has oras situsque urbium contemplati sunt.

<sup>r</sup> *Juxta eas*] Vide Notas et Emend. num. 76.

<sup>s</sup> *Pteleon*] Græcanicis urbibus hæc cognomines fuerunt, de quibus egimus libro superiore, cap. 7. Πτελεόν, Ἑλος, Δόριον. Stephanus: Πτελεόν, πόλις Ἰωνίας. Item Thucyd. lib. viii. p. 571.

<sup>t</sup> *Nunc est Aleon fluvius*] Lib. xxxi. cap. 10. 'Erythris Aleos amnis,' &c.

<sup>u</sup> *Corynæum*] Κορυναῖον. Coryna oppidum in peninsula, prope Clazomenas, apud Melam l. 17.

<sup>v</sup> *Clazomenæ*] Κλαζομεναί Græcis scriptoribus. Incolis hodie, *Kelisman*, quæ vox appellationis antiquæ aliquod vestigium retinet. In Notitia Episcop. Κλαζομενή.

<sup>w</sup> *Parthenie*] Mons fuit, saxumve mari circumdatum. Vide Notas et Emend. num. 77.

<sup>x</sup> *Hippi*] Ἰππῶι. Sic veteres appellarunt insulas quatuor, contra portum Erythrarum positas, antequam continenti necterentur, ducto ad eas

essent: Alexander idem per duo stadia continenti annexuit. Interiere intus Daphnus et Hermesia, et Sipylum,<sup>a</sup> quod ante Tantalus vocabatur, caput Mæoniae, ubi nunc est stagnum Sale: obiit<sup>a</sup> et Archæopolis<sup>19</sup> substituta Sipylo, et inde illi Colpe, et huic Lebade.

Regredientibus inde<sup>b</sup> abest XII. mill. passuum ab Amazone<sup>c</sup> condita, restituta ab Alexandro, in ora Smyrna, amne Melete<sup>20d</sup> gaudens, non procul orto. Montes Asiæ nobi-

Paulo post, *Chyttoporia* in iisdem.—19 Gronov. et edd. vett. *ob id et Archæopolis*.—20 *Meleta* Gronov.—21 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Har-

## NOTE

insulas aggere a Clazomenis. Pausan. lib. vii. pag. 402.

<sup>a</sup> *Chytrophoria*] Locum ipsum, ubi positæ olim Clazomenæ fuerunt, *Χύτριοι* appellabant, teste Strabone, lib. xiv. pag. 645. cujus vocis ad insulas, quæ erant his adversæ, similitudo quædam translata est.

<sup>b</sup> *Et Sipylum*] *Σίπυλον*. Hæc quoque Solinus, cap. 40. pag. 70. Plinius ipse II. 91. 'Devoravit terra Sipylum in Magnesia: et prius in eodem loco clarissimam urbem, quæ Tantalus vocabatur.' Eversam terræ motu Sipylum et Strabo prodidit, lib. xii. pag. 579. Tantalus a Tantalio Niobæ F. nomen traxit.

<sup>a</sup> *Obiit*] Interiit et Archæopolis, quæ substituta Sipylo fuerat: obiit et Colpe, quæ in locum successerat Archæopoleos: sed et Colpæ substituta Lebade similiter periit. Sic loquitur iterum cap. 39. 'Et Agamède obiit,' &c. Prius legebatur, *ob id*.

<sup>b</sup> *Regredientibus inde*] A Clazomenis.

<sup>c</sup> *Ab Amazone*] *Ἀπὸ Ζυμόρης Ἀμαζύρος*, inquit Stephanus, verbo *Ζυμόρα*. Hodie nautis, Gallisque, *les Smyrnes*.

<sup>d</sup> *Melete*] *Μέλης* Straboni dicitur, lib. xiv. p. 646. et Pansaniæ lib. vii.

p. 407. cuius ad fontes antrum ait esse, in quo fama sit carmina sua Homerum scripsisse. Statius III. Sylv. 3. 60. de Homero: 'Smyrna tibi gentile solum, potusque verendo Fonte Meles.' Herod. de Vita Homeri, p. 559. Melesigenem inde Homerum appellatum tradit. In nummo Sabinæ, apud Spanhem. p. 891. MEΛHC CMTP. In Smyrnæis suburbiis oriri Himerius scribit apud Photium, cod. 243.—'Nunc exiguus rivus est, vix versandis duabus molis, rigandisque hortis vicinis sufficiens, nisi cum increvit imbribus. Ad fontes amnis natum esse Homerum, docet nummus antiquus ex Gaza Regia, jamdudum laudatus a Spanhemio, p. 488. In parte antica, caput senile vitta cinctum pingitur, cum titulo: OMHPOC. In aversa pagina, fluvius decumbens urnam tenet, unde aqua profluit: citharam dextra: infra, MEΛHC. supra, AMACTPIANQN. Amastriani gloriantur usos se fuisse Homero hospite aliquamdiu: sed ne quis Amastrianum ortu dici eum aliquis existimet, Meletem amnem pingi curarunt, cum cithara, ut ibi carmina sua scripsisse Homerus intelligeretur. Si CMTPNAION potius quam MEΛHC scriberetur, duarum potius civitatum

lissimi in hoc tractu fere explicant se, Mastusia a tergo Smyrnæ, et Termetis,<sup>a</sup> Olympi radicibus junctus. Is in Dracone desinit, Draco in Tmololo, Tmolus in Cadmo,<sup>f</sup> ille in Tauro. A Smyrna<sup>e</sup> Hermus campos<sup>21</sup> facit, et nomini suo adoptat. Oritur juxta Doryleum<sup>h</sup> Phrygiæ civitatem,<sup>22</sup> multosque colligit fluvios, inter quos Phrygem, qui nomine genti dato, a Caria eam disternit: Hyllum,<sup>i</sup> et Cryon,<sup>j</sup> et ipsos Phrygiæ,<sup>23</sup> Mysiæ, Lydiæ amnibus repletos. Fuit in ore ejus oppidum Temnos:<sup>k</sup> nunc in extremo sinu<sup>l</sup> Myrmeces<sup>24</sup> scopuli, oppidum Leuce<sup>m</sup> in promontorio, quod insula fuit, finisque Ioniæ Phocæa.

Smyrnæum conventum magna pars Æoliæ, quæ mox dicitur, frequentat: præterque, Macedones Hyrcani<sup>n</sup> cog-

duin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Hermus amnis campos* Gronov. et edd. vett.—22 *Dyrolaum* Pineus.—23 Chiffi. et *Hippos Phrygiæ*.—24 Vet. Dalec. in ora. Mox, sinus Smyrnæ. Cheseopolis Sal. et Steph. *Chesium oppidum Ionia*

## NOTE

*δμόνια* designaretur, quam vatis patria.<sup>7</sup> Ed. sec.

<sup>a</sup> *Et Termetis*] Id oppidi nomen interpretor: montis, Ortellius et Pignetius.

<sup>f</sup> *Cadmo*] *Κάδμος ὄρος*, quem montem urbi Laodiceæ imminere auctor est Strabo lib. xii. p. 578.

<sup>e</sup> *A Smyrna*] *Ἑρμος* Smyrnensium passim amnis vocatur, quoniam Smyrnæorum ditionem alluit, rigatque Cumanos, Phocaicos, et Smyrnensium agros, qui Hermi inde appellabantur, τὸ τοῦ Ἑρμου πεδίου, lib. xiii. p. 626.

<sup>h</sup> *Doryleum*] *Δορύλειον* in Phrygia, Ptolem. v. 2. *Δορυλάειον* Stephano. In nummis, ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ. Mss. *Dorylaum*. De eo egimus jam ante cap. 29.

<sup>i</sup> *Hyllum*] Quem in Hermum delabi testatur quoque Herod. lib. i. n. 80. p. 33. Strabo lib. xiii. p. 626. Et hunc Phrygium quoque Strabo et

Livius vocant.

<sup>j</sup> *Cryon*] *Κρυός*, a frigidityte summa nomen habet.

<sup>k</sup> *Fuit in ore ejus . . . Temnos*] In ore seu ostiis Hermi amnis posita Temnos fuit, sed jam Plinii ævo interierat.

<sup>l</sup> *In extremo sinu*] Smyrnæo, le Golfe des Smyrnes.

<sup>m</sup> *Leuce*] Mela i. 17. 'In sinu Smyrnæo est Hermus amnis, et urbs Leuca. Extra, Phocæa Ioniæ ultima.' *Φωκαία καὶ λιμὴν*, urbs cum portu, Scylaci p. 35. *Φωκαία πόλις Ἰωνίας*, Stephano. Nunc *Foggia vecchia*.

<sup>n</sup> *Hyrcani*] Meminit horum Tacitus Annal. ii. p. 56. 'quique Mosteni, aut Macedones Hyrcani vocantur:' nempe ab urbibus Mostene et Hyrcania, quas ætate Tiberii nocturno terræ motu collapsas esse diximus, ii. 86. Vide Notas et Emend. num. 78.

nominati, et Magnetes a Sipylo.<sup>o</sup> Ephesum vero alterum lumen Asiæ, remotiores conveniunt Cæsarienses,<sup>p</sup> Metropolitæ,<sup>q</sup> Cilbiani inferiores<sup>r</sup> et superiores, Mysomacedones,<sup>s</sup> Mastaurenses,<sup>t</sup> Briullitæ, Hypæpeni,<sup>u</sup> Dioshieritæ.<sup>v</sup>

Pintian.—35 *Cæsarienses Metropolitæ* conjunctim Gronov. et mox, in eadem, *Cylbiani*. Paulo post, *Metaurenses* Chiffi. *Hypæpeni* Gronov.

## NOTÆ

<sup>o</sup> *Magnetes a Sipylo*] A Sipylo monte cognomen ei Magnesiae fuit, *Μαγνησία πρὸς Σίπυλον*, Ptolem. v. 2. inter Lydiæ civitates. Strab. lib. xiii. p. 621. *πρὸς Σίπυλον*. Et in nummis apud Spanhem. p. 894. ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΑΠΟ ΣΙΠΥΛΟΥ. Magnesia quæ ad Sipyllum est, Livio lib. xxxvi. p. 448.

<sup>p</sup> *Cæsarienses*] Ptolem. v. 2. *Ἱεροκαίσαρεια* dicitur in Lydia oppidum, prope Thyatiram. Pausanias item lib. v. Hierocæsaream conjungit Hypæpis, quæ pariter ad hunc conventum spectant: *Ἱεροκαίσαρεια καλουμένη πόλις, καὶ ῥῥακα*.—<sup>q</sup> Hierocæsariensium nummus est insignis, a Seguino olim editus p. 10. nunc in Thesaurio Regio, ex ære minimo, sed exquisitæ cælaturæ. Diana ibi picta cum pharetra est, symbolum venationis in eo tractu opimæ. Epigraphe: ΠΕΡΙΣΚΗ. In aversa nummi area est ara cum igne, ut in nummis, quibus consecrati dicuntur Augusti, cum titulo, ΙΕΡΟΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. Nulla hic Diana Persica, nulla Amazon, nulli sunt hic Persici. Nummus hic Pertinacis est: cusus est post ejus obitum: sic legendum, quod olim ipsi, alios scilicet secuti, non vidimus: ΠΕΡΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΩΝ Ἱερῆς Καθιέρωσαν Ἡρακλέους: *Pertinacem Augustum sacerdotes Herculis consecrarunt*. Nummus Hierocæsariensium. Consecrationem eam certe ara cum igne significat. Est autem *Καθιέρωσις*, consecratio, in nummo Græco Cari Au-

gusti, aliisque. *Ed. sec.*

<sup>q</sup> *Metropolitæ*] In Ionia positi, quorum urbs *Μητρόπολις* a Ptolem. v. 2. Lydiæ ascribitur: in Notitia Episcopatum, Asiæ Provinciæ. Nummus Gordiani iii. apud Erizzo, p. 507. et alter Caracallæ, apud Patin. pag. 304. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΟΝΙΑ. Vide Notas et Emend. num. 79.

<sup>r</sup> *Cilbiani inferiores*] Qui Cilbianum agrum incolebant, de quo paulo superius dictum est. Vide Notas et Emend. num. 80.

<sup>s</sup> *Mysomacedones*] Hoc est, Mysis permixti Macedones. Hos majori Phrygiæ Ptolemæus accenset, v. 2. Tzetze, Chiliad. xi. Hist. 396. vs. 978. *Μυσομαζδῆκες*.

<sup>t</sup> *Mastaurenses*] *Μάσταυρα* et *Βλούα* Straboni lib. xiv. pag. 650. ultra Mæandrum oppida: sed mendose, pro *Εβλούα*. Vide Notas et Emend. num. 81.

<sup>u</sup> *Hypæpeni*] *ῥρακα* Lydiæ a Stephano tribuuntur, et a Ptolem. v. 2. Ovid. de Arachne, Met. vi. 13. *ῖρτα domo parva, parvis habitabat Hypæpis.* De his Tacitus Annal. iv. p. 118. In Notitia Episcop. *ῥρακα*, pro *ῥρακα*. In Conc. CP. Gener. iii. pag. 1035. *Ἀντώνιος ἐπίσκοπος τῆς ῥρακηνῶν πόλεως, τῆς Ἀσιανῶν ἐπαρχίας*. Nummus Juliæ Domnæ in Parisiensi nostro Museo, ΠΤΑΙΗΝΩΝ.

<sup>v</sup> *Dioshieritæ*] *Διὸς Ἱερῶν*, *Jovis fanum*, in Lydia, Ptolem. v. 2. in Ionia, Ste-



XXXII. (XXX.) Æolis<sup>a</sup> proxima est, quondam Mysia appellata, et quæ Hellesponto adjacet Troas. Ibi a Phocæa,<sup>1</sup> b Ascanius portus. Dein fuerat Larissa:<sup>c</sup> sunt Cyme, Myrina,<sup>d</sup> quæ Sebastopolim se vocat: intus Ægæ,<sup>e</sup> Attalia,<sup>f</sup> Posidea, Neontichos,<sup>g</sup> Temnos.<sup>h</sup> In ora autem Titanus<sup>i</sup> amnis, et civitas, ab eo cognominata. Fuit et Grynias,<sup>4</sup>

CAP. XXXII. 1 *Ab ea Phocæa* codd. Dalec. et Vet.—2 *Satalia* Pineus.—3 *Mitanus* Vet. Dalec. *Pitana* Ptolemæo.—4 *Grya* Chiffi. Mox, *solo insula* ap-

## NOTÆ

phano: Provinciæ Asiæ, in Notitia Episcop. In Conc. CP. pag. cit. Ζώντος ἐπίσκοπος Χριστοπούλεως, ἡροὶ Διδὸς ἱεροῦ τῆς Ἀσιανῶν ἐπαρχίας. Incolæ, Διοσιέρται, ex Phlegonte apud Steph. In nummo vetere Parisiensis nostri Musei, ΔΙΟΚΕΠΕΙΤΩΝ.

<sup>a</sup> *Æolis*] Hæc iisdem verbis Mela 1. 18. ‘Proxima regio, ex quo ab Æoliis incolæ cœpit, Æolis facta: ante Mysia: et qua Hellespontum attingit, Trojanis possidentibus, Troas fuit.’

<sup>b</sup> *A Phocæa*] Quæ postrema Ionicarum urbium, ut dictum est sup. cap. unde Æolis incipit.

<sup>c</sup> *Larissa*] Stephanus: Λαρίσσα Αἰολίδος περὶ Κύμην. Ab Ilío distabat mille stadiorum intervallo, hoc est, cxxv. M. pass. Auctor Strabo lib. xiii. p. 620.

<sup>d</sup> *Cyme, Myrina*] Mela, loc. cit. ‘Primam urbium Æolidis a Myrino conditore Myrinam vocant: sequentem Pelops statuit victo Cœnomao reversus ex Græcia: Cymen nominavit pulsus qui habitabant, Dux Amazonum Cyme.’ Κύμη et Μυρίνα, Ptolem. v. 2. Scylaci, p. 35. et Stephano. Cyme Ephorum tulit, de quo in Auctorum Indice.—<sup>e</sup> Nummus est Μυρινάων insignis ex ære magno, apud Seguinum, p. 18. secundæ editionis, sic inscriptus: ΑΤΤ. Κ. Τ. ΑΛΑΔΑΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΨ. Imp. Cæsar Titus

Ælius Hadrianus Antoninus. Capite laureato. .). ΕΠΙ ΜΗΤΡΟΔΩ ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ. Sub Metrodoro Archonte, nummus Myrinæorum. Infra ΔΑΜΝΕΤΩ. Quod si interpretamur: Δήμος Ἀνέθηκε Μυρινάων Νεακόρων ΕΥΚΑΒΕΙ. Populus Myrinæorum, cum essent Neocori, Pio posuit, hoc est, Antonino statuum ipsius equestrem, quæ est in area nummi picta, Antonini capite galeato.’ Ed. sec.

<sup>e</sup> *Ægæ*] Αἶγαλ in Æolide, Straboni, lib. xiii. p. 621. ἐν μεσογείῳ, hoc est, in mediterraneo, Scylaci, p. 35. Αἶγαλ. In Nummo vet. apud Patin. p. 5. ΑΙΓΑΕΩΝ. Apud Herod. lib. 1. n. 149. Αἶγαίαι.

<sup>f</sup> *Attalia*] Ἀττάλεια Stephano, qui Lydiæ accenset. Ab aliis ejusdem nominis diligenter secernenda. In Notitia Eccles. Episcopatum Prov. Lydiæ, p. 29. Ἀττάλεια.

<sup>g</sup> *Neontichos*] Νέον τεῖχος τῆς Αἰολίδος Stephano: hæc vox oppidum novum sonat. Distare ait a Larissa Strabo lib. xiii. p. 621. stadiis xxx.

<sup>h</sup> *Temnos*] Τήμος, πόλις Αἰολίδος, Stephano: et Straboni, loc. cit. Prov. Asiæ in Notitia Episc. In nummis Philippi Patris, apud Patin. p. 386. ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Apud Herod. loc. cit. Τῆμος pro Τήμος.

<sup>i</sup> *Grynias*] Stephano, Γρύνοι, et Γρύνεια, πολίχνιον Μυρινάων, Myrinæorum oppidulum. Hinc Apollo Grynus,

nunc tantum portus soli,<sup>j</sup> insula apprehensa. Oppidum Elæa,<sup>5</sup><sup>k</sup> et ex Mysia<sup>l</sup> veniens Caicus amnis. Oppidum Pitane,<sup>6</sup> Canaius amnis. Intercidere Canæ,<sup>m</sup> Lysimachia,<sup>n</sup> Atarneæ,<sup>7</sup><sup>o</sup> Carene,<sup>p</sup> Cisthene,<sup>q</sup> Cylla,<sup>r</sup> Cocylum,<sup>s</sup> Thebe,<sup>t</sup> Astyre,<sup>u</sup> Chrysa, Palæscepsis,<sup>v</sup> Gergithos,<sup>8</sup><sup>w</sup> Neandros :<sup>x</sup>

*prehensio margo edd. Dalec. et Gronov.—5 Oppidum Ialea Pineus, portus Pergami margo edd. Dalec. et Gronov.—6 Pytane Gronov.—7 Atarneus Strab. lib. xiiii. Mox Carenæ Gronov. et paulo post in eadem : Cocillum, Thebæ.—8 Gergetha Strab. lib. xiiii.—9 ‘Pintianus legit : amnes Gryllus, Solus : regio*

## NOTÆ

et Gryneus dictus, Γρύνειος, et Γρυνεύς. Herod. lib. i. n. 149. est Γρύνεια.

<sup>j</sup> Portus soli] Hoc est, deserti ex utroque latere portus, annexa continenti insula, vel maris recessu, vel aggesto limo. Scylaci, 35. Γρύνειον Ἀχαιῶν λιμήν.

<sup>k</sup> Elæa] Hanc oram similiter describit Scylax, loc. cit. ἐπὶ θάλατταν λιμὴν Πιτάνη, καὶ ποταμὸς Κάϊκος· μετὰ Πιτάνην Ἐλαία, Γρύνειον, κ. τ. λ. Ptolemæus quoque, v. 2. et Strabo lib. xiiii. pag. 622. Elæa Pergamenorum navale fuisse Stephano dicitur.

<sup>l</sup> Ex Mysia] Hoc est, ex Mysia proprie dicta, sive Teuthrania, quæ pars Æolidis est, et Mysiæ laxius acceptæ, ut dicitur cap. seq.

<sup>m</sup> Intercidere Canæ] Κάναι, πόλις Τρωάδος, Stephano : unde, ut videtur, amni Canaio nomen. ‘In promontorio est Cana oppidum,’ inquit Mela i. 18. Sed Canen a Canis diversam facit Strabo lib. xiiii. pag. 615.

<sup>n</sup> Lysimachia] Λυσιμαχία, et Λυσιμάχεια, a Lysimacho Agathoclis F.

<sup>o</sup> Atarneæ] Ἀταρνεῖς, oppidum contra Lesbion insulam positum dicitur Harpocrati, pag. 53. Strab. lib. xiiii. pag. 614. prope Pitane. In Notitia Eccles. Antiq. Prov. Helle-sponti, Ἀρτέμεια, pro Ἀτάρνεα. Stephano, Ἀτάρνα, πόλις μετὰ τὴν Μυσίαν

Delph. et Var. Clas.

καὶ Λυδίας. Plinio ipsi Atarne xxxviii. 56. Incolæ, Ἀταρνεῖται, Pausan. lib. vii. pag. 400.

<sup>p</sup> Carene] Καρήνη, πόλις Μυσίας, Stephano ex Herod. apud quem lib. vii. pag. 400. num. 42. Καρήνη perperam pro Καρήνη scribitur.

<sup>q</sup> Cisthene] Κισθήνη πόλις Ἐρμιος Straboni lib. xiiii. pag. 604.

<sup>r</sup> Cylla] Κίλλα, unde Κιλλεὺς et Κίλλαιος Apollo. Strabo, pag. 612.

<sup>s</sup> Cocylum] Κοκύλιον. Vide Notas et Emend. num. 82.

<sup>t</sup> Thebe] Θήβη Ἐρμιος, et παλαιὰ Χρόση apud Strab. pag. 613. Θήβη, πλησίον τῆς Τροίας, juxta Trojam, Stephano. Ab Enstathio ad Homeri Iliad. A. 366. Θήβη Τροιάκιος : qua de appellatione vide Strab. lib. xiiii. p. 614. Θήβης πεδίων, Thebani campi, in hoc tractu apud Herod. lib. i. num. 42.

<sup>u</sup> Astyre] Astyram et Chrysam vocat Mela i. 18. Græci, τὰ Ἀστυρα, ut Strabo lib. xiiii. pag. 591. Stephanus, Scylax, pag. 35. &c. In nummis ΑCΤΤΗΡΝΕΙΩΝ.

<sup>v</sup> Palæscepsis] Παλαιόσκηψις, hoc est, Vetus Scepsis. Ptolem. v. 2. prope Adramyttion. Inde transducti cives ad novam Σκήψιν, quæ in Notitia Episc. Prov. Hellesponti Σκέψις dicitur.

<sup>w</sup> Gergithos] Xenoph. Hist. Græc.

3 S

nunc est Perperene<sup>y</sup> civitas, Heracleotes<sup>z</sup> tractus, Coryphas,<sup>a</sup> oppidum : amnes, Grylios, Ollius.<sup>b</sup> Regio Aphrodisias,<sup>c</sup> quæ antea Politice Orgas. Pegio Scepsis.<sup>9</sup><sup>d</sup> Flumen Evenum,<sup>e</sup> cujus in ripis interciderè Lyrnessos,<sup>f</sup> et Miletos. In hoc tractu Ida mons. Et in ora quæ sinum<sup>g</sup> cognominavit et conventum, Adramytteos<sup>h</sup> olim Pedasus dicta. Flumina : Astron, Cormalos, Eryannos,<sup>10</sup><sup>i</sup> Alabas-

*Aphrodisias, quæ antea, Politice. Orgas regio, Scepsis. Manuscriptus vero : amnis Grylios, Ollius Regio, Aphrodisias, quæ ante Politice. Orgas regio. Scepsis. Sic Chiff. Dalec. Mox, Evenus Strab. lib. XIII.—10 Cryanos Chiff.—*

## NOTE

lib. III. pag. 482. τὰ Γέρυθα. Herod. lib. V. pag. 334. num. 122. τοὺς Γέρυθας vocat. Γέρυθος est Plutarcho, in Phocione, pag. 750. Stephano, Γέρυς πόλις Τροίας, et ἡ Γέρυθος. Prope fontes Caici statuitur a Strab. lib. XIII. pag. 616. Gergithum Livius vocat, lib. XXXVIII. pag. 480.

<sup>z</sup> Neandros] Νεανδρία Straboni, pag. 604. cujus cives Alexandriam translati. Νεανδρία et Νεανδριον Stephanus.

<sup>y</sup> Perperene] Περπερήνα, Straboni, pag. 607. In Notitia Eccles. pag. 43. Θεοδοσιούπολις ἦτοι Περπερήνη, Prov. Asiæ. In Nummo Cimelii Parisiensis, ΗΓΕΜΟΝΙΑ ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ. Apud Ptolem. in Lydia, v. 2. Τερμέρη, pro Περπέρη, ut recte monuit Sirmondus noster in eo libello, qui Antitristanus II. inscribitur, pag. 27.

<sup>z</sup> Heracleotes] Ab Heraclea pago, quem Mitylenæi condiderunt, inquit Strabo lib. XIII. pag. 607.

<sup>a</sup> Coryphas] Κορυφάρης Straboni, loc. cit.

<sup>b</sup> Grylios, Ollius] Sic Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiff. Editi, Chryliosolius.

<sup>c</sup> Aphrodisias] Ἀφροδισιάς, sen Veneri sacra.

<sup>d</sup> Quæ antea Politice Orgas. Regio

Scepsis] Priori utique regioni cognomen Politices adjectum remur, ut ab altera cognomine secernatur, quæ in Attica est, pariterque Ὀργὰς a Pausania appellatur. Altera voce indicari agrum, in quo Palæscepsis fuit, novaque deinde Scepsis urbs, ex qua Demetrius Scepsius cognomen tulit. Plinius XI. 80. 'Asiæ regio Scepsis appellatur,' &c.

<sup>e</sup> Evenum] Ἐβνος ποταμός, ex quo ductam canalibus aquam sibi Adramytteni comparant. Strabo lib. XIII. pag. 614.

<sup>f</sup> Lyrnessos] Λυρνησσός πόλις Τρωϊκῇ, Stephano. Ex ejus ruinis crevit Adramyttium. Notitia Eccles. pag. 27. Ἀδραμύττιον, ἡ ποτὶ Λυρνησσός.

<sup>g</sup> Quæ sinum] Adramyttenum, le Golfe de Landimetre, vel, ut alii loquuntur, del Andramitti.

<sup>h</sup> Adramytteos] Stephano Ἀδραμύττειον et Ἀδραμύττιον, πόλις τῆς κατὰ Κάϊκον Μυρίας, urbs Mysiæ quæ juxta Caicum amnem. In Nummo Caracallæ, apud Spanhem. pag. 908. ΑΔΡΑΜΥΤΗΝΩΝ. Vide Notas et Emendationes num. 83.

<sup>i</sup> Eryannos] Alii codd. Cryanos, atque ita Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiff. Paris.

tros, Hieros<sup>j</sup> ex Ida. Intus mons Gargara,<sup>k</sup> eodemque nomine oppidum. Rursus in littore Antandros,<sup>l</sup> Edonis prius vocata, deinde Cimmeris: et Assos,<sup>m</sup> eadem Apollonia. Fuit et Palamedium oppidum. Promontorium Lectoron<sup>n</sup> determinans Æolida et Troada. Fuit et Polymedia<sup>o</sup> civitas, et Chrysa,<sup>p</sup> et Larissa alia.<sup>p</sup> Smintheum<sup>q</sup> templum durat. Intus Colone<sup>r</sup> intercidit. Deportant<sup>s</sup> Adra-

11 *Crysa* Franz. *Cryssa* Gronov. et al. vett.—12 Ita codd. Hardnini, Dalec.

## NOTÆ

<sup>j</sup> *Hieros*] Ex Ida is profuit: superiores non item.

<sup>k</sup> *Gargara*] Multorum testimonio comprobatur Macrob. Saturn. v. 20. pag. 56. Gargara appellari montis Idæ verticem unum, et oppidum sub eodem monte positum. Hesychius, pag. 210. Γάργαρον, ἀκρωτήριον ὄρους Ἰδης, καὶ πόλις Τροίας πλησίον Ἀντάνδρου. Adi et Strab. lib. xiii. pag. 583. qui Γάργαρα id oppidum vocat: et Stephanum: Γάργαρα πόλις, καὶ Γάργαρα ἄκρα.

<sup>l</sup> *Antandros*] Stephanus: Ἀντάνδρος πόλις ἐπὶ τὴν Ἰδην, πρὸς τῇ Μυσίᾳ τῆς Αἰολίδος. . . Ἀριστοτέλης φησὶ ταύτην ὀνομάσθαι Ἠδωνίδα, Κιμμερίων ἐνοικούντων ἑκατὸν ἔτη. *Antandros* urbs sub Ida, prope Mysiam Æolidis. . . Aristoteles ait hanc vocari Edonidem, Cimmeriis eam per annos centum incolentibus.

<sup>m</sup> *Assos*] Nunc quoque *Assum*. Ἀσσον Ptolem. v. 2. In Notitia Episc. Prov. Asiæ, Ἀσσος.

<sup>n</sup> *Lectoron*] Λεκτόν τῆς Τρωάδος, Plutarcho in Lucullo, pag. 493. Λεκτόν ἄκρον Ptolemæo, juxta Assum. Nunc Cabo Bababora, et S. Maria.

<sup>o</sup> *Polymedia*] Πολυμέδιον pagus, Strab. lib. xiii. pag. 606.

<sup>p</sup> *Larissa alia*] Alia Chrysa, inquit, alia et Larissa, ab iis de quibus initio hujus cap. diximus. Hanc Laris-

sam Strabo lib. xiii. pag. 604. prope Χρύσην novam, et Κολωνὰς locat. Eadem Λάρισσα ἢ καθ' Ἀμαξίτην, illa prior Λάρισσα ἢ περὶ Κύμην, a vicinis oppidis appellantur, teste eodem Strabone, pag. 620. Λαρίσσα Τρωάδος Stephano dicitur hæc quam modo tractamus. Τρωϊκὴ Λάρισσα, Athen. lib. ii. pag. 47.

<sup>q</sup> *Smintheum*] Apollini Smintheo sacrum, cui nomen factum aiunt a fugatis ejus loci muribus: sunt enim σμίνθαι mures Cretensium lingua. Vide Eustath. in Homer. Iliad. A. Scylaci, pag. 34. Ἰερὸν Ἀπόλλωνος, ἵνα Χρύσης ἱερᾶτο.— In nummo vetere Troadis, Alexandriæ dictæ, ex argento, in Gaza Regia, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΥ. ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΣΜΙΘΕΩΣ. Alexandrinorum magistratu Pisistrato, Apollinis Smithei effigies. Sic enim in eo numismate legitur, non Σμίνθεως. Ed. sec.

<sup>r</sup> *Colone*] Κολωνὰ Straboni, loc. cit. et Xenoph. Rer. Græc. lib. iii. pag. 482. ubi Λάρισσαν, Ἀμαξίτην, et Κολωνὰς jungit, quod et Scylax facit, pag. 34.

<sup>s</sup> *Deportant*] Adramyttenæ, inquit, jurisdictioni subjiciuntur Apollonia-tæ, &c. Ἀπολλωνία πρὸς Ῥυδάκω ποταμῷ, in Phrygiæ majoris mediterraneis civitatibus, Ptolem. v. 2. In nummo L. Veri apud Spanhem. pag.

mytteam negotia, Apolloniatae<sup>12</sup> a Rhyndaco amne, Erezii,<sup>13</sup> Miletopolitae,<sup>14</sup> Poemaneni,<sup>15</sup> Macedones Asculacae,<sup>16</sup> Polichnaei,<sup>17</sup> Pionitae,<sup>18</sup> Cilices Mandacadeni:<sup>19</sup> in Mysia Abrettini,<sup>20</sup> et Hellespontii<sup>21</sup> appellati, et alii ignobiles.

XXXIII. Troadis primus locus Hamaxitus:<sup>22</sup> dein Cebrenia:<sup>23</sup> ipsaque Troas,<sup>24</sup> Antigonía dicta, nunc Alexan-

et Salmant. cum edd. Harduini 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *intercidit, deportata Adramytteam negotia. Apoll.* Gronov. et edd. vett.—13 Eresii Gronov. et edd. vett.—14 Ita Reg. Brot. 1. *Macedones Asculacae* Ed. pr. *M. Asculacae* cod. Dalec. M., *Aschilacae* distinctim Gronov.—15 *Mandagandeni* Gronov. et edd. vett.

## NOTÆ

889. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ ΠΡΟΣ ΠΥΝΔΑΚΩ. Ἀπολλωνία ἐπὶ Πυνδάκῳ, Stephanos.

<sup>12</sup> Erezii] Ἐρέζιοι. Vide Notas et Emend. num. 84.

<sup>14</sup> Miletopolitae] Μιλητούπολις Strabo lib. xiv. p. 681. circa Cyzicum locat, et Stephanus eum secutus. In Notitia Eccles. p. 45. Provinciae Hellespontii ascribitur. Ad hos spectat Commodi nummus apud Erizzo, p. 270. et alter Gordiani Pii, apud Patin. p. 373. ΜΕΛΙΤΗΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. De Miletopoli rursum cap. 40.

<sup>15</sup> Poemaneni] Ποιμάνιον oppidi nomen et loci prope Cyzicum, Stephanos teste. In Notitia Episcop. Prov. Hellespontii, p. 27. Ποιμάνεντος. In altera, p. 45. δ Ποιμανίου.

<sup>16</sup> Macedones Asculacae] [Aschilacae] In Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. *Asculacae*. Ut superius cap. 30. Macedones Caduani, ita et hi Asculacae cognominantur. An a Σκέλευτα oppido, cujus mentio est in Notitia Episcopatu Provinciae Hellespontii?

<sup>17</sup> Polichnaei] Stephanos: Πολίχνα, πόλις τῆς Τρωάδος· οἱ πολῖται, Πολιχναῖοι. In Notitia Episcop. Hellespontii, Πολίχνα. Straboni quoque, lib. xiii. p. 603. et Thucyd. lib. viii. p. 571.

<sup>18</sup> Pionitae] Πιονία Straboni, juxta

Scepsin et Gargara. Item in Notitia Episcop. Prov. Hellespontii, Πιονία.

<sup>19</sup> Mandacadeni] Μανδακαῖνοι. Vide Notas et Emend. num. 85. Hi porro Cilicem, ut Macedonum Asculacae, coloni fuere.

<sup>20</sup> Abrettini] Stephanos: Ἀβερρίνη, χώρα Μυρίας, κ. τ. λ. Strab. lib. xii. p. 576. dicitur Ἀβερρίνη. Et Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Abrettini*, recte.

<sup>21</sup> Hellespontii] Idem Olympii quoque appellati, teste Strab. lib. xii. p. 566. qui circa Olympum degebant Mysi, Bithynis ad austrum adjacentes.

<sup>22</sup> Hamaxitus] Stephanos: Ἀμαξίτις, πολίχμιον τῆς Τρωάδος, ex Strab. lib. xiii. p. 604. statim occurrit post Lection promontorium, quo ab Æolide determinatur.

<sup>23</sup> Cebrenia] Κεβρηλία χώρα τῆς Τρωάδος, Stephanos. Oppido nomen Κέβρηνη, apud Suidam, pag. 1427. et Harpocr. pag. 166. Inter Scepsios ac Cebrenios Scamander medius labitur. Strabo lib. xiii. p. 596.

<sup>24</sup> Troas] Ἀλεξάνδρεια Τρωάς Ptolem. v. 2. et Livio lib. xxxv. p. 433. et lib. xxxvii. p. 460. Ab Antigono Ἀντιγόνηα, Ἀλεξάνδρεια appellata est ab Alexandro M. Vide nummum ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ a nobis proxime laudatum. Deinde et Romanos eo colo-

dria, colonia Romana. Oppidum Nee.<sup>f</sup> Scamander<sup>g</sup> amnis navigabilis, et in promontorio quondam Sigeum<sup>h</sup> oppidum. Dein portus Achæorum, in quem influit Xanthus Simoënti junctus: stagnumque prius faciens Palæscamander. Ceteri Homero<sup>i</sup> celebrati, Rhesus, Heptaporus, Caresus, Rhodius vestigia non habent. Granicus diverso tractu in Propontida fluit. Est tamen et nunc Scamandria civitas parva, ac M. D. passibus<sup>1</sup> remotum a portu Ilium immune,<sup>j</sup>



CAP. XXXIII. 1 Ita Editio princeps. MM. D. P. Reg. Brot. 1. id est, duo-

#### NOTÆ

nos deductos esse jam ævo suo Strabo testatur, lib. XIII. p. 593. Augusto nimirum Principe, ut Nummus declarat Caracallæ ex ære, in Parisiensi nostro Cinelio asservatus, COL. AVG. TROAS.

<sup>f</sup> Nee] Νήη vel Νέα, de qua jam II. 97. Strab. lib. XIII. p. 603. Νέα κόμμη, inter Polichnam, et Palæscepsin.

<sup>g</sup> Scamander] Mela eleganter, I. 18. 'Huc ab Idæo monte demissus Scamander exit, et Simois: fama, quam natura, majora flumina.'—Idem etiam Xanthus appellatus, ex Homero, Iliad. T. 74. 'Ὁν Ἐάνθων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.' Ed. sec.

<sup>h</sup> Sigeum] Σίγειον Strab. lib. XIII. p. 595. Et mox eidem λιμὴν Ἀχαιῶν, ita dictus, quod eo appulerint Græci Trojam obsessuri, ad ostia Simoëntis.

<sup>i</sup> Homero] Iliad. M. 20. 'Πῆσός θ', Ἐπτάπορος τε, Κάρησός τε, 'Ρόδιός τε. De Granico, cap. 40.

<sup>j</sup> Ilium immune] A veteri Ilio Iliensium pagum ævo suo stadiis omnino XXX. hoc est, III. M. DCCL. pass. dissitum fuisse auctor est Strab. lib. XIII. pag. 597. De Iliensium immunitate, Livius lib. XXXVIII. p. 480.—Iliensium nummi Græci præcipui sunt isti, in quibus est ΕΚΤΩΡ ex una parte, in altera ΙΑΙΕΩΝ scribitur,

vel ΙΑΙΕΩΝ tantummodo legitur: vel denique, in quibus aversa nummi pars has habet voces duas, ΕΚΤΩΡ, ΙΑΙΕΩΝ. Primi generis est ille quem Seguinus edidit, p. 34. secundæ editionis. Hinc ΕΚΤΩΡ est, et vir nudus ibi pingitur capite galeato, dextra sceptrum tenens oblongum, sinistra piscem. Est in Thesauro Regio. Ex tenuis fortunæ hominibus, mare ad Ilium accolentibus, ortos esse dominatores orbis, Romanos scilicet, hæc effigies cum superscripto lemmate, significat: 'Ἐκ Τρώων Ὀρμῶντο Τρωαῖοι; ut in Apologia Homeri diximus. In altera nummi superficie est ΙΑΙΕΩΝ, cum Palladis effigie: hoc est Iliensium tutatrix Dea Minerva. Unde in nummo perpulcro argenteo, maximi moduli, apud D. Abbatem de Fontenu, nomen habet ΑΘΗΝΑΣ ΙΑΙΑΔΟΣ. Tertiæ generis sunt, M. Aurelii et Severi, in quibus victor aliquis vectus bigis cernitur: item Commodi et Antonini Severi; in quibus vehitur similiter victor quadrigis: supra, ΕΚΤΩΡ: infra, ΙΑΙΕΩΝ. In his insignis est ille ex ære maximo Severi Imp. ex Gaza Regia, in quo Severus ipse haud dubie capite galeato, et paludatus vehitur quadrigis; dextra habenas regit, sinistra tenet Victoriæ Roma-

unde omnis rerum claritas. Extra sinum<sup>k</sup> sunt Rhœtea littora, Rhœteo, et Dardanio, et Arisbe, oppidis habitata. Fuit et Achilleon,<sup>l</sup> oppidum juxta tumulum Achillis conditum a Mitylenæis, et mox Atheniensibus, ubi classis ejus steterat in Sigeo.<sup>m</sup> Fuit et Æantium,<sup>2, n</sup> a Rhodiis condi-

bus millibus quingentis passibus.—2 'Basil. et manuscriptus: ubi classis ejus

## NOTÆ

nam, quæ coronam Imperatori porrigit. Non ibi igitur Hector est, qui victus in bello occubuit, non victor discessit; sed Severus ipse, ut diximus, cujus nomen et vultus alteram nummi aream implet. Est enimvero idem ΕΚΤΩΡ ΙΛΙΕΩΝ: hoc est, *Conservator*, sive *Propugnator Iliensium*: quo titulo et M. Aurelius, et Commodus, et Severus, et Severi filius Antoninus insignitur. Cum autem prædicari idem non possit de fœminis: propterea in nummis Faustinae M. Aurelii, et Juliae Domnae Severi, non ΕΚΤΩΡ ΙΛΙΕΩΝ, sed ΙΛΙΕΩΝ duntaxat, cum Palladis effigie in isto, in illo equestri statua M. Aurelio ibi erecta. Et hoc alterum genus est nummorum Iliensium. Quod autem *Εκτωρ Conservatorem* significet, testis est Eustath. in Il. X. vs. 55. p. 1283. Propterea Ilienses satis argute ΕΚΤΩΡ scripsere, ubi Hectorem intellecturos esse minus sagaces prævidebant, quamvis aliud ibi oporteret intelligi. Denique nummus est ex ære minimo, in Museo nostro, cujus in priorē parte caput est Palladis galeatum: hinc I inde ΙΙ: hoc est, ΙΙΙΕΩΝ: in posteriore Mars nudus est, capite galeato, dextra hastam, bacillum imperatorum sinistra tenens: hinc Ε in K. *Εκτωρ*, hoc est, *Propugnator Iliensium* Mars. Luvē runt etiam Latini Monetarii in Hectoris nomine. Fuit enim in Cimelio San-Genovefano inter Seguini numismata, p. 330, secundæ edit. num-

mus ex ære mediocri, in quo caput est conspicue Hadriani Augusti, sed nudum. Epigraphe, ΗΕΚΤΟΡΙ, hac sententia: 'Hadriano Exercitum Conscribente Trajanus Optimus Requiem Impetravit:' id quod bos solutus in altera nummi area pictus significat. Nec inani propterea conjectura ducimur ad suspicandum, quamvis Trajanus anno imperii sui xvii. quo et 'Optimi' cognomen obtinuit, et percussus hic nummus est, PROPECTIO AVG. legatur ad bellum Parthicum, in nummo aureo e Gaza Regia; Trajanum tamen, inquam, haud longe profectum fuisse suspicamur; sed per Hadrianum legatum Parthicam expeditionem confecisse: quandoquidem et hic 'requiem' laborum a Senatu impetrasse dicitur; et post mortem ipsius Hadrianus ipse statim Parthicus appellatur in nummo ex ære magno: IMP. CÆS. DIVI TRAIANI, AVG. F. TRAIAN. HADRIANO OPT. AVG. GER. DAC. PARTHICO P. M. TR. P. COSS. P. P.' Ed. sec.

<sup>k</sup> *Extra sinum*] Hæc Mela totidem verbis, l. 18. 'Ποτρείον et Δαρδάνιον vocat Herod. l. vii. p. 400. n. 43. Δαρδάνιον Strabo, lib. xiii. pag. 695. 43. Ἀρίσβην πόλιν Τρωάδος, Stephanus, a Mitylenæis conditam.

<sup>l</sup> *Fuit et Achilleon*] Hæc Solinus iisdem verbis, cap. 40. p. 70. Stephanus: ἔστι καὶ πόλις ἐν τῷ Σιγέῳ Ἀχιλλείων.

<sup>m</sup> *In Sigeo*] Ita Stephanus mox citatus. Solinus haud levi errore, in

tum in altero cornu,<sup>o</sup> Ajace ibi sepulto, xxx. stad.<sup>p</sup> intervallo a Sigeo, et ipso statione<sup>q</sup> classis suæ. Supra Æolidā,<sup>r</sup> et partem Troadis, in mediterraneo est, quæ vocatur Teuthrania,<sup>s</sup> quam Mysi antiquitus tenere. Ibi Caicus amnis jam dictus<sup>t</sup> oritur. Gens ampla per se, etiam cum totum<sup>u</sup> Mysia appellaretur. In ea Pionia,<sup>v</sup> Andera, Cale, Stabulum,<sup>w</sup> Conisium,<sup>x</sup> Tegium,<sup>y</sup> Balcea,<sup>z</sup> Tiare,<sup>a</sup> Teuthranie,<sup>b</sup> Sarnaca, Haliserne,<sup>c</sup> Lycide, Parthenium, Thymbre,<sup>d</sup>

*steterat in Sigeo fuit et Æantion.* Ex Strab. Pomp. et Steph. notum est, in Sigeo sepultum fuisse Achillem, in Rhæteo autem Ajacem.<sup>7</sup> Dalec.—3 Cambre

## NOTE

Rhæteo cornu.

<sup>p</sup> *Fuit et Æantion*] Transcripsit hæc quoque Solinus, loc. cit.

<sup>o</sup> *In altero cornu*] Nempe in Rhæteo. Aldreus ibi locante Mela r. 18. et Strab. lib. xiii. pag. 595.

<sup>q</sup> *XXX. stad.*] Ita Mss. Solinus, xl.

<sup>r</sup> *Et ipso statione*] Et in eo ipso cornu classis Ajacis stetit. Ita Mss. omnes. Editi tenebras huic loco offuderunt, vocula superaddita, *Et ipso in statione.*

<sup>s</sup> *Supra Æolida*] Habet hæc quoque Solinus, cap. 40. p. 71.

<sup>t</sup> *Teuthrania*] *Τευθρανία* a Theutranthe dicta, Pandionis filio, Mysiæ rege, regio est inter Pergamum et Elæam sita. Strab. lib. xii. p. 571. Martianus, lib. vi. cap. de Phrygia, p. 221. *Supra Troadem in mediterraneo Teuthrania est, quæ regio Mysorum fuit.* Ita etiam Scylax, p. 35. et Schol. Pind. p. 168. *ἐς τὴν γῆν τοῦ Τευθραντος, ἣ γυν ἐς τὴν Μυσίαν.* Hæc igitur proprie dicta Mysia est Plinio.

<sup>u</sup> *Jam dictus*] Cap. 32. *Ex Mysia veniens Caicus amnis.*

<sup>v</sup> *Cum totum*] Tota Æolis, cujus pars Teuthrania est. Plinius c. 43. *Æolis . . . quondam Mysia appel-*

*lata.*

<sup>v</sup> *In ea Pionia*] *Πιονία*, vel *Πιονία*, unde Pionitæ appellati, sup. sectione. *Ἀνδαιρα* Strab. lib. xiii. pag. 610. juxta Scepsin, Pioniam, et Gargara: Stephano quoque, p. 82.

<sup>w</sup> *Cale, Stabulum*] In Mss. *Tales, Tabulum.* Forte hic locum habet *Κάλας*, cujus mentio in Notitia Episc. Prov. Asiæ, p. 43. cum Gargaris, et Pergamo. Eadem videtur esse, quæ p. 27. *Κολοστή.*

<sup>x</sup> *Conisium*] In Notitia Eccles. Provinciæ Hellesponti, pag. 27. *Κονισίνη.*

<sup>y</sup> *Tegium*] Mss. *Τεῖον, Τήιον.*

<sup>z</sup> *Balcea*] *Βάλκαια*, urbs circa Propontidem, Stephano.

<sup>a</sup> *Tiare*] Ita Mss. Hinc Tiareni, vel Tyareni incolæ, paulo post appellandi.

<sup>b</sup> *Teuthranie*] *Τευθρανία Μυσίας πόλις*, Stephano: ab ea datum regionis nomen. Martianus, loc. cit. *‘Civitas vero Tenthvania Caico flumine alluitur.’*

<sup>c</sup> *Haliserne*] Stephanus: *Ἀλίσαρνα, πόλις Τρωάδος χώρας*, ex Theopompo. Xenoph. Exped. Cyri lib. vii. p. 426. meminit *Ἐλισάρνης* (lege *Ἀλίσάρνης*) καὶ *Τευθρανίας.*

<sup>d</sup> *Thymbre*] *Θύμβρα, πόλις Τρωάδος*



Oxyopum,<sup>e</sup> Lygdamum, Apolloniá,<sup>f</sup> longaeque clarissimum Asiae Pergamum,<sup>g</sup> quod intermeat Selinus, præfuit Cetius<sup>h</sup> profusus Pindaso monte. Abest haud procul Elæa,<sup>i</sup> quam in littore diximus.<sup>1</sup> Pergamena vocatur ejus tractus jurisdictio. Ad eam<sup>5</sup> conveniunt, Thyatireni,<sup>j</sup> Mygdones,<sup>k</sup> Mossyni,<sup>l</sup> Bregmeni,<sup>6</sup> Hieracometae,<sup>n</sup> Perpereni,<sup>o</sup> Tyareni, Hierolophiensis,<sup>p</sup> Hermocapelitæ,<sup>q</sup> Attalenses,<sup>r</sup> Pantaën-

Chiff. Mox, *Lygdanum* Gronov. et edd. vet. —4 *Ialea* Pineus. —5 *Ad eandem* cod. Dalec. Mox, *Thiatyreni*, *M. Mossini* Gronov. et edd. vet. —6 Ita omnes codd. Harduini, Brotier. Chiff. et Ed. pr. *Bregmenteni* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmii, Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, edd. vet. et Gronov. *Hieracomita*, *P. T. Hierapolenses*, *Harmatopolitæ*; Vet. Dalec. *Hieracometa* *P. T. Hermacopolitæ*, &c. mar-

## NOTÆ

Stephano: ubi Apollinis Thymbraei fanum. Strab. lib. xiii. p. 598.

<sup>e</sup> *Oxyopum*] 'Οξύωπον. In Notitia Episcop. Prov. Hellepontii, pag. 45. nominatur 'Ωκη, cui forte locus hic debetur. Lygdamum vero (sic enim Mss. legunt, non *Lygdanum*) a Lygdami Sardium expugnatore nomen traxisse videtur: de quo Strab. lib. i. p. 61.

<sup>f</sup> *Apollonia*] Ex urbibus ejus nominis, quas Stephanus recenset, hæc octava est, 'Απολλωνία Μυσίας, ab Apollonia, quæ propter Rhyndacum amnem est, diversa. Pergamo hæc ad ortum objacet, teste Strab. lib. xiii. p. 625.

<sup>g</sup> *Pergamum*] Galeni patria: Attalicorum regum sedes: τὸ Πέργαμον Strab. lib. xiii. p. 623.

<sup>h</sup> *Selinus* ... *Cetius*] Σελεύς, Κήτειος. Potuit et Caicum addere, quem non procul inde finire, auctor est Strab. lib. xiii. p. 624. campumque rigare, qui Κάϊκος vocetur. Vide Notas et Emend. num. 86.

<sup>1</sup> *In littore diximus*] Initio cap. sup.

<sup>j</sup> *Thyatireni*] A Thyatira, quæ aluitur Lyco, ut dictum est cap. 31.

<sup>k</sup> *Mygdones*] Mygdonum, Phry-

gum, Troumque fines, inter se dirimere haud proclive esse Strabo fateatur, lib. xiii. p. 564. Idem Olympi Mysiæ montis incolas Mygdones facit, p. 575. Phrygiæ Majori Stephanus Μυρδονίων adjudicat.

<sup>l</sup> *Mossyni*] Ab oppido, cujus mentio in Notitia Episcopatum Prov. Phrygiæ Capatiana, p. 27. Μόσυνα. Leunclavius, p. 98. 'Ο Μοσύνων. Ptolemæo v. 2. ΜΟΞΙΑΝΟΙ, pro ΜΟΞΥΝΟΙ.

<sup>m</sup> *Bregmeni* [*Bregmenteni*] Mss. omnes, *Bregmeni*.

<sup>n</sup> *Hieracometa*] 'Ιερακομήται, Polybio in Excerptis, p. 69. ab 'Ιερά κόμη, quæ vox sacrum pagum sonat: sed Caria ab eodem ascribitur. Ultra Mæandrum sita, apud Liv. lib. xxxviii. p. 472.

<sup>o</sup> *Perpereni*] Perpereni, a Perperene, de qua cap. sup. Tiareni, a Tiare, de qua proxime dictum est.

<sup>p</sup> *Hierolophiensis*] 'Ιερολοφίσις, ab ἱερὸς λόφος, quæ vox sacrum collem significat. Vide Notas et Emend. num. 87.

<sup>q</sup> *Hermocapelitæ*] 'Ερμοκαπηλῖται, quasi Mercurii cauponæ. Vide Notas et Emendat. num. 88.

ses, Apollonidienses,<sup>1</sup> aliæque inhonoræ civitates. A Rhœteo Dardanium<sup>2</sup> oppidum parvum abest stadia LXX. Inde XVIII. M. promontorium Trapeza,<sup>3</sup> unde primum concitat se Hellespontus. Ex Asia interiisse gentes tradit Eratosthenes, Solymorum,<sup>4</sup> Lelegum, Bebrycum, Colycantiorum, Trepsedorum. Isidorus Arimos:<sup>7</sup> et Capretas, ubi sit Apamia<sup>5</sup> condita a Seleuco rege, inter Ciliciam, Cappadociam, Cataoniam, Armeniam. Et quoniam ferocissimas gentes domuisset, initio Dameam<sup>6</sup> vocatam.

XXXIV. (XXXI.) Insularum ante Asiam prima est in Canopico ostio Nili, a Canopo<sup>a</sup> Menelai gubernatore (ut ferunt) dicta. Altera juncta ponte Alexandriæ, colonia Cæsaris dictatoris, Pharus: quondam diei<sup>b</sup> navigatione

go edd. Dalec. et Gronov. H. P. T. *Hydropolienses*, &c.—7 *Arimæos* Vet. Dalec.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Attalenses*] Ab Attalia, de qua cap. 32. Pantaënenses, in Mss. *Pataën- ses*.

<sup>2</sup> *Apollonidienses*] Ἀπολλωνίς urbs est Strab. lib. XIII. pag. 625. a Pergamo stadiis XXX. totidemque a Sardinibus.

<sup>3</sup> *Dardanium*] De quo proxime hoc cap.

<sup>4</sup> *Trapeza*] Hodie, *Capo de Janis- seri*, unde fit arctius mare, nec jam alluit terras, ut ait Mela I. 18. sed rursus dividens, angusto Hellesponti freto littus obvium findit.—'In Concilio Quinisexto, pag. 119. *Εβρύνης ἐπισκοπος πόλεως Τραπεζῶν Πακατιανῆς*.' Ed. sec.

<sup>5</sup> *Solymorum*] Solymi olim Pisidæ appellati, ut diximus cap. 24. Leleges, Ἀέλεγες, Cariam tenuere, Strab. lib. XIII. pag. 611. A Bebrycibus Bithynia olim Bebrycia appellata. Idem, lib. XII. p. 541. et Ensebins in Chron. p. 104. De Colycantiis, Trepsedisque, vel ut codd. Mss. *Trypsedis*, nihil compertum.

<sup>6</sup> *Arimos*] Sedes horum incertas fuisse Strabo fatetur, lib. XIII. p. 627. a quibusdam in Phrygia collocatos, lib. XII. p. 579.

<sup>7</sup> *Apamia*] De qua cap. 29. A Seleuco Nicatore condita, et uxoris nomine appellata.

<sup>1</sup> *Dameam*] Α δαμῶν, *subigo, perdomo*. Id vero nomen Asiæ potius hæsisse arbitror, quæ ferocissimarum gentium victrix fuit, quam Apamæ, etsi aliter Ortelio visum, et auctoribus Indicis Pliniani, ante hunc diem.

<sup>a</sup> *A Canopo*] Tacit. Annal. II. pag. 61. 'Condidere Canopum oppidum Spartani, ob sepultum illic rectorem navis Canopum, qua tempestate Menelaus, Græciam repetens, diversum ad mare, terramque Libyam est delatus.'

<sup>b</sup> *Pharus: quondam diei*] Vide quæ diximus, II. 87. Nunc annexa continenti est: ejus portus gemina arce clauditur, vulgo *les Farillons*.—'De nummis ad Pharum pertinentibus dicemus in Notis et Emend. sub num.

distans ab Ægypto: nunc e turri nocturnis ignibus cursum navium regens. Namque fallacibus vadis Alexandria tribus omnino aditur alveis mari, Stegano,<sup>1c</sup> Posideo, Tauro.

In Phœnicio deinde mari est ante Joppen Paria,<sup>d</sup> tota oppidum, in qua objectam<sup>a</sup> belluæ Andromedam ferunt: et jam dicta<sup>e</sup> Arados, inter quam et continentem, quinquaginta cubita alto mari, (ut auctor est Mucianus,<sup>f</sup>) e fonte dulcis aqua tubo coriis facto usque a vado<sup>3</sup> trahitur.

XXXV. Pamphylium mare ignobiles insulas habet. Cilicium ex quinque maximis<sup>g</sup> Cyprum, ad ortum occasumque Ciliciæ ac Syriæ objectam, quondam IX. regnorum<sup>h</sup> sedem. Hujus circuitum Timosthenes CCCXXVIII.<sup>i</sup> M.

CAP. XXXIV. 1 Gronov. et edd. vett. *maris, Tegano*.—2 Vet. Dalec. *in qua subjectam*.—3 Vet. Dalec. *usque ad vadum*.

CAP. XXXV. 1 Ita Pineus cum codd. Harduin. et edd. Harduin. 1. 2. 3. Mil-

#### NOTÆ

88.<sup>1</sup> *Ed. sec.*

<sup>c</sup> *Stegano*] *Στεγανός, clauso*, sive *munito*: *Ποσειδῶν*, sive *Neptunio*: et *Ταύρος*. De Posideo, cui a Neptuni templo nomen est inditum, Strabo lib. XVII. p. 794.

<sup>d</sup> *Ante Joppen Paria*] Unde *Παριαὶ* dicti apud Joseph. Antiq. Jud. XIV. 17. pag. 487. Paria porro id saxum est, quod Joppæ civitati præjacere ante dixit, cap. 14. in quo vinculo- rum Andromedæ vestigia servari aiebant. Vide Notas et Emend. num. 89.

<sup>e</sup> *Et jam dicta*] Cap. 17.

<sup>f</sup> *Mucianus*] Adde et Arist. Hist. Anim. VIII. 3. p. 865. Strab. lib. XVI. p. 753. et 754. et Ælian. Hist. Anim. IX. 64. De ratione ea eliciendæ aquæ dulcis ex ipso mari Plinius iterum infra, XXXI. 37.

<sup>g</sup> *Ex quinque maximis*] Interni maris septem insulas maximas Strabo numerat, lib. XIV. p. 654. Sardiniam, Siciliam, Cyprum, Cretam, Eubœam, Corsicam, Lesbum. Plinius Eubœ-

am et Lesbum accenset minoribus, quæ Ptolemæi quoque sententia est. —<sup>4</sup> In his regionibus Hermiam regulum Plinius laudat, XXXVII. 17. Est et in Thesouro Regio nummus e plumbo antiquus, in quo caput est diadematum, ac barbatum, regis Evagoræ: retro, in ambitu: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΥΑΓΟΡΟΥ ΚΥΠΡΙΩΝ. Corona laurea, in medio aquila est, dextro pede fulmen, sinistro volacrem tenet. Titulus *Βασιλεύς*, et tota forma nummi, post Alexandrum M. vixisse hunc Evagoram clamant; sed ante Ptolemæum Philometorem, cui Cyprus insula parnit, ac forte post ipsum.<sup>5</sup> *Ed. sec.*

<sup>h</sup> *IX. regnorum*] Melam sequitur, II. 7. Id quomodo accipiendum sit, ex Strabone liquet, aiente lib. XIV. p. 684. singulas urbes singulis olim tyrannis paruisse: præcipuas nimirum.

<sup>i</sup> *CCCXXVIII.*] Strab. lib. XIV. p. 682. stadiis definit ambitum insulæ ter mille et quadringentis, quæ sunt

D. prodidit. Isidorus CCCLXXV. M. Longitudinem inter duo promontoria, Dinaretum<sup>j</sup> et Acamanta, quod est ad occasum, Artemidorus CLXII.<sup>a k</sup> D. Timosthenes CC. Vocatam ante Acamantida,<sup>l</sup> Philonides: Cerastin<sup>m</sup> Xenagoras, et Aspeliam,<sup>n</sup> et Amathusiam, et Macariam:<sup>o</sup> Astynomus Crypton,<sup>p</sup> et Coliniā.<sup>q</sup> Oppida in ea XV. Nea Paphos,<sup>r</sup> Palæpaphos, Curias,<sup>s</sup> Citium,<sup>t</sup> Corineum, Salamis,<sup>u</sup>

ler. Bipont. et Franz. CCCXXIX. Gronov. et edd. vet. — 2 Ita codd. Dalec. et Vet. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CLX. edd. vet. et Gronov. Mox, *Timost. vocavit* Vet. Dalec. — 3 *Nea Paphos* Tolet. alique codd. Harduini, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Nea deest in edd. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. 1582. Dalec. Lugd.

## NOTE

omnino passuum millia ccccxv. Dissentit ab aliis Isidorus, quod is sinuum lacinias omnes non ingreditur.

<sup>j</sup> *Dinaretum*] Hodie *Capo S. Andrea*. Acamanti, cui ab Acamante Thesei F. Hesychio teste, nomen est inditum, nunc nomen est, *Capo S. Pifano*, hoc est, S. Epiphani. *Ἀκάμας ἄκρα* Ptolem. v. 14. et Strab. loc. cit. Hesychio, p. 47. *Ἀκάμαντρον ὄρος ἐν Κύπρῳ*.

<sup>k</sup> *Artemidorus CLXII.*] Vide Notas et Emend. num. 90.

<sup>l</sup> *Acamantida*] Vel ab Acamante promontorio, vel ab Acamante Thesei F.

<sup>m</sup> *Cerastin*] *Κεραστὶς* est Stephano, aliisque: *Κεραστία* Lycophroni, p. 72. Quem in locum Tzetzes animadvertit duplicem esse hujus nominis rationem: alteram ab Androcle excogitam, quod essent cornuti incolæ: quod secutus videtur Ovid. Met. x. 223. 'Atque illos, gemino quondam, quibus aspera cornu Frons erat, unde etiam nomen traxere Cerastæ:' alteram a Xenagora, quem Plinius laudat ob crebra promontoria, quæ Græci *κέρατα* appellant: 'Ὅς δὲ Ξεναγόρας ἐν τῷ Περὶ ἡσίων, διὰ τὸ ἔχειν πολλὰς ἐξοχὰς, ἃς κέρατα καλοῦσι, Κεραστία ὠνο-

μύσθη.

<sup>n</sup> *Et Aspeliam*] Forte, et *Spheciam*, *Σφήκειαν*, sic enim a Lycophrone vocitatur, loc. cit. et a Stephano.

<sup>o</sup> *Macariam*] A felicitate, seu ubertate soli, cœlique temperie.

<sup>p</sup> *Crypton*] Stephanus: 'Ἀστένομος δὲ φησι Κρυπτὸν κεκληθῆναι, διὰ τὸ κρυπτεσθαι πολλὰς ἐκ τῆς θαλάσσης, quod sæpe a mari absconditur. Sic Eustath. in Dionys.

<sup>q</sup> *Coliniā*] *Mss. Coloniam*. An *Corineam*, *Coroneamve*, a Corineo oppido, vel Corone, de quo mox, ut ab Amathunte Amathusiam? An *Κολωνία* potius a crebris collibus et promontoriis?

<sup>r</sup> *Nea Paphos*] *Νέα Πάφος, καὶ ἡ πάλαι Πάφος, nova et antiqua Paphos*. Utriusque meminit Strab. lib. xiv. pag. 683. Voculam *Nea* ex *Mss. R.* 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. addidimus. A vetere nova distabat stadiis LX. teste Strabone. Nunc jacet utraque. Olim in occidentali latere insulæ.

<sup>s</sup> *Curias*] Stephano, *Κούριον, πόλις Κύπρου ἢ χώρα Κουριάς*. Ptolem. v. 14. in latere est meridionali insulæ. Nunc *Audimo*, juxta promontorium, quod Ptolemæo *Κουριάς ἄκρα* dicitur, nunc est *Capo delle Gatte*.

Amathus,<sup>v</sup> Lapethos,<sup>v</sup> Solæ : <sup>4</sup> <sup>x</sup> Tamaseus,<sup>y</sup> Epidarum,<sup>z</sup> Chytri,<sup>a</sup> Arsinoë,<sup>b</sup> Carpasium,<sup>c</sup> Golgi.<sup>d</sup> Fuere et ibi Cinyria,<sup>e</sup> Marium,<sup>f</sup> Idalium.<sup>g</sup> Abest ab Anemurio <sup>h</sup> Ciliciæ

~~~~~

1606. Elz. et Gronov.—4 *Solus* Pinetus. Mox, *Tamasus*, *Epidaurum* Vet. Dalec. et paulo post, in eodem : *Cerphalium*, *Golga*.—5 *Murium* Vet. Dalec.—

NOTE

^t *Citium*] Κίτιον πόλις, Ptolemæo, loc. cit. in australi littore. Nunc *Chiti* : et vicino promontorio nomen inde, *Capo de Chiti*. Hinc Zeno Κιτιεύς, perperam aliter statuente Cujacio Observ. III. 38.

^u *Corineum*, *Salamis*] In Notitia Eccles. Provinciæ Cypri insulæ, quinto loco Κόρινν nominatur, pag. 35. quod Plinii Corineum est. Decimo tertio Κυρήνια, quæ Scylacis, pag. 39. *Κερύνεια* est, Ptolemæi *Κερωνία*, boreæ obversa, quæ nunc *Cérines*. Plinii Corineum, austro : littus enim australe in præsentia legit : mox flectit cursum ad Solis exortum, ubi *Salamis* a Ptolemæo collocatur, loc. cit. Hæc postea Constantia, *Κωνσταντεία*, dicta, S. Epiphaniî sede clara. Ex ejus deinde ruinis, haud procul a vetere oppido, excitata *Famagousta* est. Non est autem Plinii Corineum Stephani et Porphyrii Κορώνη, ut Meursio visum, in Cypro : cum Κορώνη vetus ipsa *Salamis* sit.

^v *Amathus*] Ἀμαθοῦς Ptolem. in meridionali ora. Nunc *Limisso*.

^w *Lapethos*] Λάπηθος, πόλις Κύπρου, Stephano : in boreali insulæ latere a Ptolemæo collocatur, hodieque *Lapitho* dicitur.

^x *Solæ*] Σόλοι Ptolemæo, loc. cit. contra boream jacet.

^y *Tamaseus*] In mediterraneis Cypri oppidis, Ταμασσὺς Ptolem. v. 14. et in Notitia Eccles. Ovid. Met. x. 644. 'Est ager, indigenæ Tamaseum nomine dicunt, Telluris Cypriæ pars optima.'

^z *Epidarum*] Lusignano *Pitarëuil*.

^a *Chytri*] Χύτροι Stephano, et Harpocr. In Notitia Eccles. pag. 35. Κύθροι. Ptolemæo Χύτρος, in civitatibus mediterraneis.

^b *Arsinoë*] Gemina eo nomine fuisse videtur in Cypro civitas : altera in boreali ora, quæ nunc *Alessandretta*, Ptolemæo memorata, v. 14. mediterranea altera, de qua nunc Plinius : incolis *Arzes*. Stephano Μάριον, ut mox dicemus.

^c *Carpasium*] Καρπασία Stephano : Scylaci, pag. 39. Καρπάσεια. In Notitia Eccles. Καρπασήν. Latere insulæ orientali collocatur a Ptolem. v. 14.

^d *Golgi*] Nomen habet a duce Golgo, inquit Stephanus. Veneri sacrum oppidum. Catullus, in Epithal. 'Quæque regis Golgos, quæque Idalium frondosum.' Incerti plane situs.

^e *Cinyria*] Cui nomen a Cinyra rege datum, teste Nonno Dionys. XIII. pag. 378. Non est Scylacis *Κερύνεια*, aut *Κερωνία* Ptolemæi, ut visum Spanhemio.

^f *Marium*] Scylaci pag. 39. Μάριον πόλις Ἑλληνίς. Ex ipsius ruinis crevisse mediterraneam *Arsinoë*n, ex Stephano colligimus : Μάριον, inquit, πόλις Κύπρου, ἡ μετονομασθεῖσα Ἀρσινόη. Et verbo Ἀρσινόη : Ἀρσινόη Κύπρου, ἡ πρότερον Μάριον λεγομένη.

^g *Idalium*] Ἰδάλιον, πόλις Κύπρου, Stephano. Veneri, ut diximus, sacrum.

^h *Anemurio*] De quo cap. 22.

quinquaginta M. passuum. Mare, quod prætenditur, vocant Aulona¹ Cilicium.⁶ In eodem situ^j Eleusa insula est: et quatuor, ante promontorium^k ex adverso⁷ Syriæ, Clides:¹ rursusque ab altero capite^m Stiria. Contra Neam Paphum Hierocepia.ⁿ Contra Salamina, Salaminia.⁸

In Lycio^p autem mari Illyris, Telendos,⁹ Attelebussa, Cypriæ tres steriles, et Dionysia, prius Caretha dicta. Deinde contra Tauri promontorium pestiferæ navigantibus Chelidoniæ totidem.^q Ab iis, cum oppido Leucolla,^r Pac-

6 Cilicum Chiff. — 7 Vet. Dalec. promontoria. Ex adverso. — 8 Salamina Gro-nov. et edd. vett. — 9 Tolandros Vet. Dalec. — 10 Chelidoniæ: totidem ab iis

NOTE

¹ Aulona] Αὐλὼνα Κιλικίων pariter id fretum Ptolemæus vocat, v. 14. hoc est, canalem Cilicium: hodie, mer de Caramanie.

^j In eodem situ] In Cilicio mari. Insulæ nomen Ἐλεύσα apud Strab. lib. xiv. pag. 651. et alibi passim: a Rhodo dissidet stadiis cxx. hoc est, passuum mill. xv. Stephano eadem, ut videtur, Ἐλαιούσσα, νῆσος Κιλικίας, nisi menda sit librariorum.

^k Ante promontorium] Dinaretum scilicet, quod Syriæ obvertitur.

¹ Clides] Κλειδὲς Ptolem. v. 14. quasi claves. Straboni duæ tantum exiguæ insulæ, lib. xiv. pag. 682. sed saxa verius appellaveris. Herod. lib. v. pag. 330. num. 108. Κληίδες τῆς Κύπρου.

^m Ab altero capite] Altero videlicet promontorio, Acamante, quod occasum spectat. Adversam huic interpretationem ab aliis allatam nil moror. Styriam porro intelligi arbitror, cujus incolæ ab Herod. lib. viii. Uran. n. 1. pag. 464. et n. 46. pag. 477. Στυρίες appellantur.

ⁿ Hierocepia] Ἱεροκηπία, seu sacer hortus, Straboni, juxta Neam Paphum, lib. xiv. pag. 684. sed num in-

sula ea sit, non satis plane dicit.

^o Salaminia] Contra Salamin, siue Famagustam, et Carpasium sitæ: unde et Καρπασίας νῆσοι appellatæ a Strab. lib. xiv. pag. 682. et a Ptolem. v. 14.

^p In Lycio] Ex iis hæc ceteris scriptoribus memoratæ. Ἀττελέβουσα, sic appellata, a copia bruchorum: est enim Græcis ἀττελέβος, bruchus. A Ptolem. v. 5. inter Pamphyliæ insulas collocatur. Διονυσίας vero νῆσος a Scylace, p. 37. prope Chelidonias. Vide etiam Stephanum, verbo Διονυσία.

^q Chelidoniæ totidem] Quot Cypriæ, nempe tres. Χελιδοναί Strab. lib. xiv. p. 666. Mela ii. 7. 'Quæ contra Tauri promontorium importune navigantibus objacent, Chelidoniæ nominantur.' Festus Avienus, vs. 694. 'Inde Chelidoniæ tres sese gurgite tollunt.'

^r Cum oppido Leucolla] Pactyas insulas pagis vicisque solum constare, non oppidis, significat: oppidum aliud ibi nullum esse, quam quod in promontorio vicino Pamphyliæ situm, cui Leucolla pariter nomen esse diximus, cap. 26.

tyæ:¹⁰ Lasia,⁹ Nymphais, Macris, Megista,¹ cujus civitas interiit. Multæ deinde ignobiles. Sed contra Chimæram Dolichiste,¹¹ u Chirogylium,^v Crambussa,^w Rhoge,^x Enagora VIII. mill. passuum, Dædaleon^y duæ, Cryeon tres, Strongyle,¹² et contra Sidyma Antiochi, Glaucumque versus amnem Lagusa,^z Macris,^a Didymæ, Helbo, Scope, Aspis:^b et, in qua oppidum interiit, Telandria:¹³ c proximaque Cauno Rhodussa.^d

XXXVI. Sed pulcherrima et libera Rhodos,^e circuitu

cum oppido *Leucola Pactya*. Lectionem nostram exhibent Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, *Elysia*, *Nymphalis*, *Meris* Vet. Dalec. *Maxima* pro *Megista* Ptolem.—11 *Dolicha* Vet. Dalec. Mox, *Chirodyhon* Chiffi. *Crambis*, *Aroge* Vet. Dalec.—12 *Cryeon*, tres *Strongylæ* Vet. Dalec. et codex alter ejusdem. Mox, *contra Solima* nonnulli e Strab.—13 *Cylindria* Vet. Dalec.

NOTÆ

⁹ *Lasia*] *Λασία*, quod sylvis agrestibus horrens et hirsuta: *Νυμφαῖς*, quod Nymphis sacra: *Μακρίς*, quod in longum porrecta. Hæc quatuor insularum nomina, quæ *Pactyæ* appellantur. Quarta enim *Megiste* est.

¹ *Megista*] Ptolem. v. 3. et Stephanus: *Μεγίστη, πόλις καὶ νῆσος τῆς Λυμίας*. Scylaci, p. 37. *νῆσος Ῥοδίων*, Rhodiorum juris. *Μεγίστη* maximam sonat.

¹¹ *Dolichiste*] Inter Lycii maris insulas *Δολιχίστη* Ptolemæo loc. cit. hoc est, in longum porrecta.

^v *Chirogylium*] Forte *Chiradilion*. Vide Notas et Emend. num. 91.

^w *Crambussa*] Stephano, *Κράμβουσα, νῆσος περὶ Χελεύκειαν τῆς Ἰσαυρίας*. Straboni, l. xiv. p. 680. juxta Corycum promontorium, *Κραμβούσα νῆσος*.

^x *Rhoge*] *Ῥόγη, νῆσος ἐπὶ τῇ Λυκίᾳ*, Stephano.

^y *Dædaleon*] *Δαδάλειον*, hoc est, contra illud Cariae oppidum, quod *Dædala* diximus, cap. 29. insulæ duæ *Dædalensium* appellatæ in alto objacent: contra *Crya*, *Cryensium* tres:

contra *Σιδύμα* Lyciæ, Antiochi nomine una. Sic inferius, cap. 38. 'Insulæ quæ *Pisistrati* vocantur.' Tamen Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. pro *Cryeon tres*, habent *Cypron tres*.

^z *Lagusa*] Stephanus: *Λάγουσα, νῆσος περὶ Κρήτην*, post Strab. lib. x. p. 484. A copia leporum nomen invenit. De Glauco amne diximus in Caria, cap. 29.

^a *Macris*] *Μακρίς*, a longitudine: a numero, et paritate, *Διδύμαι*. In Mss. deinde R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. unica voce, *Helboscope*, forte pro *Helioscope*, *Ἡλιοσκόπη*. Sic enim *Ἡλιοτρόπιον* Thessaliæ urbem novimus.

^b *Aspis*] Stephanus, verbo *Ἀσπίς*: 'Ἔστι καὶ νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ.'

^c *Telandria*] Contra *Telandrum* Lyciæ, Cariae oppidum, de quo cap. 28. unde et insulæ nomen impertitum.

^d *Rhodussa*] *Ῥόδουσσα*.

^e *Libera Rhodos*] Rhodiis concessum ut libertatem ac suas leges haberent, auctor est Strab. lib. xiv. p. 652. *ἀπὸ Ῥωμαίων αὐτόνομος διετέλεσε*.

CXXV.¹ mill. passuum : aut si potius Isidoro credimus, CIII. Habitata urbibus, Lindo,² Camiro, Ialyso, nunc Rhodo. Distat ab Alexandria Ægypti DLXXVIII. mill.² ut Isidorus tradit : ut Eratosthenes, CCCLXIX. mill. ut Mucianus, D.³ a Cypro CLXVI. Vocitata est antea Ophiusa,¹ Asteria, Æthræa, Trinacria, Corymbia, Pœcessa,

~~~~~

CAP. XXXVI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CXXX. mill. pass. Gronov. et edd. vett.—2 Chiffi.

## NOTE

Sueton. in Claudio, cap. 25. 'Liberatam Rhodiis ob pœnitentiam veterum delictorum reddidit.' Quo *ἀνδροπόλας* beneficio ut fruerentur, pependisse didrachmon videntur, quod Judæos quidem fecisse ut eodem jure gauderent, scimus ex Dione, lib. LX. Nummus extat Nervæ insignis, apud Spanhem. p. 790. cujus epigraphe, ΡΟΔΙΩΝ ΔΙΑΡΑΧΜΟΝ.—'Rhodiorum est, præter alios a nobis alibi memoratos, nummus ille æreus magnæ molis e Gaza Regia, qui ex una parte caput turritum, non Agrippinæ Claudii certe, quod ridiculum est suspicari, sed Ionizæ, ut titulus admonet; quæ provincia civitates complectitur ab Herodoto memoratas, lib. I. n. 145. et in his Rhodom. Epigraphe sic est divisa, ut sit dextrorsum ΚΑΤΑΔΙΟΤ ΤΙΕΡ; sinistrorsum, ΙΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. In parte aversa Sol stans capite radiato, hoc est, Oriens tropæo coronam imponit, adjecta tantum ea voce, ΔΙΑΡΑΧΜΟΝ: quæ in nummis duntaxat Rhodiorum legitur. Delineatus hic autem locus est Hyperion, quod Solis nomen est apud Hom. Odyss. A. 24. Jam cur in contraria ipsius effigie parte scriberetur: et inter Κλαυδίου ac Σεβαστοῦ nomina? Sed legi oportet ΚΑΤΑΔΙΟΤ ΤΙΕΡ Πρωπυγνατοῦ ΙΩΝΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Claudii Propugnatoris Ionum Augusti. Nihil simplicius, aut verius. Est et ex

ære maximæ molis nummus eximius, qui Jovis vultum parte priore exhibet: altera titulum ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ: cum aquila, quæ fulmini insistit: et inter aquilæ pedes est: Χ, quod ibi esse arbitramur: Χαλκός 'Ροδίων, *Æs Rhodiorum.*' Ed. sec.

<sup>1</sup> Circuitu XXV.] Strab. lib. XIV. p. 655. stadia habet DCCCXX. hoc est, CXV. mill. pass.

<sup>2</sup> Lindo] Complexus est versiculo eas Homer. B. 656. Λίνδον, Ἰηλυσσόν τε, καὶ Ἀγρινόεσσαν Κέμειρον. In unam deinde coaluisse urbem, Rhodom nomine, auctor est Conon apud Phot. in Bibl. cod. 186. p. 456. Diodor. Bibl. lib. XIII. p. 196. Strabo, loc. cit.

<sup>3</sup> Ut Mucianus, D.] Muciano Strabo suffragatur, lib. II. p. 125. cum a Rhodo Alexandriam tractum ait esse stadiorum quater mille.

<sup>1</sup> Ophiusa] 'Οφίουσα Straboni, p. 653. 'Οφίουσα Stephano, a copia serpentium, ut ait Heraclides, cap. de politia Rhodiorum. 'Αστέρα, vel ab Asterio rege: vel quod a longe aspicientibus cerneretur, ὡς ἀστήρ, instar sideris, quod in simili alterius oppidi nomine Stephanus conjectat. Αἰθράλα Stephano quoque Rhodus appellata, ob æris serenitatem: Rhodi enim nunquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora Sol cernatur, diximus II. 62. Τρινακρία, a forma, quæ illi triquetra, teste Constant. Porphyrog.



Atabyria ab rege: deinde Macaria,<sup>3</sup> et Oloëssa. Rhodiorum insulæ,<sup>1</sup> Carpathus, quæ mari<sup>k</sup> nomen dedit: Casos, Achne olim:<sup>1</sup> Nisyros<sup>4</sup> distans ab Gnido XII. mill. D. Porphyris<sup>m</sup> antea dicta. Et eodem tractu media inter Rhodum Gnidumque Syme.<sup>n</sup> Cingitur XXXVII.<sup>5</sup> mill. D. Portus benigne præbet octo. Præter has circa Rhodum, Cyclopis, ° Steganos,<sup>6</sup> Cordylusa, Diabetæ<sup>p</sup> IV. Hymos,<sup>q</sup> Chalce<sup>r</sup> cum oppido, Seutlusa,<sup>s</sup> Narthecusa,<sup>t</sup> Dimastos,

//////////

DLXXXIII. mill.—3 Ita Pomp. Mela; ita quoque codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Pæssa*, . . . . *Macria* edd. vet. et Gronov.—4 *Casos*, ac duæ *Calymnæ*, *Gyros* cod. Dalec. *C. Achne* olim *Suyros* Vet. Dalec.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. XXX.—6 *Torgamon* Vet. Dalec. *Teganon* edd. ante Harduin. Mox, *Diabate* IV. *Hymos* C. c. o. S. *Mar-*

# NOTÆ

lib. 1. them. 14. Κορυμβία, quod emineat; vel quod hederæ corymbos referat. Ποτήσσα, quod herbosa sit et frugifera. Ἀταβυρία, vel a rege, vel a monte qui Rhodi celeberrimus. Ἀταβύριον, ὅρος Ῥόδιον, apud Tzetz. Chiliad. IV. Hist. 138. vs. 390. ubi Jovis templum, qui Ἀταβύριος inde et ipse dictus est. Ταβυρίου Διὸς ἱερὸν in insula Rhodo, apud Appian. in Mithrid. p. 187. pro Ἀταβυρίου. Μακαρία, ob cæli solique temperiem, teste Mela II. 7. et Diod. Sic. lib. V. Ὀλοέσσα denique, hoc est, malefica, exitiosa, ob serpentinum, quibus scatebat olim, venenum.

<sup>1</sup> Rhodiorum insulæ] Has quoque complexus Homer. B. 676. Οἱ δ' ἔρα Νίσυρον τ' εἶχον, Κράπαβόν τε, Κάσον τε.

<sup>k</sup> Quæ mari] Carpathio. Ipsa nunc Scarpanto dicitur: et ab ea mari nomen.

<sup>1</sup> Achne olim] Ἀχνη Græcis maris asperginem, spumamque significat: atque id insulæ nomen fortassis inditum, quod marinis fluctibus crebro illidatur.

<sup>m</sup> Porphyris] A purpurarum multitudine. Stephanus: Νίσυρος, μία τῶν

Κυκλάδων . . . ἐκαλεῖτο καὶ Πορφυρίς, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ πορφυρῶν. Sic etiam Eustath. in Iliad. B. p. 318.

<sup>n</sup> Syme] Strab. lib. XIV. pag. 656. Σύμη, plane eodem situ. Stephano quoque, et Scylaci, pag. 36. et ante omnes Herod. lib. I. pag. 72. n. 174.

° Cyclopis] Κυκλωπὶς, Στεγανός, Κορδύλουσα. Pamphyliæ urbs est Κόρδυλος apud Stephanum, sed longe ea hinc dissita.

<sup>p</sup> Diabetæ] Circa Symen positæ. Stephanus: Διαβήται, νῆσοι περὶ Σύμην· τὸ ἐθνικὸν, Διαβηταῖος.

<sup>q</sup> Hymos] Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. Chiffi. *Hymos*. Forte *Irmos*, Εἰρμός.

<sup>r</sup> Chalce] Inter insulas circa Rhodum habitatas a Scylace hæc numeratur: p. 37. Κατὰ δὲ τὴν Ῥόδον αἰθε νῆσοι εἰσιν οἰκούμεναι, Χάλκεια, Τήλος, Κάσος. Thucyd. I. VIII. p. 582. Χάλκη. Eadem Chalcia Plinio, XVII. 3.

<sup>s</sup> Seutlusa] Ἀττικὴ Τεύτλουσσα Stephanus: Thucydidi, loc. cit. Τεύγλουσα, mendose. Insula Ioniz est, haud procul Halicarnasso.

<sup>t</sup> Narthecusa] Ναρθηκέσσα, a ferularum læto proventu: Δίματος, a du-

Progne : et a Gnido, Cisserussa, Therionarce :<sup>7</sup> Calydne<sup>u</sup> cum tribus oppidis, Notio, Nisyro, Mendetero : et in Arconneso<sup>v</sup> oppidum Ceramus. In Cariæ ora, quæ vocantur Argiæ, numero viginti, et Hyetussa,<sup>8</sup> <sup>v</sup> Lepsia, Leros.

Nobilissima autem in eo sinu Cos,<sup>x</sup> ab Halicarnasso quindecim mill. passuum distans, circuitu centum : ut plures existimant, Merope<sup>y</sup> vocata : Cea, ut Staphylus :<sup>z</sup> Meropis,<sup>a</sup> ut Dionysius :<sup>9</sup> dein Nymphaea.<sup>b</sup> Mons ibi Prion :<sup>c</sup> et Nisyron<sup>d</sup> abruptam illi putant,<sup>10</sup> quæ Porphyris antea dicta est. Hinc Caryanda<sup>11</sup> cum oppido. Nec procul ab Halicarnasso Pidosus. In Ceramico autem sinu Pria-

*thecusa* Chiffi. *Diabeta* IV. ... *Teuthusa*, &c. Steph.—7 Vet. Dalec. *Cisserussa*, *Terion*, *Archia* ; edd. vett. et Gronov. *Ciserusa*, *Therionarce*.—8 Vet. Dalec. *quæ vocatur* ... et *Etheusa* ; Chiffi. *quæ vocantur* ... et *Hætusa*.—9 *Meropis vocata*, ut *Staphylus*, *Cos Meropis*, ut *Dionys.* ex Strabon. et Hyginio Pint. *Cea* Vet. Dalec. pro quo in edd. vett. et Gronov. *Cos*.—10 Margo edd. Dalec. et Gronov. *illinc putant*.—11 *Hinc Cartanda* Chiffi.—12 Ita e Reg. 1.

## NOTE

plici montis jugo. Πρόκη, ab hirundinum copia. Κισσηρόσσα, a pumicum multitudine. Θεριονάρκη, ab insita terræ vi, serpentibus, quæ littus attigerint, torporem inferendi.

<sup>u</sup> *Calydne*] Libentius *Calydnæ* agnoverim, numero multitudinis : ut tres omnino fuisse videantur, et suum cuique oppidum assignetur. Et certe sunt, quas Homerus describit loco proxime citato : Οἱ δ' ἔρα Νίσυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόν τε, Κάσον τε, Καὶ Κῶν Εὐρυπόλιον πόλιν, νήσους τε Καλύδνας. Vide quæ de Calydnis diximus libro sup. in Notis, et Emendationes num. 88.

<sup>v</sup> *In Arconneso*] Ἀρκοννησος, contra Halicarnassum posita, Strab. lib. xiv. p. 656.

<sup>w</sup> *Hyetussa*] Ἰητόσσα, obnoxia imbribus. Ἀηψία, Ἀέρος Strab. lib. xiv. p. 635.

<sup>x</sup> *Cos*] Κῶς, Hippocratis patria. Nautis *Lango* dicitur. Græcis *Stingo*, derivata voce ab εἰς τὴν Κῶ.

*Delph. et Var. Clas.*

*Plinius.*

<sup>y</sup> *Merope*] A Merope rege, de quo Hippocr. in Epist. pag. 899. ab ejus deinde filia Coon appellatam, auctor est Hygin. lib. ii. Astron. Poët. cap. de Aquila, p. 67. Coënse Homeris in hymno Apollinis Μέρωρας vocat.

<sup>z</sup> *Cea, ut Staphylus*] Ita Mss. omnes : non *Cos*.

<sup>a</sup> *Meropis*] Stephano quoque, et Straboni, lib. xv. pag. 686. Μερωνίς. Vide et Eustath. in Iliad. B. p. 318.

<sup>b</sup> *Nymphaea*] Ab uxore Meropis, cui nomen Ethemea : ortus a Nympharum genere. Hygin. loc. cit.

<sup>c</sup> *Prion*] Πριών Græcis dicitur.

<sup>d</sup> *Et Nisyron*] De qua dictum est proxime ante, hac sect. Hanc insulæ Coe abruptam putavere Apollodorus, de Diis, lib. i. p. 21. et Eustathius ad Dionys. vs. 526. p. 76. ἡ Νίσυρος ... οὕτω καλουμένη ἀπὸ τοῦ νέω καὶ τοῦ σύρω, διότι ἀποκοπεῖσα τῆς νήσου τῆς Κῶ ... ἐπεσώρη τῷ Γίγαντι, κ. τ. λ.

<sup>e</sup> *Caryanda*] Mss. *Cartanda*.

ponesos,<sup>f</sup> Hipponnesos, Psyra, Mya, Lampsæ, Æmyndus<sup>12</sup> Passala,<sup>b</sup> Crusa,<sup>i</sup> Pyrrhe,<sup>j</sup> Sepiussa, Melano : paulumque a continente distans, quæ vocata est Cinædopolis, probrosis ibi relictis a rege Alexandro.

XXXVII. Ioniæ ora Tragias,<sup>k</sup> et Corseas<sup>l</sup> habet, et Icaron, de qua<sup>m</sup> dictum est : Laden,<sup>n</sup> quæ prius Late vocabatur : atque inter ignobiles aliquot, duas Camelidas<sup>o</sup> Mileto vicinas : Mycalæ,<sup>p</sup> Trogilias tres : Pylon,<sup>q</sup> Argennon, Sandalion,<sup>r</sup> Samon liberam,<sup>s</sup> circuitu LXXXVII.

~~~~~

restituit Brotier. cum antea legeretur in vulgg. *Lampsemandus*. Ed. pr. *Lampsæ Emyndus*.

CAP. XXXVII. 1 *Ægeas* Gronov. et edd. vett. *Trageas* Strab. et Ptolem.—2 *Mycalæ* Trogilium, *Trogilias* tres, *Phyllion* Chiffli. item margo edd. Dalec. Frankf. 1582. et Gronov. *Mycalen*, *Trogilias*, *Trepstilion* Lugd. Erasmi, Basil. Frankf. 1582. Dalec. Elz. et Gronov.—3 'Lib. III. c. 13. *Sardinia*, *Sandaliotis*

NOTÆ

^f *Priaponesos*] Πριάπου νῆσος. Ἰππονησος, πόλις Καρίας Stephano, qui πόλιν pro νήσῳ sæpe usurpat. Ψύρα, νῆσος μικρά, πλησίον Χίου, Stephano : Hesychio Ψυρή. Ψυρία Homero Odyss. Γ.

^g *Lampsæ*, *Æmyndus* [*Lampsemandus*] In Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. *Lampsæmyndus*. Forte *Lampsis*, *Myn-dus* : Λάμψις, Μύνδος.

^b *Passala*] Πάσσαλα, Μυλασσέων ἐπὶ νείων, Mylassensium navale, Stephano.

ⁱ *Crusa*] In Mss. *Crysa*. Forte, pro *Chrysa*, Χρύση.

^j *Pyrrhe*] In Mss. *Pyrrhæusa*, Πυρραλουσα. Mox Σηπίουσα, a frequentibus in eo mari sepiis. Melano, vel Μέλαινα, a nigredine, videtur.

^k *Tragias*] Τραγίας. Vide Notas et Emend. num. 92.

^l *Corseas*] Κόρσεαι, νῆσος τῆς Ἰωνίας, ἀντικρὺ Σάμου, ex adverso insulæ Sami posita Stephano. Κορσίας appellat Strab. lib. XIV. p. 636.

^m *Icaron*, de qua] Lib. IV. cap. 23.

ⁿ *Laden*] Λάδη, νῆσος Αἰολίδος, Ste-

phano. Herod. lib. VI. p. 336. n. 7. ἡ δὲ Λάδη ἐστὶ νῆσος μικρὴ ἐπὶ τῇ πόλει τῇ Μιλησίων κειμένη, contra *Miletum* obiacens. Herodotum sequitur Strab. lib. XIV. pag. 635. et Pausan. lib. I. p. 66.

^o *Camelidas*] A protuberante, camelorum instar, dorso traxisse nomen videntur, καμηλίδες.

^p *Mycalæ*] Habet, inquit, Ioniæ ora Mycalæ vicinas insulas tres, Trogilias appellatas : quarum hæc nomina : Ψίλδς, id est, *glabra*, seu arboribus et fruticibus vacua. Ἀργεννός, id est, *candida*. Σανδάλιος, vel Σανδαλιώτης, a forma, qualem esse Sardiniae diximus libro superiore. Ante Τρωγίλιον promontorium, de quo cap. 31. Τρωγίλιαν νῆσον agnoscit Strab. I. XIV. pag. 836. Est autem Μυκάλη locus in continente Ioniæ contra Samum, teste Herod. lib. I. num. 148. et Strab. lib. XIV. pag. 637.

^q *Samon liberam*] Hieronym. in Chron. ad Olymp. 190. an. 3. 'Augustus Samiis libertatem dedit.' Vide Notas et Emend. num. 93.

mill. D. pass.⁴ aut, ut Isidorus, centum mill. pass. Partheniam^r primum appellatam Aristoteles tradit: postea Dryusam,^s deinde Anthemusam. Aristocritus adjicit Melamphyllum, dein Cyparissiam: alii Parthenoarusam,^t Stephanen. Amnes in ea, Imbrasus,^u Chesius, Ibettes.^v Fontes:^w Gigartho, Leucothea. Mons Cercetius.^x Adjacent^y insulæ, Rhypara, Nymphaea, Achillea.

XXXVIII. Par claritate ab ea distat XCIV. M. passuum, cum oppido Chios libera,^a quam Æthaliæ Ephorus^b prisco

et *Ichnusa* dicitur.' Dalec.—4 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. Habent quoque mox, *centum mill. pass.*' Brotier. *circuitu octoginta septem mill. passuum*: aut, ut Isidorus, *centum*: Partheniam, &c. edd. ante Brotier. Partheniam Frankf. 1682. Parthenum Rhodig.—5 'Adriussam Stephano. Strabo hæc nomina omnia tribuit Samothraciæ, non Samo.' Dalec. Mox, pro Parthenoarusam, Pintian. Parthenorusam; Strab. Herosactiam; Chiffi. Parthenarusam.

NOTÆ

^r Partheniam] Παρθενία Straboni, lib. x. pag. 457. a Parthenio amne: sic enim Imbrasum Cares, cum ibi rerum potirentur, appellaverunt. Lactantius Instit. i. 17. 'Samum,' inquit, 'insulam scribit Varro prius Partheniam nominatam, quod ibi Juno adoleverit, ibique etiam Jovi nupserit.'

^s Dryusam] A quercuum copia, Δρυέσσα, et contracte Δρόουσα. Stephanus, verbo Σάμος. 'Ἐκλήθη δὲ πρότερον Παρθενία, καὶ Ἀνθέμουσα, καὶ Μελάμφυλλος. Sic Eustathius quoque, ad Dionys. vs. 534. pag. 77. Apollonii vero Schol. ad lib. ii. vs. 874. Μελάμφυλλος, Παρθενία, καὶ Ἀνθεμούσα. Hesychius, pag. 627. Μελάμφυλλος, ἡ Σάμος. Strab. lib. x. pag. 457. Ἀνθεύς et Μελάμφυλλος. Cyparissiam a frequentibus cupressis dictam facile credimus.

^t Parthenoarusam] Vide Notas et Emend. num. 94.

^u Imbrasus] Ἰμβρασσος, Χήσιος. Inde Χησιόδες Νύμφαι apud Nicandr. in Alexiph. pag. 139. Inde Dianæ cog-

nomina, apud Callimach. Hym. in Dian. vs. 228. pag. 22. Χησιὰς, Ἰμβρασίη, κ. τ. λ. ab utroque nimirum amne. Nam Scholiasten hallucinari arbitror, qui Χήσιον τῆς Σάμου ἁκρωτήριον interpretatur, cum ποταμὸν dicere satius fuisset. Eidem Scholiastæ, Ἰμβρασσος, ποταμὸς τῆς Σάμου. Athenæo quoque, lib. vii. pag. 283.

^v Ibettes] In Mss. quibusdam, Hybettes.

^w Fontes] Γρυαῖά, Λευκοθεία.

^x Cercetius] Cercetius Nicandro, loc. cit. amnis esse, et montis nomen videtur: Κερκετεὺς νιφόεντος ὑπὸ σχοινώδεσιν ὄχθαις. Juxta Cercetii juncosa fuenta nivosi.

^y Adjacent] Πυκὰρὰ, sordida, lutulenta: Νυμφαία, Ἀχιλλεία.

^a Chios libera] Nunc Scio.

^b Æthaliæ Ephorus] Stephanus quoque, pag. 40. Δύναται τὸ Αἰθαλίτης, ἀντὶ τοῦ Χίος· οὗτω γὰρ ἡ Χίος ἐλέγετο. Potest accipi Æthaliæ, pro Chius; sic enim Chios insula dicebatur.

nomine appellat: Metrodorus et Cleobulus Chiam, a Chione^c nymp̄ha: aliqui a nive: et Macrin,^d et Pityusam. Montem habet Pellenæum,^e marmor Chium. Circuitu cxxv. mill.^f passuum¹ colligit, ut veteres tradidere: Isidorus ix. millia adjicit. Posita est inter Samum et Lesbum, ex adverso maxime Erythrarum.^g

Finitimæ sunt, Thallusa,^h quam alii Daphnusaⁱ scribunt: Cenusæ,ⁱ Elaphitis, Euryanassa, Arginusa cum oppido. Jam hæc^j circa Ephesum, et quæ Pisistrati vo-

CAP. XXXVIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. CXII. M. D. pass. ex quibusdam impressis.—2 Daphnusa Gronov.—3 Jam hæc Basil.—4 Clarena

NOTE

^c A Chione] Stephanus, pag. 720. Χίος, . . . ἡ ἀπὸ τῆς χιόνος τῆς ἐκεῖ γινομένης πολλῆς, ἡ ἀπὸ Νύμφης τῆς Χίος.

^d Et Macrin] Μακρίς, quod longa foret: Πινυῶσα, quod pinum ferax. Mirum est existimasse Livium, lib. xxxvii. pag. 463. et 468. Æthaliæ, Chion, et Macrin, tres insulas, ut nomine, ita re ipsa disparet fuisse.

^e Pellenæum] Πελληναῖον ὅρος Χίου Stephano, verbo Πέλινα, et Dionysio, vs. 535. Strab. lib. xiv. pag. 645. Πελιναῖον ὅρος. Hesychio, Πελιναῖος δ Ζεὺς ἐν Χίῳ.

^f CXXV. mill.] Strab. lib. xiv. pag. 645. stadia dcccc. hoc est, cxii. m. d. pass.

^g Erythrarum] De quibus cap. 81.

^h Thallusa] Θάλλουσα, hoc est, florens ac virescens. Ea forte est quæ Pelus a Stephano dicitur: Πηλοῦς, ἡ ἴσος περὶ Χίον. Nam in Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Tellusa scribitur. Δάφνουσα, sive Δαφνησσα, laurifera.—Differt autem hæc situ magis quam nomine ab ea quæ Ptolemæo v. l. Θυνιάς, ἡ καὶ Δαφνουσία, nuncupatur: cum hæc Daphnusa dicta sit, in qua sumus, inter Chinm Smyrnamque posita ex adverso Ionie: illa Thynias Pli-

nio quoque vocitata inferius, cap. postremo hujus libri, contra Bithyniæ littus in Ponto. Quin neque Ptolemæus ipse exsors hic omnis culpæ videtur, qui Thyniadi insulæ Daphnusiæ nomen alterum adjudicet, quo de nomine ceteri silent auctores: præsertim cum Apolloniam vocitam esse hanc ipsam Thyniada Plinius asseveret, vi. 13. et Notitia Ecclesiastica pag. 45. inter Episcopos Bithyniæ provinciæ septimo loco appellet τὸν Ἀπολλωνιάδος, hoc est, ut quidem videtur, Thyniadis hujus, quæ Plinio auctore Apollonia pariter nuncupata est: undecimo, τὸν Δαφνουσίας, ceu alterius plane ac diversi oppidi: cujus Antistes fuisse dicitur S. Sabas, de quo Menologium nostrum Ms. Græce, die secunda Maii: Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Σαβᾶ ἐπισκόπου Δαφνουσίας.

ⁱ Cenusæ] Vini proventu læta. Οἰνοῦσαι, ἡ ἴσος τῇ Χίῳ προσεχῆς, inquit Stephanus. Herod. quoque, lib. i. n. 165. pag. 68. Ἐλαφίτις, a cervorum multitudine. Εὐδυνάσσα, hoc est, late imperitans. Ἀργινούσα, hoc est, alba.

^j Jam hæc] Proxime memoratæ, Cenusæ, et reliquæ. Ἀνθιναι, floridæ: Μυόννησος, inquit Stephanus, post

cantur: Anthinæ, Myonnesos, Diarrheusa.⁴ In utraque oppida intercidere. Poroselene^k cum oppido: Cercia^l,

NOTÆ

Strab. pag. 643. μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου. Διαρρέουσα, dilabens, sive irrigua. Hæc fuere duarum Anthinarum nomina. Teiorum ditionis Myonnesos fuit, teste Thucyd. lib. iii. pag. 190.

^k Poroselene] Ποροσελήνη Strab. lib. xiii. pag. 619. quæ prius, inquit, obscæno nomine Πορδοσελήνη. Ita post Strabonem, Stephanus. Hesychius: Πορδοσελήνη, μεταξὺ Μυσίας καὶ Λέσβου, νῆσος. Scylaci, pag. 34. νῆσος, καὶ πόλις Πορδοσελήνη. Admonet autem id oppidi nomen, sibi ut obiter medicinam faciamus, in Conciliis Ephesino et Calchedonensi, ubi sauciatus jacet, vix ut dignosci queat. In Ephesino itaque, ex editione Labbeana, pag. 454. qui 'Lesbi' modo 'Episcopus Joannes,' appellatur, idem in Baluziana, pag. 1148. 'Joannes Episcopus Lesbo Portoselenensis et Litorum' dicitur, ex Corbeiensi codice: ex Divioniensi, 'Lesbo Portuselenensis et lictorum': denique in Parisiensi, 'Lissopolonensi et lotorum.' Multo autem inquinatus, pag. 538. 'Joannes Episcopus Lesviselenicatorum.' et p. 631. 'Joannes Episcopus Lesbi Solenicatorum.' Cum legi ubique oporteat, 'Joannes Episcopus Lesbi, Pordoselenes,' vel 'Poroselenes, et Litarum.' Sic in Calchedonensi, Act. i. pag. 321. ubi subscripsisse dicitur 'Florentius Episcopus Lesbi et Tenedi Hellesponti,' eam lectionem suoapte Marte cuderunt editores Romani, ut quem solvere nodum non valerent, utcumque sic dissecarent. Nihil est enim tritius ea lectione quam vetustæ ibi editiones exhibent, et exemplaria manu exarata. Sic illæ: 'Florentius Episcopus Lesbos, et Tenedi emporii Hellesponti Etlicorum.' Corbeiensis

codex, teste V. C. Baluzio pag. 1163. 'Florentius Episcopus Tenedo empori Helenæ et letorum.' Divionensis: 'Florentius Episcopus Tenedu impuri Helenæ ellitorum.' Parisiensis: 'Florentius Episcopus Teneodemponeælenæ ellistorum.' Labbeana editio, pag. 803. Φλωρέντιος ἐπισκοπος Λέσβου, Τενέδου, Προσελήνης, Αἰγιδίων. Latina versio ejus loci, quam Baluzius edidit, pag. 1357. 'Florentius Episcopus Lesbi Tenedi Ellitorum,' omissa 'Poroselenes' mentione. Atqui legi in Græco oportuit, Λέσβου, Τενέδου, Ποροσελήνης, καὶ Λιτῶν. Latine: Florentius Episcopus Lesbi, et Tenedi, et Poroselenes, et Litarum. Nam quod 'Litorum' pro 'Litarum' exhibent libri omnes, id imperitiæ ejus ævi interpretum jure tribnimus, qui et 'Megarorum' et 'Pylorum' in Conc. Ephes. pag. 448. ex Μεδράων, Πυλῶν, aliaque similia ferme innumera fieri posse crediderunt. Est autem 'Litarum' a Græco Λιταί, insulæ cuspisiam nomen Lesbo vicinæ: quo nomine et aliud oppidum apud Harpocratonem et Suidam memini me legere.

^l Cercia] Strabo, pag. 618. ait Poroselenen insulis viginti, aut etiam xl. ut Timostheni placet, esse finitimam: quæ Lesbum inter Asiamque interjacent. Ex his duarum et xx. nomina Plinius recitat: Κέρκεια, Ἀλώγη, de qua II. 89. Λεπρία, aspera, Προκούσαι, hinnullis aut danis referta. Σιδουσα, πόλις Ἰωνίας Stephano: νῆσον voluit dicere. Πήλην, καὶ Μαρδδουσαν, καὶ Δρύμυσαν ἐπεκειμέναις ταῖς Κλαζομέναις νήσοις, memorat Thucyd. lib. viii. p. 569. Rectius Stephanus Δρυμοῦσαν vocat, ἀπὸ τῶν δρύμιν, a vepretis. De Drymusa Livius, lib. xxxviii.

Halone, Commone, Illetia, Lepria, et Rhesperia,⁵ Proculusæ, Bolbulæ, Phannæ, Priapos, Syce, Melane, Ænare, Sidusa; Pela, Drymusa, Anhydros, Scopelos, Sycussa, Marathussa, Psile, Perirrheusa, multæque ignobiles. Clara vero in alto Teos^{6m} cum oppido, a Chio LXXI. mill. D. pass.⁷ tantundem ab Erythris.

Juxta Smyrnam sunt Peristerides,^a Carteria, Alopece, Elæussa, Bachina, Pystira, Crommyonesos, Megale. Ante Troada, Ascaniæ,^o Plateæ tres. Dein Lamia, Plitaniæ^p duæ, Plate, Scopelos, Getone, Arthodon,⁸ Coelæ, Lagussæ, Didymæ.

XXXIX. Clarissima autem Lesbos,^a a Chio LXV.^b mill. passuum. Himerte^{1c} et Lasia,^d Pelasgia, Ægira,^e Æthiope,^f

//////////

Vet. Dalec. *Diareusa* Gronov.—5 *Lepria*, et *Æthraea*, *Hesperia* Pintian. Mox, Vet. Dalec. *Cænare*, *Sidusa*, *Pela*, *Dilemusa*. Deinde, pro *Anhydros*, Gronov. *Anydros*. Paulo post, pro *Psile*, Vet. Dalec. *Phile*.—6 *Theas* cod. Dalec.—7 Ita codd. Harduin. et Chiffi. item Vet. Dalec. et Basil. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. a *Chio LXXXI. mill. passuum* Gronov. et edd. plurimæ ante Harduinum.—8 *Arthodon* Gronov.

CAP. XXXIX. 1 *Hemerte* Gronov.—2 'Supra cap. 36. legitur *Macria*.' Da-

NOTÆ

pag. 480. *Σύκη* et *Συκδεσσα*, a ficibus nomen habent. Melane, a colore, 'Ανύδρος, ab aquarum penuria. Ψίλη, a nuditate, seu sterilitate. Περιρρέουσα, ab aquis circumfluentibus. Pro et *Resperia*, placet conjectura Pintiani legentis, *Æthraea*, *Hesperia*.

^m *Teos*] *Τέως*, quam in peninsula positam Strab. lib. XIII. pag. 644. ceterique scriptores docent: atque adeo continenti annexam: sed ita ut æstuantem mari insulæ in morem tota circum allueretur aquis. Hæc Anacreontis patria. Incolæ Teii appellati.

^a *Peristerides*] *Περιστερίδες*, ob multitudinem columbarum ibi degentium; ut mox *Λαγούσσαι*, ob leporum copiam, sic appellatæ; 'Αλωπεκή, *vulpium*; Κρομμυόνησος, *caprarum*. Καρτερία, arduam insulam, et munitam sonat; Μεγάλη, magnam; 'Ελαιούσα, *oleæ se-*

racem. Elæam, et Bachium appellat istas Livius, lib. XXXVII. pag. 456. Pystira, obscuræ originis. In Mss. *Piscyra*.

^o *Ascaniæ*] 'Ασκανία, Πλατείαι, Λαμία.

^p *Plitaniæ*] Forte Πλωθανία, quod lateres ibi οἱ πλίνθοι coquerentur. Mox Πλάτη, Σκόπελος, Γεϊτώνη, 'Αρθόδων, Κοίλαι, Λαγούσσαι, Δίδυμαι, seu *gemellæ*. De Lagussis, Eustathius in *Iliad*. B. p. 306. Νῆσοι Λαγούσσαι, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς ἐκεῖ λαγῶν, κ. τ. λ.

^a *Lesbos*] Hodie *Metelin*, ab oppido, quod ibi maxime insigne est, *Mitylene*.

^b *A Chio LXV.*] A Chio, Lémno, Tenedo, æquali fere intervallo Lesbos distare Strabo prodidit, lib. XIII. p. 619. stadiis nempe quingentis, hoc est, LXII. M. D. pass.

^c *Himerte*] 'Ιμερτή, desiderabilis.

Macaria^{2s} appellata fuit, novem^{3h} oppidis incluta. Ex iis Pyrrhaⁱ hausta est mari, Arisbe^j terrarum motu subversa. Antissam^k Methymna traxit in seipsam: novem urbibus⁴ Asiæ in XXXVII. mill. passuum vinica. Et Agamede^l obiit, et Hiera. Restant Eresos,^m Pyrrha,ⁿ et libera Mitylene,^o annis M. D.^p potens.⁵ Tota insula circuitur, ut Isidorus, CLXVIII.⁶ mill.^q passuum: ut veteres, OXCV. mill.

lec. Vid. Varr. lectt. ibidem.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Vet. octo Gronov. et edd. vett.—4 Ita ex codd. emend. Harduin. VIII. urbibus Gronov. 'Hæc verba, VIII. urbibus, supervacanea sunt.' Dalec. Mox, particula in non legitur in Vet. Dalec.—5 Ita ex codd. emend. Harduinus, eumque secuti sunt recentt. annis D. potens Gronov. et edd. vett.—6 Ita codd. Hardui-

NOTE

Hactenus male, Hemerte. Fuit et Ἰμέρα nomen urbis in Lesbo, teste Stephano, verbo Ἰσσα: quæ et Πελασγία deinde, ut ipsa Lesbos, cognominata fuit.

^d Et Lasia] Λασία, horrida sylvis agrestibus. Forte rectius, Et Issa. Id enim Lesbo nomen fuit.

^e Ægira] Ἀγείρα. An idcirco id ei nomen inditum, quod arboris populeæ ferax sit? Ἀγείρος enim nigra populus est. Methymnæi agri pagus fuit Ἀγείρος, teste Strab. lib. XIII. p. 617.

^f Æthiope] Hesychius, p. 39. Ἀθιοψ, δὲ Λέσβιος.

^g Macaria] A Pyrrha, quæ et Μακαρία nuncupata est, nomen id traxit. Hujus filia Agamede oppido dedit. Stephanus, verbo Ἀγαμήδη. A Macare Criasii F. Macariam appellatam putat Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. I. p. 15.

^h Novem] Ita Mss. omnes: editi octo tantum. At statim appellantur novem.

ⁱ Ex iis Pyrrha] Strab. lib. XIII. p. 618. ἡ δὲ Πύρρα κατέστραπται.

^j Arisbe] Ἀρίσβα Straboni, πόλις ἐν Λέσβῳ, lib. XIII. p. 590.

^k Antissam] Ἀντισσαν Thucyd. vocat, lib. III. p. 183. Plin. II. 91. 'Rur-

sus abstulit insulas mari, junxitque terris: Antissam Lesbo,' &c. Hodie Castel Petra. Antissa diruta transductos Methymnam Antissæos, auctor est Livius, lib. XLV. p. 582. L. Emilio Paulo II. C. Licinio Crasso Coss. anno U. C. DLXXXVI.

^l Agamede] Ἀγαμήδη, τόπος περὶ Πύρραν τῆς Λέσβου, inquit Nicol. Damasc. in Excerptis, p. 494. et Stephanus.

^m Eresos] Ἐρεσος, πόλις ἐν Λέσβῳ, Stephano: Strab. lib. XIV. pag. 618. Ἐρεσός. Theophrasti patria. Hodie Geremia.

ⁿ Pyrrha] Pyrrhæ, quæ hausta mari fuerat, suburbium. Strabo loc. cit. ἡ δὲ Πύρρα κατέστραπται· τὸ δὲ προδαστεῖον οἰκεῖται, καὶ ἔχει λιμένα, κ. τ. λ.

^o Libera Mitylene] 'Mitylenæis libertas, in unius Theophanis gratiam, a Pompeio restituta est,' inquit Velleius II. 18. p. 10. et Plutarchus in Pompeio, p. 641. Græcis olim Μιτυλήνη, nunc Μετέλινο. In nummis Musei nostri Parisiensis, et apud Spanhem. p. 350. et 901. ΜΥΤΙΑΗΝΑΙΩΝ.

^p Annis M. D.] Sic Mss. omnes, R. 1. 2. Colb. 12. Paris. &c. Editi solium D.

^q CLXVIII. mill.] Artemidorus apud Agathemerum Geogr. I. 5. et

Montes habet Lepethymum,⁷ Ordymnum,⁸ Macistum,¹ Creonem, Olympum. A proxima continente abest VII. M. D.^u passuum. Insulæ appositæ, Sandaleon :^v Leucæ^w quinque. Ex iis Cydonea, cum fonte calido. Argenussæ^x ab Æge⁸ IV. mill. passuum distant. Dein Phellusa,⁹ Pedna. Extra Hellespontum adversa Sigeo littori adjacet Tenedus, Leucophrys dicta, et Phoenice, et Lyrnessos. Abest a Lesbō LVI. mill. passuum, a Sigeo XII. M. D.

XL. (XXXII.) Impetum deinde sumit Hellespontus, et mare incumbit, vorticibus limitem fodiens, donec Asiam abruptat Europæ. Promontorium id appellavimus^b Trapezam :¹ ab eo decem mill. passuum, Abydum^c oppidum,

ni, et Basil. CLXXXIII. Gronov.—7 *Lepethymum* Harduin. 2. 3. Bipout. et Franz. *Lepethymum* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. 1582. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. et Harduin. 1. Mox *Ordymnum* ap. Theophr. Hist. lib. III. cap. ult. Paulo post, libri Mss. ap. Harduin. et vetustæ edd. habent *Sandalion*.—8 *Argenussa* Æge codd. et Vet. Dalec.—9 *Dein Pheula* Vet. Dalec.

NOTE

Strab. lib. XIII. p. 616. stadiis centum supra mille ambitum insulæ circumscribunt, quæ sunt passuum millia CXXXVII. et D. pass.

¹ *Lepethymum*] Antigonus, in Hist. Mirab. *Λεπέρυμνος*. Hodie *Leptimo*, et *le Mont. S. Theodore*.

⁸ *Ordymnum*] *Ὀρδύμνον* vocat Theophr. Hist. III. 18.

¹ *Macistum*] *Μάκιστος*. Mox *Κρέον*, Aristoph. in *Ranis*, *Λευκαί*, *περὶ τῶν Κρέων*.

^v *VII. M. D.*] Omnino hæc mensura cum Strabone congruit, qui lib. XIII. p. 616. LX. stadiis intervallum id definit.

^v *Sandaleon*] In nummo Claudii Imp. epigraphe *ΚΑΝΔΑΛΙΩΝ*, num huc pertineat, æstimandum aliis relinquimus. Extat in Thesauro Goltzii, p. 230.

^w *Leucæ*] *Λευκαί*, albæ. *Κυδόνεια*, *co-toncis* malis abundans.

^x *Argenussæ*] *Ἀργινούσαι* Strab. lib.

XII. pag. 617. tres exiguæ insulæ, littori proximæ, juxta Canas, de quibus cap. 32. Nunc sunt duæ tantum, nec ullius nominis. Harpocration, p. 45.

Ἀργινούσαι, ἤσσοι κείμεναι ἐναντὶ τῆς Δέσβου, ἀπὸ Ἀργίνου τινός. Arginusas pariter vocat Val. Max. I. III. p. ult. p. 189. et Diod. Bibl. lib. XIII. p. 217.

¹ *Ab Æge*] Quæ una est e quinque iis, quas Leucas antea nominavit.

² *Phellusa*] A subere, quod gignit, nomen invenit. *Φελλὺς suber* est Græcis. *Πέδνα* deinde, obacuræ originis.

³ *Tenedus*] Forte a Tene, qui apud Tenedios sanctissimus Deus habebatur, ut ait Cicero in Verrem. Hodie *Tenedo*, notissima fama insula, ut cecinit Maro Æneid. II. *Λεύκοφρος* prius appellata, teste Stephano, Suida, et Hesychio, verbo *Λεύκοφρος*. Deinde *Φοινίκη* et *Λυρησσις* eadem nuncupata.

^b *Appellavimus*] Cap. 33.

^c *Abydum*] *Ἀβυδός* contra Seston

ubi angustiae septem stadiorum.^d Deinde Percote^e oppidum: et Lampsacum,^f antea Pityusa dictum. Parium colonia,^g quam Homerus^h Adrastiam appellavit. Oppidum Priapos,ⁱ amnis Æsepus:^a ^j Zelia.^k Propontis:^l ita appellatur, ubi se dilatat mare. Flumen Granicum,^m Artaceⁿ portus, ubi oppidum fuit. Ultra insula,^o quam continenti juxxit

CAP. XL. 1 *Traziam* Chiff.—2 *Absepus* cod. Dalec. *Æsepus* Strab.—3 Ita

NOTÆ

Thraciæ posita. Utrique communis appellatio, *les Dardanelles*.

^d *Septem stad.*] Sive, quod idem est, passuum DCCCLXXV.

^e *Percote*] Περκότη Homero, Iliad. B. 835. Strab. lib. XIII. pag. 590. Arriano Exped. Alex. lib. I. p. 34. Incolæ Περκόσιοι.

^f *Lampsacum*] Hodie *Lampsico*. Græcis Λάμψακος, πάλιν Πιττούσα λεγόμενη, inquit Stephanus, vel ob *pinum*, πινών, multitudinem, ut ait Schol. Aristoph. in Pluto, p. 62. vel ob thesaurum ibi a Phryxo defossum, ut Schol. Apollonii, ad Argon. I. 933. Θράκες γὰρ τὸν θησαυρὸν πινὴν λέγουσι. Πιττούσσαν vocat Plutarch. de Virt. Mul. p. 255. Vide et Eustath. in Iliad. B. p. 355. Distat ab Abydo stadiis CLXX. inquit Strab. lib. XIII. p. 589. hoc est, XXI. M. CCL. pass. Cur Lampsacum vocitatum sit, dicces a Mela I. 19. et a Plutarch. de Virt. Mul.

^g *Parium colonia*] Πάριον Strab. lib. XIII. p. 588. ut Ptolem. v. 2. Hujus coloniae meminit etiam Ulpianus, lib. I. Digest. tit. 5. de Censibus: 'In Provincia Asia,' inquit, 'duæ sunt juris Italici: Troas, et Parium.'

^h *Homerus*] In Catalogo, Iliad. B. 335. Οἱ δ' Ἀδράστειον τ' εἶχον. Ubi Eustathius, pag. 355. annotat Ἀδράστειαν inter Parion et Priapon sitam fuisse: μετὰ δὲ Πριάπου καὶ Παρίου τοῦ

κατὰ Προποντίδα. Ab Adraсто rege id factum nomen colligimus ex Harpocr. pag. 8. verbo Ἀδραστ.

ⁱ *Priapos*] Habet a numine, quod ibi colitur, nomen: Πρίαπος. Thucyd. lib. VIII. pag. 629. et Strab. lib. XIII. pag. 587. Ab ipso Priapo conditum ait Schol. Theocriti, ad Idyll. A. 21.

^j *Æsepus*] Αἰσηπος, Straboni, loc. cit. Appiano, in Mithrid. pag. 222. et ante eos Homer. B. 825. Nunc *Spiga*. Lampsacum aliuit.

^k *Zelia*] Oppidi nomen. Homero, loc. cit. et Stephano, Ζέλεια, πόλις Τρωάδος. Cyzicenorum ditionis, ex Strabone, pag. 583.

^l *Propontis*] Hodie *Mer de Marmora*.

^m *Granicum*] Γρανικός in Ida monte profluens. Strab. lib. XIII. pag. 602. Hodie *Lazzara*. 'Hic primum,' ut ait Mela I. 19. 'inter Persas et Alexandrum pugna fuit nobilis.'

ⁿ *Artace*] Ἀρτάκη Strab. lib. XIV. pag. 635. post. Herod. lib. v. pag. 344. n. 33. Artacii fontis, prope Cyzicum, meminit Schol. Apoll. ad Argon. I. 957.

^o *Ultra insula*] Cyzicenorum insula dicitur Straboni, loc. cit. ipsaque Κόζικος Milesiorum colonia appellatur. Quare Miletum Cyzici solum genitale vocat Velleius, lib. II. Continenti annexam gemino ponte Strabo prodidit, lib. XII. pag. 575.

Alexander, in qua oppidum Milesiorum Cyzicum, ante vocitatum² Arctonnesos,^p et Dolionis,^q et Dindymis,^r cujus a vertice mons Dindymus. Mox oppida: Placia,^s Ariace,^t Scylace: quorum a tergo mons Olympus, Mysius^u dictus: civitas Olympea. Amnes: Horisius,^v et Rhyndacus, ante Lycus vocatus. Oritur in stagno Artynia juxta Miletopolim:^w recipit Maceston,^x et plerosque alios, Asiam Bithyniamque disterrimans. Ea^y appellata est Cronia, dein

codd. Regg. Brot. et Editio princeps; antea vocitatum edd. vulgg. ante Brotier. Mox, Arconnesos Gronov. Deinde in Chiffi. *Didymis*, cujus a vertice mons *Didymus*.—4 Ita codd. Regg. Brot. Colb. et Editio princeps; *Ariacos* edd. vulgg. ante Brotier.—5 Ita Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bi-

NOTÆ

^p *Arctonnesos*] Hoc est, ursorum insula. Stephanus, verbo Κῶζικος 'Εκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀρκτων νῆσος. Et pag. 111. Ἀρκτων νῆσος οὕτως ἡ Κῶζικος ἐκαλεῖτο. Mons imminebat oppido, in quo ursi frequentes: unde ipsi monti nomen: τὸ Ἀρκτων ὄρος. Auctor Strab. lib. xii. pag. 475.

^q *Dolionis*] Hinc Δολιῶνες apud Strab. vocati, qui circa Cyzicum degabant ab Ἄεσο amne usque ad Rhyndacum, et Dascylitidem regionem: atque hæc veluti præfectura Δολιῶνις vocabatur. Δολιῶνία Callimacho, apud Schol. Apoll. ad Argon. i. 957. Stephanus quoque: Δολιῶνες, οἱ τὴν Κῶζικον οἰκοῦντες, κ. τ. λ.

^r *Dindymis*] Ab altero monte qui urbi proximus Δίνδυμος vocatur etiam a Strabone, pag. 575. quo in monte fanum Dindymenes fuit Deorum Matris, ab Argonautis dicatum. Scholiast. Apollon. ad Argon. i. 985. Δίνδυμον, ὄρος Κυζίκου, ἱερὸν τῆς Πέας. Scholiastes Nicandri in Alexiph. pag. 51. Δίνδυμον ὄρος ἐν Κυζίκῳ vocat: sed negat ita recte vocari Strabo, loc. cit.

^s *Placia*] Melam transcribit, cujus hæc verba, i. 19. 'Post Cyzicum Pla-

cia, et Scylace, parvæ Pelasgorum coloniae: quibus a tergo imminet mons Olympius, ut incolæ vocant, Mysius. Is flumen Rhyndacum in ea quæ sequuntur emittit,' &c. Πλακίη, Ionica dialecto, Herod. lib. i. Stephanus, Πλάκη, πόλις Ἑλλησποντίας. Incolæ Πλακιανοὶ apud Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. i. pag. 23.

^t *Ariace* [*Ariacos*] Mss. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. &c. *Ariace*, *Scylace*. Hæc Melæ memorata, loc. cit. Herod. quoque Σκυλάκη, lib. i. n. 57. pag. 21.

^u *Mysius*] Ὀλυμπος Μῆσιος, Herod. lib. i. num. 36. pag. 15. et Ptolem. v. i. Potest et *Mæsius* scribi.

^v *Horisius*] Ὀρίσιος, Ῥύνδακος. Hujus meminere Mela loc. cit. Scylax, pag. 33. aliique.

^w *Miletopolim*] Unde Miletopolitæ dicti, de quibus cap. 32. Stephanus: Μιλητούπολις, πόλις μεταξὺ Κυζίκου καὶ Βιθυνίας, περὶ τὸν Ῥύνδακον.

^x *Maceston*] Amnem Μάκεστον Strabo vocat, lib. xii. pag. 576. aitque per Abrettenam Mysiam fluere, de qua egimus cap. 32.

^y *Ea*] Bithynia scilicet. Κρονία, quod se priscos jactarent, et quem-

Thessalis, dein Maliande, et Strymonis. Hos Homerus^a Halizonas dixit, quando præcingitur gens mari. Urbs fuit immensa Attusa nomine : nunc sunt XII. civitates,⁶ inter quas Gordiu-come,^a quæ Juliopolis vocatur, et in ora Das-cylos.^b Deinde flumen Gelbes :⁷ et intus Helgas oppidum, quæ Germanicopolis,^d alio nomine Booscoe : sicut Apa-meas,^e quæ nunc Myrlea Colophoniorum : flumen Ethe-



pont. et Franz. *Mysus* cod. Dalec. *Mæsius* Gronov.—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *nunc sunt XV. civitates* Gronov. et edd. vett.—7 Ita codd. Regg. Brot. Colb. et Ed. pr. *flumen Gebes* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. 1582. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—8 Ita perpetuo legitur per

NOTE

admodum Arcades, *προσελήνους*. Θεσσαλὶς, vel a Thessalo rege, vel quod ibi rerum potiti sint aliquando Thessali. Pro *Maliande*, forte *Mariandynæ* rescribendum, quæ pars Bithyniæ fuit, de qua dicemus vi. 1. Eusebius enim in Chron. ad n. 594. Βιβυλία ἐκτίσθη ὑπὸ Φοίνικος ἡ τὸ πρὶν Μαρνανδύνη καλουμένη. Στρυμόνις denique ab aliquo insigniore amne, cui Thessali, dum ibi imperitarent, Strymonis Thessaliæ amnis nomen dederint. Hesychius : Στρυμόνιοι, οἱ Βιβυνοὶ τὸ πρότερον.

^a *Homertus*] Iliad. B. 856. Ἀντὰρ Ἀλιζώνων. Ephorus apud Stephan. p. 63. auctor est Halizones eam regionem obtinuisse, quæ inter Mysiam, Cariam, et Lydiam jacet. Paphlagoniæ Hesychius adjudicat : minus recte.

^a *Gordiu-come*] Γορδίου κόμη. Ptolem. v. I. Ἰουλίη πόλις. Ex Gordo pago Cleo prædonum dux urbem cōdidit, et Juliopolim nominavit. Auctor Strab. lib. xii. p. 674. Livio lib. xxxviii. pag. 472. est Gordiu-tichos, Γορδίου τείχος.—^c In Concilio Quinisepto, p. 1149. Ἰσιδωρος ἐπίσκοπος Γορδοσέρβων τῆς Βιβυνῶν ἐπαρχίας. *Isido-*

rus Episcopus Gordoservorum civitatis, Bithynorum provinciæ. Ed. sec.

^b *Dascylos*] Mela i. 19. 'Trans Rhyndacum est Dascylos, et quam Colophonii collocavere, Myrlea.' Δασκύλειον Straboni, p. 575. Stephano : Δασκύλιον, περὶ Βιβυλίαν. Dionysio Halic. Antiq. lib. i. p. 38. Γῆ Δασκυλίτης.—^c In Conc. Quinis. p. 1194. Ἰωάννης ἐπίσκοπος πόλεως Δυσκολλίας τῆς Βιβυνῶν ἐπαρχίας. Corrige, Δασκυλίαν. Ed. sec.

^d *Germanicopolis*] Nummum vidi cum epigraphe, ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ. Nomen alterum *Helgas* sermonis barbarici est : tertium *Booscoe*, Græciani : Βοὺς κούτη, *Bovis cubile*. In Notitia Eccles. pag. 37. Provinciæ Isauriæ attribuitur.

^e *Apamea*] Nomen hæc habet ab uxore Prusiæ regis, qui Hannibalem recepit. Auctor Strabo, lib. xii. p. 563. Stephanus : Μύρλεια, πόλις Βιβυλίας, ἡ νῦν καλουμένη Ἀπάμεια. Colophoniorum coloniam Mela quoque appellat, loc. cit. Cum Plinius sicut *Apamea* dicit, intus quoque positam innuit, ut Germanicopolim, hoc est, a mari sejunctam.

leum, antiquus Troadis finis, et Mysiae initium. Postea sinus,^f in quo flumen Ascanium:^g oppidum Bryllion:^h amnes, Hylas, et Cios, cum oppidoⁱ ejusdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiae, a Milesiis quidem conditum, in loco tamen qui Ascania Phrygiae vocabatur. Quapropter non alibi aptius de ea dicatur.⁹

XLI. Phrygia Troadi^j superjecta, populisque a promontorio Lecto ad flumen Etheleum praedictis, septemtrionali sui parte Galatiae contermina: meridiana Lycaoniae, Pisi-diae, Mygdoniaeque: ab oriente Cappadociam attingit. Op-pida ibi celeberrima praeter jam dicta,^k Ancyra,^l Andria,^m Celænae,ⁿ Colossæ,^o Carina,^p Cotyaion,^q Ceranæ,^r Conium,^s

e in Chiffi. *Apamia* Gronov. et edd. vett. *Mox*, *Myrtea* pro *Myrlea* Ptolem. —9 Vet. Dalec. dicitur.

CAP. XLI. 1 *Andria* Steph. *Andraca* Ptolem. *Dalec.* *Mox*, *Celæna*, C. C. *Cotiaion* Gronov. *Celæna* C. C. *Cotion* Chiffi. —2 *Iconium* Gronov.

NOTE

^f *Postea sinus*] Sine nomine. Mela
1. 19. 'Myrlea: duo sunt inde modi-
ci sinus: alter sine nomine Cion am-
plectitur, Phrygiae haud longe ja-
cantis opportunissimum emporium:
alter, Olbianus.'

^g *Ascanium*] 'Ἀσκανίος ποταμός, et
ab eo dicta 'Ἀσκανία Φρυγίας, Steph-
ano, p. 122.

^h *Bryllion*] Βρύλλιον Stephano.

ⁱ *Cum oppido*] Mela, loc. cit. Κίος,
hodie incolis Chorasias. Turcis, *Che-
ris*, a cerasorum copia. Κίον ποταμοῦ
δμῶν μόνον meminit Schol. Apoll. ad 1.
1321. —'Ἀσκανίη Φρυγῶν locus est Ho-
mero, Il. B. 863. Nummus Severi
Imp. quem vidimus ap. D. Fontai-
nue, Eq. Anglum: ΑΥ. ΚΑΙC. CEOTH-
ΠΟC. ΠΕ. Imp. Cæsar Severus Pertin-
ax. Χ. CEOTHΠΟΤ ΒΑCΙΛΕΥΟΝΤΟC
ΟΚΟCΜΟC ΕΥΤΥΧΕΙ. Η ΑΦΑΡΤΟΤ
ΚΙΑΝΟΙC. sic interpretati ei sumus:
Ζευήρου βασιλεύοντος δ κόσμος εὐτυχεί.
ἡ Ἀσκανία Φρυγίας ἔρουρα γόνιμος διὰ τῆς
ἡ Κιανούς. Severo imperante felix est
Orbis. Ascania Phrygiae tellus fecun-

da Cianas est. Ed. sec.

^j *Phrygia Troadi*] Transcribunt
hæc Solinus, cap. 40. pag. 70. et Ca-
pella, lib. vi. cap. de Phrygia, p.
221.

^k *Praeter jam dicta*] Cap. 29. et 30.

^l *Ancyra*] Hæc Ancyra Phrygiae,
a Galatica longe diversa, ut animad-
vertit Strab. lib. xii. p. 567. etsi e
duabus unam Stephanus conflare te-
mere videatur. In Notitia Episc.
Phrygiae Capatiana, pag. 2. Ἀγκυρα,
xxiv. locum obtinet. In Prov. Ga-
latiae, pag. 33. Ἀγκυρα μητρόπολις,
primum. Hæc Ptolemæo, v. 2. Ἀρ-
κυρα Φρυγίας.

^m *Andria*] Ita libri omnes. Cave
credas esse τὰ Ἀνδρία Strabonis, et
Stephani. Hæc enim Æolidis civi-
tas, juxta Astyren et Pitane est.

ⁿ *Celæna*] Κελαναί, unde trans-
ducti Apameam cives, ut dictum est
sect. 29. De his Arrianus, lib. i. de
Exped. Alex. pag. 79.

^o *Colossæ*] Κολοσσαί Strab. lib. xii.
p. 576. Colossenses D. Pauli Episto-

Midaion.^c Sunt auctores,^a transisse ex Europa Mysos, et Brygas, et Thynos, a quibus appellantur Mysi, Phryges, Bithyni.

XLII. Simul dicendum videtur et de Galatia, quæ superposita agros majori ex parte Phrygiæ tenet, caputque quondam ejus Gordium.^a Qui partem eam insedere Gallorum, Tolistobogi,¹ b et Voturi, et Ambitui ^a c vocantur: qui Mæoniæ et Paphlagoniæ regionem, Trocmi.³ d Prætendi-

~~~~~

CAP. XLII. 1 *Tolistobogi* Ptolem. *Tolostobagi* Chiffi. *Tolostobogi* Flor.—  
2 Vet. Dalec. *Ambiam*.—3 Strab. Sic in *Τρόκμοι*.—4 *Alasenses* Chiffi. Mox,

## NOTE

la nobilitavit.

<sup>p</sup> *Carina*] In Notitia Eccles. pag. 49. inter Episcopos Prov. Phrygiæ Capatianæ censetur *ὁ Κάρλας*: unde Caria forte legi apud Plinium, præstabilis fuerit.

<sup>q</sup> *Cotyiaion*] *Κοτυδαίων πόλις Φρυγίας*, Straboni, loc. cit. et Stephano, et Ptolem. v. 2. In nummis est ΚΟΤΙΑΕΩΝ et ΚΟΤΙΑΕΙΣ.

<sup>r</sup> *Cerana*] *Ἀν Κοιρανή*. At in Mss. R. 1. 2. &c. Cera tantum legitur. Arbitror esse *Κεραῖνα*, cujus mentio in Notitia Episcopatum Prov. Phrygiæ Capatianæ.

<sup>s</sup> *Conium*] *Κόνιον*. Vide Notas et Emend. num. 95.

<sup>t</sup> *Midaion*] *Μιδάειον, πόλις Φρυγίας*, Dioni lib. XLIX. pag. 403. et Stephano, et Ptolem. v. 2. Straboni, pag. 576. *Μιδάιον*.

<sup>u</sup> *Sunt auctores*] Quorum princeps Herod. lib. VII. pag. 409. n. 73. Bryges olim Macedonibus finitimi: Thyni, Strymonis accolæ fuere, et inde Strymonii appellati, teste eodem Herod. Scholiastes Apoll. ad Argon. II. 462. ait esse Thraciæ partem, quæ *Θυνίς* vocetur. Mida duce, eo scilicet cui asininas aures fabulæ dedere, Brigas in Mysiam transmeasse, atque exigua vocis appellatione Phrygas

ibi esse appellatos, auctor est Conon<sup>7</sup> in Bibl. Photii, cod. CLXXXVI. pag. 424.

<sup>a</sup> *Gordium*] Hæc Midæ regia. Stephanus: *Γορδῖειον, ἀπὸ Γορδίου τοῦ πατρὸς Μίδου, ἢ Γορδίου Μίδου πατρός*. Hic Alexander Gordium nodum solvit. Urbem Sangarius amnis alluebat, teste Arriano, Exped. Alex. lib. I. pag. 80. ubi *Γόρδιον* oppidum vocat. In nummis, apud Spanhem. pag. 907. ΓΟΡΔΗΝΩΝ. Livius, lib. XXXVIII. pag. 474. 'Gordium haud magnum quidem oppidum est, sed plusquam mediterraneum, celebre, et frequens emporium: tria maria pari ferme distantia intervallo habet,' &c.

<sup>b</sup> *Tolistobogi*] Solino, cap. 41. p. 71. *Tolistobogi*. Floro II. 11. *Tolostobogi*, Ptolemæo quoque, v. 4. *Τολιστόβογοι*. Livio lib. XXXVIII. pag. 473. *Tolistobogi*, cum Trocmis et Tectosagis appellantur, ubi de Gallorum expeditione in Asiam prolixè disserit. Strab. quoque, lib. XIII. p. 566.

<sup>c</sup> *Ambitui*] Vide Notas et Emend. num. 96.

<sup>d</sup> *Trocmi*] Stephanus: *Τρόκμοι, ἔθνος Γαλατικὸν, ἐκαλοῦντο δὲ καὶ Τροκμηνοί*. Appianus in Syriac. pag. 107. *Τεκτοσάγαι, Τρόκμοι, Τολιστόβοιοι*.

tur Cappadocia, a septemtrione et Solis ortu, cujus uber-  
rimam partem occupavere Tectosages, ac Teutobodiaci.  
Et gentes quidem hæ. Populi vero ac tetrarchiæ omnes,  
numero cxcv. Oppida: Tectosagum, Ancyra:° Trocmo-  
rum, Tavium:† Tolistobogorum, Pesinus.‡ Præter hos ce-  
lebres, Attalenses,<sup>b</sup> Arasenses,<sup>4</sup> Comenses,<sup>j</sup> Dioshieroni-  
tæ,<sup>k</sup> Lystreni,<sup>l</sup> Neapolitani,<sup>m</sup> Cæandenses, Seleucenses,<sup>n</sup>  
Sebasteni,<sup>o</sup> Timoniacenses,<sup>p</sup> Tebaseni.<sup>5</sup> Attingit Galatia et



*Commenses, Didgenses, Hieronenses* codd. Dalec. et Chiff. et Vet. Dalec.  
—5 *Tarbaseni* Vet. Dalec. *Thebaseni* Harduin. 1. 2. et Franz. *Tebaseni* Gro-

## NOTE

° *Ancyra*] Ἀγκυρα μητρόπολις Pto-  
lemæo, v. 4. Tectosagum oppidum  
Straboni, lib. xii. pag. 567. Galatiæ  
Metropolis, in Notitia Eccles. A  
Phrygiaca, de qua superius, diversa.  
Ab Augusto Cæsare conditam, De-  
jotaro rege devicto, prodidit Tzetzes,  
Chiliad. i. vs. 132. Nunc *Angouri*.  
Vide Notas et Emend. num. 96.  
Hinc Marcellus Ancyranus ille ambi-  
guæ fidei plerisque suspectus.

† *Tavium*] Ταυτίων in Trocmis, Pto-  
lem. v. 4. et Strab. lib. xii. pag. 567.  
In Notitia Eccles. pag. 33. Ταβία.  
Stephano, Ταύτα.

‡ *Pesinus*] Πεσσινός in Tolistobo-  
gis Ptolemæo loc. cit. In Notitia  
Eccles. Prov. Galatiæ Salutaris,  
pag. 33. Πισινός. De vocis origi-  
natione, vide Ammianum lib. xxii.  
pag. 219.

<sup>b</sup> *Attalenses*] Forte *Adadenses*: ab  
Ἀδαδ Pisidiæ mediterraneo oppido,  
apud Ptolem. v. 5. et in Notitia Ec-  
cles. pag. 29.

<sup>4</sup> *Arasenses*] Vel ab Ἀραῖος, quæ  
Stephano urbs in Ponto dicitur: vel  
ab oppido, quod in Notitia Eccles.  
Provinciæ Isauriæ, pag. 37. Δαρασός  
perperam scribitur, pro Ἀρασός. Pi-  
sidiæ tribui videtur ab Artemidoro,

apud Strab. lib. xii. p. 570.

<sup>j</sup> *Comenses*] Rectius *Chomenses*, A  
Choma mediterraneo Lyciæ oppido,  
de quo egimus, cap. 28.

<sup>k</sup> *Dioshieronitæ*] Vide Notas et  
Emend. num. 97.

<sup>l</sup> *Lystreni*] Ab oppido Lycaoniæ  
contributo, in Notitia Eccles. p. 29.  
Λύστρα.

<sup>m</sup> *Neapolitani*] Quorum oppidum  
Νεάπολις in Notitia Eccles. Prov.  
Isauriæ, p. 37. Cæandenses pro Cæno-  
andenses perperam scriptum existi-  
mo: est enim Cæoanda, ut diximus  
cap. 28. Cabaliæ oppidum, quæ Ga-  
latiæ, ut mox dicitur, contributa  
fuit.

<sup>n</sup> *Seleucenses*] A Seleucia Pisidiæ,  
Phrygiæ alias contributa, ut ait Pto-  
lemæus, v. 5.

<sup>o</sup> *Sebasteni*] De quibus Gruteri In-  
scriptio, pag. 427. ΗΒΟΤΑΗΚΑΙ Ο  
ΔΗΜΟC CEBACTHΝΩΝ ΤΕΚΤΟCΑ-  
ΓΩΝ.

<sup>p</sup> *Timoniacenses*] Τιμόνιον, φρούριον  
Παφλαγονίας, inquit Stephanus: nem-  
pe in ea Paphlagoniæ parte, quam  
Bithyniæ confinem ait esse Strabo,  
lib. xii. p. 562. et Τιμωνίτην vocat.

<sup>5</sup> *Tebaseni* [*Theb.*] Ab oppido Lyca-  
oniæ Θέβασα, de quo diximus cap. 25.

Pamphylia<sup>6</sup> Cabaliam:<sup>r</sup> et Milyas,<sup>a</sup> qui circa Barin sunt, et Cyllanticum,<sup>7</sup> et Oroandicum Pisidiæ tractum. Item Lycaoniæ partem Obigenen. Flumina sunt in ea præter jam dicta,<sup>u</sup> Sangarium et Gallus,<sup>v</sup> a quo nomen traxere Matris Deum sacerdotes.

XLIII. Nunc reliqua in ora, a Cio intus in Bithynia Prusa,<sup>a</sup> ab Hannibale<sup>b</sup> sub Olympo condita: inde Nicæam<sup>c</sup> xxv. millia passuum interveniente Ascanio lacu.

nov. et al.—6 *Pamphilia* Chiffi. Mox, pro *Cabaliam*, quod exhibent codd. Harduini, et Vet. Dalec. item Basil. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Gabaliam* legit Gronov.—7 *Cyllanicum* Chiffi. Mox, et *Crondicum P. tractum* Vet. Dalec.

## NOTE

<sup>r</sup> *Cabaliam*] Quæ *Καβαλία* Pamphylia pars appellatur a Ptolem. v. 5.

<sup>a</sup> *Et Milyas*] De his egimus cap. 25. *Bdrys* est Pisidiæ oppidum mediterraneum, Galatiæ vicinum, apud Ptolem. loc. cit. et in Notitia Eccles. Prov. Pisidiæ, p. 29.

<sup>c</sup> *Cyllanticum*] Mss. *Cyllanicum*. Oroandicum vero tractum Isauriæ Ptolemæus adjudicat, v. 4. De oppido, unde Oroandico tractui nomen, dictum superius, cap. 24.

<sup>u</sup> *Præter jam dicta*] Caystrum, Rhynadum, Cion, &c. De Sangario dicemus, vi. 1.

<sup>v</sup> *Et Gallus, &c.*] Ita Martianus, lib. vi. cap. de Phrygia, p. 221. Festus: 'Galli qui vocantur Matris Magnæ Comites, dicti sunt a flumine, cui nomen est Gallo: quia qui ex eo biberint, in hoc furere incipiunt, ut se privent virilitatis parte,' &c. Vide etiam Stephan. verbo *Γάλλος*.

<sup>a</sup> *Prusa*] Προῦσα ἢ πρὸς τῷ Ὀλύμπῳ Ptolem. v. 1. Nunc *Bursia*.

<sup>b</sup> *Ab Hannibale*] Operi fortasse is præfuit, dum apud Prusiam regem versaretur, qui eum patria profugum excepit hospitio. A Prusia ipso Ni-

comedis F. conditam scribit Tzetzes Chiliad. iii. Hist. 113. vs. 963. *Ὀλῆτος δὲ τοῦ μονάδοντος τοῦτου πατρὸς Προυσίου, τοῦ κτήτορος τῆς πόλεως Προῦσης τῆς παρ' Ὀλύμπῳ, Ὁ Νικομήδης, κ. τ. λ.*

<sup>c</sup> *Inde Nicæam*] Hodie *Ismich*. Νίκαια Ptolemæo v. 1. et Strab. lib. xii. p. 565. ad Ascaniam paludem, ἐπὶ τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ. Recte hic geminam a Plinio Nicæam designari Surita vidit, in Notis ad Anton. Altera semota a mari est, ad quam a Prusa xxv. pass. millia numerantur, Ascanio interveniente lacu, quem ab oculatis testibus accepimus, toto unius diei itinere a mari abesse: hodie *Lago di Nicea*. Hæc Concilio i. Genner. notissima. Altera in ora, de qua deinde Plinius: Ptolemæo v. 1. Ὀμβία appellata.—'Prioris Nicææ nummi sunt plurimi, ab Augusto ad Galienum. In nullo tamen metropolis appellatur. Domitiani Imp. nummus inscriptus, ΝΙΚΑΕΙC ΠΡΩΤΟΙ ΤΗC ΕΠΙΡΧΙΑ. *Niceenses primi provinciæ*, non primatum asserit Nicæensibus, quanquam Dio Prusæus sic intellexisse prave videtur: sed Nicæenses docet, primos provinciæ Jovi litasse pro salute Domitiani. Nam id docet



Deinde Nicæa in ultimo Ascanio sinu, quæ prius Olbia, et Prusa item altera<sup>d</sup> sub Hypio<sup>1</sup> monte. Fuere Pythopolis,<sup>e</sup> Parthenopolis, Coryphanta. Sunt in ora amnes, Æsius,<sup>f</sup> Bryazon, Plataneus, Areus, Æsyros,<sup>2</sup> Gendos, qui et Chrysorrhœas. Promontorium, in quo Megarice<sup>3</sup> oppidum fuit. Unde<sup>4</sup> Craspedites<sup>h</sup> sinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia erat. Fuit et Astacum,<sup>i</sup> unde et ex eo Astacenus<sup>j</sup> idem sinus. Fuit et Libyssa<sup>k</sup> oppidum, ubi nunc

CAP. XLIII. 1 *Hippio* Gronov. Mox, pro monte, nonnulli *fluvio*, vel *flumine* ex Ptolem.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Siros* Gronov. et edd. vett.—3 *Megaricon* Steph.—4 *Inde* Gronov. et edd. vett. *Unde* Chiffi. et edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

## NOTÆ

adjecta in nummo ara, cum titulo : ΔΙΟC ΑΓΟΡΑΙΟΤ : est ex ære in Thesauro Regio : *Jovis, qui Fori Custos et Præses est.* Ed. sec.

<sup>d</sup> *Et Prusa item altera*] Sicut gemina, inquit, ibi Nicæa, sic et Prusa gemina. In Nummo Diadumeniani Imp. e Cimelio nostro Parisiensi, ΠΡΟΤΕΙΩΝ ΠΡΟC ΥΠΙΩ. Montem Plinius vocat : amnem Ptolem. v. 1. Προῦσα πρὸς τῷ Ὑπίῳ ποτ. nisi forte ex eo monte amnis cognominis fluat. Et sane in Actis Latinis Conc. Niceni, pag. 54. subscribit, 'Hesychius Prusensis, juxta Hypium fluvium.' Hæc Straboni lib. xii. p. 563. Προῦσις dicitur : in nummis antiquis etiam ΠΡΟΤΕΙΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟC ΘΑΛΛΑCCAN, Prusiensium, qui sunt ad mare.

<sup>e</sup> *Pythopolis*] Πυθόπολις, Menecrati, qui historiam Nicææ Bithynicæ scripsit, ut auctor est Plutarchus in Theseo, p. 12.

<sup>f</sup> *Æsius*] Αἰσιος, Βρυάζων, Πλατάνειος, Ἀρείος, Αἰσυρος, κ. τ. λ. Bryazonti alterum nomen Olachas videtur fuisse, uti dicemus xxxi. 18.

<sup>g</sup> *Megarice*] Stephanus : Μεγαρικὴν

πολίχνην, ἢ συγκαταλέγεται ταῖς Βιθυνῶν πόλεσιν, *Oppidulum, quod inter Bithynorum urbes numeratur.* Megares certe hanc oram tenuisse, testis est Mela i. 19. et Strab. lib. xii. p. 563. Uterque enim Astacon ipsam a Megarensibus conditam scribit. Promontorio nomen est hodie, *Capo Fagone*, ut aiant.

<sup>h</sup> *Craspedites*] Idem Olbianus Melæ dicitur, i. 19. ab Olbia oppido, de quo supra. Est autem Græcis κρᾶσπεδον, quod Latinis fimbria, sive lacinia. Translate vero tum littoris marginis, tum veluti limbi et extremæ montium oræ ac radices κρᾶσπεδα appellantur : quod laciniarum recessibus ac prominentiis similitudinem referunt.

<sup>i</sup> *Astacum*] Ἀστακὸς Strab. lib. xii. p. 563. a Lysimacho deleta. Vide et Pausan. lib. v. p. 310.

<sup>j</sup> *Astacenus*] *Le Golfe de Comidia*, ab urbe Nicomediensi.

<sup>k</sup> *Libyssa*] Stephanus : Λιβύσσα, φοῦριον Βιθυνίας ἐπιθαλάσσιον, *castellum maritimum.* Nunc Gebise, ut credi vulgo Busbequius asseverat Epist. i. p. 30.

Hannibalis<sup>1</sup> tantum tumulus. Est in intimo sinu Nicomedia<sup>m</sup> Bithyniæ præclara. Leucatas<sup>n</sup> promontorium, quo includitur Astacenus sinus, a Nicomedia XXXVII. M. D.<sup>s</sup> Rursusque cœuntibus terris angustiae<sup>o</sup> pertinentes usque ad Bosporum Thracium. In iis Calchedon<sup>p</sup> libera, a Nicomedia LXII. D. Procerastis<sup>q</sup> antea dicta, dein Colpusa<sup>r</sup>:<sup>6</sup> postea Cæcorum<sup>s</sup> oppidum, quod locum eligere nescissent, septem stadiis distante Byzantio,<sup>7</sup> tanto feliciore omnibus modis sede. Ceterum intus in Bithynia colonia Apamena,<sup>t</sup> Agrippenses, Juliopolitæ, Bithynion.<sup>u</sup> Flumi-

Franz.—5 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. LXII. M. D. Chiff. XLII. M. D. Gronov. et edd. vett.—6 Codex Dalec. et margo ed. Frankf. 1582. a Nicomedia. LXXII. M. D. pass. Cerastis antea dicta, dein Colpœssa; Chiff. a Nicomedia XXXVII. M. D. pass. Cerastis antea dicta; dein Colposæ; edd. vett. et Gronov. a N. LXXII. D. Procerastis a. d. d. Compusa. Mox, nonnulli Cæcorum.—7 Vet. Dalec. distans a Byzantio.—8 Bithyniata Vet. Dalec.—9 Ita codd. Harduini et Chiff. item edd. Har-

## NOTÆ

<sup>1</sup> Ubi nunc Hannibalis] Referunt id quoque Plutarchus in Flaminio, pag. 380. Appianus in Syriac. p. 92. Ammianus lib. xxi. p. 219. Eutropius lib. ii. p. 766. Martianus lib. vi. cap. de Phrygia, p. 221. et Solinus cap. 42. p. 72. Etiamcum superesse hunc Hannibalis tumulum, testis est oculatus Petr. Bellonius de Admir. Oper. Antiq. i. 33.

<sup>m</sup> Nicomedia] Νικομήδεια, hodieque Comidia.

<sup>n</sup> Leucatas] Idem Ptolemæo v. 1. Ἀκτίρας.

<sup>o</sup> Angustiae] Le Canal de la Mer Noire.

<sup>p</sup> Calchedon] Stephanus, verbo Καρχηδών Χαλκηδών της Βιθυνίας, διὰ τοῦ λ, κ. Tamen nummi veteres, cuiusmodi est eximius Caracallæ, in Parisiensi nostro Museo, ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ. Alter item Trajani, apud Patinum, pag. 186. atque ita constanter omnia vetustiora paulo monumenta. Hodie Græcis Chalcedona: Turcis,

Kadikioi. A pago Scutari tribus passuum millibus distat.

<sup>q</sup> Procerastis] Προκεραστis, idcirco, opinor, quod ex adverso sit posita illius promontorii, in quo Byzantium est conditum: cui promontorio Chrysoceras nomen fuit, ut dictum est iv. 18.

<sup>r</sup> Colpusa] Ita Mss. omnes: non Compusa. Κολπώσσα, contracte Κολπόσσα, sinuosam significat.

<sup>s</sup> Cæcorum] Vide quæ dicturi sumus ix. 20. De egregio Byzantii situ multa Polybius iv. pag. 425. et 433. Tacitus quoque Annal. xii. p. 191.

<sup>t</sup> Apamena] Sive Myrlea, de qua superius, cap. 40. ubi et de Juliopoli egimus, unde Juliopolitæ dicti: quorum nummus est in Thesaurο Goltzii, ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. De Apamea Ulpianus, Digest. lib. x. tit. 5. de Censibus: 'Est et in Bithynia colonia Apamena.'

<sup>u</sup> Bithynion] Βιθύνιον Strab. lib. xii.

Delph. et Var. Clas.

Plinius.

3 U

na: <sup>v</sup> Syrium, Lapsias, Pharmacias, <sup>9</sup> Alces, Crynis, Lilæus, Scopius, Hieras qui Bithyniam et Galatiam disternit. Ultra Calchedona Chrysopolis <sup>w</sup> fuit. Deinde Nicopolis, a qua nomen etiamnum sinus retinet: in quo portus Amyci: <sup>x</sup> deinde Naulochum <sup>10 y</sup> promontorium: Estiæ <sup>z</sup> templum Neptuni. Bosporus, d. passuum intervallo Asiam Europæ iterum auferens; abest a Calchedone xii. mill. d. passuum. Inde fauces primæ viii. mill. dcl. pass. <sup>11</sup> ubi Phinopolis <sup>a</sup> oppidum fuit. Tenent oram <sup>b</sup> omnem Thyni, interiora

\*\*\*\*\*

duin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Pharmicas* edd. vett. et Gronov. Mox, *Lylæus* Gronov.—10 *Neulochos* Pintian. ex Strab. lib. vii.—11 Ita codd. Harduini et Chiffi. Item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *CCL. pass.* edd. vett. et Gronov. Mox, Vet. Dalec. ubi *Sphyropolis*; alii ap.

#### NOTÆ

p. 505. in mediterraneis Bithyniæ urbibus. Ptolemæo v. 1. Κλαυδιόπολις, ἡ καὶ Βιθύνιον.—<sup>v</sup> Hæc Antinoi patria, qui Hadriani Aug. ex concubina filius. Nummos ipsius honori percussos alibi exposuimus; sed ex his unus est diligentius explicandus, qui est ex ære maximo in Gaza Regia. ANTINOON ΘΕΟΝ Η ΠΑΤΡΙΣ, Capite Antinoi nudo. *Divum Antinonem sua patria veneratur.* )( BEIΘΥΝΙΕΩΝ ΑΔΡΙΑΝΕΩΝ. *Bithyniensium, qui et Hadrianenses cognominantur, nummus. Bithyniensis, capite nudo, pateram tenet ante palmam, indicemque victoriæ ab Antinoe relata. Post Bithyniensem hos est, prona cervice, ut victima mox immolanda animæ Antinoi sideribus (ut credi volebant) receptæ: id quod stella notat superne fulgens. Me pudet eorum, qui hic Endymionem cogitant, et sidus pro Luna accipiunt.* Ed. sec.

<sup>v</sup> *Flumina*] Omnia ea ceteris scriptoribus incognita.

<sup>w</sup> *Chrysopolis*] Χρυσόπολις, πλησίον Χαλκηδόνος Stephano; apud quem et

Νικόπολις Βιδυλίας legitur, hodie *Scutari*.

<sup>x</sup> *Portus Amyci*] Bebrycum Regis. Plin. xvi. 89. 'In Ponto portus est Amyci, Bebrycum rege interfecto clarus,' &c. Vide Servium in illud *Æneid.* v. 225. 'Qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.'

<sup>y</sup> *Naulochum*] Ναύλοχος statio navium est.

<sup>z</sup> *Estiæ*] *Eorla* promontorii nomen esse videtur, quod simile ei sit, cui sedem in opposita Bosphori Thracii ripa statnit Polyb. lib. iv. p. 433. τὰ περὶ τὰς Ἑστίας ἕκτρα καλούμενα τῆς Εὐρώπης. Ei loco nomen est hodie *Algiro*. Ibi Templum Neptuno Timotheus: ceteri scriptores Diis duodecim dicatum aiunt: Mela i. 9. Jovi.

<sup>a</sup> *Phinopolis*] A Phineo fabulis notissimo. At codd. Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. *Spiropolis*, multo sincerius: nam Phinopolin in Europa diximus iv. 18.

<sup>b</sup> *Tenent oram*] Consentit Eustathius fere, in Dionys. vs. 795. pag. 105.

Bithyni. Is finis Asiæ est, populorumque CCLXXXII. qui ad eum locum a sinu Lyciæ<sup>12c</sup> numerantur. Spatium Hellesponti et Propontidis ad Bosporum Thracium esse<sup>13</sup> CCXXXIX. mill. passuum diximus.<sup>d</sup> A Calchedone Sigeum Isidorus CCCXXII. M. D. passuum<sup>14</sup> tradit.

XLIV. Insulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonnesus,<sup>e</sup> unde Cyzicenum marmor: eadem Neuris<sup>f</sup> et Proconnesus dicta. Sequuntur Ophiusa,<sup>g</sup> Acanthus, Phœbe, Scopelos, Porphyrione, Halone cum oppido, Delphacia, Polydora. Artacæon cum oppido. Est et contra Nicomediam Demonnesos.<sup>h</sup> Item ultra Heracleam<sup>i</sup> adversa Bithyniæ Thynias,<sup>j</sup> quam barbari Bithyniam vocant. Est et Antiochia:<sup>k</sup> et contra fauces Rhyndaci Besbicos<sup>k</sup> decem et octo

Dalec. ubi *Bosphoropolis*.—12 Ita codd. Harduini et Dalec. item Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *a fine Lyciæ* Lugd. Erasmi, Basil. et Frankf. 1582. *a fine Lydiæ* Elz. *a sinu Lydiæ* Gronov.—13 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. τὸ *esse* non legitur in edd. vet. et Gronov.—14 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. CCCLXII. M. D. p. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. et Gronov. CCCLXII. M. CCCC. pass. Frankf. 1582.

CAP. XLIV. 1 *Thynias* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. 1582.

## NOTÆ

<sup>c</sup> *A sinu Lyciæ*] De quo cap. 28. 'Ultra, par sinus priori. Ibi Pinara, et quæ Lyciam finit, Telmesus... A Telmesso Asiaticum mare, et quæ proprie vocatur Asia.' Neque enim Lycia, ut diximus, Ciliciæ, aut Capadocia, Asiæ propriæ nomine censebatur.

<sup>d</sup> *Diximus*] Lib. iv. cap. 24. Vide Notas et Emend. num. 98.

<sup>e</sup> *Elaphonnesus*] Ἐλαφόννησος Scylaci, p. 33. Vide Notas et Emend. num. 99.

<sup>f</sup> *Neuris*] Νευρίς et Προκόννησος. Νευρίς et Προχώρη apud Stephanum cognomina sunt Ἀλώνης insulæ: sed hallucinari probe hominem puto.

<sup>g</sup> *Ophiusa*] Ὀφιοῦσα, Ἀκανθος, Φολβη, Σκόπελος, Πορφυριώνη, Ἀλὼνη, Δελφασία, Πολυδώρα. De hac postrema

Stephanus: Πολυδώρα, νῆσος πρὸς τῇ Κυζίκῳ.

<sup>h</sup> *Demonnesos*] Stephanus: Δημόνησος, περὶ Χαλκηδὸνα νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τινός.

<sup>i</sup> *Ultra Heracleam*] De qua libro seq. cap. 1.

<sup>j</sup> *Thynias*] Stephanus: Θυνιάς, νῆσος, πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου. De ea Schol. Apoll. ad Argon. II. 178. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Βιθυνία, νῆσος μετὰ τὸν Πόντον, ἐν ᾗ ἐστὶν Ἀπόλλωνος ἱερὸν. Et idcirco Apollonia Thynias vocabatur, ut dicemus VI. 13. Mela II. 7. 'Thynias... quam, quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant.'

<sup>k</sup> *Besbicos*] Strab. lib. XII. p. 577. et Steph. Βέσβικος, νησίδιον περὶ Κιζίκων.

mill. circuitu. Est et Elæa,<sup>1</sup> et duæ Rhodussæ,<sup>3</sup> Erebinthodes, Megale, Chalcitis, Pityodes.

Dalec. Elz. et Gronov.—2 *Antiochia* codd. et Vet. Dalec. Mox, *Berbicos* Chiffi.—3 *Rhodiussæ* Vet. Dalec. Mox, *Erebinthus*, *Magale*, &c. Gronov. *Erebinthus*, *Megale*, &c. Basil. Lugd. Erasmi, et Frankf. 1582.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Elæa*] 'Ελαία, ab *olea*: 'Ροδούσαι, a *rosarum* copia: 'Ερεβινθώδης, a *cicerum* ubere proventu: Μεγάλη, *magna*: Χαλκίτης, cuius Stephanus meminit, *æraria*: Πιτυώδης, *pinaria*. Hesychio, p. 244. Χαλκίτης et Πιτυώσα, commu-

ni vocabulo Δημόννησαι appellantur. Num vero pro *Erebinthus*, vel *Erebinthodes*, legi oporteat *Terebinthos*, quo nomine insulam circa Byzantium agnoscunt Nicetas, Zonaras, alique, amplius considerandum.

NOTÆ ET EMENDATIONES  
AD LIBRUM V.  
NATURALIS HISTORIÆ  
C. PLINII SECUNDI.

---

1. CAP. I. *Postea a Claudio Cæsare, cum coloniam faceret, appellatum Traducta Julia*] Quot in hac una sententia voces occurrunt, tot pæne scopuli sunt, ad quos summa ingenia offenderunt. *A C. J. Cæsare*, non *a Claudio*, coloniam esse deductam invitis libris omnibus legi credique Vossius præcipit, lib. 1. Observat. in Melam, p. 168. quoniam Julix Joze Strabo meminerit, qui Tiberio imperante, multo ante Claudii principatum, obiit. Obscure Plinium, ac fortassean false locutum esse Salmasius asseverat, in Solin. p. 288. cum Traductam in Bætica, non in Mauritania fuisse constet. Patinus in Sueton. p. 115. ipsis Augusti temporibus Julix Traductæ nomen Tingitanæ civitati hæsisse ex nummis probat: Pliniumque erroris insinuat. Ego vero sic censeo, hujus mentem eorum neminem esse assecutum: neminem non ei culpæ affinem, quam confert in Plinium. Fuit enimvero id primum quidem alteri concessum oppido nomen, in opposita Hispaniæ Bætici ripa posito, cui, ut Strabo narrat, Tingitanis eo Zelitanisque transductis ex Africa, Augusti temporibus, Julix quoque Transduc-

tæ facta ex re appellatio est. Ea postmodum Claudio Cæsare principe transductis iterum, seu revocatis, (incertum qua causa,) ex eo oppido Tingitanis in avitas sedes, unde commigrarant, additisque novis colonis, Traducta Julia Tingis est nuncupata, prioris oppidi nomenclatione in Africam transvecta cum civibus. Argumento est, quod Juliam Iozam, quam in Bætica Strabo agnoscit, lib. III. p. 140. Ptolemæus similiter, in descriptione ejus oræ, et Marcianus Heracl. p. 70. vetastos scilicet secuti auctores, *Τραυδοῦκρα* appellant, Plinius in recensendis alioqui Bæticæ, cui ipse præfuit, oppidis ad fastidium prope diligens, prætermisit: quod nulla tum istic, præter tenue forte vestigium, omnis in Africam Transducta Julia commeasset. De Bæticæ Hispaniæ Traducta Julia accipiendi nummi illi, quos Patinus exhibet, loco mox cit. tum Augusti, tum Caii Cæsaris Augusti F. nomine ac vultu insigniti: quibus insculpta ex adversa parte racemi nva est, cum epigraphe IVL. TRA. neque ad Tingin hi pertinent, ut Patinus putat. Qram vini feracem hæc nota declarat: unde et in oppo-

sito littore ea re factum promontorio nomen a Græcis Ἀμπελουρία.

2. Ibid. CCV. mill. pass. a Gaditano freto, &c.] Libri editi voces hoc loco duas inserunt, quas nulli Mss. agnoscunt, CCV. mill. pass. Agrippa Lixum a Gaditano freto, &c.

3. Ibid. Et senatum inde intrantibus] Locum hunc Plinii editores, contra Mss. omnium fidem, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffi. sic interpolant: Et senatorii, nil demirantibus quam luxuriam, &c. quibus verbis nec salis, nec rationis, probabilisve sententiæ, mica ulla subest.

4. Ibid. Qui Ger vocaretur] Istud amnis nomen tum ex codicibus Mss. Reg. 1. 2. et Paris. tum ex Ptolemæo restituiamus, cum prius perperam qui Niger legeretur. Niger tamen legisse in Plinianis libris Solinus videtur, qui fluvium ea appellatione donatum putavit, quod atri coloris aquas volve-ret, quo nihil esse aut dici absurdius potest.

5. Ibid. Baniuræ] Ita emendavimus ex Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Prius Banurri legebatur. Apud Ptolem. iv. 1. BANIOTBAI, pro BANIOTPAI, ut quidem merito suspicamur.

6. Ibid. Item Igilgili. Oppidum Tuc-ca, &c.] Prius legebatur, Igilgili oppidum. Tuc-ca, &c. Nos addita vocula item, ex Mss. Reg. 1. 2. et ceterorum admonitu, ac mutata interpunctione, Igilgili coloniam fuisse indicamus, quod et Antoninus in Itinerario admonet. Sic paulo ante, ubi præpos-tera loci distinctio e duobus oppidis unum conflarat, in hunc modum: Cæsarea . . . a Divo Claudio coloniae jure donata, ejusdem jussu deductis veteranis. Oppidum novum, et Latio dato Tipasa: nos geminum latere agnovimus, locumque ita distinximus: A Divo Claudio coloniae jure donata. Ejusdem jussu deductis veteranis, Oppidum Novum: et Latio dato Tipasa. Nam Oppidum Novum proprium loci, colo-niæque nomen esse, abunde ex Pto-

lemæo, et Antonino docuimus. Per-tinet huc Venantius Oppidonobensis, in Notitia Africae, inter Episcopos Man-ritaniæ Cæsariensis, pro Oppidonoben-sis, sive Oppidonovensis.

7. Ibid. Utriusque Mauritaniae lon-gitudo decies triginta norem mill.] Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. De-nique ipse Martianus, lib. vi. cap. de duabus Mauritaniiis, p. 216. ut mirari subeat, cur Plinii editores, octingen-torum triginta novem mill. tantum scripserint; cum vel ab Ampelusia promontorio ad amnem Mulucham, quem Massæylorum finem esse su-perius diximus, stadiorum quinque millia interesse Strabo sit auctor, lib. xvii. p. 827. cum tamen nec Tingi-tanæ fere partem ullam, nec Cæsari-ensem totam eo spatio complectatur. Missi Theodosii: 'Gaulia (lege Gæ-tulia) et Mauritania finiuntur ab ori-ente flumine Ampsaga: ab occidente, oceano Atlantico: a septentrione, mari Africo: a meridie, mari oceano Æthiopico: in longitudinem m. pas-sum CCCCLXII. in latitudinem duo-decies xxx. juxta Plinium Secun-dum.' Ubi mensuræ longitudinis la-titudinisque, exscriptorum vitio, haud dubie sunt permutatæ. Quod vero statim in eodem exemplari subdi-tur: Utriusque Mauritaniae longitudo CCCCLXXX. latitudo CCCLXVIII. aut vitiosum esse, aut adjectum ac spuriū arbitror, certe falsum.

8. CAP. II. Nomades, a permutandis pabulis] Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. librique recentius editi. At Parmen-sis editio, a permutandis papilionibus, legit: quæ lectio etiam tolerabilis est. Sunt enim papilioes τὰ σκηνό-μαρα, castrensia tabernacula, sive ten-toria, ut docet vetus Glossa. unde vox Gallica Pavillon. Hac usus Æ-lius Spartianus, in Pescennio, p. 78. 'In omni expeditione ante omnes militarem cibum sumit ante papilio-nem: nec sibi unquam vel contra So-lem, vel contra imbres quæsiit teeti

suffragium.' Sic Nomadum tabernacula papilionēs rite vocaveris.

9. CAP. III. *Hipponem dirutum*] Dirutum quidem hac nostra ætate oppidum, at non Plinii ævo, ne junioris quidem, qui id eleganter describit, IX. 33. ad Caninium. Ac nisi hanc vocem *dirutum* libri omnes miro consensu exhiberent, *Zarytum* potius scriberem, cum Antonino in Itiner. Voluisse enim vir eruditus videtur eam appellationem indicare, quæ apud Afros esset in usu vulgi, et in communi sermone. Sic 'zætam' pro 'diætâ,' pro 'diabolo' 'zabulum,' 'zacomm' pro 'diacono,' media ætas dixit. Vide Rosweydt. notis in Paulin. p. 770. et 771. Sic in Conc. Nicæno I. 'Heliodorus Diabulonites,' et idem 'Zabulonites' legitur. Hinc unica voce legas in Notitia Africæ apud Victorem Vitensem, 'Marianus Hipzaritensis,' inter Episcopos Provinciæ Proconsularis. In Collat. Carthag. n. 139. pag. 143. 'Florentinus Episcopus Hippensis Zaritorenensis.' Salmasius in Solin. p. 321. ineptam tautologiam affingit erudito scriptori, cum scripsisse autumat: *Quod Hipponem Diarrutum vocant, Diarrhytum a Græcis dictum.* Nec Surita felicior in conjiciendo, cum *dilutum* reponit.— '*Hipponem dirutum vocant* Incolæ, inquit, cum Græce nesciant, *dirutum* vocant, pro *Diarrhytum*. Hanc vocem *dirutum* libri omnes miro consensu exhibent. *Zarytum* vocat Antoninus in Itinerar. Salmasius in Solin. p. 321. ineptam tautologiam,' &c. *Ed. sec.*

10. Ibid. *Theudalis*] In Notitia Africæ proxime laudata, inter Episcopos Provinciæ Proconsularis, *Victor Eudalensis*: lego *Theudalensis*. Inscriptio vetns apud Gruter. p. 612. TEUDALENSES. In Collat. Carthag. pag. 109. 'Urbanus Episcopus plebis Theodalensis.'

11. Ibid. *Locus, Castra Cornelia*] Præmissa hac voce, *locus*, oppidum, pagumve, aut castra, quibus de agi-

tur, interiisse, vix superesse rudera, ac locum duntaxat notari, tralatitium loquendi genus est, et familiare Plinio. Quamobrem in eam mentem venio haud ægre, ut suspicer, absorpta hæc aliquando Castra Cornelia fuisse subito terrarum hiatu: atque adeo hanc Tertulliani mentem esse, lib. de Pallio, cap. 3. pag. 113. cum ait: 'Hactenus Sodoma, et nulla Gomorrha, et cinis omnia.... Utinam et Asia secura jam sit de soli ingluvie: utinam et Africa semel voraginem paverit, unicis castris fraudatis expiata. Multa et alia hujusmodi detrimenta habitum orbis mutavere, situsque movere.' Ita ille: quibus sane verbis 'castra' in Africa hiatu terræ absorpta haud obscure significat, clademque similem illius, qua duodecim in Asia civitates subversas esse diximus, II. 86. Plane ut Salmasii conjectura in eum Tertulliani locum nulla videatur esse; dum confidenter pronuntiat, non posse ambigi, quin ista sint accipienda de Cambysæ exercitu in Libycis Syrtibus immensis arena- rum cumulis cooperto atque obruto. Perinde quasi exempla Tertullianus hoc loco aliunde repetat, quam ex Romanis annalibus: aut de hominum clade, non de terrarum jactura agat, et mutato situ: aut tam vetustam historiam, tamque a proposito suo alienam, cum tam recente componat: aut denique non lucrum fecisse Africam putet, sed dispendium esse passam, hostili Cambysæ exercitu arenarum vi obruto. Porro Castra Cornelia, quod mihi pæne exciderat, describit eleganter Lucan. IV. 585. ubi de Carione agens, in eum Africæ locum appellente, sic canit: 'Inter semirutas magnæ Carthagini arces, Et Clupeam, tenuit stationis littora notæ; Primaque castra locat cano procul æquore, qua se Bagrada lentus agit sicca sulcator arenæ.' Et mox, vs. 655. de Scipione: 'Sed majora dedit cognomina collibus istis,



Pœnum qui Latii revocavit ab arcibus hostem Scipio: nam sedes Libyca tellure potito Hæc fuit. En veteris cernis vestigia valli? Romana hos primum tenuit victoria campos.' Appian. Bell. Civ. lib. II. pag. 455. *Χάρακα Σκιπίωνος* vocat, *Castra Scipionis*.

12. Ibid. *Clypeam*] *Κλυπέαν* Ptolem. IV. 3. et *Ἀσπίδα*, cen duo oppida, separatim describit, insigni errore: nam quæ Græcis *Ἀσπίς* dicta est, ut Polybio, lib. I. p. 42. et Appiano in Punic. pag. 3. Agathemero Geogr. I. 5. aliisque, eadem Latinis Clypea fuit. Solinus cap. 27. pag. 49. 'Clypeam civitatem Siculi astrunt, et Aspidæ primum nominant.' A forma scilicet nomen accepit: Silius Ital. lib. I. 'Tum quæ Sicanio præcinxit littora muro, In clypei speciem curvatis turribus Aspiæ.'

13. Ibid. *Ruspina*] Martian. lib. VI. cap. de secundo sinu Africæ, pag. 216. 'Ruspæ,' inquit, 'Thapsus,' &c. Ruspas a Ruspina haud diversas esse non obscure significans. Fulgentium sane Ruspensem Episcopum novimus. In Notitia Africæ, inter Episcopos Provinciæ Byzacenæ, 'Stephanus Ruspensis.' Ruspensis ibi Ecclesiæ nulla mentio. Nec vero magni est apud me auctoritas Ptolemæi unius, qui IV. 3. Ruspina a Ruspis in eadem provincia et nomine et situ disjungit: qui *Ἀσπίδα* et *Κλυπέαν*, ut proxime diximus, diversas esse existimavit. Nam ceterorum scriptorum, qui Ruspas laudant, ii Ruspina silent: qui hanc appellant, illam omitunt.

14. CAP. IV. *Gaphara*] In libris omnibus *Taphra* legitur: at nullum est in tota Africa oppidum, quod *Taphra* vocetur. Omnino *Gaphara* scribendum, uti ex Ptolemæo indicavimus: nec vero obscurius Scylax declarat, pag. 46. situm hujus oræ describens: *Ἀπὸ δὲ Νεαπόλεως τῆς Καρχηδονίαν χώρας Γράφαρα πόλις. Ταύ-*

*τη παράπλους ἡμέρας μῖας ἀπὸ Νέας πόλεως.* Ἀπὸ δὲ Γραφάρων Ἀβρότονον πόλις καὶ λιμὴν. Sed *Γράφαρα* Scylax pro *Γάφαρα* videtur scripsisse.

15. Ibid. CCCXII. mill.] Ita sane libri omnes. Verum cum Mela VI. 7. de Syrti majore agens, et qua dehiscit, et qua flexum agit, altero tanto spatio doceat esse ampliorem, quam sit Syrtis minor; hæc autem qua mare accipit, centum fere millia passuum, auctore Plinio Pomponioque pateat; superfluere hoc loco centenarii notam, perspicuum est, scribique oportere CCCII.

16. Ibid. *Alachroas dixere*] *Μαχρύας* forte rectius agnoveris: sunt enim *Μάχρυες* Ptolemæo IV. 3. et Stephano, quos Herod. lib. IV. pag. 231. n. 178. *Μάχλυνας* appellat, ipseque Plinius VII. 2. supra *Nasamonas* locat. Hos ad mare usque pertinere Herodotus asseverat, Lotophagis esse confines, et loto pariter vesci, ac Tritonis amnis ripam accollere: *Λωτοφάγων δὲ τὸ παρὰ θάλασσαν ἔχονται Μάχλυνες, λωτῷ μὲν καὶ οὗτοι χρεόμενοι . . . κατήκουσι δὲ ἐπὶ ποταμῶν μέγαν, τῷ ὀνόματι Τρίτων ἐστίν.* Sed libri omnes *Alachroas* exhibent, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c.

17. Ibid. *Materense*] Hanc lectionem, quam summa fide, ac miro consensu codices omnes Mss. exhibent, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. ipsaque Parmensis editio, primus induxit Hermolaus, ut *Madaurense* nobis oppidum obtruderet. Insigne illud quidem Apuleii Philosophi natalibus, et D. Augustini palæstra: sed non hujus loci: quo Byzacenæ fere mediterranea censetur oppida: cum *Madaurense* Numidiæ fuerit, ut ipse testatur Apuleius, Victorque Vitenensis, cujus in Notitia inter Episcopos Numidiæ 'Prudentius Madaurensis' laudatur.

18. Ibid. *Salaphitanum*] Ita libri omnes. Hujus tamen oppidi vestigium ullum uspiam deprehendere

nondum licuit. Forte *Sataphitanum* scripsit: nam in Collat. Carthag. pag. 167. 'Urbanus Satafensis' legitur. Forte *Salaritanum*: quod in eadem Collat. pag. 139. 'Proculus Episcopus plebis Ginesitensis Salarisæ.' Vel denique, permutatis tantum syllabis, *Sufetulanum*: est enim inter Episcopos Prov. Byzacenæ, in Notitia Victoris, 'Præsidius Sufetulensis.' Sed in tam multiplicibus conjecturis ne mihi quidem ipse satis facio.

19. Ibid. *Tiphicense*] Libri editi ad hunc diem exhibent, *Tiricense*, *Tiphicense*: sed prioris nomenclaturæ oppidum nulli Mss. codices Pliniani, nulla Notitia Africæ agnoscit. Neque vero exploratæ satis fidei alterum quoque nomen *Tiphicense* est: ut venire in dubium jure videatur, an huc referri possit *Pascasius Tifuensis*, ex Collat. Carthag. p. 109. an *Solemnus Tigisitensis*, e pag. 140. an denique *Tigisense* scribi oporteat, a Tigisi oppido, quod a Procopio describitur, lib. II. Vandal. Mss. certe, R. 2. et Chiffi. legunt *Thisicense*.

20. Ibid. *Visense*] Libri Mss. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. *Siense*. Ab V littera duci vocis hujus initium vidit Hermolaus. Frobenius *Vigense* commentus est. Nos *Visense* reponimus, ex Collat. Carthag.

21. CAP. V. *Mox XL. M.*] Sic restituumus ex Mss. R. 1. 2. &c. cum prius perperam legeretur in editis, *CCL*. Sententia loci est, a Ptolemaide distare XL. millibus passuum promontorium, Phycuntem appellatum: quod intervallum tabulæ omnes Geographicæ approbant: alterum non ferunt.

22. Ibid. *Asbystæ*] In libris hactenus editis *Hasbyta* legitur, sed mendose. 'Ἀσβύσται enim vocantur primum ab Herod. lib. IV. n. 170. p. 279. Ἀσβύσται, οὗτοι τὸ ὑπὲρ Κυρήνης οἰκοῦσι· ἐπὶ θάλασσαν δ' οὐ κατήκουσιν Ἀσβύσται. Hi supra Cyrenem habitant: ad mare autem non pertingunt Asbystæ. Ἀσβύσται pariter Stephano, et Dio-

nysio, vs. 211. quem laudat Tzetzes in Lycophr. pag. 122. Ptolem. IV. 4. perperam Ἀσβύται, pro Ἀσβύσται. Hinc Jovi ipsi nomen, apud Nonnum, lib. XIII. pag. 372. Καὶ Διὸς Ἀσβύσταιο μεσημβρίοντας ἐναύλους.

23. CAP. VI. *LXII. M. pass. Inde Alexandriam CC. mill.*] Uterque numerus, in libris impressis corruptus, a nobis restitutus est, tum ope codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. tum ipsius Martiani admonitu, quem secuti, pro *XII. M.* rescripsimus *LXII.* ac pro *C. mill.* restituta centenarii nota, quæ facili lapsu amanuensibus excidit, *CC. mill.*

24. CAP. VII. *Insulæ*] Huic capiti lemma istud Plinii editores ex Indice hujus libri petitum præfixere: *Insulæ circa Africam, et ex adverso Africæ*; cum tamen nullæ hoc loco memorentur insulæ, quam quæ contra Africam in mediterraneo mari sunt positæ. Verum, ut in Indice monuimus, non ex *adverso Africæ* Plinius, sed *aversa* scripsit, *Æthiopiam* intelligens, quæ adversa, hoc est, post Africam retro posita est: de ea enim peracta insularum mentione statim seq. cap. agitur.

25. CAP. VIII. *Pharusii quondam Persæ*] Salmasius in Solin. pag. 415. legit, *quondam per se comites*, hoc est, sponte sua, refragantibus Mss. omnibus, Reg. 1. 2. Colb. 2. &c. in quibus *Persæ* diserte scribitur: refragante, quod majus est, veritate ipsa: nam *Pharusios* a *Persis* oriundos, et *Salustius* quoque prodidit, de bello Jugurth. p. 66. 'Sed postquam in Hispania,' inquit, 'Hercules (sicuti Afri putant) interiit, exercitus ejus compositus ex variis gentibus, amisso duce, ac passim multis sibi imperium petentibus, brevi dilabitur. Ex eo numero Medi, Persæ, et Armenii, navibus in Africam transvecti, proximos nostro mari (mediterraneo scilicet) locos occupavere: sed Persæ intra oceanum magis,' ubi Plinius

nimirum Pharusios locat, quos hoc ipso cap. oceanum dixit attingere. Refert eadem ex Sallustio Isidorus Orig. ix. 2.

26. CAP. IX. *LXIII. LXXV. M. pass.*] In Mss. omnibus, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. tum hoc loco, tum vi. 38. ubi hæc rursum Asiæ longitudo repetitur, miro consensu scriptum vidimus, *LXIII. DCCL.* Et Parmensis editio ita fere utrobique exhibet. Cum vero hunc numerum explicare et concoquere Frobenius non posset, expuncto posteriore, nempe *DCC.* minuit: nodumque, cum solvendo non esset par, abscedit. Sane sexagies ter centena et septingenta millia nemo Latine dixerit: cum enim ter centena et septingenta sint decies, brevius atque apertius septuagies dixeris. Sed hæc nimirum erroris occasio, hæc hallucinationis ansa oblata amanuensibus est. Cum scriptum viderent in Plinianis codicibus, *LXIII. sept. quinq.* Martianum secuti, *septingenta quinquaginta*, pro *septuaginta quinque* posuere. Quid quod Agathemerus, qui Artemidori epitomen fecit, ejus nimirum quem hoc loco Plinius laudat auctorem, Geogr. i. 3. multo breviorē mensuram facit hujus longitudinis, cum Asiam a Canopico Nili ostio ad Tanais ostia patere scribit stadiis XL. M. CXI. nec recta via, sed littoribus omnibus etiam, sinuumque anfractibus comprehensis? τῆς δὲ Ἀσίας ἀπὸ Κανόβου ἕως Ταντίδος ποταμοῦ, μετὰ τῶν κόλπων, ὁ παράκλους σταδίων μυριάδων δ' καὶ βιά. Efficit hæc summa quinquagies centena, et quatuordecim millia passuum. Cui spatio ut Ægypti etiam mensuram addas, tamen Pliniana summa *LXIII. LXXV.* millibus amplius septingentis hanc superabit. Similem isti amanuensium errorem detegemus inferius, num. 35. et alibi passim.

27. Ibid. *Phaturiten*] Ita restitui-mus, tum ope codicum R. 1. 2. Colb.

1. 2. Paris. et Chiffi. tum Sacra-rum Literarum admonitu, in quibus terra Phatures, sive Phathures, portio Ægypti nominatur: etiam et Ægypti metropolis, ab Hieronymo, in Ezech. 29. Eusebius, de locis Hebr. Φαθωρ, χώρα Αἰγύπτου, ὡς ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἐνθα κατοικοῦσαν οἱ Ἰουδαῖοι. Phatori regio Ægypti, ut est in Ezechiele et Jeremia, ubi habitantur Judæi. In libris hactenus editis, quos Ortelius secutus est, *Phaturiten*. Eademque vox, ab editoribus Pliniani operis rursum temere post *Ombiten* nomen in Parmensi editione repetita, negotium eruditissimè accessivit, ut ex ea voce *Phatniten*, seu novam aliam præfecturam, excuderent, numerumque augerent. At post *Ombiten* in Mss. Reg. 1. 2. aliisque, *Apolopolites* sequitur: nec de Phatniten nomo in Thebaide juxta Æthiopiam vel levis apud ceteros scriptores suspicio est. Sic paulo inferius ex Hermopolite, post Panopoliten repetito, *Thermopoliten* confinxerunt, ejus nullum vestigium aut in Mss. extat, aut in aliis auctoribus.

28. Ibid. *Atharrabiten*] Codices Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. habent *Athribiten*, quemadmodum et Ptolem. iv. 5. Ἀθριβίτης νομός, καὶ μητρόπολις Ἀθριβίς. Nihil tamen necesse est immutari: nam Stephanus, Ἀθάρραβις, inquit, πόλις Αἰγύπτου, ὡς καὶ Ἡρόδιανός ἐν τρίτῳ, Ἀθαράραβίτης νομός ἐν Αἰγύπτῳ, κ. τ. λ. Addit ex Hecatæo scribi etiam Ἀθαράραβίτης νομός.

29. Ibid. *Cabasiten*] Hactenus in editis legebatur, *Capastiten*. In Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. *Cabasiten*. Mendam admonitu Ptolemæi sustulimus, et Actorum Concilii Ephes. i. in quibus Act. i. pag. 485. Theopemptus Cabasorum Episcopus interloquitur.

30. Ibid. *Meteliten*] In Reg. 1. Colb. 1. 2. et Parm. edit. *Melentiten*. Reg. 2. et Paris. *Metelliten*. Nos ex Ptolem. iv. 5. *Meteliten*. Et in Con-

cil. Ephes. i. act. 1. p. 488. 'Macarius Metelitarum Ægypti' Episcopus. Sed ingenti sane fiducia Frobenius *Nitriten* substituit, cuius fidem deinde ceteri editores secuti, neglecta vetustorum exemplarium auctoritate, in eundem errorem impeerunt: cum *Nerpiuris vovds*, non *Nitritis*, auctore Strab. lib. xviii. p. 807. aliisque, scribi oportuisset. Nitria urbs et mons fuit juxta Alexandriam, ex Palladio in Lausiac. sacris Monachorum agminibus celebratissimus. A Nitricopia ei nomen, ut refert Sozomenus vi. 30.

31. CAP. X. *In monte inferioris Mauritanie*] Ita Solinus, c. 32. p. 59. et Martianus, lib. vi. cap. de Ægypto, p. 218. Ita etiam Reg. 1. cod. At Reg. 2. et Chiffi. in *fonte*, minus recte. Ammianus enim, lib. xxii. pag. 229. 'Rex autem Juba,' inquit, 'Punicorum confisus textu librorum, a monte quodam oriri eum exponit, qui situs in Manritania despectat oceanum: hisque indicibus hoc proditum ait, quod pisces et herbæ, et bellæ similes, per eas paludes gignuntur.' Ita etiam Xiphilinus in Severo, alique, Nilum eliciunt ex Atlante monte.

32. Ibid. *Crocodylus quoque inde ob argumentum hoc Casarea in Iseo dictus ab eo spectatur hodie*] Miras huic loco tenebras offudit, tum interpolatorum audacia, tum etiam interpretum nimia subtilitas. Sic enim in editis libris legitur, interpunctione etiam præpostere collocata: *Ibi pisces reperiuntur alabeta, coracini, siluri, crocodylus quoque. Inde ob argumentum hoc Nili ortus creditus, Casarea in Iseo dictus ab eo spectatur hodie.* Addidere interpolatores hæc verba: *Nili ortus creditus*, atque e margine glossæ importunum in perspicuam per se planissimamque orationis seriem transvexerunt: quod nusquam in Mss. comparet, nec Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. quos vidi, neque in Tolet. et Salmant. quos Pintianus, neque in

aliis quos Salmasius laudat in Solin. p. 415. Sed et interpretes haud sane feliciter in hoc loco versatos esse intelligo, cum ipsius lacus picturam Salmasius in eo templo dedicatam esse, Hermolaum secutus affirmat: quod de vero crocodilo ibidem reposito, ac postmodum in Isidis æde appenso, ad memoriam rei sempiternam, accipi dicique oportuit.

33. Ibid. *In qua Castra*] *Cerasta*, non *Castra*, exhibent libri omnes impressi, contra fidem omnium plane codicum Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Tolet. et Salmant. ut Pintianus ipse testatur. Sic paulo post, eorundem exemplarium admonitu, *peninsula mille passuum ambitu* scripsimus, non *centum mill. pass.* ut hactenus legebatur.

34. CAP. XI. *Qui locus antea Rhacotes*] Hanc lectionem egregie constabunt Stephanus et Strabo, lib. xvii. p. 792. Ille enim tum p. 572. 'Ρακώτης, οὗτος ἡ Ἀλεξάνδρεια πρότερον ἐκαλεῖτο' *Rhacotes*, sic *Alexandria* prius vocabatur: tum verbo 'Ἀλεξάνδρεια: ἐκλήθη δὲ Ῥακώτης, καὶ Φάρος, κ. τ. λ.' Iste partem Alexandriæ ait fuisse ita vocatam, quæ navalibus immineret. Vitium receptæ lectionis in Plinianis libris odoratus est ante nos Pintianus, cum sic legi videret: *Qui lacus antea Arapotes nominabatur.* Meminit hujus vocis ac loci, *Rhacotes*, præterea Pausanias in Eliacis: Tacitus item Hist. iv. Kircherus in Prodomo Copto etiamnum hodieque *Rhacot* Alexandriam appellari a Coptitis ait.

35. Ibid. *CL. ambitu*] Amanuenses in primitivis Plinii exemplaribus scriptum reperiunt, *centum quin.* Ii *quingenta* rati hoc loco significari, *CD.* primum, (sic enim exhibent Mss. quos terimus omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c.) mox permutatis numeris, *DC.* scripserunt. At Strabo lib. xvii. pag. 799. cum lacus hujusce latitudinem circumscribat stadiis centum, et quinquaginta, lon-

itudinem trecentis, ambitus ex eo universus existere non potest, nisi mille circiter stadiorum, quæ efficiunt cxxv. mill. pass. quibus Claudius Cæsar millia quinque et xx. adjecit.

36. CAP. XIII. *CLXXV. M.*] Hanc Syriæ latitudinem arrogant libri omnes editi, manumque exarati. Et Misi Theodosii: 'Syria finitur ab oriente, flumine Euphrate; ab occidente, mari Ægyptio; a septentrione, mari quod inter Cyprum et Syriam est; a meridie, Arabia quæ est inter mare Rubrum et sinum Arabicum. Hujus spatium patet in longitudine CCCCLXX. in latitudine CLXXV.' Martianus vero, lib. vi. cap. de Arabia et Syria, pag. 219. hunc Plinii locum transcribens, *DXXV.* pro *CLXXV.* manifesto errore expressit: alioqui latior multo, quam longior, Syria foret: cum ea parte angustissimam esse situs ipse regionum Tabulæque significant.

37. Ibid. *Angaris*] Ita libri omnes. Ariolantur, qui permutatis syllabis legi putant oportere *Garizam*: vel *Garizim*, qui mons Samariæ celeberrimus, prope Neapolim, quæ prius Sichima dicebatur: ut scimus ex Judic. iv. 9. Is enim ab Anthedone et Ascalone, quo in tractu describendo Plinius nunc habitat, multis passuum millibus disjungitur.

38. CAP. XIV. *Ceto*] Pro *Ceto* Frobenius *Derceto*, ex cap. 19. huc transtulit. Certe *Ceto* hoc loco Pliniana omnia exemplaria repræsentant, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiff. Libri quoque editi, Parm. Ven. Brix. ceterique ante Frobenium.

39. Ibid. *Sebaste in monte, et altiore Gamala*] Prius legebatur, *Sebaste, in monte altiore Gamala*, Plinii sententia et oratione deminuta, qui Sebasten quoque ipsam in monte situm significare voluit, ut sinceri codices admonent, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiff. Hujusmodi sane fuisse Samariæ situm haud obscure significant

sacræ paginæ, Michææ 1. 6. et adeum locum Hieronymus. De Gamala diximus suo loco. Quod porro Samariam Stephanus cum Neapoli, quæ Sichem dicta est, temere misceat, alii ante nos annotarunt.

40. CAP. XV. *Peræa*] Nugas agere Salmasius ait, in Solin. pag. 470. eos qui *Peræa* hoc loco defendunt. Ipse *Petræa* legi contendit oportere, ab asperis saxis quibus montuosa est. Ego vero, qui Judææ partem aliquam Petræam appellaverint, adhuc auctores desidero: qui Peræam, occurrunt plurimi, et fidei quidem exploratæ. Nam præter consensum codicum omnium Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. partem Judææ transamnanam, hoc est, ut sacræ paginæ loquuntur, quæ est trans Jordanem; ut Plinius, quæ a ceteris Judæis Jordane amne discreta est; *Pepaiar* Josephus vocat, Bell. Jud. 11. 2. pag. 778. καὶ τῆς ὑπὲρ Ἰορδάνην Πεπαίας. Et 111. 1. pag. 831. Nigrum quendam *Πεπαίτην* appellat, quod ex regione trans Jordanem posita ortum duceret. Ipse et regionis hujus fines describit, 111. 2. pag. 833. Et ex eodem Josepho apud Photium, cod. 238. pag. 973. Ἡρώδης δὲ τετραπόλεως Γαλιλαίας καὶ Πεπαίας vocatur. Et Peræa, quod Constantinopoleos suburbium, seu altera civitas est, factum inde nomen crediderim. Ἐν τῇ Πεπαίᾳ conditum oppidum Juliadis nomine Josephus ait, Bell. Jud. 111. 8. pag. 789. hoc est, ultra Jordanem, sive, ut Plinius mox ait, ab oriente lacus Genesareth.

41. Ibid. *Hiericuntem palmetis constantam, fontibus irriguam: Emmaum*] Præpostera interpunctione, non Hiericuntis, ut decuit, sed Emmauntis agrum aquis riguum Plinianæ hactenus editiones repræsentarunt, *Fontibus irriguam Emmaum*. Cum ea dos propria sit Hiericuntini agri, teste Strab. lib. xvii. pag. 763. ubi de Hiericunte agens, ἐν τῷ δ' ἐστὶν δ

φαινικὸν, . . . διδύμους ἄσας, κ. τ. λ. *Ibi palmetum est, . . . locusque totus irriguus, &c.*

42. Ibid. *Bethleptephenen*] Cum decem modo Judææ toparchias Plinius pollicitus sit, ex iis unam in duas diassecutus Plinii interpolatores: cumque in Mss. legerent, *Betolettheptephenen*, (sic enim R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. exhibent,) ipsi *Betholenen*, *Theptephenen*, commenti sunt: quos secutus Ortelius rogat, an a Bethlehe-mo *Betholemen* legi oporteat. Sed nec *Betholenen*, nec *Tephenen* ceterorum scriptorum quisquam agnoverit: *Bethleptephenen* vero Toparchiam Josephus appellat, ut diximus, Bell. Jud. v. 4. pag. 890. quæ hæc ipsa est, quam Plinius commemo- rat.— ‘Hæ porro decem toparchiæ, ‘decem cornua,’ sine ‘decem’ illi ‘reges sunt, qui potestatem tanquam reges’ accepisse dicuntur, Apoc. xvii. 1. 2. ut in eum locum Commentarii nostri nondum editi, sed prelo jamdudum parati docent.’ *Ed. sec.*

43. Ibid. *XXV. implet*] Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. lxxv. quod fidem superat, et a ceterorum scriptorum consensu abhorret. Isidorus Orig. xiii. 19. latitudinem stadiis centum et quinquagenis circumscribit, quæ sunt millia passuum fere xix. Hausit Isidorus a Josepho, ut quidem videtur, Bell. Jud. v. 5. pag. 892.

44. Ibid. *Ab occidente littora*] Asphaltitæ videlicet lacus, ut diximus, non ipsius mediterranei maris, ut Salmasius intellexit, pag. 612. et 613. in Solin. ubi et illa Plinii verba subsequuntur, *usque qua nocent*, sic explicat: Quatenus ea littora, maritimaque commercia nocent, agri colendi studio tantum addictis. Atqui neque eo mari, quod Mortuum appellabant, ulla commercia; neque agriculturam, artemve ullam exercebant Esseni Theoretici, de quibus hic Plinius: sed diem totum in Sacrorum Librorum meditatione transigebant,

neque limen egrediebantur. Non igitur commerciorum frequentia nocere poterant Essenii hæc littora, sed vi malefica, et letali aura. Gravitate enim odoris, ut ait Tacitus, Hist. v. accolis pestifer hic lacus fuit. ‘Natura dirum’ idcirco Plinius proxime antea appellavit.

45. Ibid. *Socia palmarum*] Dispicit Salmasio, in Solin. pag. 616. ea locutio: scribi jubet: *Esu palmarum*: quoniam Solinus, cap. 35. pag. 65. ‘palmis victitare’ dixit. Samuel Petitus Var. Lect. ii. 7. pag. 134. legendum conjicit, *Satias palmarum*: hoc est, palmis victitabant, eoque se cibo explebant. Utraque correctio abruptam et inconditam lectionem facit: cum vulgata scriptura et a scriptis codicibus Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. ceterisque, et ab ipsa sententia auctoritatem habeat. *Socia palmarum* gens dicitur, quæ in palmetis procul ab hominum strepitu et frequentia degit: et quidem perbene Latine.— ‘Sic xii. 5. ‘platannus in Lycia dicitur ‘gelidi fontis socia amœnitate.’’ *Ed. sec.*

46. CAP. XVI. *Galasam*] Ita libri quos vidi manu exaratos, typisve editos. Tamen Gerasam scribi oportere pæne persuadet hic Josephi locus, hæc quæ modo a Plinio commemorantur oppida eodem ferme ordine recensentis, Bell. Jud. ii. 19. pag. 813. *Φιλαδέλφειάν τε, καὶ Γέρασσαν, καὶ Πέλλαν, καὶ Ἰερουσόλημ· ἔπειτα Γαζάρους, καὶ Ἰκπὺ, καὶ τῇ Γαλιλαίᾳ, κ. τ. λ.*

47. CAP. XVII. *Carmelum, et in monte oppidum eodem nomine*] Dum hæc scriberem, venit in mentem illius loci apud Josephum, Bell. Jud. iii. 2. pag. 832. *Κάρμηλος τὸ πόλις μὲν Γαλιλαίων, νῦν δὲ Τυρίων ὄρος· ὃ προσίσχει Γάμαλα πόλις Ἰσσηίων, κ. τ. λ.* *Carmelus mons, quondam Galilæorum, nunc autem Tyriorum: cui conjuncta est Gamala civitas Equitum, &c.* Subortaque suspicio est, significari hoc loco illud ipsum oppidum, quod ejus-

dem nominis fuisse cum monte Plin-  
ius asseverat: legique oportere, φ  
προσίχαι Κόρυλλα, κ. τ. λ. Moneo  
tamen modo, non definio.

48. Ibid. *Marathos, contraque Ara-  
dos septem stadiorum oppidum et insu-  
la*] Sic R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris.  
Chiff. vet. Dalec. &c. Sic editio  
Parm. aliæque vetustiores ante Her-  
molaum Barbarum, cui visum est sic  
emendare, *Contraque Aradum Antara-  
dos*. Atqui et vulgatæ scripturæ  
conciliat auctoritatem, tum consen-  
sus codicum, tum situs ipse locorum,  
tum Arriani testimonium, Exped.  
Alex. lib. II. pag. 119. statuentis ex  
adverso Marathi, non alterius cujus-  
piam oppidi, Aradum esse: *Τὴν τε  
Ἀραδὸν τὴν νῆσον, καὶ τὴν Μαραθὸν τὴν  
καταντικρὺ τῆς Ἀράδου ἐν τῇ ἡπειρῷ  
φικισμένην, πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμο-  
να*, κ. τ. λ. Inde factum Maratho  
alterum cognomen Antaradi. Et Me-  
læ quidem, II. 7. et Straboni, ut dix-  
imus in prioribus Notis, Arados in-  
sula est, oppidumque, ejus amplitudi-  
nis, quanta nunc a Plinio assignatur:  
neutri laudata Antarados. Antaradi  
qui meminit Antoninus, nec Aradi is  
mentionem fecit, quod terrestri via  
iter commonstraret, nec Marathi,  
quod ejus oppidi cognomen alterum  
esse Antaradum intelligeret. Unus  
omnium Ptolemæus utrumque sane  
commemorat, Antaradum, Mara-  
thumque: sed is est, ut eruditi no-  
runt, cujus fides in Geographicis re-  
bus est admodum sublesta: tum cer-  
te maxime cum nullius ei scriptoris  
alterius patrocinator auctoritas. Nam  
quis porro miretur in Asia Antara-  
dum Marathumque in duo eum oppi-  
da distraxisse, qui Clupeam Aspi-  
demque in Africæ littore, cen geni-  
nas civitates, qui sexcenta errata si-  
mililia, passim a nobis in hoc opere  
animadversa, obtulerit? Esto igitur  
antiqua Marathos, eademque,  
quod contra Aradum in continente  
foret, Antarados olim cognominata,

quæ hodie, uti a viris accepimus, qui  
loca ea diligentissime perlustrarunt,  
*Tortosa* dicitur: deductis in eam vi-  
delicet, ut quidem remur, Orthosix  
veteris, quæ haud procul fuit, civi-  
bus incolisque, cum ipsa Orthosix  
appellatione.

49. CAP. XIX. *Cyrrhum, Cazatas*]  
Pro his vocibus, Mss. Reg. 1. 2. Colb.  
1. 2. Paris. et vet. Dalec. habent tan-  
tum, *Yrticazetas*. Parm. editio, *Ir-  
neazetes*. Gazatas porro in hoc tractu  
terrarum, ceterorum Geographorum  
nemo unus agnoscit.

50. Ibid. *Betarreni*] Frobenius, Bar-  
bari conjecturam amplexus, Bætar-  
renos huc transtulit, quam tertiæ  
Palæstinæ, hoc est, Arabiæ Petrææ  
gentem fuisse ex Stephano constat:  
*Βαταρροῦς κόμη μεγάλη τρίτης Παλαι-  
στίνης· οἱ κατοικοῦντες, Βαταρρήνοι*. At  
vetusti codices longe aliter: nam  
Reg. 1. et Colb. 1. 2. Paris. *Batoc-  
mi*. Reg. 2. Chiff. vet. Dalec. et  
Parm. edit. *Bethemi*.

51. Ibid. *Mammisea*] In Mss. *Mami-  
sea*. Haud dubie *Minnizea* scriptum  
oportuit: nam in Cyrrhestice Anto-  
ninus non semel Minnizam comme-  
morat, a Cyrrho dissitam M. P. xx.  
totidemque a Beroa, quæ et ipsa  
Cyrrhesticæ ab eodem adjudicatur,  
ut diximus. Namque in recensendis  
Cyrrhestices oppidis gentibusque  
Plinius modo totus habitat.

52. CAP. XX. *Supra Zimaram*] Li-  
bri editi hactenus: *Supra Simyram*,  
insigni menda: nam Simyra urbs est  
Syriæ, de qua diximus cap. 17, in ora  
mediterranei maris. At Mss. R. 1.  
2. Colb. 1. 2. et Paris. *Supra Zima-  
ram*: itemque inferius, *Dascusa abest  
a Zimara*, quemadmodum et in Parm-  
ensi editione legitur. Ptolemæo, v.  
7. inter urbes minoris Armeniæ re-  
censetur, *παρὰ τὸν Εὐφράτην, Ζιμάρα,  
Δάσκουσα*. Antonino pariter in Iti-  
ner. Zimara, dicitur, in Minore Ar-  
menia, itinere per Euphratis ripam, a  
Satala Melitenen:

Analiba Zimaram. . M. P. xvi.  
 Teucilam. . . . . M. P. xvi.  
 Sabus. . . . . M. P. xxviii.  
 Dascusam. . . . . M. P. xvi.  
 Et Tab. Peutingeriana, segmento septimo :  
 Zimara. . . . . xviii.  
 Zenocopi. . . . . xviii.  
 Verenso. . . . . xiii.  
 Saba. . . . . xviii.  
 Dascusa. . . . . xviii.

Sic ille Zimara Dascusam usque, LX. millia passuum : ista, LXVII. colligit : Plinius, LXXV.

53. Ibid. *Melitenen Cappadocia, XXIV.*] Ita restituimus librorum admonitu, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffi. cum prius perperam scriberetur LXXIV. At ne tantumdem intervalli a Dascusa quidem Melitenen usque statuit Antoninus, ant Tabula Peut. Nam ille L. M. P. ista LXIII. omnino computat.

54. Ibid. *Oreon dictam regionem*] Hoc est, *Oreorum* 'Opeλwv, sive montanorum, ut diximus. Hactenus editum fuerat, *Merorum*. At Mss. Reg. 1. 2. Colbertini 1. 2. Paris. Chiffi. et Rigaltii teste Salmasio, p. 625. in Solin. *Moracon*, Nos *Oreon*, scribimus, altero Plinii testimonio adducti, scribentis vi. 9. 'Quod interest ibi, tenent Arabes Orei. Sic finem usque in Adiabenen perfert.'

55. Ibid. *Primum hunc illi in pugna Taurus aufert*] Hanc omnium codicum conditivorum lectionem Pliniani editores sic interpolant : *Primo hunc illi impugnatus cursum Taurus aufert*.

56. CAP. XXI. *Cingilla Commagenen finit. Imme civitas incipit*] Hoc maxime omnium loco grassata interpolatorum audacia est, qui sic ediderunt : *Gingla Comagenen finit, Merorum civitas incipit*. En iterum Merorum Arabum per summam vim obtrusa mentio. At Mss. Reg. 1. 2. Colbertini 1. 2. et Paris. quin et Rigalt. codex, ita referente Salmasio, pag. 630. in Solinum sic exhibent :

*Cingilla Commagenen finit, Imen civitas incipit*. Certe quæ Cingilla Plinio, ea est quæ Ptolemæo, v. 15. ut diximus, Κεκυλλα Cyrrhestices post Europum ad Euphratem civitas appellatur : sed verius a Plinio Commagenæ ascribitur : Imma vero, seu Imme, Ptolemæo eidem Selencidis est, quæ Commagenæ proxima cum sit, ab novissimo ejus oppido Commagenen incipere, indubitata profecto conjectura est.—Mentio ejus oppidi est etiam in Hieronymi Chronico, Aureliani Imp. anno 2. 'Zenobia apud Immas haud longe ab Antiochia vincitur.' Sic enim Ms. codex noster exhibet : ubi corrupte libri vulgati, 'apud Timas.' Immes, sive Immarum, meminit præterea Hieronymus in Vita Malchi, cap. 2. 'Perveni tandem ad eremum Chalcidos, quæ inter Immas et Berceam magis ad Austrum sita est.' Ubi Colon. editio, *inter Emmam* habet.' *Ed. sec.*—Quod autem Salmasius loc. cit. *Gindarum* pro *Cingilla* reponit, et vim codicibus antiquis facit, et Plinii ipsius auctoritati, ac diligentiae detrahit plurimum : si Gindarenos, quos proxime antea cap. 19. Cyrrhesticæ regioni attribuit, nunc sui immemor Commagenæ adjudicat.

57. Ibid. *Uram*] Quæ nunc Ura dicitur, eadem mox addito sibilo Surra vocatur : a Ptolemæo quidem, ut monuimus, Σοῦρα. Verum cum latere Syriæ et Palmyrenes ea sit posita, Plinio teste, et Ptolemæo, sive Uram, sive Suram appellaveris, inanis est Bocharti conjectura, part. 1. Geogr. II. 6. pag. 87. existimantis hanc esse Ur Chaldæorum, sen Babylonie, quæ longo hinc terrarum est intervallo disjuncta, trans ulteriorem Euphratis ripam.—'At Uram Plinianam eam esse credimus, quæ in Notit. Eccl. Antiqua, p. 37. Σόρμα. In altera, p. 59. 'Opluov appellatur, in provincia Euphratesiæ.' *Ed. sec.*

58. Ibid. *A Surra*] Hic Pliniani



editores *Asura*, *Arura* alii, Dalecampius *Assur* reponit: cum perspicua admodum planaue scriptoris sententia sit, ab Ura, sive Sura, quod novissime appellavit, ex iis oppidis, quæ Ephrati confinia sunt, sequi proxime Philiscum, &c. Et Ortelius tamen Thesaurum suum locupletavit hac voce *Asura*, corrupti hujus loci fide, ut numerus cresceret oppidorum.

59. CAP. XXII. *Selinus, Arsinoë, Jotape*] Parm. edit. *Pedalie, Hales, Arsinoë, Tabæ*. Vet. cod. Dalec. *Pedalie, Halis, Clinus, Arsinoë*. Chiffli. *Halis, Elini, Arsinoë*. R. 1. 2. *Hales, Clinus, Arsinoë*. Nos priorem voculam *Hale*, seu *Ale* potius, oppidi nomen esse statumus, a quo Aleii campi, de quibus suo loco diximus, cognominati sunt: cetera deinde refingimus in hunc modum: *Selinus, Arsinoë, Jotape*: nam *Tabæ* non sunt hujus loci, sed Lydiæ, teste Stephano: nec Thebe Strabonis, lib. XIV. p. 667. quæ Pamphyliæ ditionis fuit. At *Selinus* Ciliciæ oppidum est non ignobile, *Σελινούς* Ptolem. v. 8. unde Selenitidi regioni nomen, sic enim legendum puto apud Ptolemæum, non ut in vulgatis editionibus, *Σελέντιδος*. Ad *Selinum* fluvium urbi cognominem sita videtur, cujus amnis in hoc ipso tractu prope Cragum et Pinara, meminit Strab. lib. XIV. pag. 669. In eadem Selenitide *Ἰορδάπη* collocatur a Ptolemæo, loc. cit. In Notitia Antiqua Ecclesiast. *Ἰορδάπη* perperam appellata, atque Isauriæ, perinde atque ipsa *Selinus*, attributa. In Conc. CP. I. pag. 956. 'Neon Selenuntensis' subscribit inter Episcopos Provinciæ Isauriæ.

60. Ibid. *Anazarbeni, qui nunc Cæsarea: Augusta, Castabla, &c.*] Ex duobus oppidis unicum hoc loco conflarunt Plinii editores, dum scribi jussere, qui nunc *Cæsaraugustani*. At neque id nomen *Anazarbenis* datum quisquam veterum vel leviter indicavit, nec ipsi codices Mss. ei scriptu-

re favent. Nam in R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffli. legitur, qui nunc *Cæsarea Augusta*. Sed multo apertius Ptolemæus diversa duo esse oppida monet, qui in propria Cilicia, v. 8. *Κασιόρειαν πρὸς Ἀναξάρβω* memorat: et proxime ante in Bryelice ejusdem Ciliciæ regione, *Αὐγοβοταν*. Sed errat insigniter Suidas, qui vetustum urbis nomen *Diocæsaream* ait fuisse: recentius deinde Nervæ temporibus, *Anazarbum*: cum Plinius multo ante Nervæ principatum obierit, qui *Anazarbenos* olim vocitatos testatur. Sed neque uno errore contentus, geminos uno partu edit, qui ab *Anazarba* Senatore nomen oppido factum putat, quod ab vicino potius monte, vel colle, vel amne, tractum, Ptolemæi oratio indicat, *πρὸς Ἀναξάρβω*. Sic enim *Σελεύκειαν πρὸς Βήλω* appellat, v. 15. ceteraque ejusmodi oppida ad montis radices sita. Tamen Suidæ astipulatur Ammianus, lib. XIV. pag. 19.

61. Ibid. *Castabala*] Prius *Castabla* legebatur. Nos *Castabala Κασιόβαλα* rescripsimus cum Stephano, et Ptolem. v. 8. qui Ciliciæ proprie dictæ adjudicat. Notitia Eccles. Antiqua Ciliciæ secundæ, *Κασιόβαλλα*. In Conc. Nic. I. ex Prov. Ciliciæ, *Moy-ses Castabalenses*.

62. Ibid. *Tracheotis*] Mss. habent *Tracheodis*. Ceteri, cum Ptolem. v. 8. *Τραχείαν* vocant. Stephanus: *Σελεύκεια, πόλις ἐπὶ Κιλικίᾳ τραχείᾳ*.... *Ἰνδύμασε δὲ Σελεύκειαν αὐτὴν Σέλευκος ὁ Νικητῶν*.... *Πρότερον δὲ Ὀλβία ἐκαλεῖτο*. Scribo, *Ὀλμία*. Strabo enim, cujus e fontibus areolas suas Stephanus rigat, lib. XIV. pag. 670. *Ὀλμιον* ait vocatum oppidum ad Calycednum, quod ii incolerent, qui postea Seleuciam translati, Seleucenses dicti sunt. Quod et ipse Stephanus agnoscit, pag. 513. *Ὀλμοι, πόλις τραχείας Κιλικίας, ἧκου πρότερον φέρον οἱ νῦν Σελεύκεις*.

63. CAP. XXV. *Tyrienses*] Prius *Hyrienses* legebatur, quos in hoc trac-

tu terrarum nemo veterum agnovit. Mss. certe R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffi. *Tyrienses* exhibent. Et olim, Stephano teste, pag. 673. *Τύπος Πισιδίας πάλυς*. Quare Hermolaum miror a veterum exemplarium, et Parmensis, aliarumque editionum fide discessisse, ut pro *Tyrienses*, *Hyrienses* rescriberet, cum Hyria Seleuciae ad Calycadnum nomen priscum fuerit, quæ longo hinc spatio dissidet. In Notit. Eccl. Ant. inter episcopos provinciae Pisidiae, p. 19. censetur, δ *Τυπαλῶν*. Lennclavius p. 29. δ *Τυπαλῶν*. Notitia altera, p. 51. δ *Τυπαλῶν*. Tertia, p. 29. *Τυπαλῶν*. Et ad hos spectare nunc verius arbitramur nummos inscriptos ΤΡΑΝΩΝ, quos ad Ponti incolas nuper ablegavimus, Tyranos quoque appellatos, opere eo cui titulum fecimus, 'Nummi Antiqui Populorum et Urbium illustrati' quod ad Tyram amnem longe ultra fances Istri Romana nunquam arma penetrare. In Conc. Calched. Act. 1. pag. 92. subscribit *Θεόρεκτος Τυπαλῶν*, *Theotecnus Tyri*: act. II. pag. 335. *Θεόρεκτος Τυπαλῶν*, *Theotecnus Tyraasi*. Act. III. pag. 439. *Θεόρεκτος Τυπαλῶν*, *Theotecnus Tyrali*: cum ubique legi oporteat, *Θεόρεκτος Τυπαλῶν*, *Theotecnus Tyraei*.

64. Ibid. *Thebasa in Tauro*] Ita scripsimus, secuti R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. vetustasque editiones ante Frobenium, qui *Tembasa*, unde libuit, obtrusit. Forsan rectius *Tarbasa* ex Strabone nobis objecisset: nam is *Ταρβασῶν* inter Pisidiae civitates annumerat, ex Artemidoro, lib. XII. pag. 570. sed *Thebasa* sincerior est, consentiensque omnium codicum scriptura: et Lycaoniae, non Pisidiae, opidum quaerimus.

65. Ibid. *Hyde in confinio Galatie &c.*] Libri omnes tum manu exarati, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffi. tum etiam typis excusi, ante Hermolaum, *Ide* vel *Idea* legunt. *Sinda* ille ex Strabone scripsit, qui Pisidarum op-

pidum, non Lycaonum, in quibus describendis Plinius nunc totus est, *Sindam* esse ait, lib. XII. pag. 570. Nos a codicum auctoritate atque consentiente scriptura quam minime aberrantes, *Hyde* restituvimus, quæ inter sedes Lycaoniae Episcopales undecima numeratur in Notitia Ecclesiastica Antiqua. Unde in Conc. CP. I. pag. 956. *Thodosius Hydensis* e Prov. Lycaoniae.

66. CAP. XXVI. *Pletenissum*] In libris hactenus editis, *Platanistum*. In R. 1. 2. et edit. Parm. *Plantanistum*. In Chiffi. *Platanistum*. Haud dubie Petnelessum Plinius intellexit, quam urbem in editissima Pamphyliae parte supra Aspendum sitam fuisse, auctor est Strabo, lib. XIV. p. 667. *ἡ ἐπέκεινται δὲ ταύτης (Ἀσπένδου) Πετρηλῆς οἰός*. Hæc Ptolemæo v. 5. *Πεδηνησιός* dicitur. At in codice Palatino, nostroque Parisiensi, *Πλερενισός* scribitur, quam veram esse ac genuinam Plinii scripturam, consensus exemplarium suadet: prorsus ut binominis ea civitas fuisse videatur. *Platanistum* certe in hoc tractu nemo, præter Ortelium, agnoscit: quem vitiosi Plinii codices sæpe in fraudem impulerunt.—'In Notit. Eccl. Ant. p. 19. et in altera rursam, p. 51. inter episcopos provinciae Pamphyliae censetur, δ *Πελευλάσσου*, literis videlicet permutatis, pro *Πλερενισῶν*.' Ed. sec.

67. CAP. XXVII. *Paryadres*] In Mss. R. 1. 2. &c. *Paryadis*. In editis *Phariades*, mendose. Nos, quod proximum scripturae antiquæ fuit, *Paryadres*. Est enim *Παρυδάρης* Straboni ac Plinio mons Armeniae nobilissimus. Nec mihi tamen conjectura plane satisfacit: cum enim ex ordine juga Tauri montis Plinius enumeret, pro regionum ipsarum situ, in quibus ea attolluntur, ab India primum exorsus, mox progressus ad Bactros, ceterasque gentes deinceps, quæ sunt occasui propiores, Arme-

Delph. et Var. Clas.

Plinius.

3 X

niæ juga appellare antea haud temere existimandus est, quam Parthicos, Medicosque montes nominaverit, qui mox sequuntur, Choatram scilicet, et Oroandem. Quamobrem scripsisse potius Plinium putaverim, *Parachoatram, Choatram*, quorum montium ille in Parthis a Solino, cap. 38. pag. 68. istę in Medis a Ptolemæo collocatur, vi. 1.

68. CAP. XXVIII. *Et in monte, Sidyra*] Dalecampius, qui verba hæc legenda conjunctim putavit, ac montis modo nomen indicari, Solyra Pisidię montem ex Strabone, lib. xiv. pag. 666. huc transferendum monet in margine editionis suę. At urbem in edito colle positam hac oratione significari, tum per se, tum Stephani auctoritate plane constat, Ptolemæique inprimis ad Cragum montem Σίδυρα collocantis. In Conc. Quinisexto, pag. 1197. Ζήμαρχος ἐπίσκοπος πόλεως Σιδύμων, ἐπαρχίας Λυκαονίας—‘mendose videlicet, pro Λυκίας. Nam in Notit. Eccl. Ant. p. 47. inter episcopos provincię Lycię, ἐπαρχίας Λυκίας, cum Myris, Telmesso, Corydallis, ceterisque, ὁ Σιδύμων legitur, pro Σιδύμων, uti recte Lennclavins habet, p. 94. et altera Notitia, p. 15.’ *Ed. sec.*

69. CAP. XXIX. *Calynda*] Hermolaus *Calynda* rescripsit, invitis exemplaribus Mss. et vetustis editionibus, Parm. ceterisque: invito quoque Ptolem. v. 3. Κάλυνδα scribente, pro Κάλυνδα. Stephano item, cui Κάλυδα, πόλις Καρίας. Denique Herod. lib. viii. ubi de Artemisia, Mansoli Carię, regis uxore agens, Καλυνδίοις eam imperitasse prodidit. Κάλυμνα tamen Straboni dicitur, lib. xiv. pag. 561. sed magno, ut puto, errore.

70. Ibid. *Marsyas* . . . ac paulo mox conditus] Hęc Plinii verba de Marsya hominis natali ac sepulcro ridicule interpretatus est Martianus, lib. vi. cap. de Euphrate, pag. 221. et eum, ut solet, secutus Solinus, cap. 40. pag. 70. cum de amne Apameno-

rum Marsya ea accipi oportere, res ait plane perspicua.

71. CAP. XXX. *Cadueni*] Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. *Cadieni*. Nummus antiquus Longinę Domitię, quę Domitiani Imp. conjux fuit, apud Patin. pag. 169. ΚΑΔΟΗΝΩΝ. Quanquam ipse perperam ΚΑΔΟΗΝΩΝ legit, refertque ex conjectura ad Coloën, quam novo ille errore urbem esse arbitratur Sardibus proximam: cum ipsa Gygęa palus sit Coloë a recentioribus appellata, teste Strabone, lib. xiiii. pag. 626. Ab oppido Cadueni nomen traxere, quod in Notitia Episcop. Κάδοι dicitur, et Phrygię Capatianę accensetur: Mæonię sive Lydię, in ipsis Phrygię finibus, a Ptolem. v. 2. Incolę Κάθηνοι Stephano nuncupantur. In Conc. Quinisexto, pag. 1199. Philippus Episcopus πόλεως Κάδων Πακατιανής. In Concilio Calchedon. Act. i. pag. 89. Δανήλιος Κάδων subscribit, qui pag. deinde 234. Δανήλιος ἐπίσκοπος τῆς Κάδωνων πόλεως appellatur. Editiones antiquiores Romana: ‘Daniel Episcopus Cadenę civitatis.’ In Labbeana, pag. 334. Δανήλιος Καίων, pro Κάδων, ut recte in margine Labbeus admonuit pag. 321. ‘Daniel Episcopus civitatis Cadonię,’ pro ‘Cadoinę,’ vel, ut alibi recte, ‘Cadoënę.’ Porro post *Cadueni*, addunt libri editi *Loreni*, quos cum nec Mss. ulli, nec auctorum veterum quisquam agnoscat, idcirco expunximus.

72. Ibid. *Apollonoshieritę*] Ἀπόλλωνος ἱερὸν, ut diximus, Apollinis fanum sonat: quam vocem in Tullio contra Verrem, non pro oppidi nomine, uti oportuit, sed pro templo Apollinis, seu delubro, Eminentias. Annalium scriptor perperam interpretatus est, ad annum Christi 57. num. 176. Atqui nos Audomari fanum usitato more, et S. Quintini, et alia ejuscemodidicimus: cum oppida, Divorum enipiam peculiari mancipata cultu, nomen ab iis sortuntur.

In Mss. Reg. 1. 2. *Apollinikierita*. In Chiffi. *Apollonikierita*. In nummis, ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΡΕΤΤΩΝ. In Concil. Calchedon. Act. III. pag. 456. Λεύκιος Ἀπόλλωνος Ιεροῦ.

73. Ibid. *Mesotimolita*] Qui μέσον Τίμωλον sive Τμῶλον incolerent: utraque enim vox scriptoribus antiquis promiscue familiaris fuit, ut suo loco monuimus. In Mss. Reg. 2. &c. *Mysotimolita*. In editis, *Mysotmolita*. Nos *Mesotmolitas* restituimus, tum ex animi conjectura, tum ope Notitiæ Episcopatum Prov. Lydiæ, in qua septimum decimum locum obtinet Μεσοτόμωλος pro Μεσοτίμωλος. Altera Notitia Eccles. pag. 45. habet Μεσοτόμωλον pro Μεσοτίμωλον. Et in Novella Leonis, apud Leunclav. inter Episc. Lydiæ, pag. 91. ὁ Μεσοτίμωλου. Mysotmolitas nihilominus defendere quis possit, ut ea vox e My-sis Tmolitisque mixtos sonet, ἐκ τῶν Μυσῶν καὶ Τμολιτῶν.

74. CAP. XXXI. *Super octoginta*] Mss. omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. vet. Dalec. &c. *super XC*. Seneca tamen, lib. de Consol. ad Helviam, cap. 6. pag. 807. 'Atheniensis in Asia urbs est Miletus: LXXV. urbium populnm in diversa effudit.'

75. Ibid. *Heraclea montis ejus cognominis: Carica: Myus... Priene*] Hic locus præpostera interpunctione vitiatus sic ante nos edebatur: *Heraclea montis ejus, cognominis Carica: Myus, &c.* Quibus verbis hæc suberat sententia, Heracleam hanc Ionicam eodem cum Carica Heracleæ nomine frui: quod et per se frigidum est, perinde ac si non aliis plurimis multo insignioribus ea appellatio communis foret: et est præterea a Plinii mente vehementer abhorrens. Ait enim hoc loco duo, quæ sunt maxime observatu digna. Primum est; Heracleam esse monti Latmo cognominem: docet id Strabo verbis disertis, lib. XIV. pag. 635. Ἡράκλεια ἡ ὑπὸ Λάτμω λεγομένη πολίχνην· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λάτμος ὁμωνύμος τῷ ὑπερκείμενῳ ὄρει. Hinc Hesychius, pag. 588. Λάτμος, πόλις καὶ ἔσρος, ubi legendum est πόλις, καὶ ἔσρος. Alterum est, Carica deinde, seu Caricæ quondam attributa oppida, proxime sequi, Myntem, Prienen, &c. Atque id sane de his asseverat Herod. lib. I. n. 142. pag. 60. Μυσὸν τε καὶ Πρίην· αὐταὶ μὲν ἐν τῇ Καρῇ κατοικηταί, κ. τ. λ. Hæc vero duo, quæ sunt sane animadversione digna, profligat atque pervertit interpunctio libris hactenus impressis recepta. Quod si vocem Carica ad Heracleam nihilominus pertinere quis contendat, eamque originis Caricæ esse velit, haud vehementer sane reluctabor: cum probe intelligam, Latmum ipsum montem a nonnullis, atque adeo ab ipso Plinio, VIII. 84. Caricæ adjudicari: quod eo magis verum esse necesse est, quo Myus et Priene, quæ ulteriora sunt, Caricæ dittonis oppida censentur ab Herodoto. In Conc. Quinisexto, pag. 1199. Θεόδωρος ἐπίσκοπος πόλεως Ἡρακλείας Λάτμου, ἐπαρχίας Καρίας. In Conc. Ephes. pag. 538. Ἀφθόνιος ἐλάχιτος ἐπίσκοπος Ἡρακλείας ὑπέγραψα. Quæ sit hæc Heraclea, Marii Mercatoris versio significat, quæ edente V. Cl. Steph. Baluzio sic habet, pag. 632. 'Aphonetus minimus Episcopus Heracleotanorum Lamtupoleos subscripsi.' Ubi legendum, 'Aphithonetus minimus Episcopus Heracleotarum Lamtupoleos: traiectione enim literarum postrema hæc vox laborat. Idem pag. 1148. 'Aptonitus Episcopus Heracleotana civitatis Lampi' vocatur, pro 'Latmi.' Codices quidam 'Lappi' præferunt, et, quod absurdum est, 'provinciæ Lappi.' In Conc. Calched. pag. 89. recte, Διονύσιος Ἡρακλείας Λάτμου, pag. 506. Λάτμου viti-ose. Nec erit autem abs re, opinor, unum aut alterum similitum oppidorum nomen, quod in Conciliorum subscriptionibus in mendo cubat, nunc suæ obiter integritati reddere,

dum prodeant aliquando omnia in unum collecta corpus; cum sint haud dubie qui hæc animadversione digna putent, et alieno se ea malint loco doceri, quam omnino nullo. Itaque in Concilio Calched. pag. 88. subscribit 'Αμάχιος Ζερτών, qui pag. 334. 'Αλμάχιος Ζευγών, *Almachius Settorum*, pag. 810. 'Αμάχιος Ζερτών, pag. 444. 'Αμάχιος Ζέρτων, *Amachius Septenæ civitatis*, vocatur: cum ubique *Almachius Settarum*; 'Αλμάχιος Ζαυττών scribi oportuerit. Nam quod Ζερτών pro Ζαυττών libri complures exhibent, amanensium mendum est, qui et in Notitiis sæpe Μεγάρων pro Μαγάρων scripsere. Pag. 572. Act. vi. 'Αmachius Septoriorum' legitur: sed vetustæ editiones 'Septenorum' et 'Septon' exhibent. In Conc. Ephes. ex versione Marii Mercetoris, quam V. C. Baluzius edidit, pag. 631. subscribit hujus Almachi decessor 'Limenius Episcopus civitatis Ettenorum': ubi legendum haud dubie 'civitatis Sættendorum': uti pagina proxime subsequente, pro 'civitatis Elegen,' scribendum, 'civitatis Selgæ,' (quæ urbs Pisidiæ est) repetita videlicet ex priore vocabulo litera S. Sic pag. 1146. 'civitatis Sættænæ' reponere, pro 'civitatis Eptenæ,' quæ vox nunci non est. De hujus autem oppidi situ in Lydia, qui Geographorum gregi ad hunc diem latuit, librum consule, quem nuper edidimus de Nummis Antiquis Populorum et Urbium, verbo ΣΑΙΤΤΗΝΩΝ. Id vero nomen in Græco fœdus corruptum, in eodem Ephesino Concilio, pag. 547. Λιμένιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Σέλλας ἀγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, ἐπαρχίας Μηδίας. Ubi monuere recte editores *Λυδίας* legi oportere: sed et κατὰ Σαίτας legi oportuit: ut et p. 456. Conc. Calch. Act. III. 'Αμάχιος Ζαυττών non Σέλλων. At vincit omnia quod in Conc. Calched. pag. 129. pag. 273. atque alibi passim, subscripsisse dicitur 'Theodulus Ticeliæ civitatis,'

'Theodulus Ticeliæ civitatis,' 'Theodulus Ticeliensis,' &c. ex quo 'Ticeliæ civitatis' nomen in Geographiam sacram invexit Carolus a S. Paulo. Versio antiqua ejus Concilii, teste Baluzio, in Nova Collectione Conciliorum, pag. 1040. 'Tisale' exhibet, in Corbeiensi, et Colbertino codice: in Divionensi, 'Tiselæ': 'Tissilæ' in Parisino. In Græco ΤΗΞ ΑΔΑ legitur, forte pro ΤΗΞ ΑΑΑ aiunt eruditi, nimirum ob affinitatem utriusque literæ Λ et Δ. Interdum et Πισιᾶ. Nos illud 'Ticeliæ' haud temere affirmamus factum imperite ex τῆς Αλλίας, cum pag. 1030. Baluzianæ editionis, 'Theodulus' idem a Rustico Subdiacono 'Æliæ Pentapoleos' Episcopus appelletur. Est autem Ælia civitas, quæ Hadriana appellata est, ab Ælio scilicet Hadriano Ang. ejus oppidi mentio apud Anton. in Itin. inter Berenicen et Teuchiram, in Cyrenaica seu Pentapolitana regione. Notitia Ecclesiastica, pag. 57. 'Επαρχία Λιβύης Πεντάπολις . . . Ἀδριανὴ. Uti porro repetendam interdum litteram S paulo ante monuimus, ut integra 'Selgæ' ac 'Settenorum' nomina forent; sic extenderam alibi, ubi abundat, vel hoc uno exemplo intelliges. In Conc. Calched. pag. 237. 'Timotheus' subscribit 'episcopus Saracenorum civitatis.' In Cod. Corbeiensi, teste Baluzio, loc. cit. pag. 1088. 'episcopus Saracenæ civitatis': in Divionensi, 'Saracinæ': 'Saracinæ' denique in Parisiensi legitur: cum legi ubique oporteat 'Episcopus Arcenorum,' vel 'Arcenæ civitatis.' Id quod Græca confirmant, quæ sic habent: Τιμοθέου ἐπισκόπου τῆς Ἀρκηνῶν πόλεως. Est autem Arcæ, sive Arcæ, Phœnicicæ oppidum: 'urbem Arcenam' Lampridius vocat, ut diximus in libro de Nummis Antiquis Populorum et Urbium, verbo ΑΡΚΑΙΩΝ. Et Notitia Ecclesiastica, pag. 60. inter Episcopales urbes Phœnicicæ maritimæ locum habet. Pari

modo in Conc. Ephes. edit. Labb. p. 546. *Ἐρμόλαος ἐπίσκοπος Σαττουδένων, Hermolaus Saitudensium*, pro *Ἀττουδένων*, et *Attudensium*. Vide nummos *ΑΤΤΟΥΔΕΩΝ*. Juvat et aliud præterea subindicare mendum, quod in idem Conciliorum opus irrepsit, ex quo rei Geographicæ studiosi conjici in maximas ambages possint, ni lux ei loco aliqua offeratur. In Concilio itaque Ephesino, ex versione Marii Mercatoris per V. Cl. Balnzium edita, p. 621. et seqq. ejurata Quartodecimanorum hæresi Catholicam amplecti fidem dicuntur ‘Eugenius Disphiladelphus,’ ‘Fanstinus Laicus Disphiladelphus,’ ‘Flavius Nymphidianus Disphiladelphus,’ ‘Eutychius Disphiladelphus,’ ‘Julianus Disphiladelphus.’ Atque ubi repetuntur eorundem subscriptiones in Concilio Calched. tum in eadem editione, pag. 1137. et seqq. tum in Labbeana, tomo IV. pag. 295. iidem cum aliis paulo aliter nuncupantur: nempe ‘Rufinus Diffilius Philadelphix secundæ,’ (sed vox ea ‘Diffilius’ nihili est, orta ex inani repetitione vocabuli ‘Disphil.’) ‘Eugenius secundæ Philadelphix,’ ‘Flavius Nymphidianus secundæ Philadelphix,’ ‘Eutychius secundæ Philadelphix,’ ‘Julianus Philadelphix secundæ.’ In Græco contextu Concilii Ephesini, ex editione Labbeana, pag. 685. semel διὰ φιλαδέλφου legitur: sed scriptum fuisse δις φιλαδέλφους, tum Marinus Mercator admonet, tum versio ea qualiscumque, quæ ‘secundæ Philadelphix’ præfert. Secunda vero Philadelphia quo situ terrarum locata? Geminam utique esse nemo nescit: alteram in Lydia, in Syria alteram. At num prima ex his aliqua, num secunda dicta est altera? ac si aliqua, utra porro? Verum de prima hic aut secunda Philadelphia cogitare, operæ dementia est: cum de civibus unius ejusdemque oppidi, quod in Lydia fuit, ibi sermonem esse, Charisius Philadel-

phenæ hujus Ecclesiæ Œconomus in hac ipsa Ephesina Synodo contestetur, pag. 673. Itaque cum haud dubie scriptum Græce fuerit, *Ῥουφῖνος δις, φιλαδέλφους Ἐυγένιος δις, φιλαδέλφους*, non alia vis subest ei voci *δις*, quam ut significetur, quoties ea occurrit, extitisse duos eodem nomine, qui sub eadem fidei ac libelli formula hæresim abjurant: descriptam in plenum fortassis in autographo amborum formulam: hic compendij causa, qui cognomines essent, sub eodem lemmate comprehensos, addita vocula *δις*, ut geminos fuisse planum foret. Fuit cum ea voce parentum nomina subintelligi arbitraret, et esse *Ῥουφῖνος δις* exempli causa, *Ἐυγένιος δις, Φαυστῖνος δις, κ. τ. λ.* vice harum vocum *Ῥουφῖνος Ῥουφίνου, Ἐυγένιος Εὐγενίου, Φαυστῖνος Φαυστίνου*, quas amanuensis hand satis peritus in eum modum contraxerit. Argumento erat, quod ubicumque cum subscribentis nomine patris quoque nomen indigatur, nusquam vox ea ‘Disphiladelphus’ ponitur, aut ‘secundæ Philadelphix’: sed modo ibi occurrit, ubi patrem habere cognominem liberi videntur. Sic enim alia nude exhibentur nomina: ‘Budius Vinici Philadelphus,’ ‘Flavius Hesychius Cerdanepi Philadelphus,’ ‘Stratonicus Ammonii Philadelphus,’ ‘Polychronius Tatiani Philadelphus,’ ‘Eustathius Marcelli Philadelphus.’ Ut ut est, eandem Lydiæ Philadelphiam, cujus ii omnes cives fuere, necesse est ubique intelligi: non alteram Syriæ, ut nonnulli: non *φιλαδέλφεια* certamina, ut nos ipsi sumus olim augurati. In Notitia Eccles. Antiqua, pag. 49. inter Episcopos Carlæ censetur δ *Λακόνων*. Idem apud Lennclavium, pag. 94. δ *Ἡρακλείας Λακόνων* vocatur: utrobique *Λάτμων* rescribi scito oportere. In altera Notitia, pag. 17. hoc tantum, δ *Ἡρακλείας Λα.*

76. Ibid. *Juxta eas*] Ita Mss. omnes: nec Pintiani conjectura placet,



*andros*, &c.] Hactenus *Cocillum* mendose legebatur. Nos *Cocylium* ex Xenoph. Hist. Græc. lib. III. pag. 483. hujus oræ populos recensente: *Οἱ μὲν οὖν Νεανδρεῖς, καὶ Ἰαεῖς, καὶ Κοκυλίται ἐπέθωτο . . . οἱ δ' ἐν Κέβρηι, κ. τ. λ.*

83. Ibid. *Adramytteos*, quæ olim *Pediasus*] Refert hoc loco Dalecampius ex Herodoto, aliisque, vel ex Rhodigino potius, Pedasensium barbam crescere tum prolixè solitam, cum adversi quidpiam civibus immineret. Verum, præterquam onerare his nugis Plinianos Commentarios hand operæ pretium erat, non de Adramyttensibus Pedasiis hæc Herodotus refert, sed de Pedasensibus qui supra Halicarnassum incolunt, *οἱ δὲ Πηδασεὶς ἀκρόσιν ὑπὲρ Ἀλικαρνήσσου*, quorum oppidum Pedasium, de quo dictum est cap. 29. Vide Herod. lib. VIII.

84. Ibid. *Erezii*] In libris omnibus Mss. impressisque, *Eresii*. At *Eresios* Leabi insulæ incolas locum hic habere non posse, res est plane perspicua. *Erezios* potius Plinium scripsisse remur, ab ipso oppido, vel ei cognomine, quod in Notitia Episcopatum Prov. Carizæ, pag. 33. *Ἐρεζος* scribitur: alibi *Ἐρίζος*. Indiscretos enim Carizæ, Mysiæ, Lydiæque fines fuisse, sæpe est a nobis animadversum in hoc Asiæ describendo tractu. In Synodo Quinisexta, pag. 1199. *Μάγνος ἐπίσκοπος πόλεως τῶν Ἐρίζων, τῆς Καρίας ἐπαρχίας*. Et in Conc. Gener. CP. III. pag. 1040. *Ἰωάννης ἐπίσκοπος πόλεως Ἐρίζων*. Apud Ptolem. v. 2. gens esse dicitur juxta Phrygiam *ΕΠΙΖΗΑΟΙ*, haud dubie pro *ΕΠΙΖΗΝΟΙ*, unde Erikena Asiæ regio Plinio dicitur, x. 60. Circa Rhynadacum Mysiæ amnem positi hi videntur, perinde atque Apolloniatae, et Miletopolitæ.

85. Ibid. *Mandacadeni*] In libris hactenus editis, *Mandagadeni*. In Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Mandacadeni*. At in Notitia Episcopatum

Prov. Hellepontii, pag. 27. *Μανδακὰ* vigesimo octavo loco nominatur.

86. CAP. XXXIII. *Selinus* . . . *Cetius*] Ille *Σελεινὸς*, non *Σελινεύς*, ut Ortelius existimavit: iste *Κήρειος*, cujus accolæ *Κήρειοι* appellati ab Homero, *Odyss.* A. 520. ubi Eustathius monet *Cetios* a nonnullis dici *Pergamenos*, quod juxta Pergamum amnis ille laberetur. Hesychius *Mysos*, in quibus Pergamum fuit, sic appellat: *Κήρειοι, γένος Μυσῶν, ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ Κήρεος*. Nummus M. Aurelii, apud Spanhem. pag. 485. fluvii nomen exhibet: cujus epigraphæ hujusmodi est: *ΕΠΙ ΤΡΑ. ΚΑΛΑΙΚΤΕΟ. ΣΕΛΕΙΝΟ. ΚΗΤΕΙΟΟ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ*. Hoc est, *ἐπὶ στρατηγῷ Καλλιστέος, Σελεινο-Κήρειος Περγαμῆνων δις Νεωκόρων*. Sub Prælore Callisteo, *Selimo-Cetius Pergamenorum bis Neocorum* nummus.

87. Ibid. *Hieropolhienses*] Sic restituiimus admonitu codicum R. 1. 2. Paris. &c. In Parm. edit. *Hierapolenses*. In reliquis, *Hierapolenses*: quæ vox nec Græcum idioma refert, nec Latinum. Barbarus *Hydropolienses* confixit, quos hoc loco nobis objiceret. Accedit eo quod Hierapolis non hujus Pergameni conventus sit, sed Cibyritici, ut dictum est cap. 29. Id nomen ab oppido factum videtur, cujus mentio in Notitia Episcop. Prov. Bithyniæ, pag. 45. *ὁ Γάλλου, ἦτοι Λόφου*. Vox ea *λερὸς λόφος*, *sacrum collem* sonat.

88. Ibid. *Hermocapelitæ*] Eorundem codicum ope, et, quod tutius est, astipulante Notitia vetere Episcopatum Provinciæ Lydiæ, in qua δ' *Ἐρμοκαπλιάς* legitur, p. 45. et p. 13. *Ἐρμοκαπλιάς*, hanc vocem sanavimus, quæ in edit. Parm. in *Hermacopolitæ*; auctore deinde Hermolao Barbaro, in *Harmatopolitæ* commutata erat. Quamquam Lydiæ ea Notitia *Hermocapelitas* accenset, Pergamenæ tamen illi, ut et Thyatireni, jurisdictioni paruerunt. Neque buc pertinet *Ἀρματοῦς*



oppidum, cuius Thucydides meminit, lib. viii. p. 626. ut Ortelio visum est: nam ex eo Harmatuntopolitas dici oportuisset.

80. CAP. XXXIV. *Ante Joppen Paria*] Ita libri omnes, ex quibus emendandus Mela, a quo hæc hausta videntur, II. 7. 'Arados etiam in Phœnice est parya, quantum patet, tota oppidum.' Lege: 'Arados etiam in Phœnice est, et Paria, quantum patet, tota oppidum.' Nec Vossio assentimur, aienti, Annotat. in Melam, p. 202. ex eo Pomponii textu Plinium potius, quam ex Plinio Melam emendandum esse. Nam præterquam quod Josephus, ut dixi, Antiq. Jud. xiv. 17. p. 487. Παριανὴν prope Joppen meminit, Notitia Antiqua Eccles. p. 85. inter suffraganeos Archiepiscopi Tyrensis, Aecanensem habet, Sidoniensem, Berytensem, et quarto loco *Paria*. qua voce mutila, ut apparet, num Pariensis pro Joppensi sedes intelligatur, æstimandum aliis relinquimus.

90. CAP. XXXV. *Artemidorus CLXII. D.*] Sic libri Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et vet. Dalec. Astipulatur Artemidorus ipse, qui in Epitome quam Agathemerus fecit, Geogr. I. 6. longitudinem Cypri ait esse stadiorum, 4 τ', MCCC. quæ passuum omnino efficiunt, *CLXII. M. D.* In editis hactenus, *CLX. M. D.*

91. Ibid. *Chirogylium*] Mss. proxime laudati, cum Chiffli. *Chirodilien*, quod sincerius arbitror: ut sit Χειροδελίων nomen insulæ factum, ab incolarum timiditate et ignavia.

92. CAP. XXXVII. *Tragias*] Ita rescripsimus, pro *Ægeas*, quæ in hoc tractu nullæ fuerunt. At ibi Τραχίαν agnoscit Thucyd. lib. I. p. 75.

93. Ibid. *Samon liberam, circuitu LXXXVII. M.*] Strab. lib. xiv. p. 637. ait esse ambitum stadiorum ἑξακοσίων, DC. quæ passuum efficiunt LXXV. M. Addit Agathemerus, I. 6. stadia xxx. quæ efficiunt fere M. P.

LXXVIII. Quamobrem aut Venarii etiam in Pliniano numero abundare, aut, quod verius puto, apud Strab. ἑπτακοσίων legi oportere, censendum est. Proxime antea admoniti codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. scripsimus: *Duas Camelidas Mileto vicinas: Mycale, Trogilius tres: Psilon, Argennon, Sandalion.* Cum prius legeretur: *Mycalen, Trogilius, Trep-silion, &c.*

94. Ibid. *Parthenoarum*] Heraclides de Politis, cap. de Samiis: Παρθενία, inquit, ὁρρερον δὲ Ἀρωῖσα. Quo ex loco conflata e duabus vox ista Pliniana videri forsitan possit, pro *Parthenon, Aryusam.* Sed in Heraclidis textu mendam latere suspicor: nec Ἀρωῖσαν, sed Δρωῖσαν legi oportere.

95. CAP. XLI. *Conium*] Prius *Iconium* legebatur, quo nomine nullum in Phrygia oppidum apud ceteros scriptores occurrit. At Conii mentio est in Notitia Episcop. Provinciæ Phrygiæ Capatianiæ, p. 27. Κοῦλου πόλις.

96. CAP. XLII. *Tectosagum Ancyra, Trocmorum Tavium, Tolistobogorum Pesinus*] Destituit memoria Photium, ut arbitror, dum Memnonis scripta redigens in epitomen, cod. 224. Bibl. p. 721. permutat horum oppidorum sedes: Ἐδεῖμαντο δὲ πόλεις, Τρωγμοὶ μὲν Ἀγκυραν, Τολιστοβόγιοι δὲ Ταβίαν, Τεκτόσαγες δὲ Πεσσινόντα. Nam Plinium ut omittam, ex Strabone et Ptolemæo constat, ut vidimus, Ancyram esse Tectosagum: Tavium Trocmorum, Tolistobogorum Pesinntem. — 'Tectosages Ancyranos etiam commemorat nummus antiquus ex ære apud D. Scherard nuper Consulem Anglum Smyrnæ: ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ ΤΕΚΤΟΣΑΓΩΝ.' Ed. sec. — Quod porro ad hæc Galaticarum gentium nomina attinet, sola Tectosagum appellatio a Celtica gente derivatam esse, qua degimus v. 3. Strabo admonet, lib. xii. p. 566. ceteras a ducibus suis nomen habuisse, cuiusmodi sunt Trocmorum

gentes, et Tolistobogorum. Horum ego numero censendos puto, et Voturos, sive Veturos, et Ambituos, quos Mss. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. *Ambituos* appellant: ut a du-cibus ad gentes eas translata sint ea nomina, nec Celtigorum unquam populorum propria fuerint. Incidimus tamen in Mss. aliquos, in quibus ea vox *Ambituuti* ferme in litura esset, sic tamen ut fraus pateret: superin-jectumque ei voci glossema, *Ambiani*. Sed id ab interpolatore aliquo, amore fortassis patriæ, factum merito sus-picamur: quanquam et in Gelenii editionem vox ea irrepsit.


97. Ibid. *Dioshieronita*] Sic Frobenius veterem lectionem pessumdedit, tum Mss. codicum, tum edit. Parmensis, et ceterarum, in quibus legi-tur *Didyenses*, *Hieronenses*. In R. 1. *Hierorenses*. De Didyensibus nihil habemus sane comperti. Nisi forte Dictienses legi placet, quoniam Galatarum Tectosagum *Δικτῆς* oppidum fuisse dicitur apud Ptolem. v. 4. At pro *Hierorenses* scribi oportere *Æorienses*, nihil propemodum dubitamus: quod in Notitia Eccles. Provinciæ Galatiæ Salutaris, p. 33. *Αἰόριον* legi-tur. Sane *ἀνατολῆς* ratio Dioshiero-nitas dici non patitur, sed a *Διὸς ἱερὸν*, Dioshieritas, ut alibi vidimus.

98. CAP. XLIII. CCXXXVIII. *mill. pass. diximus*] Libro nimirum quarto, ut monuimus, cap. 24. his verbis, *Tota ab Hellesponto longitudo CCXXXVIII. mill. pass.* Sic enim eo loci animadvertimus maximo con-sensu codices omnes Mss. impressos-que, Martianumque ipsum, Plinii transcriptorem, scribere. Quamo-brem præpostera hujus numeri lectio hoc loco, *CLXXXVIII.* quæ hac-tenus in libris impressis obtinuit, cen-tenarii nota perperam in quinqueage-

narium detorta, a nobis merito anim-adversa, emendataque est.

99. CAP. XLIV. *Elaphonnesus*] Scyl-lax, p. 39. a Plinio dissidere prima facie videtur: nam Proconnesum ab Elaphonneso diversam facit. Circa Cyzicum, inquit, *νῆσός ἐστι καὶ πόλις Προκόννησος, καὶ ἑτέρα νῆσος Ἐλαφόν-νησος . . . γεωργοῦσι δ' αὐτὴν Προκόν-νησοι. Proconnesus insula cum oppido, aliæque præterea insula Elaphonnesus, commodo instructa portu: hujus agrum colunt Proconnesii.* Sed nodum solvit Strabo, geminam Proconnesum ag-noscens, lib. XIII. p. 588. novam ac veterem, modico forte enripo ambas inter se discretas: nomine alioqui si-miles: nam appellationis ratio par: *πρὸς* enim et *ἐλαφος* cervini generis animalia significat, quibus ea insula videtur fuisse referta. Docet id plu-ribus Apollonii Scholiastes, ad Ar-gon. II. 279. cujus verbis huic libro coronidem imponere, operæ sane præ-tium fuerit. *Διωνόσιος δὲ φησιν ὁ Ἀθη-ναῖος, inquit, ἐν ταῖς κηρύσει τὰς ἐλά-φους λέγεσθαι πρόκας· ὅθεν καὶ Προκόν-νησος· ἐπεὶ καὶ ἐν ταύτῃ πληθύνουσιν ἐλα-φοὶ . . . ὁ δὲ Προκόννησον ἐτυμολογοῦσι, καθὼς πρότερον οὖσα νῆσος προσεσχόθη.* Cum prius esset insula, aggesto solo alteri insulæ nempe Elaphonneso an-nexa est: unde eadem Proconnesus quibusdam est, quæ Elaphonnesus: *Ἐκὸ τινων δὲ Προκόννησος καὶ Ἐλαφόν-νησος ἐκλήθη. Φιλίππας δὲ φησι, πρόκας λέγεσθαι τὰς ἐλάφους τὰς πρώτας τυκτού-σας, ὅλον πρωτοτόκους.* Sunt igitur *πρόκες, cervæ primiparæ.*—Sed et cum eadem Elaphonnesos et Neuris voca-ta fuisse dicatur, apparet *Νεβρίς* a Stephano scribi oportuisse, ab hin-nulis: non, ut scripsit imperite, *Νε-ρίς*. Est enim *νεβρίς* hinnulus, ut *ἐλα-φος* cervus. Ed. sec.







STANFORD UNIVERSITY LIBRARY

To avoid fine, this book should be returned on  
or before the date last stamped below.

|  |  |  |
|--|--|--|
|  |  |  |
|--|--|--|

246697



